6
39 N
22

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
22. b

10-F-4

10.7.23.

19
A
34

Digitized by Google

IOANNES
EXPENSVS
A R. P.
ALOYSIO NOVARINO.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES
EXPENSVS
A R. P.
ALOYSIO NOVARINO.

IOANNES EXPENSVS,

NOTIS MONITISQVE SACRIS,

QVA EX LINGVARVM FONTIBVS,
QVA EX VARIARVM VERSIONVM COLLATIONE,
quà ex SANCTORVM PATRVM, aliorúmque AVCTORVM
obſeruationibus , quæ ad mores informandos
præcipuè ſpectant, illuſtratus;

Adeò, vt melior, ſalubriórque ſuccus, *qui ex ſacroſanctis huius Euangeliſtæ verbis, vel leui* Auctoris contactu *fluxit, vel multorum Doctorum labore velut quodam* Torculari *eſt expreſſus, hîc omnibus ad omnium vtilitatem & guſtum exhibeatur; &, quæcumque nouè dicuntur, aut adducuntur nouè,* vitæ nouitati *ſuadendæ & exercendæ ſeruiant.*

Additâ Lectionum varietate *Vulgatæ editioni ad verbum reſpondente, ex* Sanctorum Patrum *monumentis, variiſque* Interpretibus *non exiguo labore collectâ & in ordinem redactâ.*

Omnia nunc primùm offert R. P. D. ALOYSIVS NOVARINVS, Veronenſis, Clericus Regul.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



LVGDVNI,
Sumpt. hæred. GABR. BOISSAT, & LAVRENTII ANISSON,
M. DC. XLIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Coll. Rom. Soc. Jesu. Bibl. Ser.

IOANNI,
IESV CHRISTI
EVANGELISTÆ.

CVLTV Te, Magne, ab iis non abjungo, quos Tecum iungit par munus, & labor par. Sua cuique obtuli Euangeliſtæ: cur tua Tibi non offerrem? Offero, addidique aliquid ex meo, aut meo labore ex illis promptum, qui tua eloquia tractauerunt. Tu accipe, quod nos à Te accepimus. Accipe illud, quod ex noſtræ ruditatis ſinu aut prodiit, aut ex eorum monumentis collectum eſt, qui tua dicta ſedulò & purè verſarunt. Pauca dedi, aut ne repeterem ea, quæ in aliis Euangeliſtis data; aut ne viderer omnia voluiſſe offerre; aut etiam vt aliis quoque Diuinis Libris eandem operam poſſem impendere. Circa tuum Euangelium præſtiti, quod tu ipſe in Euangelio tuo præſtitiſti. Sancti Epiphanij hæc ſunt

 verba:

verba: [Ignorant errantes & mente cæcutientes, quemadmodum Ioannes, qui quartus & vltimus ſcripſit poſt alios Euangeliſtas, iam ſenex & nonagenarius, quæ ante ipſum ab aliis probè expoſita fuerant, edere non curauit; ſed circa ea, quæ ab aliis relata non fuerunt, maximè inſiſtere voluit.] Veſtigia tua preſſi, dum premerem tua ſcripta. Vtinam, vt pauca dederim, pauca tuis appoſuerim, ſint tamen apta & omnibus ſalutaria, & ante alios mihi. Det mihi per Te Deus verba in opus vertere, & monita accuratiùs moribus exprimere quàm calamo. Interim veniam à Te poſtulo, quòd tuos ſermones eâ reuerentiâ non tetigi, ac verſaui, quâ ego debebam, illi merebantur. Culpam eluat culpæ non ſolùm notitia ſed confeſſio. Virtutem tua verba meis affricent: affricet meæ menti ſanctitatem candor & feruor, qui in tuis dictis elucet. Siſto in hoc voto,

Dicatiſſimus Tibi ſeruus

ALOYSIVS NOVARINVS
Clericus Regularis.

ILLV

ILLVSTRISSIMO, AC
REVERENDISSIMO,
SCIPIONI CATANEO
A DIACETO, ABBATI
CASTELLI-VILLANI.

SI quæras, VIR INCLYTE, cur Te voluminis huius oblatione adierim, iſtucque opus nominis tui coronâ inſigniuerim, cogor te ad teipſum mittere, vt quæſtionis huius nodum tu tibi ſoluas: nam, ſi te obiecero tibi, non qualem mihi fama ipſa obiecit, ſed qualem modeſtiæ tuæ candor fert, huic ſciſcitationi abundè ſatisfecero. Rem paucis habe. Nominis tui nomen, virtutum tuarum decus etiam aliò ſpectantem vocare ad ſe poterant, & (quod eſt conſequens) ad te. Illa omnia, quæ te magnum reddunt, & (quod eſt maius) apud Maximum Vrbanum VIII. aurem mihi peruellunt, vt hoc obſequio in virtutibus tuis te colerem, iſtúmque cultum cum hoc volumine ad poſteros tranſmitterem. Scio deberi plura, deberi maiora in admirationis arce iam poſito: ſed me cogitatio iſta ab hac tam exigui muneris oblatione adeò non abduxit, vt potiùs ad illam inuitauerit & impulerit: in animo quippe mihi fuit magnitudinem tuam venerari, non exæquare. Non maiora ab homine quærant homines, quàm Deus. Licèt vilia Deo offeramus, nihil reiicit, nullum repudiat, ſi offerentis animus muneris vilitatem ſuppleat. Iacob magnus ille Patriarcha, ſcalæ, quæ culmine cœlum pertingebat, & Dei, qui innitebatur ſcalæ, viſu dignatus lapidem, cui caput impoſuerat, erexit, fundens oleum deſuper. Leue iſtuc omne, ſi Dei gratiam ſpectes; & adhuc leuius, ſi Deum ipſum. Nihil tamen Deus repudiauit, *gratam habens* (vt ille ait) *mentis intentionem.* Hanc tu quoque in litterario hoc munuſculo reſpicies: ſic enim illi & pretium feceris, & dederis pondus. Denique vide, quò mea induſtria euaſerit: operis

ã 4 huius

huius exilitatem ſpectans, magnum nomen tuum libro inſcripſi, vt SCIPIO illi pro ſcipione ſit. Nunquam (puto) opus hoc cadet, innixum nomini nunquam caſuro. Deum interim precor, vt ad illud digniratis culmen te euehat, quò Te tua merita iam vocant, immò (quod grandius eſt) ad grandiora, quæ ſuis in Cælo Deus exhibet, vbi plenè exhibebit ſe. Ita vouebat

Illuſtriſſimæ Dominationis tuæ

Addictiſſimus ſeruus.

D. ALOYSIVS NOVARINVS,
Clericus Regularis.

LECTORI.

LECTORI MEO.

MEAM mentem meúmque in ſacris libris expendendis inſtitutum iam noſti. Quæ primo volumini præmiſi, repetita hîc volo. Sed ab hoc capite non erat, inquies, quòd te rurſus alloquerer. Cauſam aliam habeo. Me nonnihil à me abiiſſe hîc vides. A meo more abiui, vt morem gererem Tibi. Suggeſsêre plerique maiorem à lectoribus gratiam initura, quæ exhibeo; ſi, quum fieri id poteſt, Sancti alicuius Patris, aut antiqui ſcriptoris autoritate fulcirentur. Cur ab hoc priùs ferè abſtinuerim, dixi, quùm in Matthæum ſcripſi. Nunc, ne viderer aliorum ſenſum contemnere, & meo firmius, quàm ſit par, adhærere; ita in aliorum ſententiam iui, vt tamen inſtituti mei non penitus obliuiſcerer. Sic itaque aliena dicta produco, vt, ſi quid ſalutare occurrat, quòd à verbis fluxerit, quæ expendo, & mea, abſque alienæ autoritatis fulcimento, chartis conſignare non ſit religio. In hoc poſtremo rem ipſam expendes: in illo priori etiam pondus eorum, qui producuntur.

Scio ſuper alios hunc Euangeliſtam euolare, & humani cuiuſlibet ingenij verticem infra ſe relinquere, quæ ille tradit. Fateor oneri noſtras eſſe vires impares; ſed ab hoc labore me cogitatio iſta adeò non ſubmouit, vt potiùs vrſerit, & excitauerit, operi quippè manum admoui, non ingenij mei imbecillitati fidens, ſed diuino auxilio, quod maximè in rebus maximis illis præſto eſt, qui ad illud, ſuæ infirmitatis obliti, currunt. Dicam quod de ſe dixit Origenes in eundem Ioannem ſcripturus; *Quoniam turrim Euangelicam ex ſancto hortatu tuo volentes literis ædificare, ſupputauimus quidem ſedentes, ſumptum an habeamus ad ea, quibus opus eſt ad perficiendum, ne illudamur reprehenſi ab intuentibus, tanquam qui fundamentum quidem iecerimus, perficere verò opus nequiuerimus. Cæterùm ſupputatione facta, cùm deprehendiſſemus perficiendæ fabricæ ea, quæ parauerámus, non ſufficere, id totum Deo commiſimus, ditanti in omni ſermone & cognitione; credentes, quòd nos ipſos leges ſeruare ſpirituales conantes ditabit, & quòd progredientes in ſtructura, adiuti his, quæ ipſe ſuppeditauerit, ad ædificij etiam coronam perueniemus, quæ eum,*

qui

qui aſcenderit ad domum ſermonis, cadere prohibet, cum ab his tantum domibus, quæ coronâ carent, cadant ij, qui cadunt propter imperfectionem ædificiorum, quæ cades & caſus cauſantur his, qui in eodem ſunt loco. Hæc omnia, opus dum aggredior, mihi apto alieniſque verbis non alienè meam mentem explico, & expromo. Pro ſe igitur laboranti opem DEVS ferat, iuuet & Ioannes ſcriptorem, qui eius verba verſat, & vellet eâ puritate, & ſanctitate quâ ſunt ſcripta. Tuum interim, Lector, eſt his quæ damus pondus adiicere. Fiet, ſi tuis in moribus legantur, quæ hîc leguntur. Meum verò eſt, quæ aliis dico, mihi indicere; &, quod plus eſt; opere præſtare, quæ præſtanda doceo; & re ipſa exhibere, quæ ſcripta exhibeo. Orationum fuſu nos inuicem iuuemus, vt mihi ſit vtile ſcripſiſſe vtilia, & tibi proficuum legiſſe proficua.

Operis

Operis Approbatio.

Nos hic ſubſcripti, iuſſu admodum *R. P. D. Stephani Medices* Congregationis noſtræ Generalis perlegimus volumen hoc titulo inſignitum: *Ioannes Expenſus, notis monitiſque ſacris illuſtratus* à R. P. D. Aloysio Novarino *Veronenſi, Clerico Regulari*, nihilque in eo offendimus, quod offendere quempiam poſſit: quin omnia ſolidè & appoſitè dicta obſeruauimus, & pietati in legentium animis inſerendæ maximè opportuna, adeò vt ceteris Euangeliſtis iam editis edendum hunc quoque iure cenſeamus. Veronæ 16. Kalend. Aug. 1641.

D Hieronymus C. R. Sacræ Theol. Profeſſor.

D. Ioannes Chrysostomus Philippinus C. Reg. Sacræ Theol. Profeſſ.

D. STEPHANVS MEDICES
Congregationis Clericor. Regul. Præpoſitus Generalis.

Hoc opus inſcriptum: *Ioannes Expenſus, notis monitiſque ſacris illuſtratus* à R. P. D. Aloysio Novarino noſtræ Congreg. Theologo compoſitum, & iuxta præfixam aſſertionem PP. quibus id commiſimus, approbatum, vt typis mandetur, quoad nos ſpectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes litteras manu propriâ ſubſcripſimus, & ſolito noſtro ſigillo firmauimus. Venetiis 14. Kalend. Septemb. 1641.

Locus ſigilli ✠

D. Stephanus Medices Congreg. Cler. Reg. Præp. Gener.

D. Ioannes Baptista Lanfranchi Secretarius.

APPROBATIO.

Nos infraſcripti Facultatis Pariſienſis Doctores, fidem facimus perlegiſſe R. P. D. Aloysii Novarini Commentarios in *Nouum Teſtamentum*; nihilque in eis fidei Orthodoxæ contrarium reperiſſe. Lugduni die 28. Martij 1642.

Fr. Cl. Cochet Prior Prædic. Lugdunenſ.

Fr. M. Micard Guardian. Conuentus S. Bonauenturæ.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CHRISTIANISSIMI.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, ac patentibus Litteris cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubjectis; intra proximos annos decem, à die impreſſionis primæ inchoandos, ac numerandos excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo & tatione curet, Librum, qui inſcribitur, R. P. ALOYSII NOVARINI *Commentarÿ in nouum Teſtamentum*, præter LAVRENTIVM ANNISSON, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem Librum extra Regni ſui limites imptimendum curare, vel quemquam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti LAVRENTII ANISSON. Idque omne ſub confiſcatione Libtorum, aliiſque pœnis otiginali Diplomate contra deliquentes expreſſis. Datum Lugduni, die 31. Augusti 1642.

De mandato Regis,

Signatum,

FAVVRE.

Deſiit prælum 8. Maij 1643.

IOANNES

Google

IOANNES EXPENSVS ET NOTIS, MONITISQVE SACRIS. ILLVSTRATVS

A R. P.

ALOYSIO NOVARINO VERONENSI CLERICO REGVLARI.

Vulgata Editio.

Sanctum IESV CHRITI Euangelium ſecundùm Ioannem.

Arab. In nomine Patris & Fily & Spiritus ſancti, Dei vnius Euangelium ſancti magni diſcipuli Apoſtoli Ioannis Fily Zebedæi dilecti Domino noſtro IESV CHRISTO.

CAPVT PRIMVM.

Verſ. 1.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Principio. *Clem. Alex. Ante luciferum in principio. Tert. Primordio. Mar. Ante omnia*
Erat Verbum. *S. Cypr. Erat ſermo. Fr. Luc. Erat illud verbum.*
Et Verbum. *S.Cypr. Et ſermo. Theoph Et illud verbũ.*
Apud Deum. *Theoph Cum Deo. Clem. Alex. In Deo.*
Erat Verbum. *S. Cypr. Erat ſermo. Theoph. Erat illud verbum.*

Verſ. 2.

Hoc erat in principio apud Deum.

Hoc. *S. Epiph. Sic. S. Cypr. Hic. Euth. Hoc verbum, Theoph. Illud.*
In principio. *Arab. Æternum. Orig. In initio.*

Verſ. 3.

Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.

Per ipſum. *Syr. Per manum eius. S. Epiph. Per hunc. Pagn. Per illud.*
Facta ſunt. *Syr. Fuere. S. Epiph. Fecit.*
Et ſine ipſo. *Tert. Sine quo. Mar. Et ſine Verbo. Pagn. Sine eo.*
Factum eſt. *Syr. Fuit. Arab. Non fuit.*
Nihil. *Syr. Ne vnum quidem. Arab. Quicquam. Caiet. Neque vnum.*
Quod factum e. *Syr Quidquid fuit. Arab. Eorum, quæ facta ſunt. Clem. Alex. Quod factum eſt in ipſo vita erat.*

Verſ. 4.

In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum.

In ipſo. *Arab. Et in ipſo. S. Cypr. In illo.*
Et vita. *Orig. Vita illa Adam. C. E hac vita.*
Lux. *Syr Lux illa. Adam. C. Illa vita hominum. Mar. Vic. Lumen.*

Verſ. 5.

Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Lux. *Syr. Et ipſa Lux. S. Greg. Nyſſ. Quòd lux. Fr. Luc. Et illa lux.*
In tenebris. *Clem. Alex. Ex tenebris.*
Lucet. *S. Greg. Nyſſ. Splenduit. Clem. Alex. Lucebit.*
Eam non. *Clem. Alex. Ipſum non comprehendunt. Orig. Eam non comprehendunt.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.
Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes.

Fuit. *Vat. Erat. Fr. Luc. Factus eſt.*
Miſſus. *Syr. Qui miſſus eſt. Fr. Luc. Amandatus.*
Cui nomen e. I. *Syr. Nomine Ioannes.*

Verſ. 7.
Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.

In teſtimonium. *Pagn. Ad teſtificandum.*
Teſtimonium p. *Vat. teſtificaretur. Ar. M. Teſtaretur.*
Lumine. *Caiet. Luce. Fr. Luc. Illâ luce.*
Per illum. *Pagn. Per ipſum.*

Verſ. 8.
Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine,

Non erat. *Arab. Et non fuit.*
Lux. *Theoph. Lux illa.*
Sed. *Vat. Sed miſſus erat.*
Teſtimonium p. *Pagn. Teſtaretur. Vat. Teſtificaretur.*
Lumine. *Pagn. Luce. Vat. Luce illâ.*

Verſ. 9.
Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum.

Erat lux v. *Syr. Erat enim lux illa veritatis. S. Cypr. Fuit lumen verum. Theoph. Lux illa, lux vera.*
Quæ. *S. Cypr. Quod.*
Venientem. *Vat. Veniens.*
Hunc mundum. *S. Epiph. Mundum.*

Verſ. 10.
In Mundo erat, & Mundus per ipſum factus eſt, & Mundus eum non cognouit.

In Mundo erat. *S. Cypr. In hoc mundo fuit.*
Factus eſt. *Syr. Fuit.*
Et Mundus. *Syr. At mundus.*
Eum. *Caiet. Ipſum.*

Verſ. 11.
In propria venit, & ſui eum non receperunt.

In propria. *Syr. Ad ſuos. Arab. Ad proprios ſuos. S. Epiph. In propria quippe. S. Hil. In ſua enim. S. Gaud. In ſua. Lucif. In ſua propria.*
Sui. *Arab. Proprij ſui. Theoph. Proprij.*
Non receperunt. *S. Caſ. Recipere noluerunt. Fr. Luc. Non acceperunt.*

Verſ. 12.
Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius,

Quotquot autem. *S. Ambr. Quia quotquot.*
Receperunt. *Fr. Luc. Acceperunt.*
Eum. *S. Ambr. Dominum Ieſum.*
Dedit eis. *Clem. Alex. Ideo acceperunt.*
Poteſtatem. *Fr. Luc. Facultatem. Al. Vt liceret.*
Filios Dei f. *Clem. Alex. Vt filij Dei fierent. Tert. Vt filij Dei vocentur.*
His qui c. *Syr. Iis, inquam, qui credunt. Tert. Qui crediderint. Vat. Scilicet credentibus. Al. Videlicet his, qui credidiſſent.*

Verſ. 13.
Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

Qui non ex ſ. *Syr. Ii, qui non ex ſanguine. Arab. Et non ſunt ipſi ex ſanguine. S. Epiph. Qui non ex ſanguine.*
Voluntate carnis. *Arab. Appetitu carnis. S. Epiph. Carne.*
Nati ſunt. *Tert. Natus eſt. Fr. Luc. Geniti ſunt.*

Verſ. 14.
Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum

Et verbum. *Clem. Alex. Sermo enim ipſe. Vat. Et Verbum illud.*
Caro. *Arab. Corpus. Clem. Alex. Apertè caro. Mart. Homo.*
Factum. *Clem. Alex. Factus.*
Habitauit. *Fr. Luc. Tabernaculum poſuit. Adam. C. Commoratus eſt.*
Vidimus. *S. Epiph. Erat. Pagn. Conſpeximus. Caiet. Spectauimus.*
Gloriam. *S. Epiph. Gloria. Fr. Luc. Maieſtatem.*
Quaſi. *S. Aug. Tanquam. Theoph. Velut. Vat. Sicut.*
Vnigeniti. *Arab. Vnici, qui eſt.*
A Patre. *S. Epiph. Eidem à Patre conceſſa.*
Plenum. *S. Epiph. Plena.*

gratiæ

Vulgata Editio. | **Lectionum Varietas.**

gratiæ & veritatis.

Gratiæ & v. *S. Eph. Gratia. S. Aug. Gratiâ & veritate Theoph. Gloriâ & veritate.*

Verſ. 15.

Ioannes teſtimonium prohibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior mẽ erat.

Teſtimonium perhibet. *Syr. Teſtatus eſt. Arab. Teſtimonium perhibuit. Theoph. Teſtatur. Pagn. Teſtificatur.*
Clamat. *Theoph. Clamauit.*
Erat. *Arab. Eſt.*
Quem dixi. *Euth. De quo dicebam.*
Qui poſt me v. e. *Ponè me venit. Vat. Qui, cùm me ſequeretur. Ar. M. Poſt me veniens.*
Ante me f. e. *Syr. Et fuit ante me. Vat. Anteceſſit me Iſid. Clar. Mihi antepoſitus eſt.*

Verſ. 16.

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratiâ.

De plenitudine. *Ar. M. Ex plenitudine.*
Nos omnes. *Clem. Alex. Omnes.*
Gratiam pro g. *Mar. Omnes gratias & dona.*

Verſ. 17.

Quia lex per Moyſen data eſt; gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Quia lex. *Clem. Alex. Lex.*
Data eſt. *Clem. Alex. Data eſt: non à Moſe, ſed à Verbo quidem; verùm per Moſem ſeruum ſuum & ideo fuit ad tempus.*
Gratia & v. *Syr. Veritas autem & gratia. Clem. Alex. Æterna autem gratia & veritas.*
Facta e. *Arab. Neceſſaria fuerunt. Euth. Fuit. Vat. Obtigit. Al. Exorta eſt.*

Verſ. 18.

Deum nemo vidit vnquàm: vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris ipſe enarrauit.

Deum nemo v. *Arab. Deum, non vidit eum aliquis.*
Vnigenitus. *Arab. Vnicus S. Hil. Niſi vnigenitus.*
Filius, *Syr, Ille Deus. Clem. Alex. Deus.*
Qui eſt. *Ar. M. Exiſtens.*
In ſinu. P. *Syr. In gremio Patris. Arab. In ſinu Patris ſui. S. Cyrill. In vtero Patris. Ar. M. In ſinum Patris. Fr. Luc. Ad ſinum Patris.*
Ipſe enarrauit. *Syr. ipſe Annuncianit. Clem. Alex. Ille enarrauit. Tert. Ipſe diſſeruit. Auth. Ille declarauit, expoſuit.*

Verſ. 19.

Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu quis es?

Ioannis. *Syr. Ipſius Ioannis.*
Leuitas. ad e. *Pagn. Leuitas.*

Verſ. 20.

Et confeſſus eſt, & non negauit: & confeſſus eſt: Quia non ſum ego Chriſtus.

Et non n. *Syr. Neque negauit.*
Confeſſus eſt. *Arab. Confirmauit. Euth. Confeſſus eſt dicens.*
Chriſtus. *Vat. Ille Chriſtus.*

Verſ. 21.

Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non ſum. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Dixerunt ergo ei:

Interrogauerunt. *Syr. Rurſus interrogauerunt.*
Quid ergo. *Arab. Quis ergo es tu.*
Elias es tu. *Syr. Elias es. Arab. Elias.*
Et dixit. *S. Aug. Reſpondit.*
Propheta. *Theoph. Propheta ille.*
Non *Syr. Minimè. Arab. Nequaquam.*

Verſ. 22.

Qui es, vt reſponſum demus his, qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo?

Quis es. *Syr. Ecquis es. Arab. Quis igitur es tu. S. Proſp. Quis ergo es.*
Vt reſponſum d. *S. Proſp. Dic, vt habeamus renunciare.*

Verſ. 23.

Ait: Ego vox clamantis in deſertò: dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta.

Vox clamantis. *Syr. Sum vox clamantis. Arab. Vox. clamans.*
Deſerto. *S. Proſp. Eremo.*
Dirigite. *Syr. Complanate. Explanate. Clem. Alex. Rectas facite. S. Proſp. Parate.*
Viam. *Clem. Alex. Vias.*
Domini. *S. Aug. Domini, rectas facite ſemitas Dei veſtri.*

Verſ. 24.

Et, qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.

Et, qui. *Syr. Illi autem, qui. Arab. At illi, qui.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 25.

Et interrogauerunt eum & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque propheta?

Quid ergo. *Arab. Quid tibi cura eſt. Pagn. Cur ergo.*
Baptizas. *Arab. Baptizare.*
Chriſtus. *Vat. Chriſtus ille.*
Propheta. *Theoph. Propheta ille.*

Verſ. 26.

Reſpondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aquâ: medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis.

Ego. *S. Cypr. Ego quidem.*
Baptizo in aquâ. *Arab. Baptizo vos aquâ.*
Medius autem v. *Syr. Sed inter vos Orig. In medio veſtrî. Pagn. Sed in medio veſtrûm.*
Stetit. *Arab. Stans eſt ille Goth. Stat.*
Neſcitis. *Arab. Non cognoſcitis. Euth. Non noſtis.*

Verſ. 27.

Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.

Ipſe eſt, qui. *Arab. Qui. S. Cypr. Ipſe eſt enim de quo dixi. Ar. M. Ipſe eſt ille.*
Poſt me. *Syr. Ponè me. Al. Cum me.*
Venturus eſt. *Arab Venit. S. Cyrill. & Cypr. Veniens homo. S. Aug. Venit. Ar. M. Venturus. Fr. Luc. Veniens. Al. Sequeretur.*
Qui ante me f. e. *Syr. Et fuit ante me. Arab. Ipſe ante me factus eſt. Vat. Qui extitit ante me. Al. Anteceſſit me.*
Cuius. *Syr. Is inquam, cuius. Arab. Ille eſt cuius. S. Proſp. De cuius pedibus.*
Vt ſoluam. *Syr. Qui ſoluam. S. Proſp. Soluere.*
Eius corrigiam c. *Arab. Corrigeas calceamentorum ſuorum S. Proſp. Corrigeam calceamentorum eius.*

Verſ. 28.

Hæc in Bethaniâ facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Bethania. *Goth. Bethabara.*
Erat Ioannes b. *Pagn. Ioannes baptizabat.*

Verſ. 29.

Alterâ die vidit Ioannes Ieſum venientem ad ſe, & ait: Ecce Agnus Dei: ecce, qui tollit peccatum Mundi.

Alterâ. *Euth. Poſtero. Caiet. Poſterâ.*
Vidit Ioannes. *Arab. Vidit. Theoph. Videt Ioannes. Ar. M. Conſpicit Ioannes.*
Agnus. *Orig. Agnus ille.*
Ecce qui t. *S. Opt. Hic eſt qui tollit. Orig. Qui aufert.*
Peccatum. *S. Opt. Peccata.*

Verſ. 30.

Hic eſt, de quo dixi: Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt; quia prior me erat:

Hic eſt. *Arab. Hic eſt ille. Euth.* omittit.
De quo dixi. *Arab. De quo ego dixi. Euth.* omittit. *Vat. De quo ego dicebam.*
Poſt me venit v. *Syr. Ponè me venit vir. Euth.* omittit.
Qui ante me f. e. *Syr. Et fuit ante me. Arab. Et ipſe factus eſt ante me. Euth.* omittit. *Vat. Qui ante me extitit. Al. Qui me anteceſſit.*
Quia prior m. e. *Syr. Quoniam prior me eſt. Arab. Quia preceſſor mei eſt. Euth.* omittit. *Orig. Quia honoratior me erat.*

Verſ. 31.

Et ego neſciebam eum: ſed, vt manifeſtetur in Iſraël, propterea veni ego, in aquâ baptizans.

Neſciebam. *Gagn. Non noueram.*
Manifeſtetur in I. *Syr. Innoteſcat Iſraeli. S. Aug. Manifeſtaretur Iſraeli. Pagn. Manifeſtus eſſet. Iſraeli. Vat. Manifeſtus fieret Iſraeli.*
Veni ego. *Syr. Veni.*
In aquâ baptizans. *Syr. Aquâ baptizatum. Arab. Vt baptizarem in aquâ.*

Verſ. 32.

Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicens: Quia vidi Spiritum deſcendentem

Teſtimonium p. *Theoph. Teſtatus eſt. Pagn. Teſtificatus eſt.*
Quia vidi. *Syr. Conſpicatus ſum. S. Epiph. Quoniam aperti ſunt cæli & vidi. Fr. Luc. Spectaui.*
Spiritum. *S. Epiph. Spiritum ſanctum.*
Deſcendentem. *Arab. Ecce deſcendit.*
Quaſi columbam. *Arab. Veluti columba. S. Epiph. In ſpecie columbæ. Euth. Tanquam columbam. Theoph. Specie columba.*

quaſi

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum.

De cælo. *Syr. E cælis. S. Epiph.* omittit. *Fr. Luc. Ex cælo aperto.*
Manſit ſuper e. *S. Epiph. Venientem in ipſum.*

Verſ. 33.

Et ego neſciebam eum; ſed, qui miſit me baptizare in aquâ, ille mihi dixit: ſuper quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto.

Et ego *S. Cyrill. Hier. Ego enim.*
Neſciebam. *Theoph. Neſcieueram. Vat. Non noueram.*
Baptizare in a. *S. Cyr. Hier. Baptizare. Pagn. Vt baptizarem aquâ.*
Ille. *Arab. Ipſe.*
Super quem. *S. Cyrill. Hier. In quemcunque.*
Videris. *Syr. Viſurus es.*
Deſcendentem. *S. Epiph. In ſpecie columbæ deſcendentem. S. Cyrill. Hier. Deſcendere.*
Manentem. *Syr. Commorantem. S. Cyrill. Hier. Manere.*
Super eum. *S. Cyr. Hier. In illo.*
Hic eſt, qui b. i. S. ſ. *Syr. Hic baptizat in Spiritu ſanctitatis. S. Cyr. Hier. Hic eſt ille. Pagn. Hic eſt qui baptizat Spiritu ſancto.*

Verſ. 34.

Et ego vidi: & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.

Teſtimonium perhibui. *Syr. Teſtor. Theoph. Teſtatus ſum. Vat. Teſtificatus ſum.*

Verſ. 35.

Alterâ die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo:

Alterâ die i. *Syr. Cæterùm alio die. Arab. Sequenti autem die. Mald. Poſtero die iterum.*

Verſ. 36.

Et reſpiciens Ieſum ambulantem, dicit; Ecce Agnus Dei.

Reſpiciens. *Arab. Reſpexit. Caiet. Intuitus. Fr. Luc. Inſpiciens.*
Agnus. *Pagn. Agnus ille.*

Verſ. 37.

Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum.

Duo. *Arab. Duo eius. Fr. Luc. Illi duo.*
Loquentem. *Syr. Dum diceret. Arab.* Sermonem *eius.*
Sequuti ſunt I. *Syr. Abierunt poſt Ieſum.*

Verſ. 38.

Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur, interpretatum, Magiſter) vbi habitas?

Conuerſus. *Arab. Conuerſus eſt.*
Et videns. *Syr. Reſpexit. Euth. Cùm vidiſſet. Theoph. Et conſpicatus. Orig. Vidit.*
Sequentes ſe. *Syr. Venientes poſt ſe.*
Dicit. *Syr. Dixitque.*
Quæritis. *Arab. Vultis.*
Qui dixerunt. *Euth. At illi dixerunt.*
Rabbi. *Arab. Raboni.*
Qui dicitur. *Arab. Cuius eſt.*
Interpretatum. *Theoph. Si quis interpretetur.*
Magiſter. *Syr. Magiſter noſter.*
Habitas. *Syr. Degis. Caiet. Manes. Fr. Luc. Moraris.*

Verſ. 39.

Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt, vbi maneret; & apud eum manſerunt die illo: hora autem erat quaſi decima.

Et videte. *Syr. Et videbitis. Arab. Vt videatis.*
Venerunt. *Syr. Illi autem venerunt. S. Aug. Et venerunt. Theoph. Venerunt igitur.*
Maneret. *Syr. Degeret.*
Manſerunt. *Syr. Fuerunt. Arab. Steterunt.*
Die illo. *Vat. Diem illum.*
Quaſi. *Euth. Fermè.*

Verſ. 40.

Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & ſequuti fuerant eum.

Erat autem. *Arab. Et erat. Pagn. Erat.*
Ex duobus. *Syr. Ex iis.*
Audierant. *Syr. Hæc audierant.*
Sequuti fuerant e. *Syr. Abierant poſt Ieſum.*

Verſ. 41.

Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Meſſiam (quod eſt interpretatum Chriſtus.)

Inuenit hic p. *Syr. Iſte vidit prius S Aug. Inuenit hic. Euth. Reperit hic prior. Theoph. Inuenit hic prior. Ar. M Inuenit hic primus.*
Fratrem ſuum ſ. *Arab. Fratrem ſuum. Ar. M. Fratrem proprium Simonem.*
Inuenimus. *Arab. Iam Inuenimus.*
Chriſtus. *Pagn. Vnctus.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 42.

Et adduxit eum ad Ieſum. Intuitus autem eum Ieſus, dicit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas (quod interpretatur Petrus)

Adduxit. *Euth. Duxit.*
Intuitus autem. *Arab. Et cùm inſpexiſſet. Theoph. Intuitus.*
Iona. *S. Aug. Iohannis. Quidd. ap. Mar. Columba.* vel: *Gratia.*
Cephas. *Quid. Petra.*
Quod interpretatur. *Syr.* omittit. *Arab. Cuius interpretatio eſt. Euth. Quod eſt ſi quis interpretetur. Theoph. Quod interpretari licet.*
Petrus. *Syr.* omittit. *Pagn. Petra.*

Verſ. 43.

In craſtinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum, & dixit ei Ieſus: ſequere me.

In craſtinum. *Syr. Porrò die altero. Vat. Poſtero die. Orig. Poſtridie.*
Voluit. *Euth. Voluit Ieſus.*
Exire in G. *Euth. Exire.*
Inuenit. *Pagn. Reperit.*
Ei Ieſus. *Euth. Ei.*
Sequere me. *Syr. Poſt me venito.*

Verſ. 44.

Erat autem Philippus à Bethſaidâ, ciuitate Andrææ & Petri.

Erat autem Phil. *Syr. Ipſe verò Philippus erat.*
A Bethſaidâ. *Syr. Ex Bethſaidâ home piſcationis.*
Ciuitate. *Ar. M. Ex ciuitate.*
Petri. *Syr. Simonis.*

Verſ. 45.

Inuenit Philippus Nathanaël, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ, inuenimus Ieſum filium Ioſeph, à Nazareth.

Inuenit. *Syr. Inuenit autem. S. Aug. Et inuenit. Theoph Reperit.*
Quem. *Syr. Illum de quo. Theoph. De quo.*
Prophetæ. *Syr. In prophetis.*
Inuenimus. *Arab. Inuenimus eum.*
Ieſum filium. *Syr. Qui eſt Ieſus, ille filius. Arab. Et ipſe eſt Ieſus filius. Ar. M. Ieſum filium illum.*
A Nazareth. *Syr. Ex Nazareth. Arab. Qui eſt à Nazareth. Vat. Nazarenum.*

Verſ. 46.

Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: Veni & vide.

A Nazareth. *Ar. M. Ex Nazareth.*
Poteſt. *Arab. Nunquid poteſt.*
Aliquid boni eſſe? *Syr. Quicquam boni eſſe? Arab. Exire aliquid, in quo ſit bonitas? Ar. M. Aliquid bonum eſſe.*
Dicit. *Arab. Dixit autem.*
Vide. *Syr. Videbis.*

Verſ. 47.

Vidit Ieſus Nathanaël venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt.

Vidit. *Arab. Cùm autem vidiſſet. S. Aug. Et vidit.*
Nathanaël. *Syr. Ipſum Nathanaël.*
Ecce verè. *Arab. Hic eſt verè. Theoph. Ecce verus.*
Iſraël. *Syr. Filius Iſrael. Mar. Vir innocens & pius.*
In quo. *Arab. In eo. Mar. Et.*
Dolus non e. *Mar. Sine dolo.*

Verſ. 48.

Dicit ei Nathanaël: Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Priuſquam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu vidi te.

Noſti? *Syr. Cognoſcis?*
Cùm eſſes. *Arab. Cùm tu eſſes. Ar. M. Exiſtentem.*
Vidi. *Euth. Videbam.*

Verſ. 49.

Reſpondit ei Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſraël.

Rabbi. *Syr. Magiſter mi. Arab. Magiſter.*
Filius. *Pagn. Ille filius.*
Rex. *Pagn. Ille Rex.*

Verſ. 50.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quia dixi tibi. Vidi te ſub ficu, credis: maius his videbis.

Reſpondit Ieſus e. d. e. *S. Aug. Dominus deinde dicit ei.*
Vidi. *Euth. Videbam.*
Ficu. *S. Aug. Arbore fici.*
Credis. *Arab. Credidiſti.*
Maius. *Caet. Maiora.*
Videbis. *Arab. Certò videbis.*

Verſ. 51.

Et dicit ei: Amen, amen dico vobis,

Videbitis. *Syr. Deinceps videbitis. Arab. Quia amodò videbitis. Vat. Poſthac videbitis.*
Cælum apertum. *Syr. Calos apertos.*

videbitis

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
videbitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra Filium hominis.	Angelos Dei. *S. Aug. Angelos.* Aſcendentes & d. ſ. F. h. *Syr. Dum aſcendent & deſcendent ad Filium hominis. Quidd. apud. Mar. Et interuenientes Angelos venientes è cælo & eius iuſſu eodem reuertentes. Quidd. Codd. Deſcendentes & aſcendentes ſupra filium hominis.*

CAPVT PRIMVM IOANNIS
Expenditur, & illuſtratur.

Opportunè nobis commiſſa ſupprimenda. 1201
Ioannes vt alter Ieſus conſtitutus. 1201
Ieiunio caro premitur euehitur mens. 1202
Initium Euangelij S. Ioannis quanti olim factum. 1202
Maria vt Ioannes comparatus. 1203
Velut ſpongia è Chriſti pectore traxit Ioannes quæ omnibus protulit. 1203
Ioannes Logotheta Diuinitatis. 1204
Euangelij Sol, Ioannes dictus. 1204
Euangeliorum primitiæ, Ioannis Euangelium. 1205
Loci prærogatiua, in quo Ioannes ſcripſit ſuum Euangelium. 1205
Ioannis initium cum Moyſis initio collatum. 1206
Euangeliſtæ cur aduerſari ſibi aliquando videantur. 1207
Euangelici Spiritus eſt ſuorum parentum obliuiſci. 1207
Verbi nomine cur Filius ſignificetur. 1208
Noſtra verba à Diuino vt differant. 1208
Cur prius Verbi mentio quam Patris. 1208
Verba extra nos omnino ferri non debent. 1209
Omnia ſummâ ſapientia à Deo facta. 1209
Apud Deum inſtar Verbi nos quoque eſſe debemus. 1210
Apud Deum eſſe noſtra Verba debent. 1210
Verbum cur Verbum potius quam Filius, Dei Filius dictus. 1211

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

1201. POTERAT altiùs exordiri Moſes, quia Iudæis ſcribebat, qui terræ ac terrenis hærebant, à cæli terræque creatione initium ſumit.
Gen. 1. 1. *In principio*, inquit, *creauit Deus cælum & terram.* Ioannes, terræ cælorumque creatione neglectâ, ſtatim mente euolat in verbi æternam generationem, vt vel ex hoc coniici poſſit, quàm Diuinarum rerum capacior populus Chriſtianus ſit rudi illâ Iudæorum gente. Sed, vnde hæc tam ſublimia didicit Ioannes? An à Chriſti pectore, in quò, dum cœnæ accumberet, fortunatè recubuit? O felix, qui tam citò in hac ſcholâ tam doctus euaſit? Hîc autem apparet eius humilitas, eius prudentiâ, qui tandiu ſupprimere nouerat, quæ didicerat, donec proferendi opportunum tempus adeſſet. Alius facilè oſtentaſſet, quod ſciebat: non ita Ioannes in Chriſti ſcholâ eruditus, in quâ humilitas cum doctrinâ tali pacto commiſcetur, vt abiungi nequeant.

Tam altè exorſus eſt Ioannes, & vnde hoc illi? & quia ſupra pectus Ieſu recubuerat, & quia filius erat virginis conſtitutus, factus velut alter Ieſus? quò aſpirare pro viribus debet, qui ſenſum eorum, quæ ſcripſit, plenè percipere deſiderat. Præclarè Origenes præfat. in Ioan. *Audeamus*, inquit, *dicere primitias ſcripturarum omnium Euangelium eſſe, Euangeliorum vero primitias Euangelium à Ioanne traditum, cuius ſenſum percipere nemo poteſt, niſi qui ſupra pectus Ieſu recubuerit, vel acceperit à Ieſu Mariam, quæ etiam ipſius mater fiat; adeo talem, tantùmque eſſe neceſſum ſit, qui Ioannes alter ſit futurus; vt quemadmodum Ioannes, itidem & iſte à Ieſu Ieſus exiſtere credatur.*

1202. Quàm ſublimè elata Ioannis Euangeliſtæ mens fuit! ſuperâ Dei gratiâ id fecit, & indictum omnibus ieiunium valde iuuit. Benè Rupertus prol. in Ioan. *Compulſus ab omnibus penè tunc Aſiæ Epiſcopis, & indicto omnibus ieiunio, Dominum precatus, ac ſancti Spiritus gratiâ inebriatus, hoc Euangelium ſcripſit.* Ieiunio nimirùm, caro premitur, euehitur mens.

Quanti fieri huius Euangelij initium debeat, diſce ex eo, quod habet S. Auguſtinus libr. 10. de de Ciuit. Dei cap. 29. *Initium*, inquit, *ſancti Euangelij, cui nomen eſt, ſecundum Ioannem, quidam Platonicus (ſicut à ſancto ſene Simpliciano ſolebamus audire) aureis litteris conſcribendum, & per omnes Eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eſſe dicebat.*

1203. Per Ioannis verba nobis Verbum innotuit. Nimirùm in hoc Mariæ comparatur: quod illa protulit carne, Ioannes virgo protulit voce. Benè Rupertus prol. in Euang. Ioann. *Vt Verbum, quod Maria Virgo ſola protulit in carne, ipſum huius* (Ioannis) *ſocia virginitas, præ omnibus ſanctis vitâ mortalibus, promeret voce.*

Exhibet nobis Ioannes, quod è Chriſti pectore accepit, & velut ſpongia traxit ac bibit. Pulchrè S. Gregorius Nyſſ. hom. 1 in. Cant. *Verbi amauit vbera, qui ſupra pectus recubuit; & veluti quandam ſpongiam cor ſuum appoſuit fonti vitæ, &, ineffabiliter repletus myſteriis Chriſti, nobis quoque exhibet mamillam à Verbo impletam, noſque implet bonis, quæ ex à fonte ſunt indita.*

1204. Quidni Spiritus ſancti lingua, luxque Eccleſiæ, & logotheta Diuinitatis dictus ſit hic Apoſtolus, hic Euangeliſta? Præſtat audire S. Petrum Damianum, qui ſerm. in eius laud. hos alioſque recenſet titulos. *Hoc*, inquit, *Diuinæ ſapientiæ ſale ita omnis B. Ioannis doctrina videtur reſperſa, vt meritò dicatur, os Dei, lingua Spiritus ſancti, cedrus paradiſi, lux Eccleſiæ, decus Orbis, præco Cæli, lumen Mundi, fidus hominum, ſpecimen Angelorum, lapis viuus, ſpeculum lucis, Logotheta Diuinitatis, forma fidei, columna cæli.* Poterat illuſtrioribus titulis Ioannem efferre.

Euangelium ſcripſit Ioannes, Euangelij ſol ſuâ ſanctitate, ſuâ doctrinâ dictus. Hôc cum titulo donat S. Dionyſius Areop. Epiſt. 10. *Eos, qui vos iniuriis afficiunt, & perperam ſe ſolem Euangelij*

exterminare poſſe putant, iurè merito reprehendens, opta, vt abſtineant ab iis, quæ contra ſemetipſos delinquunt.

1205. Poſt alios ſcripſit Euangelium S Ioannes: ſed quâdam dignitate præ aliis eius excellit Euangelium, vt, *Euangeliorum primitias*, illud vocauerit Origines Præfat. in Ioann. vbi hæc habet in eius commendationem: *ſed nimirùm maiores perfectioreſque de Ieſu ſermones reſeruat ei, qui ſuprà pectus Ieſu recubuit: nullus enim illorum adeò purè manifeſtauit illius Diuinitatem, vt Ioannes, quippè qui indicat illum dicentem: Ego ſum lux Mundi. Ego ſum via, veritas, & vita. Ego ſum reſurrectio. Ego ſum oſtium. Ego ſum paſtor bonus. Et in Apocalypſi: Ego ſum, α, &, ω: principium & finis, primus & nouiſſimus. Audeamus igitur dicere, primitias ſcripturarum omnium, Euangelium eſſe; Euangeliorum verò primitias, Euangelium à Ioanne traditum: cuius ſenſum percipere nemo poteſt, niſi qui ſupra pectus Ieſu recubuerit, vel acceperit à Ieſu Mariam, quæ etiam ipſius Mater eſt.*

Mirum eſt, quod de loco referunt, in quo S. Ioannes Euangelium ſuum ſcripſit: illum ſcilicet ab omni æſtu, vento, frigore, pluuiâque immunem fuiſſe; & vſque in hodiernum diem conſeruari. Salmeron tom. 2. tract. hæc habet de B. Ioanne loquens: *Locus, in quo ſcripſit, in campo aperto ſub dio, alienus fuiſſe ſcribitur ab omni æſtu, vento, frigore, pluuia, vt elementa illum quaſi venerari viderentur: quam reuerentiam omnia elementa illi loco vſque hodie ſeruare dicuntur.*

1206. Ioannis porrò initium cum initio Moſis conferens Vigerius chordâ 2. cap. 3. ait: *Vter iſtorum altiori orſus eſt tono? Vter ſolidiora iecit fundamenta? quorum ex initiis (quod dici ſolet) ſubſequentia facilè digneſcantur. Et lex illa Moſaica, teſtamentum vetus carnalibus hominibus figura ſuit, & quaſi vmbra pertranſiens: non mirum, ſi à mutabili creatura ſumpſit exordium, & corporum digeſtionem, diſpoſitionem, ordinem ante omnia demonſtrat. Nouum verò teſtamentum, quia fulgor eſt luminis ſpiritualis & ſempiterni, ſpiritualibus quoque traditum eſt viris, manens in æternum, à ſpiritualibus, ab æternis & penitus immutabilibus incipere debuit. Nemo hic miretur, ſi, ab Euangelio Ioannis nouum teſtamentum initium habere, à me ſcriptum inuenerit. Scio, ante Ioannem, Marcum, Matthæum, Lucamque Euangelium, ſcripſiſſe; ſed & ipſum Ioannem, ante Euangelij hiſtoriam, Prophetiam Apocalypſis (inſcrutabilium Diuinorum ſecretorum pelagus & abyſſum) ſcripſiſſe, me non fugit: nihilominùs noui inſtrumenti Euangelium Ioannis initium dare dubitare non poſſumus, quandò inde incipit Euangelium ordiri, vnde fides Chriſtiana prima fundamenta ſunt iacta. Tres Euangeliſtæ priores, Matthæus, inquam, Marcus & Lucas; à temporaneâ Ieſu Chriſti natiuitate hiſtoriam texunt. Chriſtum autem hominem fuiſſe & Mariam matrem habuiſſe nemo negat: ipſum verò Dei Patris filium, & virtute ſpiritus ſancti de matre in tempore genitum & natum, ſola fides prædicat Chriſtiana, & ſolidiſſimum hoc habet fundamentum, ſuper quo totius noſtræ Catholicæ religionis ſtructurâ conſurgit. Ioannes igitur, qui, ante omnia, hoc ipſum fundamentum ſtabilire aggreſſus eſt meritiſſimè nouo teſtamento principium dediſſe prædicatur.* Nimirùm, quò altiùs exordium eſt noui teſtamenti, quàm veteris fuerit, eò altior perfectiorque debet eſſe vita Chriſtianorum, quàm Iudæorum extiterit.

1207. Quatuor Euangeliſtæ Chriſti Euangelium ſcribunt, tanquàm flumina quatuor Paradiſi, dum fidelium arentes mentes veræ doctrinæ aquis irrigant & fœcundant, vt nullus his aquis irrigatus ſterilis maneat, fructibus deſtituatur. Quatuor ſcribunt: ſed cur tantâ diuerſitate, vt ſibi inuicem aduerſari quandóque videantur? Non caſu id factum, ſed Diuino conſilio. Primò, vt indigni excluderentur, qui, cùm, terrenâ ſapientiâ tumidi, intelligere, quæ videntur oppoſita, non poſſent, in ſacra myſteria ſe minimè abderent. Deinde, vt fidelium ingenia exercerentur, & apparentem oppoſitionem diſſoluere ope diuinâ ſtudentes, maiori lumine perfunderentur: quòd & factum. Tandem, quia, ſi omnia eodem modo iiſdemque verbis dixiſſent, ſufficeret vnus Euangeliſta, ſuperfluerent alij; & fidei hoſtes dicerent, ex quodam humano condicto, non diuino impulſu, ad ſcribendum motos.

Euangelici Spiritus eſt, ſuorum parentum obliuiſci. Rectè id colligit Forerius in cap. 1. Iſaiæ dum ait: *Solenne eſt prophetis, patrum ſuorum nomina apponere: quibuſdam autem & patriam: quod non ſeruarunt ſcriptores Euangelici, fortè quia non tantum carnis & ſanguinis rationem habebant.*

Verbum. Græcè, ὁ λόγος. Eximium illud Verbum, per quòd facta ſunt omnia: hanc enim vim habet articulus præpoſitus. λόγος multa ſignificat: ſcilicet, *verbum, ſermonem, orationem, rationem, virtutem, opus*, & alia plura: hîc tamen optimè quadrat nomen *Verbi*, quod à Deo proceſſionem deſignat: quam vim non habet nec *ſermo* nec *ratio*: quia *ſermo* compoſitionem ſignificat; *Verbum*, ſimplicitatem, quæ Dei Filio maximè conuenit. Præterea vox Græca λόγος & verbum & rationem ſignificat, vt ab harum notionum nexu diſceremus, verba non temerè nec ſine ratione fundenda. Significat etiam *opus*; & congruit verbum cum opere, quò nempè ita bona loqueremur vt verba verteremus in opus. 1208.

Erat Verbum. In Verbi nomine ſignificatur non ſolùm reſpectus ad Patrem, à quo producitur; ſed etiam ad illa, quæ per Verbum facta ſunt: nam Diuinum Verbum ab humano in hoc differt, quòd verbum mentale hominis ad operandum eſt inefficax: Verbum verò Diuinum efficax eſt, vnde & λόγος δημιουργὸς, *Verbum opifex*, dicatur. Noſtrum, à Diuino, Verbo diſcere, ſaltem noſtra verba, ſiue interna ſiue externa illa ſint, ad opus ordinare.

In principio erat Verbum: cur prius filij meminit quàm Patris? Quid ordinem hic quæras, vbi nullus eſt, niſi originis? Prius Verbum poſuit, quàm diceret *apud Deum*, ne quis crederet Verbum eſſe poſterius producente; pulchrè ſanctus Ambroſius lib. 5. de Fide cap. 5. *A Verbo cœpit Euangeliſta dicens: In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, iuxta humani ritus ordinem prius patrem debuit nominare. Neſciuit etiam Apoſtolus ordinem, qui ait: Paulus ſeruulus Chriſti Ieſu vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelio Dei. Et alibi: Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus ſancti. Si verborum ſequamur ordinem in primo Filio poſuit, in ſecunda Patrem. Sed verborum ordo ſæpe mutatur, & ideo non debes vel de ordine vel de gradu; Patri Deo & Filio eius facere quæſtionem, cum ſecundum Diuinitatem diuiſio nulla ſit vnitatis.*

Verbum erat apud Deum Nam verbum ita procedit à Patre, vt à Patre non abeat. O idem ſuâ ratione & de hominis verbis fieret, vt nullum à nobis verbum egrederetur, quod extra nos omninò ferretur! 1209.

ferretur ! Verba ad æterni Patris quandam ſimilitudinem emittit,qui ita emittit,vt apud ſequâdam ratione retineat ; adeò vt in aliorum ſalutem loquatur,ſed ſe non negligat;& ſibi dicta putet,quæ aliis dicit Huc vocari poteſt, quod habet S. Bernardus lib. 2.de Conſiderat. *Sume*, inquit, *exemplum de ſummo omnium Patre Verbum ſuum & emittente & retinente. Verbum tuum, conſideratio tua : quod ſi procedit, non recedat. Sic progrediatur, vt non egrediatur : ſic exeat vt non deſerat. In acquiſitione ſalutis nemo tibi germanior vnico matris tuæ.*

Et Verbum erat apud Deum. Non erat hoc Verbum ſolitarium ; erat apud Patrem,à quo genitum erat,vt ſemper gignitur. Sed,cur potiùs non dixit? *Filius erat apud Deum*, quàm, *Verbum erat apud Deum.* An,quia intelligi facilliùs poterat, Patrem, vtpotè intelligentem,Verbum producere (quod & homini conuenit & Angelo) quàm producere Filium? Deinde dicturus Euangeliſta, omnia à Patre creata,Verbi nomine vtitur, vt ſtatim colligeremus, nihil caſu factum ; ſed omnia ſummâ ſapientiâ,ratione ſummâ,conſilio ſummo,cùm Creator Verbo rationis omnia creauerit.

1210. *Erat apud Deum.* Apud eum erat, à quo erat. Nos quoque eâ ratione,quâ poſſumus,apud Deum eſſe debemus. Præſtat hîc ſiſtere docti authoris verba : ſic Salmeron tom. 2. tract. 5. in calce rem verſat : *Ex eò quòd ipſe ſapientiſſimus eſt,apud Patrem tutiſſimumque & honorabiliſſimum locum quæſiuit;demus operam, vt nos quidem ſimus apud Patrem intellectu per fidem, volūtate per amorem,operibus Diuinis per hoc,vt Diuina Maieſtatis oculis placeamus. Simus apud Patrem ſubſiſtentes per donum fortitudinis; vt apud maiorem cum humilitate; vt concordantes cum Patre per idem velle & nolle; vt conſultantes cum eo in omnibus periculis ac ſcrupulis noſtris; vt denique cum eo conuerſantes dignos filiorum Dei mores induamus. Si enim ipſe de ruſticis & inimicis ſuis dixit : Deliciæ meæ,eſſe cum filiis hominum : quanta debent eſſe noſtra deliciæ verſari cum Patre & Verbo & Spiritu ſancto.*

Et Verbum erat apud Deum. O vtinam etiam verba mea,non vt Verbum, ſed ſaltem aliquâ ratione apud Deum ſemper eſſent ; eſſent, ſi aut de Deo tractarent,aut in Deum dirigerentur, quæ dico,quæ cogito! Proh quàm multa homines verba extrinè effundimus, & quàm multa intùs formamus,& quàm pauca ſunt apud Deum ; cùm omnia ferè terram terrenaque reſpiciant, de rebus pereuntibus ſint.

1211. *Erat apud Deum.* Deus erat,& apud Deum erat: in vnâ ſcilicet Deitate, Perſonarum adeſt pluralitas. *Ne quis* (inquit hîc Theophylactus) *diabolicâ illuſione turbet quoſdam dicens : Ergo, quia & Verbum Deus eſt, aliquando inſurget contra Patrem (vt Gentiles fabulantur) & ſegregans ſe ab eo,aduerſarius erit. Propterea dicit, quòd, licèt Deus ſit Verbum,nihilominùs cum Deo Patre eſt, & ab eo nunquam ſeparatus.*

Verbum,potiùs Dei Filium vocat, quàm *Filium*, vt auditorum infirmitati conſuleret ; ne ſcilicet, audito ſtatim Filij nomine,cogitarent corporalem natiuitatem, & ab affectionibus proficiſcentem: &, quia de Filio Dei hîc erat tractaturus, quatenùs Patrem debebat manifeſtare; ideo magis conueniebat eum vocare Verbum,quàm Filium.

Hoc erat in principio apud Deum.

NOndum ſe Mundo Verbum manifeſtauerat; quia nondum Mundus erat. Apud Patrem tantùm erat,à quo procedebat. Nondum carne ſe veſtierat : occultum erat, abſconditum erat. Sed Verbum,quod ante omnia apud Patrem erat,etiam cùm omnia condidit, cum ipſo & apud ipſum maximè fuit omnium operum conſcium.

SECTIO II.

Redemptionis beneficium quàm eximium. 1212
Bonorum exemplum quantas & in malos vires habeat. 1212
Ne amorem divideremus idem nobis factus eſt Redemptor & Creator. 1212
Deo adſcribendum quicquid proſperi vel aduerſi à creaturis experimur. 1212
Vita non eſt vita,ſi extra Deum. 1213
Chriſtus vt etiam in Mundi exordio homines illuminauerit. 1214
Lux hominum potiùs quàm Angelorum cur Verbum dictum. 1214
Vita quæ ſecundùm Deum vera vita. 1215
Chriſtus etiam abiens ſuorum lux eſt. 1215
Domini præcurſor ab omnibus terrenis rebus liber. 1216
Ioannes Baptiſta Angelus credi poterat niſi homo diceretur. 1217
Teſtimonium quod vitâ & moribus fit quàm firmum. 1218
Prædicator gloria,fama,diuitiis minimè inhiet. 1218
Inter homines non viuens, maior quàm homo fieri debet. 1219
In hominibus iudicandis humanum quàm facile aberret iudicium. 1221
Euangelicus doctor,aliorum, ſalutem ſpectet non ſuam laudem,nec ſuum commodum. 1221. 1222

Omnia per ipſum facta ſunt.

NOn tantùm apod Patrem Verbum erat, cùm 1212.
omnia conderet ; ſed & per ipſum Pater omnia fecit. Pende,quàm breui ſermone rerum omnium productionem expedierit : quod Moſes longo ſermonis circuitu explicauit. Non caret hæc res myſterio Moſes creationis beneficium illi exponens populo,qui nondum redemptionem acceperat,multis id fecit, vt altiùs eius memoriæ inſideret multiſque verbis amplificauit tanquam præcipuum omniumque maximum beneficium. Ioannes ſummatim omnia perſtringit : *Omnia*, inquit, *per ipſum facta ſunt.* Quia ad maiora narranda properabat ; ad incarnationem ſcilicet Verbi & humani generis redemptionem, quæ multò maiora ſunt,pluriſque fieri à nobis debent,vt creationis beneficium minimum ſit, ſi incarnationi & redemptioni conferatur;cùm in illo ſua nobis Deus noſque nobis,in iſtis ſeipſum nobis dederit.

Omnia per ipſum facta ſunt. Plura paucis verbis dixit, quàm multis dixerit Moſes. Etiam Angelorum creationem his verbis complexus eſt Ioannes,quod non fecit Moſes rudi populo loquens & ad idololatriam propenſo. Poſt Filij Dei in terras aduentum idolorum cultus abolendus erat,vt non timuerit Ioannes ſpiritualium ſubſtantiarum creationem ſuo ſermone claudere;cum & Hebræorum populus,qui tam facilè in idololatriam labebatur, ferè

ferè idola colete etubeſcat, poſtquàm Verbum, aſſumptà carne, Euangelicæ veritatis lucem in totum Mundum inuexit. Moſes minis ac ſupplicijs non potuit pupulum ab idolorum cultu auocare. Fecit hoc Chriſtus, Chriſtiani populi exemplo, tantum bonorum exemplum ad bonum prodeſt etiam malis.

Dicturus Ioannes, Verbum carnem factum eſſe, præmittit per ipſum omnia facta, vt intelligeremus, eundem & Creatorem eſſe & Redemptorem. Nimirum, ne nos amorem corque diuideremus, idem nobis factus eſt Redemptor & Creator.

Et ſine ipſo factum eſt nihil.

ET *ſine ipſo factum eſt nihil.* Cùm omnia per ipſum facta ſint, conſequens erat, vt ſine ipſo factum nihil eſſet; cur igitur iſtue expreſſit? Ferus hîc; *ſicut*, inquit, *præcedens ſententia, ad primam creationem rerum attinet, ſic hæc ad generationes, corruptiones, & alias quaſlibet aliarum creaturarum tranſmutationes, & operationes referenda eſt, vt eas ſine verbo Dei fieri non credamus. Docet igitur hæc ſententia Deo adſcribere quicquid ſine proſperi, ſiue aduerſi à creaturis experimur; ſtat enim ſententia. Sine ipſo factum eſt nihil.*

In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum.

1213. IN *ipſo vita erat.* Vt vita ipſa non vita ſit, ſi extra ipſum; & magis, ſi contra. *Contemplare,* inquit B. Laurentius Iuſtinianus tract. de Caſto connub. cap. 22 *ſi vales, Verbum, & te in ipſo inuenies: nam, quod factum eſt, in ipſo vita erat. O vita viuens, in qua viuunt omnia, viuifica me, non vitâ carnis, ſed ſpiritûs: non aliunde quàm de Te in Te, vt per Te viuam Tibi. nemo enim viuit, qui non Tibi, ſed ſibi viuit. Quomodò ſine vitâ viuere quis dicendus eſt? dixiſti namque, ô melliflue amor (& verum dixiſti) Ego ſum via, veritas & vita: via credentium, veritas contemplantium, & vita regnantium, quos enim eligis, vt in æternâ regnent vitâ, viuificante nunc replet gratiâ; manifeſtas Te illis, illos rapis in Te ſupra ſe; & iam non ſunt in ſe, ſed in Te: vident ſe, non in ſe, ſed in Te: exultant in ſe de Te, ſuauitérque commorantur extra ſe; quia ſunt in Te iucundiuſque manent in Te, quàm in ſe.*

1214. Vita hîc pro ipſo Verbo ponitur, quod eſt cauſa vitæ. Hæc vita lux eſt, vt ſtatim cognoſceremus, ad vitam conſequendam, neceſſarium lumen eſſe, quo Verbum in cordibus noſtris luceat: nec enim viuere facit, niſi quos ſuæ ſidei lumine perfundit. Pende illud *erat*, quod æternitatem Verbi ſignificat Sed quî cohæret cum illo, quod ſequitur, *lux hominum?* An ante illuminare homines potuit, quàm eſſent homines, quàm eſſet homo factus? Sed, licèt in tempore Verbum in carne apparuerit, perſona tamen, quæ apparebat, æterna erat; & ideo dictum, *vita erat*. Sed quî in principio Mundi lux hominum eſſe potuit Chriſtus, cùm adhuc non eſſet? An non etiam in Mundi exordio homines illuminauit? quotquot enim iuſti fuerint, fide eius aduentus fuerunt, in venturum Chriſtum credentes, qui idcirco etiam ab origine Mundi occiſus perhibetur.

Lux hominum. Cur etiam non Angelorum? An, quia Verbum ratione carnis aſſumptæ lux propriè hominum factus eſt, non Angelorum, quibus non ratione carnis dux aut ductor eſt, ſed quatenus Verbum eſt. Addit Portetta hîc: *Dicendum erat potius lux hominum, quam Angelorum, quia Euangelium ſcribebat hominibus non Angelis. Nouerat Euangeliſta, quod beneficia ſi ſpecialiter facta ei narrentur, cui loquimur mouent magis eum & ad attentionem, & ad benefactoris amorem, quàm ſi communiter facta etiam aliis narrentur; ideo hoc inæſtimabile beneficium voluit ſpecialiter nobis explicare per illud: vita erat lux hominum.*

Lux hominum. Lux hominum erat hæc vita, *cùm hominum naturam*, inquit Vgo Carenſis, *ſibi in vnitate perſonæ vniuit: & idcirco non dixit, hanc vitam eſſe lucem Angelorum; quia non Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.* Addit: *Non dixit; lux Iudæorum; ſed vniuerſaliter hominum: non enim Iudæi ſolum, ſed & Gentiles ad hanc venerunt cognitionem.*

Vita, quâ homo viuit ſecundùm Deum; (nam 1215.
alia, licèt vita dicatur, vita non eſt:) Vita, quæ fit per gratiam, & gloriâ perficitur, in Verbo *ipſo* eſt; &, ad hanc largiendam, Verbum caro factum eſt: vnde & Verbum vitæ dicitur eidem Ioanni Epiſt. 1. c. 1. v. 1. *Quod perſpeximus,* inquit, *de Verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Vita, quæ extra Verbum, quæ extra Dei gratiam, vt vita extimè videatur, vita non eſt, ſed mors. Plerique hæc verba cum illis nectunt: *Quod factum eſt, in ipſo vita erat.* Quam lectionem non pauci amplectuntur: inter alios B. Ambroſius, eamque ſic verſat, vt, quod factum eſt, in Chriſto ſeu Verbo caro paſſio & mors ſignificetur, ſed quî inquies etiam paſſio & mors, vita, dici poſſunt? Quia vita nobis ſunt: paſſus quippe & mortuus eſt Chriſtus, vt nos viueremus.

Et lux in tenebris lucet.

SIgnatè ait, *lucet*, non *luxit*, vt ſignificaret perpetuam & indeſinentem illuminationem: nam, licet abierit, & ſe ab hominum oculis ſubtraxerit, per ſuos Apoſtolos viroſque Apoſtolicos, veritatis luce, Eccleſiam ſuam perfundit, & infidelitatis tenebras diſcutit.

Et tenebræ eam non comprehenderunt.

TEnebras, homines appellat, viam ſalutis 1216.
ignorantes; vt non tam in tenebris eſſent, quam eſſent tenebræ. Hinc & Paulus Epheſ. 5. 8. *Eratis aliquando tenebræ.*

Fuit homo miſſus à Deo.

FVit *homo miſſus à Deo.* Tanquam Domini præcurſor atque adeò ab omnibus rebus terrenis liber & expeditus. *Vt præcurſor,* inquit Salmeron, tom. 2. tract. 21. *nudus fuit, non occupatus in ſæculo vel in parentibus poſſeſſionibuſve; ſed vrgente Domini ſermone, & negotio mittentis Dei, & ſubſequentis ſe Verbi, nudus & expeditus ante faciem eius curreret tùm ab infantiâ ſiue pueritiâ eius, quippè qui ad hoc natus erat & factus.*

Fuit homo. Angelus credi poterat, niſi homo 1217.
diceretur. Si mores, ſi vitam ſpectes, pluſquàm homo eſſe videbatur. Fuit homo, ſed humana omnia ſub ſe poſuerat, Diuinorum amore æſtuans. *Nihil humanum eſſe exiſtima eorum, quæ dicuntur de illo*, inquit Careoſis Vgo hic: *non enim*

quæ

quæ eius ſunt, ſed quæ mittentis omnia loquitur.

Miſſus à Deo. Non ſe ingeſſit, nec præcurſoria ſibi vſurpauit officium. A Deo miſſus eſt, vt quæ Dei eſſent, ageret. A Deo eſt miſſus Ioannes, vt homines tranſmitteret ad Deum, & omnes per illum Chriſto crederent.

Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine.

1218. MAgna Ioannis laus, vt non ſolùm voce, ſed (quod magis eſt) etiam vitæ ſanctitate teſtimonium Chriſto perhibuerit, nullam vt Iudæi excuſationem haberent, quòd Chriſto non credidiſſent. Sed aliquis hîc dicat: Cur Ioannis teſtimonium adhibendum erat, cùm ſcripturæ ſacræ ſufficere viderentur, quæ teſtimonium Chriſto perhiberent? Quia non omnes intelligebant prophetias, nec ſcripturarum ita percipiebant ſenſum, vt ſigna venturi Meſſiæ diſcernerent, cùm, qui ſacræ ſcripturæ ſtudiis vacabant, multis peccatis detinerentur, quæ ſuperæ luci maximè aduerſantur. Præmittitur Ioannes tanquàm ſcriptura viua qui ſanctiſſimis moribus, vitæ innocentiâ, & apertiſſimis vocibus teſtimonium Chriſto perhiberet, &, aduenisse Chriſtum perſpicuè proderet. Rectè autem dictum: *vt teſtimonium perhiberet de lumine* non *de Verbo*, vt ſignificaretur, Chriſtum non indiguiſſe hoc teſtimonio, ſicut nec lumen alio indiget lumine, vt videatur. Indiguit Iudæorum imbecillitas, cui Ioannis aſſeueratione conſultum.

Hic venit, vt teſtimonium perhiberet de lumine, ſicque fieret, *vt omnes crederent per illum.* Nulla hîc diuitiarum mentio, nulla terrenæ gloriæ, nulla famæ laudiſque. Non venit, vt diuitias cumularet, vt humanam gloriam venaretur: ſed, vt omnes ſaluarentur.

1219. In teſtimonium venit Ioannes: nunquid non aliud præſtitit? Diceres totâ vitâ moribuſque teſtimonium de Chriſto dediſſe. Sed, cùm Iſaiæ labia legantur calculo purgata, Hieremiæ os manu tangentis, cur Ioannis labia & os nec calculo nec manu redduntur pura? An, quia illis ſanctior? & quia inter homines non vixerat, vt vixerant illi? Pulchrè Vgo hîc. *Eſaias, quandò mittebatur in teſtimonium rei viſa dixit: Væ mihi, quia tacui, quia vir polluti labij ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Idcirco, antequam mittatur, purgantur labia eius calculi ardentis tactu. Similiter Hieremias purgatur, antequàm mittatur, ſed non calculi tactu, ſed manûs tantùm; quia adhuc parùm peccauerat in linguâ, quia puer erat: vnde Hierem. 2.9. Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ioannes verò nec manu nec calculo tangitur; quia linguam ſuam in deſerto ſeruauit impollutam, & ideo idoneus fuit ad teſtificandum.*

Venit Ioannes, vt teſtimonium de lumine, id eſt de Chriſto, perhiberet. Scilicet, non ſe, ſed Chriſtum debet Dei ſeruus prædicare. Teſtimonium perhibet de Chriſto, non Chriſti gratiâ, ſed Iudæorum; nec enim hominis teſtimonio Deus indigebat: eò tamen ſe dimiſit, vt acciperet, tantum in eo humilitas potuit & noſtrî amor.

Venit in teſtimonium Ioannes Baptiſta, venit &
1220. Ioannes ipſe Euangeliſta, qui hæc ſcribebat. Pulchrè hunc teſtem commendat Rupertus prol. in Ioann. *Aſcito*, inquit, *ſecum alio non minus idoneo, ſcilicèt Ioanne Baptiſtâ, vt ſint teſtes duo, non enim minùs in ore duorum teſtium ſtabit omne verbum. Aſcito ergo Ioanne, qui venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Dicta tam illius quàm ſua frequenter appellat teſtimonium, dicens de ſemetipſo in fine omnium: Hic eſt diſcipulus, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc; & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius. Teſtis itaque Dei ſingularis hic eſt atque præcipuus, qui in publico cœli & terræ auditorio, cùm ageretur non tam de terminis aut legibus Regni, quàm de ipſis natalibus Regis noſtri, teſtibus aliis defeſſis & à clamore contradicentium violenter oppreſſis, repentè in medium proſiliuit, & magno vocis Euangeliſta tonitru, verbique coruſcantis fulmine omne concilium vanitatis, cunctamque eccleſiam malignantium vbique terrarum perterruit ac diſſipauit, apertè proteſtans de illo, quòd Filius vnicus & conſubſtantialis, ac per hoc hæres legitimus Patris æterni ſit.*

Vt teſtimonium perhiberet de lumine. Teſtimo- 1221.
nium ab homine accipit, non ſui causâ, ſed noſtri. *Teſtatur autem Ioannes* inquit S. Thomas hîc lect. 4. *non quia maior, ſed quia notior, etiamſi ſit minor.* Pende, quàm facilè in hominibus iudicandis humanum aberret iudicium. Si externam vitam & abſtinentiam Ioannis conſideres, maior videbatur Chriſto, & ab aliquibus cenſebatur maior: ſed minor erat, nec dignus, qui eius corrigiam calceamenti (vt ille aiebat) ſolueret.

Vt omnes crederent per illum.

VIdes, quò ſpectarit Ioannis teſtimonium: *Vt omnes*, inquit, *crederent per illum.* Iudæorum ſalutem ſpectabat Ioannes. Chriſtum laudans non quærebat gloriam ſuam: nihil adulationi dabat. Etiam Chriſtus Ioannis teſtimonium quærit; non ſuæ laudis causâ, non ſuæ gloriæ, ſed alienæ vtilitatis, alienæ ſaluis & profectus. Rectè autem dictum *per illum*, non *in illum*; quia Ioannes non erat, in quem credendum; ſed Chriſtus.

Vt omnes crederent per illum. Huc Ioannis teſti- 1222.
monium tendebat, vt omnes alliceret ad Chriſtum, iique Chriſtum ſequerentur. Nihil terrenum cogitabat Ioannes. Teſtimonium perhibuit de lumine, *vt omnes, non vt parentes vel noti tantùm*, inquit Vgo, *crederent in illum, non ditarentur per illum: contra multos legatos, qui magis intendunt ditare parentes in ſuâ legatione, quàm conuertere peccatores ad fidem & pœnitentiam.*

Vt omnes crederent per illum. Non enim Ioannis teſtimonio egebat Chriſtus, ſed in Chriſtum credituri. *Ne quis exiſtimet*, inquit hîc Theophylactus, *quòd huius teſtimonio opus habuerit ad gloriam Vnigenitus, quaſi aliqua ex parte inops; idcirco addidit, quòd venit teſtificaturus de Filio Dei; non quòd illius teſtimonio habeat opus, ſed vt omnes credant per illum.*

Vt omnes crederent per illum. Non defuit ſuo muneri Ioannes. Quantum in ſe fuit, omnes ad Chriſti fidem ſtuduit allicere. Quòd omnes non crediderint, multorum perfidiæ tribuendum, non Ioannis ſedulitati.

SECTIO III.

Cur de Ioanne Baptiſta dicatur quod non eſſet lux. 1223

Ioannis Baptiſtæ ſanctitas. 1223

In deſerta cur vixerit Ioannes Baptiſta. 1223

Linguæ cuſtodia Euchariſtiæ præmittenda. 1223
Omnes homines cur illuminare dicatur Chriſtus. 1224
Mundi dominus nummus dictus, homines excæcans. 1225
Satis pœnarum dat, qui Chriſtum non recipit. 1226
Grande ſupplicium poſſe aliquem Dei filium fieri & nolle. 1226
Ab omni inuidia exulare mens debet. 1227
Incarnationis beneficium ne deleretur in hominum memoriâ vt Deus ſtinduerit. 1227
Fidei & credentium prærogatiua. 1228
Spiritualis generatio qualis. 1228
Demiſit ſe Dei Filius, vt nos erigeret. 1229
Homines Dei Filij fiunt; quia Deus, filius hominis eſt factus. 1230
Caro infirma per carnem Verbi reparata. 1230
Verbum cur caro factum dicatur. 1231
In cordibus noſtris habitare Chriſtus amat. 1232

Non erat ille lux; ſed, vt teſtimonium perhiberet de lumine.

1223. MIrum, cur de Ioanne dicatur, quòd lux non eſſet, cùm Chriſtus apud S. Matthæum Apoſtolos lucem Mundi dixerit. Erat etiam Ioannes lux, & maxima: ſed, quia hîc comparatur Chriſto, ob id lux negatur, cùm omnis lux, luci Chriſto comparata, lux dici non debeat. Erat lux, ſed non lux illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Tantæ fuit ſanctitatis & excellentiæ Ioannes, vt Chriſtus credi potuerit & lux, quæ omnes in Mundum venientes illuminat: adeò vt neceſſe fuerit Euangeliſtæ declarare, eum non fuiſſe lucem illam, quæ Chriſtus fuit: nec enim de aliquo negamos, niſi quæ aliquâ ratione ei ineſſe appareant.

Vt teſtimonium perhiberet de lumine. Atque adeò in vmbrâ, & procul ab hominum luce in deſerto vixit, vt aptiùs de Chriſto teſtimonium ferret. *Ideo vixit*, inquit Vgo, *ab infantiâ in deſerto, vt linguam ſuam ad tantum teſtimonium ſeruaret impollutam: quod non poteſt fieri inter homines.* Quàm cautè cuſtodire linguam debent, qui, non loqui tantùm de ipſo debent, ſed illum ſumere? quod in Euchariſticâ menſâ fit.

1224. Pura lux Deus eſt; & idcirco mentis oculos requirit, à quibus videatur. *Vis illam lucem* (verba ſunt S. Auguſtini in Pſalm. 26.) *quæ videtur oculis cordis, videre? quia ipſa lux Deus eſt; Deus enim lux eſt, ait Ioannes, & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Vis ergo videre illam lucem? Munda oculum, vnde videtur: beati enim mundo corde, quia ipſi Deum videbunt.*

Quæ illuminat omnem hominem.

SIgnatè dictum, illuminare *omnem hominem* potiùs, quàm *omnem animam*: ſcilicèt, *ne erraremus* (inquit Caietanus) *ſaltem ſuſpicando animas præexiſtere aut præilluminari, antequam homo exiſtat & illuminetur.*

Et mundus eum non cognouit.

1225. ET *Mundus*, Mundi ſcilicèt amatores, *eum non cognouit*. Sed cur? *Quia Dominus huius Mundi* (inquit hîc Vgo Carenſis) *id eſt nummus, excæcauit eos. Non eſt mirum, ſi non cognoſcunt Deum; quia non habent tempus præ computatione redituum.* O redderent ſe ſibi, qui redditus tantùm cogitant; & à terrenis rebus mentem auocarent, aduocarent ad cæleſtia & perennatura!

In propria venit.

IN *propria venit.* Cur non dixit in propriam? Ferus hîc: *Obſerua*, inquit, *quòd non dicit, In propriam venit, ſed in propria; non enim tantum acceſſum, ſed & perſeuerantiam monſtrare volebat, & veniſſe, & ſteriſſe in Iudæorum Patria illum ſignificare.* Quantum in Chriſto eſt ad nos venit, vt in nobis maneat.

Et ſui eum non receperunt.

ET *ſui eum non receperunt.* Adeò non receperunt, vt eum contumeliis affecerint, & tandem occiderint. Mortis & contumeliarum non meminit; ſed malorum omnium fontem indicauit, Chriſtum ſcilicèt non recepiſſe. 1226.

Et ſui eum non receperunt. Non explicat, quas pœnas dederint, qui illum non receperunt. Satis pœnarum & malorum eſt, non cognoſcere Saluatorem, etiamſi nulla alia externa pœna infligatur. Magnam pœnam recipere eſt, ipſum non recipere Ieſum: alia quæuis leuis præ iſtâ eſt.

Quotquot autem receperunt eum.

QVotquot autem receperunt eum. Illorum præmium recenſet, qui receperunt eum. Nihil de illorum ſupplicio narrat, qui minimè receperunt: cur id Ioannes fecit? An, quia vix maius excogitari ſupplicium poteſt, quàm poſſe aliquem, Dei Filium fieri, & fieri nolle? Præclarè S. Chryſoſtomus hîc hom. 9. *Quid non dicis nobis Ioannes, eorum etiam ſupplicium, qui eum non receperunt: ſed tantùm quòd ſui erant & in propria veniens à ſuis minimè receptus eſt? Quod autem ex hoc eis ſupplicium maneat præteriiſti. Ita enim maiorem in modum eos perterrere, & duritiem illam ingratitudinis mollire poteras. Quanâm igitur gratiâ id ſubticuiſti? Et quodnam maius ſupplicium eſſe poſſet, quàm ſi in eorum ponatur arbitrio filios Dei fieri, & nolint; ſed ſponte ſuâ, tantâ ſe nobilitate tanto honore indignos efficiant? Verùm enimuerò non in hac duntaxat vitâ cruciabuntur, cùm nihil acceperint: ſed in ignem etiam damnabuntur perpetuum, vt in ſequentibus patebit. Hæc autem in loco eum recipientium immenſa bona breuis enarrat. Quotquot autem receperunt eum*, inquit, *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Siue ſerui ſint, ſiue liberi; ſiue Græci, ſiue Barbari; ſiue ſapientes, ſiue inſipientes; ſiue viri, ſiue mulieres; ſiue pueri, ſiue ſenes; ſiue nobiles, ſiue ignobiles; ſiue diuites, ſiue pauperes, ſiue principes, ſiue priuati; omnes, inquit, eodem dignati ſunt honore.*

Quotquot autem receperunt eum. Cur loquitur indeterminatè? *Ad denotandum* (inquit hîc S. Bonauentura) *quòd, ſiue ſerui, ſiue liberi, ſiue barbari, eodem honore ſunt digni.* Omnes adoptantur in filios, qui Filium recipiunt.

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius.

FIlios Dei fieri. Alia naturæ ratio eſt, alia adoptionis. Verbo naturaliter hoc ineſt, vt Dei Filius ſit: nos, Dei Filij gratiâ, donamur hoc titulo, vt Dei filij dicamur in quo apparet, quàm ab omni 1227.
inuidiâ

inuidiâ Chriſti mens exulet. *In humanis*, inquit doctus ille author, *rarò fit, vt filius vnicus fratres habere optet, multóque minùs vt adoptiuos habere deſideret, ſi non habet natiuos: atqui Verbum Dei, vnigenitus Filius Dei naturâ, tantâ charitate hominum flagrat, vt, conſentiente Deo Patre, hominibus det poſſe eſſe filios Dei, reque ipsâ filios Dei faciat fratres & coheredes ſuos, ſine inuidiâ hæreditatem ſuam cum hominibus communicans, hæreditatem inquam Regni cælorum; quamuis communicando nihil minus retineat.*

Quod homo pro hominibus ſit factus Dei Filius, à quatuor Euangeliſtis litteris voluit conſignari, ne facilè in hominum memoriâ hoc beneficium deleretur. Præſtat hîc ſiſtere, quod habet Oleaſter in cap. 5. Geneſ. *Sic etiam voluit, quatuor chronographos ſummâ cum diligentiâ generationem humanam ipſius enarrare: quæ in Deitate operatus eſt, voluit perpetuæ obliuioni tradi: vbi enim liber Bellorum Domini, & alij, quibus geſta, quæ fecit ad Rubrum-mare, & ad torrentem Arnon? Omnia perire voluit: ſolius verò humanæ generationis librum ſeruat.*

1228. *His qui credunt in nomine eius.* Mirum, cur dixerit, dediſſe poteſtatem filios Dei fieri non amantibus, ſed credentibus. Hoc factum (inquit S. Bonauentura hîc) *quòd fides eſt prima virtutum.*

Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

QVi *ex non ex ſanguinibus.* Mira generatio, & extra ordinem naturæ; hanc nobis ita deſcribit Sanctus Gregorius Nyſſenus orat. 1. in Chriſti Reſurrectionem. *Quanam*, inquit, *generatio? quæ non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo facta eſt. Quînam, inquies, hoc fieri poteſt? Audi, nam paucis explicabo. Fœtus hic per fidem concipitur, per baptiſmatis regenerationem in lucem editur: nutricem habet Eccleſiam: huius doctrinam & inſtituta ſugit tanquam vbera: illi cæleſtis panis eſt cibus: ætatis perfectio eſt ſublimis viuendi ratio, nuptiæ conſuetudo ſapientiæ: liberi, ſpes: domus regnum: hæreditas & opulentia, deliciæ paradiſi: finis non mors, ſed vita illa, quæ dignis parata eſt beatiſſima, & ſempiterna.* Quis ita non cupiat naſci? quis hanc generationem non amet? naſci non merebatur neque in lucem edi, qui huius generationis amore non capitur.

1229. *Sed ex Deo nati ſunt.* Significantiùs dixit, quàm ſi dixiſſet, *A Deo.* id quod notabat etiam Caietanus hîc. *Non dicit, à Deo, velut ab extrinſeco; ſed ex Deo velut homogeneo, ad ſignificandum, filios Dei ſpectare ad genus Diuinum.*

Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

VErbum *caro factum eſt.* Demiſit ſe, qui ſummus erat, vt nos erigeret, vt ſaluti noſtræ conſuleret. Præſtat hîc ſiſtere S. Auguſtini verba in Pſalm. 33. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus in corpore & ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtram. Vnde autem commendauit corpus & ſanguinem ſuum? De humilitate ſuâ: niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus ſempiternus: ſed manducant Angeli, manducant ſupernæ Virtutes, manducant cæleſtes ſpiritus; & manducant, & ſaginantur; & integrum manet, quod eos ſatiat & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum? Vnde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo, vt menſa illa lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? Vnde cibus in lac conuertitur, niſi per carnem traiiciatur? nam mater hoc facit. Quod manducat mater, hoc manducat infans: ſed, quia minùs idoneus eſt infans, qui pane veſcatur, ipſum panem mater incarnat, & per humilitatem mammillæ & lactis ſuccum de ipſo pane paſcit infantem. Quomodò ergo de ipſo pane pauit nos ſapientia Dei? Quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatem: quia panem Angelorum manducauit homo.*

Verbum caro factum eſt. Verborum nexum pende. Vix dixerat, homines ex Deo natos, Dei Filios fieri, cùm ſubdit, Verbum carnem factum; vt à nexu colligeremos, homines Dei filios fieri, quia Deus filius hominis eſt factus. Scitè S. Chryſoſtomus hîc. *Cùm dixiſſet ex Deo natos & filios Dei factos, qui eum receperunt, tanti honoris cauſam adiecit: quòd Verbum caro factum eſt, & ſerui formam Dominus accepit. Factus eſt enim filius hominis, dilectiſſimus Dei Filius, vt filios hominum filios Dei faceret.* 1230.

Verbum caro factum eſt. Cur carnis mentio præcipuè facta? Quia pars hominis infirmior debiliorque per Verbum habuit, vt repararetur. Sic S. Thomas hîc lect. 7. *Mentionem*, inquit, *de carne ſpecialiter fecit, vt oſtenderet, quòd caro infirma per carnem Verbi reparata fuit.* Atque adeò, quò debilior eſt caro, fortior ille amor eſt, qui Dei Filium huc flexit, vt caro fieret,

Cur potiùs dictum, *Verbum caro factum*, quàm *homo factum?* Nodum ita ſoluit Caietanus hîc. *Quamuis*, inquit, *appellatione carnis intelligatur homo, quùm dicitur, quòd Verbum factum eſt caro, Euangeliſta tamen non dicit. Et Verbum factum eſt homo Sed, Factum eſt caro, tum ad explicandam Diuinam dignationem in hoc, quòd Verbum factum eſt id, quod eſt infirmum in homine, ſcilicèt caro; maximaſiquidem deſcribitur Dei benignitas, dum vſque ad infirmum deſcendiſſe deſcribitur: tum ad excludendum erroneum ſenſum, qui fuiſſet acceptus, ſi dixiſſet: Et Verbum factum eſt homo: nam homo eſt homo ratione animæ intellectiuæ, ac per hoc intellectum fuiſſet, quòd Verbum iunctum eſt homini ratione animæ intellectiuæ per gratiam, per operationem intelligendi & amandi; & non ſecundùm eſſe ſubſtantiæ: ſed dicendo, quòd factum eſt caro, quæ non eſt capax gratiæ, non intelligit, non amat; intelligendum expreſſit, quòd Verbum iunctum eſt carni ſecundùm eſſe ſubſtantiæ.* 1231.

Et habitauit in nobis. Dixit, *in nobis*, non *inter nos*; ne ad externam corporalemque habitationem & præſentiam rem coërceremus, ſed ad habitationem in cordibus extenderemus. Luculenter hæc verba explicat & expendit Caietanus hic, dùm ait: *Pronomen, nobis, monſtrat, quòd non de habitatione in aſſumptâ naturâ eſt ſermo; nam aſſumpſit vnam ſingularem humanitatem & non multas. Præpoſitio verò, in, dicendo, in nobis, monſtrat, quòd non de habitatione locali, ſeu exterioris conuerſationis eſt ſermo; dicendum enim fuiſſet: Et habitauit inter nos, vel, nobiſcum, ſi localis habitatio ſignificaretur. De habitatione itaque in cordibus noſtris eſt ſermo, cùm dicitur: Et habitauit in nobis. Et dixit hoc, ne errares exiſtimando Verbum in hoc, quòd factum eſt* 1232.

caro, impeditum eſſe ab habitando ſpiritualiter in animis noſtris. Et docuit, quòd Verbum ita factum eſt caro, quòd tamen habitauit ſpiritualiter in nobis ſecundùm animam: vnde & ſignificantiùs dicit, habitauit; ad excludendum impedimentum carnis, quæ habitare non poteſt in ſpiritu, qui eſt anima noſtra.

SECTIO IV.

Sæpè ſua quærit qui aliena tantùm curare videtur. 1233
Ambitionis aura tacti, ſuorum vitia facilè diſſimulant. 1233
Supra alios eſſe videtur, qui extra alios viuit. 1234
Mundanorum ſenſus de vera nobilitate quàm falſus. 1235
Ioannis Baptiſtæ laus. 1235
Ioannis Baptiſtæ humilitas. 1236
Se ipſo fit minor qui ſe maiorem facit quàm ſit. 1237
Inuidorum iudicium quàm parum ſibi conſtans. 1237
Prædicatoris vox clamantis, non blandientis. 1237
Prædicator totus ſit vox. 1238
Sacrum debet obliuiſci qui alios ad pœnitentiam vocat. 1239
Ioannis Baptiſtæ tituli. 1239
Iudæi doctrinam neſciunt quærere ſed inuidere. 1240
Quàm inconſtans hominum iudicium de hominibus. 1241
Cur Ioannes Baptiſta in aqua baptizauerit. 1242
Mente in aliena ſparſa locus Chriſto non paratur. 1242.
Operibus prudentiam ſuam prodere quiſque debet. 1243
Humilitatis ſtudium Ioannis exemplo. 1243

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas.

1233. *MIſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas.* Ab Hieroſolymis, vbi *erant homines ſuperiores & aſtutiores* (inquit Vgo) mittuntur ad Ioannem leuitæ, vt Ioannem tanquam Meſſiam exciperent, ſi ſe talem eſſe aſſereret. Proh hominum ſtultitia & intolerabilis error! Sacerdotes vtpotè ex tribu Leui ambibant, vt Ioannes pariter ex tribu Leui eueheretur, ſe magnos futuros ex eius magnitudine cogitantes; ſicque ſe euehere putabant Ioannis ſublimitate. Adeò verum ſe, ſua quemlibet quærere, licèt aliena tantùm curare videatur.

Miſerunt Iudæi. Tanquam ad Meſſiam, ſi ſe dicere voluiſſet Ioannes: ſed ille & humilitatis & veritatis ſpiritu plenus dixit ſe non eſſe Chriſtum. Sed quò ſpectabat hæc dignitas à Iudæis oblata Ioanni? Vt Chriſtum deprimerent, efferre Ioannem volunt: quo fieri etiam poſſe putabant, vt Ioannes, videns ſe per eos effectum Meſſiam, & vt talem honoratum, eos deinceps honoraret, eorum vitia diſſimularet, ne ſcilicèt ab huiuſmodi culmine deturbaretur. Hæc & alia expectari ab illis poſſunt, qui, ambitionis aurâ tacti, ad dignitates euehuntur. Sed non erat huius notæ Ioannes.

1234. *Miſerunt Iudæi.* Ad Ioannem Iudæi ſacerdotes mittunt & Leuitas, vt ſcilicet interrogarent, quiſnam eſſet Ioannes, putantes ſupra alios eſſe, qui extra alios viuebat, longè ab hominum conſortio diſſitos. Tanti eſt, ab oculis ſe ſubducere. *Ioannes Baptiſta,* ait S. Nilus in Aſceticis, *in ſolitudine verſabatur, & ciuitates ipſa cum hominibus ad eum confluebant; & , qui ſericis veſtibus induebantur, ad zonæ pellicea ſpectaculum concurrebant. Sub dio incommodè manere non recuſant, qui domos auratas incolebant. Omnia illis erant tolerabilia; nam videndi viri cupiditas omnem moleſtiæ ſenſum abſtergebat. Fugiamus ciuitatum & vicorum celebritates, vt, qui in ciuitatibus & vicis habitant, ad nos concurrant. Amemus ſolitudines, vt, qui in præſentia fugiunt, ad nos pelliciamus.*

Miſerunt Iudæi. Sed quonam mouentur, vt mitterent? Ioannis authoritate: Miſerunt, quia videbant, eum manum admouiſſe baptiſmo. *Non mitterent,* inquit hic S. Auguſtinus, *niſi mouerentur excellentiâ authoritatis eius, quia auſus eſt baptizare.* Mouentur Iudæi, vt mittant ad Ioannem: non mouetur Ioannes, nec à ſuæ humanitatis ſinu abit. Se non eſſe Chriſtum, non Heliam, tam liberè fatetur, quàm ſubdolè alius, ſuperbiæ litans, affirmaſſet.

Vt interrogarent eum: Tu quis es?

TV quis es? An Meſſias eſſet interrogant, vt ex Ioannis reſponſione liquet. Sed cur hunc honorem Chriſto non detulerunt? Quia vilem putabant, exque vili ortum patre; filium quippe fabri illum appellant: Ioannem verò maximè nobilem. Ad Mundi mentem ſe Iudæi aptant: ad Mundi morem nobilitatem externam reſpiciebant: idcirco volebant potiùs Ioannem honeſto loco natum, quàm Ieſum ex humili, agnoſcere ac recipere pro Meſſiâ. Quàm falſi in ſuo ſenſu Mundi ſectatores ſunt, qui ex externo quodam ſplendore homines iudicant & veluti ponderant. 1235.

Tu quis es? A Ioanne quærunt, quis Ioannes ſit. In hoc laude aliquâ digni, quòd ab ipſo diſcere ſtudent, qualis & quantus ſit; ac ſi dignè Ioannis titulos nemo efferat, niſi prodat ipſe. Sed verus humilis tunc maximè ſe deprimit, cùm quæri ſe videt, vt efferatur. Porrò, quæ in Ioannis conceptu, ortu, vitâ, & morte ad eius laudem faciunt, frequentibus acuminibus adſperſo ſermone peritè ſuperius author expreſſit, cuius verba hic implanto, & ſunt iſta: *Vox oritur, obſtetrix vocis. Dùm tacita latuit, tacitum fecit patrem. Suſpiciendus hic, antequàm poſſet aſpici. Dictus eſt in templo à Superis magnus, antequàm inter nos domi reperet paruus. Dices paruum de magno non poteſt: ſilere de voce non licet. Cœpit antè numerare prodigia, quàm prodigiosè membra moueret ad numeros. Non didicerat ambulare, cùm ſultis pro orcheſtrâ maternum habuit vterum. Saltatorium verſans orbem, nondùm in Orbem editus terra. Implicuit choreas, naturæ implicitus vinculis. Intra viſcera tripudium fecit matri quaſi de ſterilitate victrici. Res digna tripudio quia vteri plagis irretitus & maculis, antequam vulnus mox effugit & labem. Penè digito tetigit Deum, antequam pedibus terram: penè antè Diuinum quàm humanum hauſit ſpiritum. Antè cœpit viuere Deo, quàm ſibi: immò antè vixit illi Deus, quàm ipſe viueret ſibi.*

Et confeſſus eſt, & non negauit.

COnfeſſus eſt, & non negauit. Immò negauit, ſe eſſe Chriſtum. *Non negauit veritatem* (inquit hic S. Thomas) *quia dicit, ſe non eſſe Chriſtum alias negaſſet veritatem.* Sed cur dixit, ſe non eſſe Chriſtum, cùm id expreſsè non quærerent, qui 1236.

miſſi

miſſi fuerant? Quia, nimitùm, *magis reſpondet* (ait idem S. Doctor) *ad mentem quærentium quàm ad quæſtionem.*

Quia non ſum ego Chriſtus.

N*On ſum ego Chriſtus.* Hic non ſiſtit Ioannis homilitas. Addit: *Non ſum Elias*, non propheta. Se deſcribit, ſed nudis ferè negationibus vtitor. Res aut ob ſummam excellentiam, aut ob ſummam imperfectionem (vt aſſetunt philoſophi) negationibos definitot. Ioannes, tanquàm nihil eſſet plures negationes accumolat, cùm poſſet varios titulos adhibere, & *Angelum* ſe dicere, quo nomine in Diuinis litteris inſignitur.

Quis es?

Q*Vis es?* Incipiunt indignari, *& quaſi minas admiſcent*, inquit hîc Ferus, *cum ob hoc vel maximè ipſum laudare debuiſſent, quòd Domini gloriam ſibi non adſcriberet.* Hic multorum mors, vt tunc à laudibos abſtineant, cum maximè laudibus eſſent alij efferendi.

Quid dicis de te ipſo?

1237. Q*Vid dicis de te ipſo?* Quid doloſè exculpere à Ioanne quærunt? Vt dicat, ſe eſſe Chriſtum. Tunc de ſe non diceret, ſed contra ſe. Incipit ſe ipſo minor eſſe, qui ſe maiorem facit, quàm reuera ſit.

Quid dicis de te ipſo? Ita nè Chriſti teſtimonium reſpuebant de Chriſto hîc dicentes cap. 8. 13. *Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum.* Nunc verò à Ioaone quærunt, vt teſtimoniom de ſeipſo ferat? tantum eos odium in Chriſtum obcæcauerat, tam parum ſibi conſtans inuidorum ſenſos eſt.

Ego vox clamantis in deſerto.

E*Go vox clamantis.* Hæc vera prædicatoris nota, vt vox clamantis ſit, adhortantis, comminantiſque; non palpantis, non blandientis. Scilicet auribus hominum qui ſeruit, leniter loquens, & placentia effundens verba, ab Euangelici doctoris charactere longè abeſt.

1238. *Ego vox.* Cur vocem ſe potiùs eſſe aſſerit, quàm habere vocem? Vt innueret, totum, quidquid eſt prædicator, vocem eſſe debere. Pulchrè S. Vincentius Ferrerius ſerm. 1. in Domin. 4. Aduent. Eſſe vocem, *exercitium prædicatoris eſt; quia omnia eius membra & potentiæ debent prædicare. Non ſolùm os prædicatoris debet prædicare; ſed etiam vita, mores, & fama: item intellectus ſtudendo, memoria contemplando; cor, manus, geſtus & continenter ſiue compoſitè faciendo. Ita bonus prædicator totus debet eſſe vox. Dicunt logici, quòd vox eſt homogeneum; quia qualibet pars vocis eſt vox: ſic omnia, quæ ſunt diligentis prædicatoris, debent eſſe vox.* Proba hæc prædicatoris conſignatio, vt, quicquid eſt, totus ſit vox, & toto corporis habitu omnes ad pœnitentiam vocet. Etiam Vgo huc flexit in Pſal. 28. *Dicitur vox; quia, quicquid eſt in eo, debet eſſe vox ad vocandum populos ad pœnitentiam.*

1239. *Ego vox clamantis.* Cur dixit, *clamantis*, potiùs, quàm, *clamans?* Si accipiatur de Ioanne, ſenſus in idem recidit. *Poteſt etiam intelligi de Chriſto* (inquit S. Thomas hic) *clamante in ipſo Ioanne* *ſecundùm illud 2.* Corinth. 13. 3. *An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Chriſtus?*

Vox clamantis. Cur non ſe Zachariæ filium dicit? Suorum debet obliuiſci, qui alios ad Chriſtum eſt vocaturus. Nulla ſanguinis ei ratio habenda, qui ex munere ad pœnitentiam eſt homines inhortaturus.

Ego vox clamantis in deſerto. In deſerto erat, non tamen erat deſertum, nec deſerti arundo, *ſed* (verba ſunt Guarrici abb. ſerm. 4. in Natiuit. B. Ioann.) *cedrus paradiſi, columna cœli, gloria generis humani, miraculum Mundi, virtute & merito vltra menſuram hominum, conditione citra naturam Angelorum. Non eſt arundo vento agitata, ſed palma, fortior omni procellâ, quam nullus turbo quatiat; aut certè cypreſſus in monte Sion æterna plantata, altiùs ſcilicèt, quàm vt ventorum rabiem timeat.* Exemplar habes, quod imiteris, vt pares laudes merearis.

Dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias propheta.

D*Irigite viam domini.* Ideſt (vt interpretatur 1240.
Dionyſius Carthuſianus hîc) *Rectè & verè exercete opera bona: vitiorum obliquitates fugite.* Non ſatis eſt bona agere, niſi & rectè, quæ aguntur, agantur.

Sicut dixit Iſaias. Quaſi dicat (inquit S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ.) *Niſi præcepiſſet mihi Iſaias, vt Chriſtum Dominum prædicarem, minimè id præſumpſiſſem.* Tanto oneri ſe omninò imparem putans.

Et qui miſſi fuerant erant ex Phariſæis.

E*Rant ex Phariſæis.* Quòd, non ſtudio quærendæ veritatis, ſed malitiâ exercendæ æmulationis acceſſiſſent. *Erant ex Phariſæis: ac ſi apertè dicat*, inquit hîc B. Alcuinus: *Illi Ioannem de ſuis actibus requirunt, qui doctrinam neſciunt quærere, ſed inuidere.*

Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus.

Q*Vid ergo baptizas?* Quàm inconſtans homi- 1141.
num iudicium de hominibus! quàm varius & mutabilis hominum fauor! Quem paulò antè efferebant, nunc reprehendunt. Quem vt Meſſiam venerabantur, nunc nec aptum cenſent, qui alios baptizet. I, & vanium hominum iudicio fide, qui tam citò demittunt, quem adeò extulerant in ſublime. Scilicet in hoc ſolùm firmi homines ſunt, quod ſemper inconſtantes; vt fatuus ſit, qui hominum auræ fidit, & laudibus humanis decipi ſe ſinit. Quos laudatores quis habet, eos poſteà reprehenſores habiturus eſt.

Ego baptizo in aquâ.

E*Go baptizo in aquâ.* Sed cui rei baptizabat in 1242.
aquâ, cùm ille adeſſet, qui baptizabat in Spiritu, peccatáque tollebat? quod præſtare Ioannes baptiſmo ſuo non poterat. Nodum ſoluit B. Alcuinus hîc. *Ioannes*, inquit, *non ſpiritu, ſed aquâ baptizat, quâ peccata ſoluere non valens, baptizatorum corpora aquâ lauat; ſed tamen per veniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptiſma non relaxat? niſi vt præcurſionis ſuæ ordinem ſeruans, quia naſciturum naſcendo præuenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præueniret: &,*

qui prædicando factus eſt præcurſor Chriſti, baptizando etiam præcurſor eius fieret imitatione ſacramenti.

Medius autem veſtrûm ſtetit.

M*Edius autem veſtrûm ſtetit.* In medio illorum erat, ſed illi longè ab illo; terræ terreniſque addicti. *Medius veſtrûm ſtetit*, inquit Origines in Catenâ Græcâ, *quem vos neſcitis. Idcirco autem à vobis ignoratur; quia nimirùm in medio veſtrî habetis rationem friuolis duntaxat occupatam atque otioſam, & (vt ita dicam) vobis penitus inutilem ac ſine fructu, vt qui ex ratione nihil cogitetis.* Mente in alia immò in aliena ſparsâ, locus Chriſto non paratur nec rebus Diuinis.

Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt.

1243. Q*Vi poſt me venturus eſt.* Et non iam venerat Chriſtus? Venerat: cur ergo dixit Ioannes? *Qui poſt me venturus eſt.* Videbatur non veniſſe, quia nondum operibus prodiderat, quinam eſſet. Sic & Salmeron, tom. 2. tract. 29. *Qui poſt me venturus eſt. Venerat iam Chriſtus; ſed nondum apparuerat, nec adhuc cœperat ſe manifeſtare: vt enim verè dicitur non veniſſe, qui non ſtetit; ita qui nondum apparuit, nec per opera ſe oſtendit & prodidit. Venit autem Chriſtus poſt Ioannem, vt Dominus poſt præcurſorem, vt Sol poſt Luciferum, vt verbum poſt vocem; & à conceptione Chriſtus vſque ad Cælum excluſiuè, eſt ſequutus Ioannem: nam in iis, quæ de habitu ad actum prodeunt, quæ minùs perfecta ſunt, ſolent præcedere.*

Cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.

QVidni vſque ad caput Chriſti erectus ſit Ioãnes, dum Chriſtum baptizauit, qui veræ humilitatis ſenſu ſe vſque ad eius pedes demiſit? Præclarè ſanctus Chryſoſtomus tom. 2 in Matth. vbi hæc habet de Ioanne: *Non ſum (inquit) idoneus ſoluere corrigeam calceamenti eius: & idcirco amicus factus eſt ſponſi; & manum, quam indignam calceamentis eſſe dicebat, eam Chriſtus ad caput ſuum ſubleuauit.*

1244. Quòd corrigiam poſuit, non calceamenta duntaxat, rem quoque adauget. Idem S. Pater hom. 11. in Matth. ait: *Propterea non poſuit calceamenta ſimpliciter, ſed corrigeam, quæ certè omnium videtur extrema.*

Ioannis humilitas ad humilitatem nos vrget. *Soluere calceamenta*, hîc inquit S. Pater adductus, *viliſſimi ſerui officium eſt: quòd ſi Ioannes indignus, qui corrigeam ſolueret (Ioannes inquam, quo maior inter natos mulierum non ſurrexit) quo nos loco ponemus? ſi is, qui terrarum Orbi æquiparatur, immò qui maior eſt (non enim, inquit, erat his dignus Mundus) ne inter vltimos quidem miniſtros connumerari ſe dignum dicit: quid nos innumerorum ſcelerum pleni dicemus, qui tanto Ioanne ſumus inferiores, quanto terra minor eſt cælo?*

SECTIO V.

Firmè adhærere Chriſto Chriſti diſcipulus debet. 1245

Chriſtus effert à quibus effertur. 1246

Gratum Deo in bonis operibus ſacrificium, quod quotidie offertur 1247

Peritus medicus morbi cauſam & originem ſtudet amouere. 1247

Tota Chriſti vita & ſingulæ actiones peccatis tollendis ordinatæ. 1248

Chriſti pietas vt collecta. 1248

Leuia omnia mala peccato comparata. 1249

Se Chriſtum neſcire cur dixerit Ioannes Baptiſta. 1249

In deſerto cur vixerit Ioannes teſtimonium de Chriſto daturus. 1250

Columba qualis apparuerit ſuper Chriſtum. 1250

Laudes ab adulatione abeſſe debent. 1251

Qui Chriſtum reſpexerit Ioannes Baptiſta. 1251

Aliorum laus minimè aucupanda. 1252

Populus ad Dei amorem per humiliora, non per curioſa alliciendus. 1253

Suas laudes nemo quærat. 1254

Vt ſponte ad paſſionem ſe obtulerit Chriſtus. 1254

Vtilitati noſtræ ſemper conſuluit Chriſtus 1254

Suorum ſalutem quàm ardenter Chriſtus quærat. 1255

Chriſtus potiùs ſecundùm ſpiritum quàm ſecundùm carnem quæri vult. 1255

Recta intentio à Chriſto quæſita. 1255

Dei verba quàm ardenter audienda. 1256

Salutis negotium ſtudioſè tractandum. 1256

Mora in re ſalutis amouenda. 1257

Ardenter noſtram ſalutem ſitit Chriſtus. 1258

Ecce agnus Dei; ecce, qui tollit peccata Mundi.

E*Cce Agnus Dei.* Diſcipulis oſtendit tantùm 1245.
Chriſtum Ioannes, & coram illis illum effert. Cur non etiam preces adiungit, quibus diſcipulos alliceret vrgeretque ad Chriſtum? An preces omiſit, & oſtendit tantùm, vt firmiùs ei adhærerent, à ſe ducti ad Ieſum, non à Ioannis precibus? Rem ſic explicat ex S. Chryſoſtomi mente Vgo Catenſis hîc, dum ait: *Quæritur: quare non precando rogauit eos, vt ſequerentur Ieſum, ſed tantùm demonſtrando laudauit? Ad hoc reſpondet Chryſoſtomus, quòd Ioannis intentio non fuit ſolùm, vt ſui diſcipuli ſequerentur Ieſum, ſed vt perſeuerarent cum eo. Si autem rogaſſet eos, citiùs retroceſſiſſent, tanquàm obſequentes alterius voluntati: nunc autem, quia ſpontè propriâ, & nullis precibus moti ſequuntur, non ità de facili retrocedunt.*

Agnum vocat, victimam futuram, paſſurumque ſignificans. *Purgationis modum manifeſtat*, inquit hîc S. Chryſoſtomus: *Agnus enim hoc ſignificat.* Particula *ecce*, admirantis eſt, & gaudio exilientis. *Non voce tantùm*, inquit idem author, *ſed & oculis Chriſtum teſtatus eſt & admiratus: & incredibili gaudio exultauit.*

Ecce Agnus Dei. Facit nunc Ioannes in Chriſti 1246.
obſequium, quod facere non potuit, cùm eſſet in matris vtero. Teſtimonium Chriſto præbet, vocem in eius laudem emittit: quæ illic clauſus nequiuit. Quod ſe tunc imperfectè feciſſe nouit, perfectè nunc facit; & ſupplet, quod primò omiſerat. Pulchrè S. Thomas hîc. *Aduertendum*, inquit, *quòd, ſicut Chriſto iam concepto, quandò Virgo Mater aſcendit in montana cum feſtinatione, Eliſabeth matrem Ioannis viſere, Ioannes in vtero matris exiſtens, nec loqui valens, reuerentiam Chriſto & tripudium faciens exultauit in vtero: ita & nunc Chriſto ex humilitate ad eum venienti teſtimonium & reuerentiam*

Digitized by Google

ingentiam prabet , & in vocem prorumpit : Ecce Agnus Dei.

1247. *Ecce Agnus Dei.* Ita effert Chriſtum Ioannes *agnum* vocans ; ſed nec in exhibendis laudibus à ſeruo Dominus ſe paſſus eſt vinci, licèt eſſet ab omni parte laudabilior. *Angelum* dixit, a quo dictus eſt *agnus*; Matth. 11. *Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt ; Ecce ego mitto Angelum meum* , poterat ouem vocare , ſed Angeli vſus eſt titulo , ne in laudum hoc certamine vinceretur. Pulchrè auctor ſub nomine Chryſoſtomi hom. 27. in Matthæum : *Et Ioannes quidem teſtificatus erat de Chriſto , ecce Agnus Dei , ſed amplius recepit à Chriſto , quàm præſtitit ; Ioannes enim Chriſtum glorificans humanam illi contulit laudem ; Chriſtus autem Ioanni diuinam contulit gloriam; nam iſte illum Agnum oſtendit; ille autem iſtum Angelum prædicauit.*

Ecce Agnus Dei. Cur, *Agnum*, potiùs nominat, quàm vitulum, cùm vterque in lege veteri Chriſti extiterit figura ? An , quia agnus quotidiè , manè & veſpere immolabatur ? Gratum Deo in bonis operibus ſacrificium , quòd ſæpè , quod quotidiè offertur. *Quare Baptiſta*, inquit hîc S. Thomas, *Chriſto teſtimonium perhibens , Agnum , ſpecialiter nominauit ? Huius ratio eſt, quia (ſicut dicitur. Numeri. 28.) licèt alia fierent ſacrificia in templo cæteris temporibus, vnum tamen erat quotidianum , in quo iugiter vnus agnus manè, & alius veſpere offerebatur; nec hoc mutabatur vnquam, ſed tanquam principale obſeruabatur : alia vero ex adiuncto. Et ideo per agnum, qui erat principale ſacrificium , ſignificatur Chriſtus, qui eſt principale ſacrificium, nam, licèt omnes ſancti, qui pro fide Chriſti paſſi ſunt, proſint ad ſalutem fidelium; hoc tamen non habent, niſi in quantum ſuper oblationem agni , quaſi oblatio adiuncta principali ſacrificio , immolantur. Offertur quidem manè & veſpere; quia per Chriſtum patet aditus ad intelligibilia Diuinorum contemplanda & fruenda; quod pertinet ad cognitionem matutinam : & inſtruimur, quomodò vtamur terrenis abſque inquinamento; quod pertinet ad veſpertinam.*

Peccatum Mundi. Cur non dixit *Peccata* , ſed *Peccatum* ? An, vt ſingulari numero ad vnum originale peccatum ſpectare ſe innueret ? Ita voluit Beda, alij voluere. Sed adhuc aliquis quæret , cur Chriſtus veniſſe potiùs ſit dictus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale. Venit ; vt illud præſertim tolleret, quia tanquam peritus medicus principalius intendit morbi cauſam & originem amouere : omnis autem peccati fons & origo, originale eſt.

1248. *Ecce, qui tollit.* Signatè dictum , *qui tollit* : non *qui tollet* ; quia non eius mors tantùm tollendo peccato ordinata erat; ſed & tota eius vita , ſingulæque actiones. Benè Dionyſius Carthuſianus hîc: *Tota vita Chriſti fuit ſatisfactoria pro piaculis Mundi, & meritoria gratia cunctis hominibus, quamuis ſatisfactio illa & meritum terminabatur & conſummabatur in paſſione & morte Chriſti , propter quod Ieſus pendens in Cruce , & morti iam proximus , dixit: Conſummatum eſt. Ideo Ioannes non dixit : Ecce Agnus Dei , qui tollet : videlicet in paſſione. Sed qui tollit continuò peccata Mundi.* Eòdem ferè ſpectat Origines in Catenâ Græcâ : *Non*, inquit, *qui tulit vel qui tollet : continuò enim ac ſemper rò ipſâ tollit peccatum omnium ad ſe confugientium; etiam tum illi præſentium ; quoniam & tulit & tollit ac tollet ; ipsâ oblatione nimirùm omni tempori accommodatâ.*

Qui tollit. Cur dixit potiùs, qui tollit, quàm qui

remittit aut ignoſcit vel dimittit ? Eius pietati meliùs exprimendæ. Sanctus Chryſoſtomus hom. 11. in Matth. *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata Mundi. Non enim inquit, qui remittit; ſed (quod profectò maioris pietatis eſt) qui tollit. Non enim idem eſt peccatum indulgere ſimpliciter , & ſuſcipere : illud enim abſque periculo fieri poteſt, hoc verò per mortem.*

Qui tollit peccatum mundi. Non dixit morbos 1249.
corporis, aut carnis moleſtias, ſed (quod eſt omnibus grauius) peccatum. Leuiora omnia ſunt , & vere non mala omnia mala , ſi peccato compararentur.

Et ego neſciebam eum.

E*T ego neſciebam eum.* Quia in deſerto diù vixerat. *Credo* , inquit Franciſcus Lucas : *neque hoc ſciuit , ſe cognatum eius eſſe.* Morum cognationem pluris faciebat, quærebatque ſtudioſiùs, quàm ſanguinis. Alcuinus : *Et ego neſciebam enim, ſubaudis : tam ſubtiliter , quàm ſpiritu in eo deſcendente cognoui.* Vel aliam notitiam de Ieſu ſe habere negat, quàm eam, quæ diuinitùs obtigit, ne cognationi aut ſanguini aliquid videretur tribuere.

Ego neſciebam eum. Nam in deſerto longè à 1250.
Chriſti conſortio vixerat Ioannes : quod etiam ob hanc cauſam factum, ne teſtimonium, quod ille de illo erat daturus , amicitiæ aut affectui tribueretur , non nudæ veritati. Non debent hîc deſiderari S. Chryſoſtomi verba, qui hom. de Baptiſ. Chriſti hæc habet : *Propterea, Et ego, inquit, neſciebam eum, dum fide dignum eſſe teſtimonium ſuum oſtendit: nam, quoniam cognati erant inter ſe ſecundùm carnem (ecce enim Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium, inquit Angelus Mariæ de Ioannis matre. Quandò igitur cognatæ matres erant , liquet & paruulos cognatos fuiſſe) Quoniam igitur cognati erant, ne cognationis gratiâ teſtimonium dicere Chriſto videretur, ita diſpoſuit ſpiritûs gratia , vt omnem ætatem Ioannes ageret in deſerto , ne amicitiæ causâ, aut ex compoſito talive quodam artificio perhiberi teſtimonium videretur , ſed tanquam à Deo admonitus eum renunciaret. Propterea, & ego inquit, neſciebam eum. Vndè igitur didiciſti ? Qui miſit me baptizare in aquâ, ille mihi dixit. Quid tibi dixit? Super quem videris Spiritum deſcendentem quaſi columbam , & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto.*

Vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam.

COlumba, quæ ſuper Chriſtum dum eſſet , in Iordane apparuit, colore albo erat , Crucemque in capitis medio geſtabat . Docet iſtuc , à Deo docta B. Veronica, vt habetur lib. 4. c. 8. eius Vitæ. *Saluator inter decurrentes vndas immobilis perſeuerabat, ſuper quem deſcendit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, niueo candore apprimè fulgentis , Crucemque medio capite geſtantis.*

Alterâ die iterum ſtabat Ioannes.

S*Tabat Ioannes.* Quare omnia loca non circui- 1251.
bat, vbique Chriſtum laudaturus? *Ne viderentur ex ſtudio quædam humano fieri , quæ fiebant , & ſuſpicione plenum eſſet eius præconium* , inquit S. Thomas in Catenâ. Fecerint iſtuc Apoſtoli : ſed iam Chriſtus in cælum abierat , vt eorum laudes ab adulatione abeſſent.

Stabat Ioannes. Ioannis non eſt iacere,ſed ſtare. Stabat ſcilicèt *immobilis in culmine perfectionis*, ait Interlinearis: vel, vt Lyranus inquit; *Stabat,quòd ipſe paratus erat ad exercendam ſuum officium, teſtificando de Chriſto,baptiZando & docendo.*

Et reſpiciens Ieſum ambulantem dicit: Ecce agnus Dei.

1252. ET reſpiciens Ieſum. Fixis,& (vt ille ait) *amorem ſpirantibus oculis*, aſpiciebat Ieſum Ioannes; nec viſu ſatiari poterat, vt *qui fide viuâ adhibitâ conſideraret,quis eſſet Ieſus,& quid meditaretur:* nec enim curioſè eum aſpiciebat, nec mente in alia ſparsâ. Flectebar in eum oculos, à quo deflectere mentem neſciebat.

Et reſpiciens Ieſum ambulantem. Ambulabat Ieſus,Ioannes ſtabat. Cùm diceret Ioannes de Chriſto: *Ecce Agnus Dei.* Chriſtus dicitur ambulaſſe, ne ſtare crederetur laudi excipiendæ. Benè Toletus hîc: *Notandum eſt. Euangelium referre Ioannem ſtantem, Chriſtum ambulantem. Ille ſtabat, quia omnes ad eum veniebant; Chriſtus verò ambulabat, quia aduesperaſcente iam die demum ſe recipiebat: prudenterque id factum eſt, ne alij, vt à Ioanne laudaretur,ibi manere eum ſuſpicarentur.*

1253. *Ecce Agnus Dei.* Vt in Chriſti ſequelam diſcipulos alliceret, Ioannes Dei Agnum eum appellat. Cur non dixit, vt dixit alibi? *Quia hic eſt Filius Dei.* An,quia rudes erant diſcipuli,nec adhuc rebus tam ſublimibus pares? vtque per hoc moneremur, ad trahendum populum ad Dei amorem non curioſa & alta, ſed potiùs humiliora vtilioraque conſectanda? Non traxit diſcipulos ad Chriſtum Ioannes, cùm dixit: *Quia hic eſt Filius Dei.* & : *Hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto.* Cùm, Agnum,eum vocat, tum demùm auditores allicit, vt eum ſequerentur.

Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe dicit eis: Quid quæritis?

COnuerſus autem Ieſus. Quòd ſciret,ſequi duos illos diſcipulos, quos voluit aſpectu ſuo beare, alloquio animare. Ideirco enim prior ad eos ſermonem facit,vt animum timidis addat & verecundis. Nihil non tentat animarum Saluator, vt animas ad ſe alliciat,quò ſuis donis ditet,& (quod grandius) ſe.

1254. *Quid quæritis?* Cur non dixit potiùs: *Quem quæritis?* Ne ſuam laudem videretur quærere. Pulchrè Vgo hîc. *Nec dixit*, inquit, *Ieſus: Quem quæritis? ſed: Quid quæritis? ne ſe laudare videretur,*

Quid quæritis? Non caret myſterio, quòd, *quid*, dixerit,non, *quem. Non dixit: Quem quæritis? ne ſe videretur oſtendere*, inquit B. Alcuinus. Contrà, comprehenſoribus ſuis dixit: *Quem quæritis?* vt ſcilicèt ſe videretur oſtendere, cùm quæreretur ad necem; ſe non videretur oſtendere, cùm tanquàm magiſter & doctor quæreretur.

Quid quæritis? Cur interrogat,quod ſciebat? An, vt mercede non careat eorum reſponſio? *Non quaſi ignorans interrogat*, inquit hic B. Alcuinus: *ſed interrogat,vt mercedem habeant reſpondentes.* Mutuoque colloquio eorum acuit deſiderium: nimirum vtilitati noſtræ ſemper conſulit Chriſtus.

1255. Quærit, quid quærant; &, quid poſtulent, poſtulat: idque in viâ. Sed cur non ſiuit eos domum peruenire? Ne diutiùs differret opem eis ferre, qui indigebant; vtque quàm ardenter eorum ſalutem quæreret, hac celeri interrogatione innueret. Denique ſtatim interrogat, vt ſtatim eorum verecundiæ conſuleret ac timori. *Credibile erat*, inquit hic S. Chryſoſtomus, *eos ſubuereri & formidare, cùm ſe rudes intelligerent, & tantam de illo magiſtri accepiſſent teſtimonium. Amouendæ igitur verecundia & timoris gratiâ rogat, neque domum vſque ſilentio ſinit peruenire.*

Quid quæritis? Dixit prætereà. *Quid*, non *Quem* (inquit S. Bonauentura hic) *vt non exirent ad quærendum ipſum ſecundùm carnem, ſed ſecundum ſpiritum.*

Quid quæritis? Quærit, quod nouerat: vt nos ſciremus nimirùm, ſe ab illis exprimere voluiſſe rectam intentionem,quæ boni operis eſt anima;ne ſcilicet aliquis putaret, eos curioſitate quâdam actos,Chriſtum ſequi. *Examinat autem eos*, inquit hic S. Thomas, *ſpecialiter de intentione; ſequentium namque Chriſtum non eadem intentio eſt: quidam enim eum ſequuntur propter bona temporalia,alij verò propter bona ſpiritualia: & ideo, quid iſti intendant, Dominus quærit, dicens: Quid quæritis? Non quidem,vt diſcat; ſed, vt, rectam intentionem aperientes, magis familiares faciat; & oſtendat, eos auditione dignos. Notandum autem, quòd hoc eſt primum verbum, quod Chriſtus in iſto Euangelio loquitur; & congruè, quia primum quod quærit Deus ab homine,eſt recta intentio.*

Rabbi, vbi habitas?

VBi habitas? Habitare in illorum animis incipiebat, qui quærebant, vbi habitaret. Nulla gratior illi habitatio, quàm amantium animæ, quàm quærentium. Ardens horum deſiderium Chriſtum audiendi arguit hæc ſciſcitatio: neque enim ferre potuerunt, rem in craſtinum differri. *Neque tempus diſtulerunt*, inquit Sanctus Chryſoſtomus hic, *neque ſe poſtridiè publicè diſputantem audituros dixerunt; ſed vehemens audiendi deſiderium præſeferunt, ne horam quidem dimittentes. Et animaduerte animi ardorem.* 1256.

Vbi habitas? Non exponunt, quid quærant;ſed quærunt, vbi Chriſtus habitet, volentes ex otio & priuatim eum de rebus maximè ſacris, & ad ſalutem ſpectantibus interrogare, *Non enim vbique res grandes*, ait S. Cyrillus, *oportere dicere arbitrabantur.* Errant, qui tanquàm aliud agentes, negotium ſalutis agunt. Niſi dicemus, eos de eius domo interrogare, vt indicarent, non ſolùm eius diſcipulos eſſe velle, ſed familiares atque domeſticos.

Dicit eis: Venite, & videte.

VEnite, & videte. Non dixit: Non eſt tempus opportunum: audietis cras,ſi quid vultis 1257.
diſcere. Sed ſtatim inuitat: nec rem in ſequentem reiicit diem. Quo exemplo docuit,cùm de animæ agitur ſalute, non eſſe in craſtinum differendum, quod fieri die currenti poteſt.

Venite, & videte. Nimirum, parùm boni notitia iuuat, niſi ſtatim opus ſubſequatur. Moræ vt vbique amoliendæ, hoc tamen præcipuè in re præcipuâ,in Chriſti inquiſitione. *Non docuit* (verba ſunt S. Cyrilli Alexandrini ad hæc verba lib. 2. cap. 9. *vbi habitaret, quamuis hoc ipſum ab eo peteretur; ſed illicò illò ire ipſos hortatur. Primùm,vt doceret, nullam eſſe in quærendis bonis moram laudandam,quùm vtilitatis retardatæ detrimentum afferat ſemper.*

ſeper. Deinde, vt oſtenderet, non ſufficere, ſi quis, vbi Chriſti domus, id eſt Eccleſia, fundata ſit didicerit; ſed, ſi per fidem in eam veneris, & , quæ myſticè in ipſâ peraguntur, feruenti animo videris.

1256. *Venite, & videte.* Licet hora videretur intempeſtiua; non reiecit eos tamen Chriſtus, qui ardentius illorum ſalutem ſitiebat, quàm illi ipſi. *Non dicit*, inquit hîc S. Chryſoſtomus: *Audietis cras, ſi quid vultis, neque tunc miſſos fecit; ſed, tanquam amicos longâ deuinctos conſuetudine, alloquitur.* & nonnullis interiectis addit: *Hinc facilè admonemur, omnia, præter Diuinarum rerum doctrinam, & vana & ſuperflua æſtimanda; ad eam autem nullum tempus intempeſtiuum. Quamuis aliena domus ingredienda ſit, & magnus vir & clarus etiam ab obſcuro petendus & intempeſtiuè, nunquàm huius doctrinæ occaſio contemnenda eſt. Cibus enim & balnea & cœna & reliqua ſæcularia ſtatutum tempus habent: ſuperna autem ſapientiæ doctrina nullo tempore circumſcribitur, ſed omne ei tempus accommodatum eſt.*

SECTIO VI.

Nox in diem vertitur Chriſti ſermone. 1259
Captus a Chriſto, Chriſto, alios capere ſtudeat. 1259
Mora amolienda in re ſalutis. 1259
Qui Chriſtum colit, amat & ab aliis coli. 1260
Diuinâ prouidentiæ omnia tribuenda. 1261
Etiam ab iniquitatis metropoli exire poſſunt ſanctitatis duces. 1261
Bona non verè bona, quæ Chriſtum non redolent ad Chriſtum non ſpectant. 1262
Plerunque vilia apud homines theſauris cæleſtibus ditantur. 1263
Chriſti diuitiæ experientiâ potius probantur quam verbis explicentur. 1263
Prædicationis fructus Deo totus tribui debet. 1263
Oblatis laudibus nemo intumeſcat. 1264
Humilitas deſpectam habet omnem laudem. 1264
Laudis titulum iure ſuſtinet qui laudibus non intumeſcit. 1265
Orationis vtilitas. 1265
Amen cur geminauerit S. Ioannes Euangeliſta. 1266

Apud eum manſerunt die illo.

1259. APud eum manſerunt die illo. Non die tantùm illo, ſed etiam nocte manſerunt apud illum: vnde Sanctus Auguſtinus, *Quàm beatam diem*, inquit, *duxerunt, quàm beatam noctem! Quis eſt, qui nobis dicat, quæ audierint illi à Domino?* Noctis mentio quid fiat, cùm nox ipſa in diem ei vertatur, qui cum Chriſto eſt, ſermonem cum Chriſto ſerit, qui lux vera eſt? Ipſa nox in diem illis eſt verſa. *Nox illa*, inquit B. Alcuinus, *tenebras non habebat, vbi erat fides veri luminis.*

Quis explicet, quàm meliores à Chriſto abierint; quantum ſanctitatis, & perfectionis ſpiritum ab eo hauſerint? *Tantum vnâ nocte profecerunt*, Euthymij verba ſunt, *vt ad aliorum venationem ſequenti die procederent.* Capti à Chriſto alios capere ſtuduerunt.

Hora autem erat quaſi decima.

HOra autem erat quaſi decima. Atque adeò iam Sol ad occaſum properabat, cùm melioris lucidioriſque Solis bearentur adſpectu. *Non eſt paſſus Chriſtus differri negotium in diem craſtinũ ob noctem imminentem*, inquit quidam probæ notæ author. Vt innueret, cùm de re ſalutis agitur, moras omnes amoliendas; nec in ſequentem diem reiiciendum, quod præſtari illo iam præſenti poteſt.

Inuenimus Meſſiam.

INuenimus Meſſiam. Quia nimitùm eum quærebant. Hinc anonymus in Catenâ Græcâ: *Illud inuenimus*, inquit, *quærentium eſt. Veriſimile quoque eſt, propter frequentia Ioannis de ipſo teſtimonia plurimis præclaram de Chriſto fuiſſe opinionem ingeneratam.* 1260.

Inuenimus Meſſiam. Hæc vera ſerui Dei conſignatio eſt, vt gaudeat, non quòd diuitias inuenerit; ſed quòd Chriſtum, qui verus animarum theſaurus eſt, animæ veræ diuitiæ & deliciæ.

Et adduxit eum ad Ieſum.

ET adduxit eum ad Ieſum. Qui Ieſum ex vero colit ac amat, alios in eius cultu amoreque cupit habere ſocios, & lucrum ſuum putat, alios Chriſto lucrari. Ad Chriſtum fratrem duxit minor maiorem. *Admiranda eſt hoc loco* (boni authoris verba ſunt) *Diuina ſapientia, Simonem, qui maior Andreâ futurus erat, per minorem inſtrui, & ad ſe adduci voluit, ne maior à minori diſcere erubeſcat; &, vt dignitatem Petro non ob ſua merita, ſed ex gratiâ ei datam fuiſſe oſtenderet.*

In craſtinum voluit exire in Galilæam.

VOluit exire. Dicturus Euangeliſta, à Chriſto Philippum inuentum, præmiſit eum exire voluiſſe, ne eius inuentio caſui tribueretur, non Diuinæ prouidentiæ ac voluntati. Benè Rupertus hîc lib. 2. *In craſtinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Ne caſu accidiſſe putes, quòd Philippum inuenit, voluntatem eius Euangeliſta præmiſit: nihil enim per caſum Diuinæ prouidentiæ occurrit, nihil temerarium, nihil fortuitum: cuncta videntibus oculis eius ſe ingerunt. Bene ergo dicturus: Inuenit Philippum, præmiſit: voluit exire, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet: Volens inuenire Philippum: immò, volens de aquâ facere vinum, ibique facere ſignorum initium.* 1261.

Erat autem Philippus à Bethſaidâ.

ERat autem Philippus à Bethſaidâ. Etiam à ciuitate, quæ (vt ita loquar) iniquitatis ſit metropolis, exire Dei virtute poſſunt, qui ſanctitatis duces ſint futuri. Ita hoc loco factum: quod expendens Rupertus hîc lib. 2. ait: *Hoc opus Diuinam maximè commendat gratiam: quòd de ciuitate peccatrice tres iſti vocati ſunt, magni patres iuſtorum atque credentium. Bethſaida nanque peccatrix erat ciuitas in tantum, vt & illi Dominus (ſicut Matthæus refert) exprobret ac dicat: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia, ſi in Tyro & Sidone facta fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, profectò in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Cùm ergo de ciuitate illâ, cui propter incredulitatem & impœnitentiam væ pronunciat veritatis iudicium, tanti patres vocari ad gaudium & ad pacem vniuerſo Mundo euangelizandam eligi meruerunt, cuius opus? cuius eſt hoc donum? niſi gratia Dei? quæ ſuos præueniens & ſub-*

ſeqaens electos, indebitum illis præſtat beneficium.

Inuenimus Ieſum.

1262. I*Nuenimus Ieſum.* Ac ſi apertiùs diceret: Non ego ſolus inueni; ſed & tu omneſque, qui eius eſſe volent, illiuſque cultui atque obſequio ſe addicere. Plenè non inuenit, qui ſolus vult inuenire.

A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?

A *Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Cùm ex ſcripturis ſciret, Chriſtum ex Bethlehem proditurum, à Nazareth aliquid boni non poſſe eſſe colligebat Nathanaël: ac ſi alia bona præter Chriſtum non bona ſint, & ſolum Chriſtum iurè boni nomen mereri; nec verè bona eſſe, quæ Chriſtum non redoleant, non ſpectent Chriſtum. In his Nathanaëlis verbis magnam eius laudem latere colligebat etiam S. Chryſoſtomos in Catenâ Græcâ, dùm ait: *Quid hoc, quòd dixerit: Ex Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Ieſus hominem laudat & admiratur. Etenim non increduli hæc verba erant, ſed laude digna. Cur & quomodò? Quia nimirùm hic Philippo diligentius prophetias expendebat; ſiquidem ex ſcripturis intellexerat, ex Bethlehem & ex ciuitate Dauid Chriſtum proditurum.*

1263. *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Adeo potuit eſſe, vt in ea omnis boni fons Chriſtus degeret. Plerumque accidit vt quæ viliora apud homines habentur, cæleſtibus ſint theſauris ditiora.

Veni, & vide.

V*Eni & vide.* Cur non explicauit, quid boni repeterit, vt quæſtioni reſponderet, à Nazareth ſummum bonum fuiſſe? *Non reſpondet quæſtioni* (inquit S. Bonauentura) *ſciens ſi verba & doctrinam Chriſti guſtauerit, non deſerturum Chriſtum amplius.* innuenſque Chriſti diuitias experientiâ potiùs probari, quàm explicari verbis.

Ecce verè Iſraëlita, in quo dolus non eſt.

ADeo extulit Ieſus Nathanaelem, nec tamen inter prædicatores ſuos recenſuit; nimirum vt prædicationis fructus totus Deo tribueretur, nihil humanæ deretur induſtriæ, ac ſapientiæ. *Prædicatores infirmos*, inquit Vgo Victorinus in Abdiam, *abiectoſque habere ſtuduit, qui fideles populos ad ſpiritualis patriæ ſuperna ædificia colligerent. Vnde Dominus in Euangelio Nathanaëlem laudat, nec tamen in ſorte prædicantium numerat: quia ad prædicandum eum tales venire debuerant, qui de luce propria nil habebant, vt ia tantum ſolius veritatis cognoſceretur eſſe quod agerent, quantum apertè cerneretur, quod ad hoc agendum idonei per ſe non fuiſſent. Vt ergo mira potentia per prædicatorum linguas clareſceret, prius mirabilius actum eſt, vt ipſorum prædicantium meritum nullum eſſet.*

Vnde me noſti.

1264. NAthanaëlis conſtantiam ex his verbis colligebat S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, vbi ait: *Intuere hominem conſtantem & ſtabilem: cùm enim Chriſtus diceret: Ecce verè Iſraëlita: non intumuit laudibus; ſed rimari non deſtitit, ac diligentius perſcrutari vt de eo certi quippiam intelligat.*

Vnde me noſti? Laudem meretur Nathanaël, quòd laudem propriam ſuſpectam habet? licet ea omni ſuſpicione careat, quæ à Chriſto eſt. *Vnde me noſti? In quo*, inquit hìc S. Thomas, *commendatur Nathanaëlis humilitas; quia, licet laudaretur, nō eſt elatus; ſed laudem propriam ſuſpectam habuit.*

Vnde me noſti? Scilicet laude ſummâ dignus, quia in oblata laude adeò non quieuit, vt eâ percelleretur, quæreretque vnde eſſet. Peritè Rupertus hìc lib. 2. *Vndè me noſti? Quâ percunctatione hoc ipſum indicat, quòd iuxta veritatis teſtimonium verus ſit Iſraëlita: falſi nanque Iſraëlitæ nimiùm delectantur laudibus ſuis; ſcilicet non attendentes, vtrùm laus ipſorum ex hominibus, an ex Deo ſit. Hic autem audiens verum Iſraëlitam ſe appellari (quod magnæ eſt laudis, magnique pretij) Vndè, inquit, me noſti? ſubaudis: quem hactenus hominem non vidiſti?*

Vnde me noſti? Blando laudis ſenſu ſe non fuiſſe captum nec delinitum oſtendit Nathanaël, dum nullum laudis honoriſque titulum Chriſto reddit, ſed nudè dixit: *Vndè me noſti?* qui ſcilicèt nullam tecum familiaritatem vnquàm habui, neque vnquàm noui te. Laudis titulum iurè ſuſtinet, qui laudibus non intumeſcit, nec laudatus laudantem effert: qui ambitioſorum mos eſt. 1265.

Cùm eſſes ſub ficu vidi te.

C*Vm eſſes ſub ficu vidi te.* Felicior Nathanaël, quàm parentes primi. Hi texere ſuam culpam, dum ficûs folijs conantur ſe tegere: Nathanaël ſub ficu innocentiam ſuam prodidit & pietatem. *Cùm eſſes ſub ficu vidi te.* Et quid hoc magnum erat? Erat & maximum: nec enim otiantem ſub ficu vidit; ſed vtilia cogitantem, meditantem Cæleſtia ac Diuina. Hinc illud authoris boni: *Sub ficu fortaſſe orauerat feruentiùs Deum, aut meditatus fuerat res Diuinas:* quod non legimus inter Paradiſi arbores Adamum præſtitiſſe: *inter arbores* enim *cecidit, & non orauit Adam*: non facilè caſurus, ſi orationem fudiſſet.

Amen amen dico vobis videbitis cælum apertum & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra Filium hominis.

A*Men amen.* Hoc habet præter alios Euangeliſta Ioannes, vt hanc particulam, *amen*, geminet: quod cur fecerit, explicat Caietanus hìc, dum ait: *Ioannes Euangeliſta conſueuit repetere, amen, in verbis Chriſti propter excellentiam materiæ: tractat enim myſteria valdè magna, & ad maioris certitudinis explicationem conduplicat, amen, vt, dicendo verè verè, omnem tollat ambiguitatem in myſterijs excedentibus humani ingenij vires.* 1266.

Supra Filium hominis. Cùm eſſet etiam Filius Dei, Filium tamen hominis ſe frequentiùs appellat, & humilitati docendæ, & oſtendendo in homines amori.

CAPVT II.

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. IOANNIS.

Verſ. 1.

ET die tertiâ nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat Mater Ieſu ibi.

Et die tertia. *Syr. Ceterùm die tertio.*
Nuptiæ factæ ſ. *Syr. Factum eſt conuiuium. Pagn. Nuptiæ fiebant.*
Erat. *Syr. Aderat.*

Verſ. 2.

Vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

Vocatus eſt autem. *Syr. Quin vocatus eſt.*
Ieſus. *Syr. Et ipſe Ieſus. S. Epiph. Et Ieſus.*
Nuptias. *Syr. Illud conuiuium.*

Verſ. 3.

Et, deficiente vino, dixit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.

Deficiente vino. *Syr. Defecerat vinum. Theoph. Cùm defeciſſet vinum. Pagn. Vbi defeciſſet vinum. Tolet ex Græ. Cùm vinum deficeret.*
Dicit. *Syr. Quum dixit.*
Ieſu. *Syr. Ipſius Ieſu.*
Non habent. *Arab. Non eſt eis.*

Verſ. 4.

Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.

Quid. *Quidd. ap. Mar. Id.*
Mihi & t. *Pagn. Mihi tecum. Vat. Mihi rei tecum. Quid. ap. Mar. Ad nos non pertinet.*
Mulier, *Arab. O mulier.*
Nondum. *Arab. Non.*

Verſ. 5.

Dicit Mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite.

Dicit. *Arab. Dixit autem.*
Quod. *Euth. Quicquid.*
Dixerit. *Arab. Præceperit.*

Verſ. 6.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundùm purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas vel ternas.

Lapideæ. *Arab. Ex lapidibus.*
Poſitæ. *Syr. Quæ poſitæ fuerant.*
Secundùm p. *Syr. Ad purgationem. Mar. Iuxta traditiones.*
Capientes ſ. *Arab. Capiebat vnaquaque.*
Binas vel t. *Theoph. Binas ac ternas. Ar. Mont. Duas vel tres.*

Verſ. 7.

Dicit eis Ieſus: Implete hydrias aquâ. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum.

Dixit. *Arab. Dixit autem.*
Hydr. *Syr. Has hydrias.*

Verſ. 8.

Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

Et dicit eis I. *Syr. Dixit eis.*
Haurite. *Arab. Bibite. Al. Infundite.*
Nunc. *Syr Adhuc.*
Ferte a. *Syr. Offerte præcipuo diſcumbenti. Mar. Ferte præfecto conuiuy.*
Et tulerunt. *Syr. Itaque obtulerunt.*

Verſ. 9.

Vt autem guſtauit architriclinus aquam vinum factam, & non ſciebat, vnde eſſet (miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam) vocat ſponſum architriclinus,

Vt autem g. *Theoph. Poſtquam autem guſtaſſet.*
Aquam. *Syr. Aquas illas. Arab. Illam aquam. S. Gaud. Ex aquâ.*
Vinum f. *Syr. Quæ facta fuerant vinum. Vat. In vinum verſam.*
Et non i. *Syr. Neſciebat autem.*
Miniſtri a. *Syr. Sed miniſtri.*
Qui. *Syr. Quippe qui. Arab. Quia ipſi.*
Hauſerant a. *Syr. Impleuiſſent eas aquâ. Arab. Impleuerant aquâ.*
Sponſum a. *Theoph. Sponſum.*

Verſ. 10.

Et dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit; &, cùm inebriati fue-

Omnis homo. *Syr. Vnuſquiſque.*
Primùm. *Syr. Prius. Arab. Non niſi bonum. Theoph. Primo loco bonum.*
Ponit. *Syr. Offert. Arab. Affert.*
Cùm inebriati f. *Mar. Poſtquam ſe plenis poculis*

rint,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

Vulgata Editio.

rint, tunc id, quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc.

Lectionum Varietas.

inuitarint. vel: *egregiè biberint.* *Quidd. Cùm inebriati fuerint conuiua.*
Id quod d. e. *Syr. Quod minimum eſt. Arab. Affert deterius. Ar. Mont. Minus.*
Tu autem. *Euth. Tu.*
Bonum vinum. *Syr. Vinum optimum. Arab. Poculum bonum.*
Adhuc. *S. Gaud. Modò. Pagn. Ad hoc tempus. Ar. M. Iam.*

Verſ. 11.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Canâ Galilææ: & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli eius.

Fecit initium ſ. *Syr. Fuit primum ſignum, quod edidit. Arab. Signum eſt primum, quod fecit. Pagn. Edidit initium ſignorum.*
Manifeſtauit. *Syr. Notum fecit. Vat. Manifeſtum fecit.*
Gloriam. *Mar. Virtutem.* vel: *Maieſtatem.*

Verſ. 12.

Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe & Mater eius & fratres eius & diſcipuli eius, & ibi manſerunt non multis diebus.

Poſt hoc. *Syr. Poſtea. Euth. Poſt hæc.*
Fratres eius *Syr. Fratres.*
Et diſcipuli e. *Euth.* omittit.
Manſerunt. *Syr. Fuerunt.*
Non multis. *Syr. Paucis.*

Verſ. 13.

Et propè erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam:

Et propè erat. *Theoph. Et in propinquo erat. Vat. Inſtabat autem.*

Verſ. 14.

Et inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & numularios ſedentes.

Inuenit. *Euth. Reperit.*
Vendentes. *Pagn. Eos, qui vendebant.*
Numularios. *Syr. Trapezitas. Vat. Menſarios.*

Verſ. 15.

Et, cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues; & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit.

Et, cùm f. *Syr. Feciſque ſibi. Tolet ex Gra. Factoque.*
Quaſi flagellum. *S. Cypr. Flagellum. Tolet ex Gra. Flagello.*
De funiculis. *Syr. Fune. S. Aug. De reſticulis. Tolet. ex Grac. Ex funiculis. Ar. M. Ex funiculis.*
Omnes *Syr. Ac omnes. Arab. Et omnes eos.*
De templo. *Pagn. E templo.*
Oues quoque & b. *Arab. Expulit boues & oues. Euth. Oues ſimul, ac boues. Orig. Tum oues tum boues.*
Numulariorum. *Syr. Trapezitas. Vat. Menſariorum.*
Effudit æs. *Syr. Et effudit numos eorum. Ar. M. Effudit monetam.*
Menſas ſubuertit. *Arab. Euertit menſas eorum.*

Verſ. 16.

Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Auferte. *Orig. Tollite.*
Et nolite f. *Syr. Neque faciatis. S. Cypr. Feciſtis. Caiet. Ne facite.*
Negotiationis. *Theoph. Mercatus. Caiet. Emporium.*

Verſ. 17.

Recordati ſunt verò diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me.

Recordati ſunt v. *Syr. Et recordati ſunt.*
Diſcipuli eius. *Euth. Diſcipuli.*
Comedit. *S. Ambr. Deuorauit. Pagn. Exedit.*

Verſ. 18.

Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis?

Reſponderunt ergo. *Syr. Reſponderunt autem.*
Quod ſignum o. n. *Quid. ap. Mar. Miraculo id proba.*
Quia hæc f. *Syr. Vt iſta facias. Arab. Vt facias iſtas operationes. Vat. Quandoquidem iſta agis. Quidd. ap. Mar. Si Diuinâ authoritate hæc facis.*

Verſ. 19.

Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Soluite

Soluite. *Pagn. Deſtruite. Tert. Diruite.*
In tribus d. *Syr. Tribus diebus. S. Hil. In triduo. Tert. Triduo. S. Remig. Poſt triduum.*
Excitabo illud. *Arab. Ego erigam illud. S. Epiph. Suſcitabo illud. Euth. Erigam ipſum. Orig. Ego templum*

Vulgata Editio.

templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Lectionum Varietas.

id reſuſcitabo. Tert. Ego illud reſuſcitabo. Theoph. Ædificabo illud.

Verſ. 20.

Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt ei.*
Quadraginta & ſex. *Sypr. Quadraginta ſex.*
Ædificatum. *Theoph. Extructum.*
Templum hoc. *S Cypr. Fanum iſtud.*
In tribus. *Syr. Tribus. S. Aug. Diebus tribus.*
Excitabis. *S. Aug. Excitabo. Euth. Eriges. Vat. Suſcitabis.*

Verſ. 21.

Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

Ille autem. *Syr. Ipſe verò. Pagn. At ille.*
Dicebat. *Syr. Hoc dicebat. Arab. Significauit.*
De templo. *Arab. Templum.*

Verſ. 22.

Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat; & crediderunt Scripturæ, & ſermoni, quem dixit Ieſus.

Reſurrexiſſet. *Syr. Surrexiſſet. Vat. Suſcitatus eſſet. Catet. Excitatus fuiſſet.*
A mortuis. *Syr. A domo mortuorum. Vat. E mortuis.*
Hoc dicebat. *Arab. Propter hoc dixiſſet. Pagn. Hoc dixiſſet eis.*
Scripturæ, & ſ. *Syr. Scripturis & ſermoni. Arab. Scriptura & verbo. Euth. Sermoni.*
Quem dixit I. *Arab. Quod dixerat Ieſus. Euth. Eius.*

Verſ. 23.

Cùm autem eſſet Ieroſolymis in Paſchâ in die feſto, multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius, quæ faciebat.

Eſſet. *Syr. Eſſet Ieſus. S. Aug. Eſſet Dominus Ieſus Chriſtus.*
Paſchâ in d. f. *Syr. Paſchâ die feſto. Orig. Die feſto Paſchatis. Fr. Luc. Paſchâ in feſto.*
Nomine eius. *Syr. Eum. Theoph. Nomen eius.*
Videntes. *Syr. Qui viderunt. Arab. Quia viderunt.*
Signa eius. *Arab. Signa.*
Faciebat. *Arab. Fecit. Vat. Edebat. Orig. Feciſſet.*

Verſ. 24.

Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eò quòd ipſe noſſet omnes;

Credebat ſemetipſum. *Arab. Credebat.*
Eò quòd i. *Syr. Quippe qui.*
Noſſet. *Arab. Sciebat.*
Omnes. *Euth. Omnia.*

Verſ. 25.

Et quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat, quid eſſet in homine.

Et quia opus e. n. e. *Syr. Nec indigeret. Arab. Et non oportebat. S. Aug. Et quia non opus habebat. vt quiſquam ei.*
Quis. *Arab. Aliquis. Pagn. Quiſquam.*
Teſtimonium p. *Syr. Et teſtaretur. Arab. Teſtimonium perhiberet ei. Euth. Teſtimonium ferret. Pagn. Teſtaretur.*
Sciebat. *Syr. Nouerat. Fr. Luc. Cognoſcebat.*
Homine. *Syr. Quouis homine.*

CAPVT II.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Mariæ auxilium habere quanti referat. 1267
Mariæ præſentia ſuos beat. 1267
Laboris amica Maria, non deliciarum. 1268
Felices nuptiæ, quibus Chriſtus adeſt. 1269
Ad nuptias cur iuerit Chriſtus. 1269
Nuptiarum vera forma, ſi Chriſtus adſit, ſi illum aduocent. 1270
Ad nuptias Chriſtum inuitari ſuggeſſit Maria. 1270
Nuptialia conuiuia minimè reprehendenda. 1271
Au à loco ſuo ſurrexerit Maria in conuiuio. 1271
Beneficus indigentiam attendere ſatis eſt. 1272
Mariæ miſericordia quàm eximia. 1272
Vini carentiam, cur ſtuduerit Maria ſuppleri. 1273
Vbi Chriſtus, vbi Maria adeſt, abſit omnis luxus. 1274
Neſcit Maria miſerias noſtras extenuare. 1274
Maria non gloriam ſuam quærebat, ſed Dei ſui voluntatem. 1275
Oculata Virgo in ſuorum neceſſitatibus. 1276
Indigentia noſtra ſuperioribus modeſtè inſinuanda. 1276
Modeſtas humileſque preces contemnere non eſt Chriſti. 1276

Mariæ modeſtia & verecundia. 1277
Chriſti humanitas. 1278
An nuptiali conuiuio, vbi Chriſtus aderat carnes adfuerint necne. 1278

Et die tertiâ nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat Mater Ieſu ibi.

1267. ET *erat Mater Ieſu ibi.* Atque libentiùs ad nuptias ſe Ieſus contulit, quia ſe contulerat Maria. Certè ſponſis animum mater addidit, vt Filium inuitarent: quod facere minimè audebant: tanti refert ad Matris auxilium confugere, Filij præſentiâ frui, qui cupiunt. Appoſitè S. Thomas hîc lect. 1. *Prius inuitatur Mater; quia ambigebant de Ieſu, an inuitatus venturus eſſet ad nuptias propter ſummam religioſitatem, quam videbant in eo; & quia non viderunt, eum ſe immiſcuiſſe conuiuiis: & ideo puto, quòd primò conſuluerunt Matrem, an Ieſus eſſet vocandus, & ideo ſignanter dixit Euangeliſta, primò Matrem adeſſe tam in nuptiis, & Ieſum poſtmodum fuiſſe vocatum; & hoc eſt, quod ſequitur: Vocatus eſt Ieſus.*

Erat Mater Ieſu ibi: à ſponſo nanque fuerat inuitata, *Sponſus cum parentibus* (inquit S. Vincentius Ferrerius ſerm. 1. in Domin. 1. poſt oct. Epiph.) *venit ad Virginem Mariam, quæ tunc erat. 45. annorum, & ab omnibus reputabatur ſancta: ideo ſponſus & amici eius reputabant ſe beatos, ſi ipſa eſſet in nuptiis eorum: & iuerunt ad eam, quæ promiſit eis venire; ſed non eſſent ibi diſſolutiones nec ſuperfluitates.*

1268. *Erat Mater Ieſu ibi.* Aliqui aſſerunt, ſpontè iniſſe, nec vocatam inuitatamque fuiſſe: quod de Filio eius adſeritur. *Vocatus eſt autem Ieſus.* Vnde & Nicolaus Gorran *Non dicitur hîc*, inquit, *quòd fuerit; quia ratione affinitatis venerat tanquam officioſa, ſicut etiam abiit in montana ad Eliſabeth.* Sed hoc non admodum firmum ſolidumque eſt, vt eâ facilitate elidatur, quâ adſtruitur. Inuitatam iniſſe Virginem ad nuptias melior author aſſerit, B. ſcilicet Dionyſius Carthuſianus, dum ait: *Erat Mater Ieſu ibi videlicet inuitata atque profecta ad nuptias iſtas.* Ad Eliſabeth ſpontè iuit, quia ſeruire debebat: ad nuptias, vbi alij ei obſequebantur, non niſi inuitata perrexit. Vbi litandum labori, licet non vocetur prompta accurrit: vbi deliciis, quas tamen modeſtiâ condiebat, indiget inuitari.

Erat Mater Ieſu ibi. Præter Mariam, Ieſum, Ieſuque diſcipulos, alij quoque aderant: ſed cur illorum nomina minimè recenſentur? Nodum hunc ſoluit Lyranus hîc, dum ait: *Licèt alij plures fuerint in iſtis nuptiis, tamen Ieſus, Mater eius, & diſcipuli eius expreſſiùs nominantur: quia non fit hîc mentio de nuptiis niſi ratione miraculi ibidem perpetrati, quod fuit factum per Matris interpellationem, & per ipſius Ieſu operationem, & ad diſcipulorum confirmationem.*

Vocatus eſt autem & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias.

1269. HAs nuptias Chriſti aduentu felices vocat Nonnus in Paraphraſi. *Nuptiæ*, inquit, *erant felices; quia ad terreſtre conuiuium Chriſtus vocatus erat conuiua.* Quàm illæ feliciores, in quibus non vocatur tantùm Chriſtus tanquam conuiua, ſed adeſt tanquam ſponſus, nuptias cùm animâ celebrans, quæ à rebus creatis ſe abdicauit.

Ad nuptias iuit, vt non in præſentes ſolùm, ſed & in futuros gignendóſque benedictionis ſuæ vim (vt ita dicam) deriuaret. Feſtiuè anonymus in Catenâ Græcâ. *Venit*, inquit, *Dominus ad nuptias, vt non viuentes ſolùm, ſed etiam, eos, qui gignendi forent, ſanctificaret.*

Vocatus eſt autem Ieſus. Hæc nuptiarum vera forma, ſi ad illas præcipuè vocetur Ieſus. Abeunt qui Chriſto ſubmoto ac neglecto, diuitiarum opúmque rationem habent, vt non mirum ſi ægrè inter coniuges concordia viuat, & pax.

Vocatus eſt autem Ieſus. Inuitatus Chriſtus iuit ad nuptias, miraculum editurus, & ſuâ præſentiâ nuptias ſanctificaturus. Ibi aquam in vinum mutauit, vt innueret ſe coniugatis neceſſaria curaturum, ſi illum aduocent. Benè Salmeron tom. 6. tract. 6. *Neceſſarium fuit, vt Ieſus ſuâ præſentiâ & miraculo honeſtaret coniugium, & doceret, ſtatum eſſe Deo probatum: quod ſolùm debet mitigare omnes matrimonij moleſtias: & ad quod, ſi vocetur Ieſus, adeſt illis ſanctificando, & coniugatis de neceſſariis proſpiciendo: nam hoc miraculo videtur ſe obligare & quaſi ſpondere, ſe matrimonio adfuturum; & ſatis opum, victus, & amictus fore, ſi Dominum vocent.* 1270.

Vocatus eſt Ieſus ad illas nuptias, quòd nimirum Maria, quæ ibi aderat, ſuggeſſit, vt illius præſentiâ nobiliores eſſent nuptiæ ſanctioreſque. *De conſilio Virginis* (inquit S. Vincentius Ferrerius ſerm. 1. in Domin. 1. poſt Epiph.) *inuitabant Chriſtum, qui prædicabat ibi propè; qui fuit etiam ibi cum diſcipulis eius. O benedictæ nuptiæ, & nobiliores Mundi! quia nunquam in Mundo fuerunt ſimiles.*

Ad nuptias nuptialéque conuiuium venit Ieſus, ne deinceps aliquis hoc reprobaret. *Niſi Ieſus*, inquit hîc Caietanus, *veniſſet ad nuptias, quis ſanctius nuptialia conuiuia non reprehenderet? Quis etiam hæreticos prohibentes nubere argueret? Ad confirmandam itaque fidem coniugij, & ad approbandum nuptialia conuiuia inuitatus ad nuptias venit Ieſus.* 1271.

Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.

D*icit Mater Ieſu ad eum.* A loco ſuo Virginem ſurrexiſſe, & ad Chriſtum ſe contuliſſe, vt eum ad vini defectum ſupplendum inhortaretur, aliquorum cenſio eſt. Toletus in huius loci Comment. *Exiſtimo*, inquit, *B. Virginem locum, quem inter mulieres tenebat deſeruiſſe, & ad Filium, vt, quæ ſequuntur, loqueretur, acceſſiſſe.* Ego aliter cenſuerim; nec decori congruum hunc motum puto, immò nec neceſſarium, cùm ad eius dexteram in menſâ ipſa Virgo ſederet. Certè id Diuiniùs docta B. Veronica innuebat: vt enim in eius vitâ ſcribit Iſidorus de Iſolanis lib. 4. cap. 9. rem ita in viſu vidit, proculdubio vt peracta. *Menſam primùm Ieſus manu dexterâ benedixit, pſallentibus cæteris, veluti religioſorum mos eſt: tùm, reſidentibus cunctis, Saluator in capite menſæ cathedrâ locatus diſcubuit, ad cuius dexteram Mater beatiſſima conſedit, quam ſequebatur ſponſa: ad læuam vero ſponſus ſe poſuit, cæteris ſubſequentibus.*

Ex hoc illud quoque refellitur, quod aliqui apud Franciſcum Lucam aſſerunt: Matrem Ieſu non aſſediſſe menſæ; ſed ſolicitam, vt rectè omnia ſe haberent pro honore cognatorum, cùm intelligeret deficere vinum, acceſſiſſe ad Filium. Hoc reiicit etiam Nonnus, dum in ſuâ Paraphr. ait; *Chriſto ſciens dixit ſimul accumbens Mater.* & verſ. 2. *Ad conuiuium venit & ipſa Deipara Virgo Mater* 1272.

ter Chriſti, impollutâ manu nuptialem attingens menſam.

Vinum non habent. Tam beneficeo ſatis fuit vini defectum indicaſſe. *Non precatur Dominum,* inquit Gillebertus Abbas, *nec imperat Filio: defectum tantùm vini nunciaſſe contenta. Cum beneficis & ad liberalitatem propenſis ita agendum eſt: non enim eſt gratia violenter exprimenda, ſed proponenda occaſio.* Efficax apud bos petitio, modeſta ſuggeſtio eſt.

Vinum non habent. Filium, vino deficiente, adit: & licèt nullus à Virgine hoc officium poſtulauerit, Filio tamen vinum deficere nunciat: quod ille probè ſciebat; nec ignotum Virgini, hoc Filio notum. *Patet hîc* (inquit S. Vincentius Ferrerius ſerm. 1. in Dominic. 1. poſt Epiph.) *miſericordia maternalis Virginis Mariæ; quia non legitur, quòd aliquis ipſam rogaſſet, quòd rogaret Filium, vt prouideret de vino: ſed ipſa habuit cor pium & dulce; & benè expedit nobis: quantò ergò magis ſubueniet nobis, ſi ipſam inuocauerimus deuotè?*

1273. Vini carentiam vidit Virgo, ſtuduitque à Filio ſuppleri. Id à Virgine obtinuit ſumma Virginis in homines pietas. Fecit iſtuc quoque, ne ſponſorum deuotio, vini defectu, interturbaretur; nam Chriſtum inuitarunt, vt nuptias benediceret, & præſentiâ ſuâ beatet. Siſtenda hîc Ruperti Abbatis verba ad hæc verba. *Dixit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Optat Beata Dei Genitrix conuiuantibus fieri ianua cœleſtis beneficij; ne illorum deuotio, qui ſe inuitauerant fructu ſuo careret; neue hilaritatem præſenti rei competentem importuna penuria contriſtaret: credendum nanque eſt, quòd piâ deuotione Dominum Ieſum, Matremque eius ac diſcipulos inuitauerint; præſertim cùm famam illorum quæ de ipſo dici iam cœperant, non ignorare poſſent; nam ſi ex eodem vico erat Nathanaël, qui die præcedenti illum agnoſcens dixerat: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael. Vnde & ſignanter Euangeliſta, cùm dixiſſet, Nuptiæ factæ ſunt in Canâ Galilææ, & erat Mater Ieſu ibi. Diſtinctè ſubdit: Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias, vt intelligas, iam impletis nuptiis diſcumbentium, iam conſidentibus conuiuis, conſultò factam eſſe, vt vocaretur & Ieſus, tanquam homo ſanctus, velut propheta magnus, cuius benedictio poſteritati nubentium, vel toti cœtui conuiuantium profutura fruſtra non ſperaretur. Igitur B. Virgo, vt illorum, qui ſe inuitauerant, remuneraret deuotionem, ſciens in carne ſuâ, quam pepererat, rerum omnium creatricem habitare Dei virtutem, dicit Filio ſuo, Deo ſuo: Vinum non habent.*

1274. Deficit in nuptiis vinum: non puto, id nimio conuiuantium poto accidiſſe. Vbi Chriſtus aderat, & Chriſti mater, luxus omnis aberat, omnis intemperantia. Potiùs inuitantium paupertate id factum, alij notauere. *Nam*, probi authoris verba ſunt, *pauperes cùm eſſent, quæ pro ſuâ tenuitate potuerunt, compararunt: & quoniam nullum ex amicis non inuitatum relinquere voluerunt, priùs poculis, quàm officio, defuerunt. His addo, euenire poſſe in his nuptiis, quod in aliis accidere ſolet: aut enim plures perſonæ accedunt, quàm expectabantur, quando conuiuium inſtruebatur; aut miniſtri in diſtribuendo minùs prouidi & fideles præſunt; aut caſu aliquo perit aliqua vini pars: pauperes autem omni euentui ſubitò occurrere non poſſunt. Nec intemperantia ergo conuiuæ, nec imprudentiæ ſunt inuitantes arguendi; quanquam & ab hoc negotio non excludenda eſt Diuina prouidentia; imò locum primum tenet, quæ vinum deficere conuiuis permiſit, vt per eum defectum Vnigenitus Dei Filius, ſicut & per infirmitatem Lazari, glorificaretur.*

Vinum non habent. Nondùm penitùs vinum defecerat: quum igitur dixit Ieſu Mater: *Vinum non habent*: intelligendum eſt non habere ſufficienter, nec quantum ſatis eſſet. Neſcit Virgo miſerias noſtras extenuare verbis. Vel, quod futurum erat, dicit, niſi Chriſtus ſuccurreret; non quod actu erat: tam ſolicitam curam ſuorum habet Dei Mater. Paucis vtitur verbis, quæ multam de Filij miſericordiâ ſpem habebat. Non multis eum prouocat ad ſuorum inopiam ſubleuandam, ſciens ad hoc eius Filium paratiſſimum eſſe.

1275. Pende Mariæ pietatem; & maiorem coniice, quàm extimè appareat. De vino, quod defecerat, tam ſolicita eſt, licèt nullus ab eâ poſtularet, quòd poſtularet miraculum à Chriſto: quid aget, quum precibus adibitur, nec de rei, quæ corpus tangit, defectu agetur; ſed de iis, quæ ad animæ ſalutem ſpectant?

Vinum non habent. Sponſi vinum non habent: habet Virgo liquorem (vt ita loquar) compaſſionis. Ad miracula nunc Chriſtum prouocat: cur id anteà non fecit, cùm id in eius gloriam honoremque ceſſurum eſſet? Quia non quærebat ſuam gloriam, ſed Dei ſui voluntatem. *Anteà*, inquit hîc S. Thomas, *non incitauit Chriſtum ad miracula, quia non viderat tempus opportunum: nunc poſt Ioannis conteſtationem, & poſt diſcipulorum conuerſionem, confidenter Chriſtum ad miracula facienda prouocat.*

1276. Conuiuantium inopiæ ſuccurrere Filij virtute ſtudet Virgo. Non ſinit ab aliis illorum inopiam Filio repreſentari. *Optat B. Dei Genitrix*, inquit B. Rupertus hîc, *conuiuantibus fieri ianua cœleſtis beneficij.* Oculata eſt, vt indigentiam noſtram videat, ſedula, vt prouideat. Cùm de inopiâ hominum ſubleuandâ agitur, hoc primùm Virgineæ inſidet menti, ne in ope ferendâ ſit poſtrema.

Vinum non habent. Habebant quidem vinum; omninò quippe non defecerat: ſed Virgo præuenire defectum ſtudet, vt non indigentiæ eorum tantùm conſuleret, ſed & verecundiæ. Benè Lyranus hîc: *Vinum non habent ad ſufficientiam: ex corde enim piiſſimo voluit præuenire totalem defectum, ne appareret confuſio: ideo inuitauit Filium, quem ſciebat ad hoc potentem, ſicut à principio edocta fuerat per Angelum & per Spiritum ſanctum.*

1277. *Vinum non habent.* Paucis verbis Dei Verbum alloquitur Dei Mater in fiduciæ & modeſtiæ ſignum, & Filij pietatis explicationem. *Quo docemur* (inquit B. Dionyſius Carthuſ. hîc) *cauſam & indigentiam noſtram ſuperioribus noſtris ſimpliciter atque modeſtè inſinuare, & in eorum poteſtate, quid faciendum ſit relinquere:* nec eſſe multorum verborum fuſu aures obtundendas eorum, à quibus aliquod beneficium experimus & expectamus.

Vinum non habent. Paucis vſa eſt verbis, affectu profuſior quàm ſermone. Totum committit Filij voluntati: exponit indigentiam, probè ſciens Chriſti non eſſe, modeſtas humileſque preces contemnere. Ab hoc exemplo colligas, quî adeundi ſuperiores ſint. Opportunè Dionyſius Carthuſianus. *Cùm pudiciſſima ac prudentiſſima eſſet, pauciſſimis vſa eſt verbis, & in voluntate Filij ac Domini ſui relinquens, quid agere vellet; de cuius bonitate & charitate omninò confidebat, quòd ſciuit deſiderium ſuum ac precem non ab illo repelli poſſe.*

Vinũ non habent. Vide, quàm inſignis Mariæ mo-

Digitized by Google

deſtia hîc appareat & verecundia. *Non dicit: Rogo te* (inquit Caietanus hîc) *ſed tantummodo defectum vini proponit: non vt Filius ſciat ipſâ proponente, ſed vt ordinem Diuinæ diſpoſitionis ſeruet, quo ſtatuit recurrere nos debere in neceſſitatibus ad ipſum Dominum; hac enim ratione neceſſitatem proponit.*

1278. *Vinum non habent.* Summam Virginis modeſtiam & verecundiam ab omni faſtu alienam in his verbis nota: collige & Chriſti humanitatem, cuius non extorquetur gratiâ, ſed facilè fluit Scitè Gillebertus in Allegor. Tilmani productus. *Nonne,* inquit, *apud miſeratorem, alicuius commemorare miſeriam, ipſum rogare eſt. Efficax petitio eſt modeſta ſuggeſtio. Oppreſſi infirma exponere, fortunæ infelicitatem, inſolentiam hoſtium, hæc inquam exponere in aure potentis, quid aliud eſt, quàm ipſum verecunda quâdam prece ad auxiliandum inflectere? Quot in locis apud Pſalmiſtam hunc precis modum inuenies? In Euangelio inquit Maria ad Ieſum: Vinum non habent. Non precatur Dominum, nec imperat Filio, defectum tantùm vini nunciaſſe contenta. Cùm beneficis & ad liberalitatem propenſis ità agendum eſt: non enim eſt gratia violenter exprimenda, ſed proponenda occaſio.*

Ab hoc conuiuio carnes abfuiſſe, nollem fuiſſe qui crederent. Aliter docet diuinitùs docta B. Veronica, quæ apertè aſſerit aſſis carnes hanc menſam oneraſſe: additque panem manibus à Chriſto fractos: quod ferro à cæteris fiebat. Hæc eius verba apud Iſidorum de Iſolanis lib 4. cap. 9. *Inter cibos carnes erant aſſa variâ arte conditæ: aderant quoque cochlearia, quibus pulmenta communia deſumebant. Fractio panis à Saluatore fiebat manibus, vt ferro reliqui perficiebant.*

SECTIO II.

Diuina tractantibus Parentes carnales poſthabendi. 1279
Qui aliorum orationes poſtulant, ſalutem ſuam non negligant. 1279
Cur durius reſpondiſſe Matri Chriſtus videatur in nuptiis. 1280. 1281
Cur mulierem, non Matrem Mariam vocauit Chriſtus. 1281
Ia Eucharistica menſa omnis terreaus affectus abſcandus. 1281
Horam ſuam quam Chriſtus dixerit. 1282
Beneficiorum ſuorum contemptum anteuenere Chriſtus ſtudet. 1283
Inobedientia lapſum impedire Maria ſtudet. 1283
Maria cur miniſtros alloquuta. 1284
Hominum laudem venari nullus debet. 1284
Chriſti humanitas vnde collecta. 1285
Mariæ mitias & humilitas. 1285
Hydriæ cur ad conuiuium poſitæ apud Iudæos 1286
Beneficia ſua vera & ſolida Chriſtus credi vult. 1286
Hydrias cur aqua impleri iuſſerit Chriſtus. 1287
Bona hydria, qui Dei timore repletur. 1287
Miniſtris cur aquam iuſſit afferre. 1287
Plena obedientia ſit. 1288
Chriſtus cur vini miraculum non niſi requiſitus fecerit. 1289
Ad Euchariſtiam qui accedit, omnia vitia expuenda. 1289
Homines inſipidos & frigidos, in alios mutare facilè Chriſtus poteſt. 1290
In vinũ aigrũ mutata diuinitùs aqua ad nuptias 1290
Nullus geſta ſua debet facilè prædicare. 1291
Architriclinus qualis & quid præſtiterit. 1291
De ſpiritualibus delitiis non rectè iudicium ferre poteſt terrenarum amore correptus 1292

Et dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt, mulier?

MVlierem vocat, non *Matrem*: nec enim ſolet Chriſtus blandus Virgini eſſe, aut dulciùs agere cum illâ: ex quo fit: vt nunquam *Matris* nomine eam legatur in Euangelio appellaſſe: quo ſcilicet rectè doctores Euangelicos doceret, Diuina tractantibus parentes carnales poſthabendos. Id quod notauit etiam Salmeron tom. 6. tr. 6. *Notandum eſt, quòd nunquam Chriſtus Mariam vocauit Matrem, vt conſtat ex Euangelio, vbi ſemper mulierem vocat. Nulli minùs ſigna amoris externa oſtendit, cùm nulli intùs magis ſe inuicem diligerent. Quod Dominus ſtudioſè faciebat, vt comprimeret affectus carnis noſtræ, & in Euangelico miniſterio doceret eſſe poſthabendos.* 1279.

Quid mihi & tibi eſt mulier? Cur Mariæ precibus non annuit Chriſtus? Cur aſperitatis quadâm ſpecie ei reſpondit? *Ne qua in miraculo ſuſpicio oriretur* (inquit S. Chryſoſtomus hîc) *ab indigentibus enim, non à Matre id quærendum erat.* Id illis quoque occini poteſt, qui, ſalutis ſuæ curâ neglectâ, pro ſe orationes minimè fundunt, nec preces ad Deum tranſmittunt.

Quid mihi & tibi eſt, mulier? Nondum venit hora mea. Hæc verba hoc explicatu donat S. Auguſtinus tract. 8. in Ioann. *Quia non erat illa, Mater Diuinitatis, & per Diuinitatem futurum erat miraculum, quod petebat, reſpondit ei: Quid mihi & tibi eſt, mulier? Sed, ne putes, quòd te negem Matrem, Nondùm venit hora mea: ibi enim te agnoſcam, cum pendere in Cruce cœperit infirmitas, cuius mater es. Idem Euangeliſta, qui nouerat Matrem Domini, & qui nobis inſinuauit etiam in his nuptiis Matrem Domini, Erat, inquit, illic circa Crucem Mater Ieſu, & ait Ieſus Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus: & ad diſcipulum: Ecce mater tua. Commendat Matrem diſcipulo, commendat Matrem prior Matre moriturus, & ante Matris mortem reſurrecturus. Commendat homo homini hominem. Hoc pepererat Maria. Illa hora iam venerat: de quâ tunc dixerat: Nondum venit hora mea.* 1280.

Quid mihi & tibi? Ac ſi diceret: Ab indigentibus quærendum eſt vinum vt miraculum omni careret ſuſpicione. Sanctus Chryſoſtomus hîc huc ſpectabat. *Alia prætereà cauſa,* inquit, *afferri poteſt non minùs neceſſaria: ne qua in miraculo ſuſpicio oriretur; ab indigentibus enim, non à Matre, id quærendum erat. Quid tandem? Quoniam, quæ familiarium precibus impetrantur, quamuis magna, rarò tamen eorum prædicationibus augentur. Indigentium laudes, cùm quid impetrarint omni vacant ſuſpicione: nihil ab his ſimulatur, & multa indè vtilitas prouenit: etenim, ſi vel optimus medicus, qui, cùm multos ægrotos viſitauerit, neque ab ipſis neque eorum familiaribus, ſed à ſuâ tantùm Matre laudaretur, ſuſpecta ſanè eſſet laus illa & moleſta, nec praeſentium quiſpiam magnum de eo aliquid vel egregium opinaretur: propterea aſperiùs loquutus. Quid mihi, inquit, & tibi mulier? eam admonens, ne idem ampliùs tentaret. Curæ enim ipſi erat Maternus honor; ſed longè magis animarum ſalus, & commune in multos beneficium, cuius gratiâ humanam carnem accepit.*

Dura videatur reſponſio, & gratiæ negationem 1281.
continere:

continere : verè non continet. *Nouerat Mater* (inquit Appollinarius in Catenâ Græcâ) *Dominum ſibi vt Filium morem geſturum : quin & ipſa reſponſio hoc inſinuabat. Quid mihi & tibi, Mulier ? tanquam enim exorandus hoc reſpondebat, vti olim etiam Moyſi Dominus aiebat : Dimitte me : tanquam videlicèt qui flecti atque exorari volebat.* Ità ferè accidit, vt orationes à nobis tacitè Deus poſtulet, dum negare videtur, quod rogatur.

Subaſperè Matrem alloquitur : ſed ſuccus admodùm ſuauis ab hiſce verbis exprimi poteſt. *Loquitur ſic* (inquit B. Dionyſius Carthuſianus) *docens nos, ne habeamus affectum nimis carnalem & mollem ad carnales parentes.*

Mulier. Mulierem, non Matrem vocat, *ne in hoc negotio aliquid maternis affectibus tribueret aut carni aut ſanguini.* Quòd ſi rem ad Euchariſticam menſam, cuius hæc aquæ in vinum conuerſio figura extitit, rectè trahatur ; rectè docemur, in eâ omnem terrenum carnalemque affectum abſcandum, vt nec parentes ipſos noſſe videamur.

1282. *Quid mihi & tibi eſt, mulier?* Cur mulierem potiùs vocat quàm *Matrem*? An, quia Diuina operaturus, ſanguinis debet obliuiſci ? *Tanquam non agnoſcit viſcera humana,* inquit S. Auguſtinus tract. 8. in Ioann. *operaturus facta Diuina.* Materna viſcera ignorare tutò quis poteſt, quum ea facturus, quæ Dei gloriam ſpectant.

Nondùm venit hora mea.

N*ondum venit hora mea.* Nonnus in Paraphraſi: *Nondùm mihi venit curſus vltimus circularis hora.* Scilicèt vitæ ſuæ horam, illam præcipuè vocat, quâ erat pro homine vitam daturus.

Nondùm venit hora mea. Et quænam hora Chriſti, cui tempus omne ſubiacet, omnis hora ? *Hora mea* (inquit Vgo) *id eſt hora, quâ magis ſit gratum & vtile miraculum illis, quibus poſtulas fieri.* Quia ſcilicet Chriſtus, dùm beneficia ſua præſtat ; ea præſtare illo tempore ſtudet, eoque momento, quo vtiliora nobis futura ſunt ; adeò vt in eius beneficiis beneficium quoddam ſit, opportunitas.

1283. *Nondum venit hora mea.* Sentiri nimirùm vini defectum volebat, vt pluris Diuinitùs producti vini beneficium ab illis fieret. *Nondum venit hora mea. Nondum defectum vini ſentiunt,* inquit hîc S. Thomas. *Sine primò hoc ſentire ; quia cùm neceſſitatem cognouerint, maius reputabunt beneficium, quod recipient.* Tam ſollicitus Chriſtus eſt, ne beneficia ſua contemnantur, vt, huic contemptui anteuertendo, durum ſe matri (ſi extimè eius verba conſideremus) exhibeat.

Dicit Mater eius miniſtris.

D*icit Mater eius miniſtris.* Quid dixit ? *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Quibus verbis oſtendit, ſe nouiſſe Filium miniſtros alloquuturum, editurumque miraculum eo pacto, quo edidit. Miniſtros informat Virgo, *ne ſua inobedientiâ aliquid, quo ſubuentione Filij priuentur, committant,* inquit Toletus hîc. Parat etiam miniſtrantium animos Dei Mater, ne, Filij iuſſa audientes, tanquam abſona irriderent. Benè Rupertus hîc. *Voluntatis eius conſcia, & de potentiâ eius non dubitans, opportunâ commonitione miniſtrorum animos præparat: videlicèt ne id, quod præcepturus erat, amentiæ reputarent, nondùm veram eius experti virtutem.*

Dixit Mater eius miniſtris. Quotnam eſſent 1
miniſtri in illo conuiuio, vix diuinare aliquis poſſet. Beata Veronica, cui in viſu expoſita, quæ in illo conuiuio acta, quinque fuiſſe dixit : ſic enim in eius Vitâ ab Iſidoro Iſolano ſcriptâ legitur lib. 4. cap. 9. *Qui conuiuio deſeruiebant, quinque numero fuere : duo quidem cibos afferebant : duo allata diuidebant : quintus verò architriclinus erat.*

Dicit Mater eius miniſtris. Pia Mater Filij mentem attigerat. Quidni ſpiritu Filij afflata intelligeret, quid ſibi vellet Filius ? Non credidit, ſe repulſam paſſam ; ſed facturum Filium nouit, quod ipſa rogauerat. *Cùm Verbi ſcopum* (verba ſunt Euthymij hîc) *ac rationem intelligeret, quódque non impotentiæ excuſatio erat ; ſed, ne videretur ſe miraculis ingerere, & ſpectaculo exponere : Matris autem exhortationem non deſpiceret, menſæ miniſtros admonet.* Quâ re eos arguit, qui, vt populi auram aucupentur, venenturque hominum laudem, facilè ea moliuntur, etiam intempeſtiuè, miniméque rogati, quæ parere ea poſſint ; nihilque non faciunt, vt aliis quacunque ratione vel extra modeſtiæ limites ſpectaculo ſint.

Dixit Mater eius miniſtris. Quod negare viſus erat Chriſtus, Mater indicat ſe impetraſſe. Sed vndè tanta Matri fiducia ? A Filij ſui humanitate. Peritè hîc Beda. *Dixit Mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite : ſciebat quidem Mater eius humanitatem Filij ſui : licèt hoc modo videretur negare, quod poſcebatur, Mater tamen ſciens pietatem Filij, quòd negare nollet, quod petebatur, fiducialiter mandauit miniſtris, vt mandata implerent iubentis Filij.* 1285.

Non ſe excuſauit Virgo. Nihil reſpondenti Chriſto rursùs reſpondit : ſed tacuit in ſignum humilitatis. Sancti Bernardi hæc ſunt verba ſerm. de B. Mariâ : *Loquens auditur Maria in nuptiis ad Filium & miniſtros : & is quidem ſermo certiſſimus index ingenitæ manſuetudinis, & virginalis verecundiæ fuit ; aliorum quippe verecundiam ſuam reputans, ſuſtinere non potuit, non potuit vini diſſimulare defectum. Vbi ſanè increpata à Filio, tanquam mitis & humilis corde nec illi reſpondit ; nec tamen deſperauit, miniſtros admonens facere, quod diceret eis.*

Secundùm purificationem Iudæorum.

C*Vr additum, ſecundùm purificationem Iudæorum ?* Sic exponit S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ : *Non temerè dixit, ſecundùm purificationem Iudæorum : ſed, ne quis infidelium ſuſpicari poſſet aliquâ fortaſſe in fæce in iis inſidente infuſam deſuper aquam, eique permixtam, vinum tenuiſſimum effectum ; idcirco ait, ſecundùm purificationem Iudæorum : vt nimirùm in iſtis vaſibus nunquam adhuc vinum fuiſſe oſtendat.* 1286.

Secundùm purificationem Iudæorum. Quibus mos erat ſæpè ſe abluere. *Cùm Palæſtina,* inquit hîc Theophylactus, *inaquoſa ſit, nec vbique inueniantur fontes, implebant ſemper hydrias aquâ, vt non currerent ad flumina, ſiquandò immundi fierent. Non temerè igitur dixit ſecundùm purificationem Iudæorum.*

Implete hydrias aquâ.

I*mplete hydrias aquâ.* Etiam ſine aquâ ſimilique materiâ vinum facere Chriſtus poterat, qui Mundum ex nihilo creauit : ſed noluit, vt videntibus conſuleret, faciliúſque miraculum crederent.

Si enim ex nihilo produxiſſet, phantaſma fuiſſe aliqui fors putaſſent: cùm autem viderunt omnes illam ipſam aquam, quam ſuis viderant oculis, in vinum verſam, miraculum negare non potuere. Nimirùm ita beneficia ſua nobis exhibet Chriſtus, vt vera ſolidaque credantur, non inania & falſa.

1287. Impleri aquâ hydrias iuſſit: voluit quippe, non ſolùm præſenti inopiæ ſubuenire; ſed multum etiam vini ſponſo remanere, *vt diuturnum teſtimonium ac monimentum eſſet facti miraculi* (vt Maldonatus hìc) diutiúſque in illorum memoriâ reſideret, cùm diutiùs vini reliquiæ durarent.

Bona hydria eſt, qui Dei timore repletur. Peritè rem verſat S. Bernardus ſerm. 54. in Cant. *Beatus*, inquit, *es, ſi cor tuum triplici iſto timore repleueris: vt timeas quidem pro acceptâ gratiâ, ampliùs pro amiſsâ, longè plùs pro recuperatâ. Hoc fac, & eris hydria in Chriſti conuiuio impleta vſque ad ſummum; continens nimirùm metretas non binas tantùm, ſed & ternas, vt Chriſti merearis benedictionem, quæ aquas tuas conuertat in vinum lætitiæ.*

Miniſtri afferre iubentur aquam, vt à futuro miraculo dubium omne auferretur; nec fraus aliqua facta aut præſtigium crederetur. *Cur verò*, inquit S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, *non ipſe aquam attulit ac deinde vinum exhibuit, ſed hoc miniſtris præcepit? Vt nimirùm ipſos facti teſtes haberet neque vllum præſtigium fuiſſe comprobaret.*

Impleuerunt eas vſque ad ſummum.

1288. I*Mpleuerunt eas vſque ad ſummum.* Id expreſsè Chriſtus non dixerat: ipſi tamen id præſtant, vt plenior perfectiorque eorum eſſet obedientia, quò pleniores erant hydriæ. Horum exemplum in iis omnibus nobis imitandum, quæ in eius cultum & obſequium perficimus. Integrè ac perfectè hic omnia à miniſtris fiunt: nihil mirùm, cùm à Virgine audierint: *Quodcunque dixerit vobis, facite.*

Impletas hydrias vſque ad ſummum teſtatur Euangeliſta. Iurè iſtuc addidit, vt conſtaret, non aliâ ex re, quàm ea aquâ, vinum factum. Ne quis igitur calumniæ locus eſſet, vſque ad ſummum aquâ impletas dixit. Offert Deus ſua nobis dona ita vt auferat ea calumniandi occaſionem: ferè enim accidit, vt hominum improbitas dona calumniis petat, cùm ea excipere gratiarum actione deberet. Implentur hydriæ aquâ, ne aliquis pietate & fide vacuus miraculum negaret.

Cur vſque ad ſummum impletæ hydriæ fuerint, ſic explicat Origenes in Catenâ Græcâ: *Ne videlicèt vlla decipiendi occaſio relinqueretur: ne fortè, hydriis aquâ non omninò repletis, aliquid vini affuſum ſit, voluit declarare, totum vinum ex aquâ factum eſſe.*

Haurite nunc, & ferte architriclino.

1289. P*Oterat* Chriſtus tacitè minimèque requiſitus miraculum facere & vini defectui conſulere; ſed noluit, vt ſcilicèt firmius miraculo fides adhiberetur. *Optabat*, inquit Seuerus in Catenâ Græcâ *ſummoque ſtudio contendebat, miraculum illud ab omni figmenti ſuſpicione vindicare: etenim, ſi vinum ſponte ſuâ in medio conuiuarum mirabili ratione ſcaturire atque apparere feciſſet, nullam res iſta fidem habuiſſet; ſed illuſio, oculorumque ac guſtus deceptio, dæmonumve impoſtura fuiſſet exiſtimata, qualia nimirùm hiſtriones in ſcenâ cum admiratione exhibere conſueuerunt.*

Aquam mutauit in vinum: non aquam vino miſcuit, ne aliquid Iudaicæ vilitatis in illo conuiuio reſideret. Pulchrè Sanctus Ambroſius ſerm. in cap. 1. Iſaiæ. *Dominus inuitatus ad nuptias, hydriis plenis aquâ non vinum miſcuit; ſed eam mutauit in vinum: ne quid enim in ſancto conuiuio vilitatis Iudaicæ reſideret, maluit naturam vertere, quàm adulterare ſubſtantiam.* Quâ re rectè monemur, quid præſtandum nobis, quùm ad Eucharisticum conuiuium accedimus: curandum ſcilicet, ne vile aliquid, ne quid terrenum inſipidumque in cordis vaſculo reſideat.

1290. Aquam in vinum conuertit, vt diſceremus & homines inſipidos frigidoſque ab eo poſſe in alios melioreſque mutari. *Tunc Ieſus vinum*, inquit Sanctus Chryſoſtomus hic, *ex aquâ fecit: tunc, atque etiam in præſentia laſciuas & infirmas hominum voluntates mutare non deſinit: ſunt enim plerique hominum, nullâ aquâ meliores; frigidi, fluentes, ſemper mutabiles. Huiuſmodi homines ad Dominum adducendi ſunt, vt eorum voluntates in vini ſimilitudinem transferat, ne ampliùs labantur; ſed, præteritorum compuncti, ſibi ex proximo lætitiæ efficiantur authores. Sed quinam ſunt hi frigidi? Qui fluxis præſentis vitæ rebus incumbunt: qui, contemptis humanis ſæculi deliciis, gloriæ, potentiæ, diuitiarum ſunt amatores: hæc enim omnia fluxa & caduca ſunt, & nuſquàm conſiſtentia, quæ in præceps ſemper celeri impetu deferuntur.*

Aqua in vinum conuerſa Diuinitus eſt: non illud album, vt aliqui dubitauere; ſed nigrum. Beata Veronica id è Cælo, vt pleraque alia, didicit. Lib. 4. cap. 9. hæc de illo habet eius vitæ author: *Verum aquam illam in vinum nigrum conuerſam fuiſſe Veronica teſtabatur.* Etiam ob hanc rationem, vt miraculum magis apertiúſque appareret.

1291. *Haurite nunc, & ferte architriclino.* Hauriri hinc vtile monitum poteſt; quòd non præceperit miniſtris, vt architriclino narrarent, quod ipſe parrauerat miraculum, aquæ in vinum conuerſione. Fecit iſtuc, vt humilitatis exemplum exhiberet, doceretque nullum geſta ſua debere prædicare.

Haurite nunc. Nullam interponi moram fert. Iubet ſtatim vinum hauriri, vt maius & euidentius miraculum fieret. Deus, qui à tempore non pendet, momento facit quicquid vult: ne igitur quis putaret temporis morâ aut artificio aut vi aliquâ naturali aquam in vinum conuerſam, ſtatim iubet eos haurire aquam vinum iam factam.

1292. Architriclinum, ſacerdotem fuiſſe aliqui putant. Liranus: *Architriclinus non eſt nomen proprium; ſed ſignificat illum, qui principaliter inter conuiuas ſedebat: probabile enim eſt, quòd fuerit aliquis ſacerdos illius temporis, qui ſtabat in nuptiis ad benedicendum, & ad oſtendendum, qualiter debebant procedere ſecundùm legem & ſtatuta ſeniorum.* Ego non facilè huic cenſioni ſubſignarim; ſed inclinarem, inter miniſtros fuiſſe, qui ferculis, & præcipuè vino effundendo præeſſet. Beata Veronica Diuinitus edocta hæc habet, vt habetur in eius vitâ lib. 4. cap. 9. *Qui conuiuio deſeruiebant, quinque numero fuere: duo quidem cibos afferebant: duo allata diuidebant: quintus verò architriclinus erat. Hic, etſi cunctis præeſſet, vino tamen effundendo peculiariter intendebat.*

Architriclini iudicium expectatur; quia ſobrius eſſe ſolebat, nec adhuc guſtum infecerat. Benè Seuerus in Catenâ Græcâ, vbi, architriclini munus exponens, hæc habet: *Architriclinus autem non eſt aliquis accumbentium ſuper ſtragulis; ſed ipſe*

Digitized by Google

ipſe princeps ſiue moderator triclinij epularis, cuius ferè vnicum munus eſt, ſurſum ac deorſum commeare, viniique promos ſtatuere & edulia curare, recteque omnia cùm ad honeſtatem & decentiam, tum etiam ad conuiuarum voluptatem componere. Huic ergo Ieſus præcepit aqua in vinum commutata primitias propinari vtpotè adhuc ſobrio, & incorruptum guſtandi iudicium habenti. Idem & in deliciis ſpiritualibus accidit, de quibus rectum iudicium ferre poſſunt, qui terrenarum voluptatum blandimentis non ſolùm corrupti ſed ne correpti ſunt.

SECTIO III.

Delectationes terrenæ in fine cruciant. 1293
In Euchariſtiâ, quæ in aliis bona, optima ſunt. 1294
In conuiuiis quænam cogitanda. 1294
Innocentis vitæ opera tanquam fundamentum ſignis ſubſternenda. 1295
Fructus & vtilitas in bonis operibus manifeſtandis. 1296
A liuore & inuidia abſit Prædicator. 1296
Poſt editum miraculum cur credidiſſe dicantur diſcipuli non mater. 1296
Chriſti præſentia carere vix ferebat Maria. 1296
Curioſitas, Virginis exemplo abſecanda. 1296
Dei negotiis tractandis cognatorum ratio non habenda. 1297
Auaritia quanta portendat mala. 1297
Præcipua de templi cultu prædicatoris cura. 1297
In templi contemptores cur acriter ſæuierit Chriſtus. 1298
Sacerdotum auaritia quàm Deo diſplicear. 1298
Suæ ſalutis prodigus, qui circa diuitias auarus. 1298
Supremi iudicii terror quàm magnus. 1300
Seueritati manſuetudo miſcenda 1301
Seuerius in relapſos agendum. 1301
Templi & rerum ſacrarum contemptores brutis pares. 1302
Cum manſuetudine Chriſti exemplo peccatores puniendi. 1302
Flagella quibus funiculis nectenda. 1303
Funiculos vnde Chriſtus ſumpſerit formando flagella. 1303
Iudex æri effundendo paratior quàm colligendo. 1304
Subditi præſules non facile diiudicent. 1304

Vocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit.

1293. VOcat ſponſum architriclinus. Putant aliqui, idque ex his verbis colligunt, ſponſum à conuiuio abfuiſſe. Toletus in huius loci commentario, *Quantum*, inquit, *ex verbis his licet conicere, ſponſus in conuiuio non recumbebat; ſed generalem omnium habebat curam: ſi enim diſcumberet non ab architriclino vocatus; ſed architriclinus ad eum veniſſe diceretur: ſi autem recubuiſſet, non vtique eum, vt ſurgeret & veniret, vocaſſet.*

Quod hîc de vino aſſerit architriclinus: vt primo ſtatim loco bonum ponatur; & in fine quod eſt deterius; hoc ad eos torquet Vgo Victorinus, qui carnis delicias conſectantur. Sic ille ſcribit lib. 1. de Arcâ morali cap. 1. *Omnis homo, id eſt carnalis, primùm vinum bonum ponit; quia in ſuâ delectatione falſam quandam dulcedinem ſentit: ſed, poſtquam furor mali deſiderij mentem inebriauerit, tunc, quod deterius eſt, propinat; quia ſpina conſcientiæ ſuperueniens mentem, quàm priùs falsò delectabat, grauiter cruciat.*

Seruaſti bonum vinum.

BOnum vinum. Bonum vinum ab eo, qui optimus eſt fuit mirè productum. *Fecit aquam vinum*, inquit S. Chryſoſtomus; *neque ſimpliciter vinum, ſed optimum: eiuſmodi enim ſunt Chriſti miracula, vt quàm quæ naturâ perfecta ſunt, longè pulchriora melioraque reddantur.* Et quid aliter hîc feciſſet? miraculum quippè iſtuc Euchariſtiæ figura quædam erat, in quâ, quæ in aliis bona, optima eſſe debebant. 1294.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus.

CVm menſæ accumberent, mirum illud miraculum fecit Ieſus, quo aquam in vinum conuertit. Sed, cur primum hoc ſignum hoc tempore fecit, hac occaſione? Sanctus Thomas in Catenâ ait: *Maximè ſigna facere conſueuebat, quandò diſcipuli iam congregati, deuoti erant; & attendentes his, quæ fiebant, manifeſtè aderant.* Non fercula cogitabant, nec deliciarum terrenarum amore occupabant mentem. Nuptiis aderant alienis, immò & ſuis; nam abſtinentia, modeſtia eorum mentibus nupſerant. Comites nimirùm Ieſu, comites Mariæ, comites habere has præcipuè virtutes debent.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. Hoc abſolutè primum ſignorum fuiſſe, probæ notæ authores notant; & tanquam fabuloſa reiiciunt, quæ de Chriſti infantiâ narrantur. Ita inter alios Franciſcus Lucas, & (quod magis eſt) Sanctus Thomas. Porrò quæ acciderunt miracula in Chriſti natiuitate, *Deo operante facta fuerunt, non Ieſu; quod poſſent homines iudicare*, inquit Franciſcus Lucas. Sicque propter Ieſum potiùs facta (ſi extimè rem penſemus) quàm à Ieſu, licèt verè vt à vero Dei Filio facta ſint. Sed aliquis hîc inrè quærat, cur nulla à Chriſto miracula facta legantur aut in infantiâ aut medio ætatis ſuæ tempore. An, vt doceret hoc exemplo, innocentis vitæ opera tanquam fundamentum eſſe ſignis ſubſternenda? An, vt incarnationis veritatem magis apud homines ſtabiliret, nec phantaſma eſſe putarent, quod factum erat? Hoc poſtremum tetigit S. Thomas in cap. 1. lect. 14. vbi ait: *Ideo non fecit miracula medio tempore, vt non putaretur myſterium circumciſionis & incarnationis phantaſma eſſe, ſi non ſe habuiſſet atate ſicut alij infantes.* Firmare nimirum potiùs noſtram fidem voluit, quàm nos in ſuorum operum admirationem habere: ſic vbique vtilitati noſtræ conſulere Saluator noſter ſtuduit. 1295.

Et manifeſtauit gloriam ſuam.

ET manifeſtauit gloriam ſuam. Editione ſcilicet tanti miraculi, quo aquam in vinum vertit. Sed cur non manifeſtauit etiam, diabolo poſtulante, vt lapides in panem verteret? An, quia tunc gloriæ comes, fructus vtilitáſque non fuiſſet? Præclarè rem verſat Rupertus lib. 3. de Gloriâ & honore Filij hominis. *Fortè*, inquit, *putas, quia gloriam ſuam manifeſtauiſſet, ſi ad eius dictum lapides facti fuiſſent panes, ſicut in eo gloriam ſuam poſtmodùm* 1296.

dium manifeſtauit, quòd ad eius nutum aqua in vinum conuerſa eſt? ſed non ita eſt: ubi enim hoc fecit initium ſignorum, & ſic manifeſtauit gloriam ſuam, non gloria fuit inanis, ſed gloria cum fructu, quem videlicèt fructum protinus Euangeliſta præſentat dicens: & crediderunt in eum diſcipuli eius.

Non caſu id factum, ſed diuino conſilio; Pulchrè hic Ferus: *Manifeſtauerat, inquit, Chriſtus ſemel gloriam ſuam, ſed tantùm coram amicis, & diſcipulis: nunc iterum ad tempus ſe abſcondit: nolebat enim præcurſorem ſuum adhuc prædicantem à cœpto curſu impedire, donec ad debitum finem pertingeret, quo facto inſigne exemplum veræ modeſtiæ oſtendit. Deinde noluit calumniatoribus anſam calumniandi præbere. Si enim Ioanne adhuc prædicante, & ipſe cœpiſſet publicè prædicare: non defuiſſent, qui eum æmulatione vel inuidia, hoc facere calumniarentur: Decet autem prædicatorem, vt etiam ab omni ſpecie mala abſtineat, omnique prorſus mala ſuſpicione careat. Aliòqui facilè contemnitur prædicatio, vbi in prædicatore æmulatio, inuidia, contentio, aliique carnales affectus videntur, id quod noſtris temporibus experimur.*

Et crediderunt in eum diſcipuli eius.

ET *crediderunt in eum diſcipuli eius.* Huc quippe Chriſtus ſpectauit tanti miraculi editione. Sed reponat hic aliquis, & non etiam ante in eum credebant diſcipuli? credebant, alioquin ficto eum animo, quod non eſt credendum, ſequuti fuiſſent, credebant prius aliquo modo, ſed non tam perfecto, ſicut & nunc poſt patratum miraculum crediderunt.

Crediderunt in eum; cur non ſimplicius dictum, *crediderunt*. Porrecta nodum ſoluit. *Licet credere Chriſto magnum ſit, tamen non eſt maximum, ſicuti credere in Chriſtum. Illud enim dicit ſolam fidem; hoc verò dicit ſimul & charitatem, qua quis per bona opera ſaltem in voto habita mouetur in Deum.*

Credidiſſe in eum diſcipulos legimus, non legimus matrem; quod expendens idem Porrecta hic ait. *Cur autem non dicitur, & credidit in eum mater eius, ſicut de diſcipulis dicitur? Quia mater non credidit de nouo gloriam eius, cum ſemper à principio conceptionis filij ſui firmiſſimè crediderit, nullatenus dubitans, quod ipſe eſſet Deus, id quod de diſcipulis non ſemper verum fuit.*

Deſcendit Capharnaum ipſe & Mater eius.

ET *Mater eius.* Cum Matre deſcendit in Capharnaum Ieſus poſt miraculum in Canâ Galilææ patratum. Ægrè ſine Filio eſſe Mater poterat. Ieſu præſentiâ carere Maria (niſi aliter Filio viſum) vix ferebat. Sed cur nunc maximè Filium comitatur? *Sciens* (inquit Franciſcus Lucas) *Filium iam vacaturum Euangelicæ prædicationi, ægrè ab eo auellebatur, deſiderans audire ex eo Diuiniſſimum Dei verbum:* nec enim curioſitas ea videndi, quæ per Filium edenda erant miracula allicere tantùm Virginem poterant, vt Ieſum ſequeretur.

Et aſcendit Ieſus Hieroſolymam.

1297. ASCENDIT *Ieſus Hieroſolymam.* Vt paſcha ſcilicèt celebraret, vtque prædicationem Euangelij miraculis ſtabiliendam auſpicaretur. Matrem eius & fratres cum eo iuiſſe non eſt dubium: *Verùm ſtudiosè id tacuit Euangeliſta* (inquit hîc Franciſcus Lucas Brugenſis) *vt ſignificaret Ieſum aggredientem negotium ſuæ à Deo Patre legationis, non amplius rationem habuiſſe Matris & fratrum aut cognatorum poſt ſe trahendorum, ſed diſcipulorum duntaxat.*

Et inuenit in templo vendentes boues & oues & columbas, & nummularios ſedentes.

INuenit *in templo vendentes.* Huc euaſerant, qui ſe auaritiæ vendiderant, & mancipauerant. *Obſerua,* inquit hîc Ferus, *quod Ioannes ait: Inuenit vendentes. Quaſi diceret, quod toties in eis arguit, quodque ipſi conſtanter ſemper negauerunt, hoc ipſo facto deprehendit: Væ homini, quem Deus ſæpius monitum in malo opere deprehendit. Si enim diſcipulos nihil quidem mali operantes, ſed tantum à bono ceſſantes, & dormientes, tamen arguit: quid faciet illis, qui in manifeſtis peccatis deprehēduntur. Huc pertinet quod Chriſtus ait: ſi infidelis ſeruus dicat, tardat Dominus meus, & cœperit percutere conſeruos ſuos, &c. veniet Dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & diuidet eum, ponetque partem eius cum hypocritis. Obſerua quòd tunc vel maximè Iudæorum genti exterminium imminebat, & ira Dei: cum eorum religio maximè ad auaritiam declinaſſet.*

Inuenit in templo vendentes boues; ſicque templum, templi ſpeciem imaginemque non præferebat, ſed fori. Vendebant boues, ſed auaritiæ ſe priùs homines vendiderant. Etiam anteà inuenerat; ſed nunc primùm dicitur inueniſſe, *quòd hoc primum eſſet* (inquit Franciſcus Lucas Burgenſis) *ex quo docendi munus exercere ſtatuerat.* Nimirùm præcipua de templi cultu prædicatoris cura eſſe debet, ne, templi neglectu, Dei honor minuatur. 1298.

Inuenit in templo. In templi contemptores acriter ſæuit. Fecit iſtuc, ne videretur Patri contrarius; cùm morbos ſabbato curaret. Rem ſic habet S. Chryſoſtomus hîc: *Cùm morbos eſſet ſabbato curaturus, & alia facturus, quæ illa tranſgreſſio legis videbantur; ne Dei contemptor, & Patri contrarius exiſtimaretur, id fecit, vt eorum tolleret ſuſpicionem. Non enim par erat, vt, qui pro templi honore tantam oſtendiſſet indignationem, ab eius Domino alienum animum haberet. Sufficientes ſanè erant ſuperiores anni, quibus legi paruerat, qui eius erga legiſlatorem reuerentiam oſtenderent, quódque non præuaricaretur: atqui, cùm credibile eſſet, ſuperiorem vitam, aut obliuioni mandatam, aut incognitam vtpotè in paupere & vili caſâ educati, & cum vilibus conuerſati; iam in omni frequentiâ prope diem feſtam, cùm multi concurrerent, hoc ſuî facit experimentum. Neque enim tantùm illos eiecit; ſed euertit menſas, diſperſit argentum, vt illi ſecum reputarent, quòd, qui ſe pro domûs honore periculis exponeret, eius Dominum minimè contemneret.*

Vendentes boues. Diſplicuit hoc Chriſto, & quia templi honor violabatur; & quia à ſacerdotum auaritiâ erat, qui, eius cultui dicati, ſupra alios honorem ipſius quærere augereque debebant; ſi verum, quod habet B. Dionyſius Carthuſianus hîc. *Sacerdotes,* inquit, *cùm eſſent auari, poſuerunt in templo miniſtros ſuos vel alios, qui animalia immolanda venderent, ne de longe venientes poſſent ſe excuſare ab immolatione animalium propter difficultatem adducendi ea ſecum ob prolixitatem itineris.*

Inuenit in templo vendentes. Sacros ſe omninò auaritiæ indicant, dùm eam etiam in loco ſacro exercent. *Tunc vel maximè* (inquit ille) *Iudæorum genti exterminium imminebat & ira Dei, cum eorum* 1299.

religio

religio maximè ad auaritiam declinaſſet. Se perdit, qui lucris tantùm inhiat; & ſe non habet, qui aliena quærit habere. Sic ferè accidit, vt prodigus ſit ſuæ ſalutis, qui circa diuitias eſt auarus.

Et nummularios ſedentes. Sedebant ipſi, ſed eorum mentibus inſidebat auaritia. *Denarios* (inquit hic Vgo) *non apertè ad vſuram commodabant; quia hoc prohibitum fuit: ſed aliqua munuſcula accipiebant, facientes vſuram velatam.*

Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis.

1300. FLagello exegit omnes è templo, & nullus (quod mirum) hiſcere audet, ſeque Chriſto opponere. *Nimirùm* (inquit hic Franciſcus Lucas Burgenſis) *tanta fuit grauitas maieſtaſque vultus Ieſu ad iuſtam iracundiam compoſiti (quo non erat alioqui manſuetior alius) quam terrorem omnibus incuteret; ita vt nè hiſcere quidem auderent, tanquàm Deo iratum illis vultum monſtrante, minaſque intentante: quod verè erat. Huiuſmodi vultu Ieſus in nouiſſimo iudicij die tremefaciet ac perterrebit impios, & præcipitabit in tenebras exteriores.*

Quaſi flagellum. Flagello in eos vtitur, tanquàm *ſeruos iniquos* inquit Sanctus Cyrillus. Et verè ſerui, non Chriſti, ſed lucri, miſerè ſeruiebant auaritiæ, qui feliciter Deo ſeruire nolebant in templo.

1301. *Cum feciſſet quaſi flagellum.* Etiam Matthæi 21. legimus, paſſioni proximum, Chriſtum vendentes & ementes è templo eieciſſe: ſed ibi nulla flagelli mentio fit; durioribus tamen verbis vſus eſt; dixit quippe: *Feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Hîc verò tantùm: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Lenioribus vtitur verbis, vbi factis ſeuerior extiterat: hoc exemplo docens ſeueritatis rigorique manſuetudinem eſſe miſcendam. Scitè rem explicat Vgo Carenſis hîc. *In primâ eiectione decuit, vt qui manſuetus fuit in verbo, eſſet durus in facto, vt ſimul eſſent miſericordia & veritas: quia & manſuetè eis dicit: Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis: & tamen cum manſuetudine verbi adhibuit ſeueritatem flagelli.* Pſal. 24. *Vniuerſa via Domini miſericordia & veritas.* Prouerb. 3. *Miſericordia & veritas non te deſerant. In ſecundâ autem eiectione, vbi durior fuit in verbo, vocans eos quaſi latrones, decuit, vt mitior eſſet in facto: vnde ibi non fit mentio de flagello.*

Flagellum hîc fecit, flagello mercatores eiecit de templo, non legimus feciſſe prius, cùm apud Matthæum, cap. 21. ementes vendenteſque eiecit; quia in infami illa nundinatione obſtinatè perſtabant, quod maximè diuinam iram ſolicitabat; nimirum ſeueriùs cum illo agitur, qui in crimen iterum labitur à quo fuerat ſolutus.

1302. *De funiculis:* Sed cur ibi funiculi allati? Flagellum de funiculis fecit (vt Franciſcus Lucas ait) *quos illic inuenit pecorum venditorum atque immolatorum.* Brutorum nimirùm vincula, hominum flagellum fiunt, qui templi ſacrarumque rerum contemptu brutis ipſis poſſunt pariari. Brutorum vinculis homines parum pij verberantur, vt hac pœnâ, vel vt quodam vinculo, illorum auaritia veluti vinciatur ac tandem vincatur.

De funiculis flagellum fecit: non gladio aliiſve armis eſt vſus; *quia hæc* (vt Nicolaus Gorran ait) *magis ſunt ad vindictam, quàm ad diſciplinam.* Mitiſſimus Dominus vbique manſuetudinis relinquit exempla, etiam cùm puniendi ſunt peccatores Flagellum conſtruxiſſe eum lego: non lego, eo aliquem percuſſiſſe. *Omnes fugerunt*, inquit idem author, *propter percuſſionem vel terrorem, quia fortè non percuſſit, ſed terruit.*

Ex funiculis flagellum nexuit. Scitè Vgo de 1303.
Correctionis flagello. *Flagellum debet habere triplicem funiculum: primus eſt charitas diligens ſalutem proximi: ſecundus eſt zelus iraſcens contra vitia proximi: tertius eſt innocentia ſiue ſerenitas conſcientiæ; ne poſſit reprehendi de ſimili, de quo alium reprehendit.*

De funiculis flagellum fecit: ſed vndè funiculos ſibi comparauit? Lyranus hîc ita nodum ſoluit: *Solet quæri ab aliquibus, quomodo fecit flagellum de funiculis; quia non vendebantur ibi funiculi, ſed ſolùm illa, quæ debebant in templo offerri. Et dicunt aliqui, quòd ipſe Chriſtus vtebatur funiculo pro cingulo, & illum funiculum accepit, de quo erat præcinctus, &, ipſum duplicando, fecit quaſi flagellum. Et quamuis hoc non habeatur expreſsè in textu, tamen probabiliter poteſt credi; quia non omnia ſcripta ſunt, vt dicitur in fine huius Euangelij.* Sed aliis aliter viſum: Hinc Caietanus hîc, dum ait: De funiculis. *Non dicit de funiculo, ſed de funiculis: vt intelligas, funiculos inuentos ibi, vbi erant oues & boues, coegiſſe in flagellum.*

Flagello occurrit nummulariis; vt ſcilicet fla- 1304.
gellum timeant, non fidant in pecuniis. Hinc illud S. Bernardi ad Eugenium: *Tu flagellum tene: timeant nummularij, nec fidant in nummis, ſed diffidant. Abſcondant æs ſuum à te, ſcientes effundere, quàm accipere, paratiorem.* Timerent nummularij flagellum, ſi iudicem æri effundendo, quàm colligendo conſpicerent magis promptum atque paratum.

Nulli peccatori ſuis manibus ſupplicium intuliſſe Chriſtum legimus, niſi iis, qui emebant & vendebant in templo? quia ſcilicet ij eos adumbrant, qui alios docent & regunt. Hos ergo, cùm peccant, Chriſtus Dominus per ſe ipſum punit, ne alij ſibi hanc licentiam vindicarent, præſulum & ſuperiorum crimina diſquirere eaque punire. *Rectores*, inquit S. Gregorius Magnus, *habent iudicem ſuum. Magna cautela ſubditorum eſt, non temerè vitam iudicare regentium: neque enim fruſtra Dominus per ſeipſum æs nummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas euertit; nimirùm ſignificans, quia per ſemetipſum facta examinat magiſtrorum.* Maiorem ſibi vſurpant authoritatem, quàm par ſit, ſubditi, qui præſules diiudicant & damnant.

SECTIO IV.

Eiicere vendentes è templo & à lucris auocare quanti facinoris res ſit. 1305

Lucri amor ægrè cum Dei cultu hæret. 1305

A templo eiici quàm grauis pœna. 1306

Peccati occaſio auferenda. 1306

Mora omnis amolienda, quùm de re agitur quæ Dei gloriam tangit. 1306

Quàm fortis & metuendus, qui lucri amore non tenetur. 1307

Pecuniarum amor quantum poſſit in mortales. 1307

Qui alios corripit, corripi opum alienarum deſiderio non debet. 1308

Vix liberè delinquentes corrigit, qui aliquo lucri affectu ligatur. 1308

Qui templa frequentat lucri amore non tangatur. 1308

Impij mala cumulant, dum ſtudent occultare 1309

Cordis templum vt viſitet Chriſtus. 1309
Cur ſæpius templi contemptores non puniuerit Chriſtus. 1310
Pauperum damna vitanda. 1310
Tumultus & ſtrepitus in templo impediendus. 1311
Domus negotiationis vt ſit Dei templum. 1311
Ægre ex hominum mentibus auaritia tollitur. 1311
Auaritia eos obcæcat, quos corripit. 1312
Mali rei notitia veniunt ad malum. 1313
Iudæorum odium in Chriſtum quàm immane. 1313
Membrorum compago in Chriſti paſſione ſoluta. 1313
Doctrina Diuina arcana myſteria quanti facienda. 1314

Omnes eiecit de templo, oues quoque & boues.

1305. Eiecit è templo vendentes: mirum nullum, ſe obieciſſe, nullum accuſaſſe Ieſum. Explicari non poteſt, quàm grande hoc facinus extiterit. Origenes miraculo illi pariat, & quodammodò præfert, quo Ieſus in nuptiis aquam conuertit in vinum. Sic ille ſcribit tom. 11. Ioann. *Vis quadam Ieſu Diuinior oſtendat nullis, quantumlibet admirabiliter ab ipſo factis, atque inuitantibus ad fidem eos, qui viderunt, virtutem nunc editam minorem fuiſſe: quam etiam maiorem pronunciare poſſumus, quam quòd in Canà Galilaa ſit aqua in vinum mutata: Nimirum, quòd illic inanimem materiam mutauerit, hoc verò in loco tot myriadum ingenia præſtantiſſimaſque animæ partes ſubiugarit.*

Omnes eiecit de templo, vendentes ſcilicet; ægrè enim lucri amor cum Dei cultu hæret, nundinatio cum pietate; quòd in illo Iudæorum templo factum id in ſingulorum corde fieri indicat ſanctus Cyprianus, cuius hæc ſunt verba ſerm. 2. de baptiſmo Chriſti: *Loquere igitur, Domine quia audit ſeruus tuus. Suaue eſt mihi eloquium tuum, à vilibus pretioſa diſtinguens, quaſi flagello de funiculis contexto, de meo interiori templo, quod tu inhabitas, omnem nundinationem expellit, nec patitur in atriis tuis mercimonia columbarum, ſed in ſanctuario gratia ſua omnem venalitatem excludit.*

1306. *Omnes eiecit de templo.* Grauius hoc omni flagello flagellum eſt à templo eiici & repelli: ſed eò hominum proceſſerat malitia, vt lucri eos amiſſio torqueret; de templo eiici nihil putarent. Hoc ipſo magis digni, qui è templo reiicerentur, quò minus illi inter pœnas hanc eiectionem reputabant.

Oues quoque & boues. Reiectis è templo hominibus, oues bouesque reiecit: facilè quippè hi rediiſſent, ſi illa in templo remanſiſſent, adeò rerum ſuarum amator homo eſt, vt nec Chriſto flagellò vtente cohibeatur. Boues & oues eiecit, ne relicta videatur redeundi occaſio: quo exemplo monentur ij, qui alios à peccatu auocant, vt occaſionem etiam culpæ auferant.

Sed aliquis hìc quærat, cur non potiùs Chriſtus iuſſerit, vt ij, quorum erant boues & oues, propriis manibus de templo deducerent, exirentque ipſi cum rebus ſuis. Poterat, ſed non adeò zelum, quo corripiebatur, oſtendiſſet; nec tam facilè citoque id factum. *Non facilè*, inquit hìc Toletus, *templo egreſſi eſſent, ſi eis fuiſſet permiſſum, boues & oues propriis manibus extrahere: propterea Chriſtus ipſe eiecit.* Nimirum, cùm agitur de re, quæ Dei gloriam tangit & honorem, mora omnis amolienda eſt, omnis cunctatio tollenda, vt quàm citiſſimè tollatur, quod Dei cultum aut omninò tollit aut imminuit.

Et nummulariorum effudit æs & menſas ſubuertit.

Nummulariorum effudit æs. Effudit, non accepit ab omni auaritiæ vmbrâ prorſus alienus. 1307.
Quàm fortis quàm metuendus, qui auri amore non tenetur! Potuit authoritatem ac potentiam ſuam in negotiatores oſtendere, qui non accipiendi æris, ſed effundendi ſtudioſior fuit.

Flagellum manu tenebat: vera iudicis conſignatio. Non poterat muneribus corrumpi: flagellum, quod manum implet, vacuam, accipiendo auro, non relinquit. Iudices, qui auaritiæ ſtudent, vt aurum accipiant, ſinunt flagellum in terram excidere.

Effudit æs: Vt ſic illud colligerent, ſtatimque abirent, non facilè receſſuri, ſi pecuniis ſuis in pœnam priuarentur. Cùm de nummis agitur, adeò mortalium animus in eos fertur, vt non facilè ferant ſibi auferri. Menſas etiam ſubuertit, vt mali euerteret occaſionem.

Nummulariorum effudit æs, & menſas eorum 1308.
ſubuertit. Non audio eorum pecuniam contrectaſſe. *Probabile eſt*, inquit Nicolaus Gorran hìc, *quod in pecunias eorum manus non extenderit.* Nimirum, qui alios corripit, adeò corripi opum alienarum deſiderio non debet, vt nec leuiſſimum det ſignum ea, quæ ſunt alterius, poſſidendi.

Nummulariorum effudit æs. Effudit, non accepit. Qui contemptum nummorum aliis ſuadet, contemnere prior debet. *Cauere debet prælatus*, inquit hic Vgo, *ne, illectus pecuniâ, accipiat ab eis partem, & ſinat eos permanere in vitiis ſuis, & inquinare domum Dei: quia Chriſtus effudit æs eorum, non accepit.* Vix liberè delinquentes corrigere poteſt, qui aliquo lucri affectu ligatur, dum reprehendit.

Menſas ſubuertit: Vt æs, quod ſuper eas erat, diſpergeret. Probabile *enim eſt*, inquit Vgo, *quòd in pecunias manus non extenderit*, nec tetigerit pecunias, qui pecuniarum amore minimè tangebatur; nolebatque tangi, qui templa frequentabant.

Vnus erat Ieſus: multi, qui emebant & vendebant 1309.
in templo. Vnus illos expulit, & nullus ſe oppoſuit. An id factum, quia ſplendor quidam in eius facie relucebat, qui eis timorem incuteret? An, quia occulere auaritiam ſuam volebant, turbatos ſe non oſtendunt; nec eum lædunt, ne ſe rerum terrenarum cupiditate teneri oſtenderent? Neſcio, an tantum obtinere ab eis auaritia potuerit. Vt hoc demus, adhuc vitium vnum alio operiunt, & vtroque ſe onuſtos probant, licèt vno tegere aliud ſtuduerint. Hæc impiorum nota: mala cumulant, dum ſtudent occultare.

Quod in terreo templo à Chriſto factum, ad carneum petire transfert S. Paulinus. Nequeo hìc eius verba ſupprimere: ait quippè: *Expedit autem nobis vt etiam ædificatum cordis noſtri templum ſæpè Dominus Ieſus reuiſat, veniens in flagello timoris ſui, vt eiiciat de nobis menſas nummulariorum, & venditores boum vel columbarum, ne quod auaritiæ commercium animus noſter exerceat, neque in noſtris ſenſibus carditas boum ſtabulet: quia, vbi non ſunt boues, præſepia munda ſunt.*

Menſas ſubuertit. Bis legimus templi contem- 1310.
ptores à Ieſu correctos & caſtigatos: ſemel initio ſuæ

ſuæ prædicationis, ſemel inſtante paſſione. Sed cur non id ſæpiùs fecit, cùm ſæpiùs hic abuſus, templi infecerit cultum? *Quamuis* (inquit hîc Franciſcus Lucas Brugenſis) *cùm ſæpiùs templum frequentaret, ſæpiùs ipſi ante oculos abuſus hic verſaretur; tamen, quia templum illud cum ſuis ſacrificiis excidio breui addictum nouerat, ſatis habuit, eius profanationem bis palàm coarguiſſe.*

Auferte iſta hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.

A*Vferte iſta hinc.* Mirum, quòd auferri hæc iuſſerit, non ipſe ea deturbauerit, deiecerit. An fecit iſtuc, ne pauperes, qui columbas vendebant, iacturam aliquam damnumque paterentur? Benè Rupertus hîc. *Hoc valdè*, inquit, *notandum: quòd in medio feruore diſtrictionis, in ipſâ flammâ zeli ardentis, dùm ſine curâ ſacerdotum mercimonia proiicit, pauperibus, ſcilicet his, qui columbas vendebant (non enim diuites ſed pauperes eiuſmodi auiculas vendere ſolent) pauperioribus ergo parcit, vt non exturbet columbas, quas vendebant; quas, cùm exturbata euolaſſent, ipſi conſequi non poſſent & aliquando damno affecti angerentur ac iurè deplorarent.*

1311. *Auferte iſta hinc.* Ita eos alloquutus eſt, qui vendebant columbas; nam, *cùm eſſent in caueis incluſæ* (inquit Brugenſis) *non perindè poterant eiici, niſi caueis apertis ſinerentur auolare certo damno dominorum.* Nolebat damnum dominorum Chriſtus, qui luctari dominos ipſos columbarum cupiebat. Prætereà auolare noluit columbas, ſed efferri, ne tumultus maior indè oriretur, & templi contemptus augeretur potiùs, quàm tolleretur, dùm columbas huc illuc volantes homines vellent capere.

Qui ad Dei laudem & cultum Dei, domus negotiationis fieri poſſit, peritè explicat author anonymus in Catenâ Græcâ, quam Latio dedit Balthaſar Corderius. Hæc eius verba: *Domus equidem negotiationis eſt Dei domus: veruntamen non carnalium rerum, & quæ in venerem mittuntur; ſed pretioſiſſimarum atque pulcherrimarum margaritarum, quæ animæ faciem exornent. Iſta autem ſunt pura ſinceraque fides cæteraque virtutes.*

Zelus domûs tuæ comedit me.

1312. D*Iuini cultûs zelus adeò Chriſtum comedit, vt acria in violatores protulerit verba: nec verbis tantùm tanto occurrit malo, ſed (quod magis) etiam factis. Agebatur de malo auferendo, quod auaritiam ſapiebat, quæ ægrè ex hominum mentibus tollitur. Nudis verbis non vſus eſt Cæleſtis medicus: ad ferrum, ad ignem iuit, iuit ad facta. Pulchrè ille author ad producta verba. *Diſce, abuſus publicos, & qui tolerari non debent, non verbis, ſed facto eſſe eradicandos: verba enim in abuſibus communibus & temporis longinquitate inueteratis, maximè qui ex auaritiâ procedunt, quales hi erant, parùm proficiunt.*

Quod ſignum oſtendis nobis?

Q*Vod ſignum oſtendis nobis?* Hoc ipſum, quod videbant, magnum ſignum erat: ſed auaritia, quæ eos obcæcat, quos corripit, notitiæ lumen ab eis abſtulerat. Benè bonus ille author. *Signum poſcunt in probationem authoritatis, quâ fecit talia. Si ſanam habuiſſent mentem, ſignum ſatis efficax erat in tantâ multitudine, & vbi de emolumentis temporalibus agebatur, & omnes flagello tanquam ſerui malefactores expellebantur, neminem auſum eſſe reſiſtere; nec etiam ex ſacerdotibus illis, qui erant in templo, & rem videbant, cuius ipſi authores erant, & quorum etiam res agebatur, & forſan ipſi quoque flagello eiiciebantur: ſed auaritia & turbatio ex indignatione orta excæcauit eorum mentes.*

Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud.

S*Oluite templum hoc.* Signum petentibus non exhibet ſtatim, ſed innuit ſe daturum. 1313.
At cur adeò obſcurè de ſuâ morte ſuique corporis reſurrectione loquutus, vt ab illis nollet intelligi? *Ne ad procurandam ſtudioſiùs eadem ipſius abuterentur intellectu, reliquit tantùm cognoſcendum ſuo tempore*, inquit ille. Hæc nimirùm impiorum nota, vt rei notitiâ vtantur ad malum, faciantque facilè, quod ſciunt poſſe fieri.

Soluite templum hoc. Hæc verba adeò Iudæorum mentibus inhæſerunt, vt ea contra illum paſſionis tempore produxerint. Odium in Chriſtum fecit, quod pietas, ac ſalutis propriæ amor non potuit. *Perpende*, inquit peritus ille author, *hoc in loco, quantum odium Iudæi ex hoc facto contra Chriſtum conceperint: nam & hæc verba vſque ad tempus paſſionis contra ipſum retinuerunt.*

Soluite. Sua ineſt huic verbo vis. Non dixit, *deiicite*; ſed, *ſoluite*, vt in eius paſſione membrorum eius compaginem ſoluendam innueret. Quod tetigit etiam B. Dionyſius Carthuſianus hîc. *Soluite templum hoc, id eſt: Mortem violentam mihi inferendo ſoluetis, occidetis, diſſipabitis, & à naturalibus iuncturis ſeparabitis corpus meum, quod eſt templum Verbi in eo habitantis. In paſſione enim ſolutum eſt corpus Chriſti ab animâ eius, & ſanguis à corpore, vniuerſaque membrorum compago præ nimiâ corporis diſtentione ſoluta eſt.*

Excitabo illud. Non dixit: *Excitabitur*, ſed: 1314.
Excitabo, vt oſtendat (inquit hîc S. Thomas) *ſe propriâ virtute à mortuis reſurgere.*

Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

I*Lle autem dicebat de templo corporis ſui.* Fruſtrà fuere Iudæi, qui Chriſti verba de lapideo templo intelligebant, cùm ipſe de ſuo catheo loqueretur. Sed cur mentem ſuam illis non expoſuit? *Quoniam ipſius verbis fidem non habuiſſent*, inquit S. Chryſoſtomus. Potiùs eum irriſiſſent; nam neque tùnc credere voluerunt, quando re ipsâ id fuit exhibitum. Indigni erant interpretatione, qui eâ erant abuſuri, ſi eâ donati fuiſſent.

Non credebat ſemetipſum eis.

N*On credebat ſemetipſum eis.* Ideſt non committebat confidebatque ſemetipſum; ideſt arcana doctrinæ myſteria, vt ait S. Auguſtinus, S. Chryſoſtomus & alij. Quantò doctrinæ Diuinæ arcana myſteria ſint facienda, vel ex hoc liquet, quòd de illis loquitur Ieſus tanquam de ſeipſo.

CAPVT III.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. IOANNIS.

Verſ. 1.

ERAT autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine princeps Iudæorum.

Homo. *Syr. Ibi vnus.*
Nomine. *Pagn. Nomen illi.*
Princeps. *Mar. E magiſtratibus.*

Verſ. 2.

Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus, quia à Deo veniſti magiſter: nemo enim poteſt, hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo.

Rabbi. *Syr Magiſter mi.*
Scimus *Arab. Nos ſcimus.*
Quia à Deo v. *Syr. Te à Deo miſſum fuiſſe.*
Magiſter. *Syr. Doctorem. Euth. In magiſtrum.*
Facere. *Vat. Edere.*
Facis. *Vat. Edis.*
Fuerit Deus c. e. *Syr. Qui Deum habet ſecum. Arab. Ille, cum quo eſt Deus. Vat. Deus affuerit ei.*

Verſ. 3.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuò, non poteſt videre Regnum Dei.

Amen, amen. *Mar. Veriſſimè.*
Niſi quis. *Arab. Quin quicunque non.*
Renatus. *Syr. Genitus. Arab. Natus.*
Denuò *Euth. Supernè. Vat. E ſupernis. Ar. M. De ſupernis. Aliqui ap. Mald. Deſuper.*
Poteſt. *Arab. Poterit.*
Videre R. *Orig. Introire in Regnum.*

Verſ. 4.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire, & renaſci?

Quomodo poteſt. *Syr. Qui fieri poteſt. Arab. Quomodo poſſibile eſt.*
Homo naſci. *Syr. Vt naſcatur homo. Arab. Vt naſcatur vir. Ar. M. Homo renaſci.*
Cùm ſit ſenex? *Syr. Senex. Fr. Luc. Senex exiſtens?*
Poteſt. *Arab. Ipſe poterit.*
In ventrem. *Syr. Iterum in ventrem. Arab. Ventrem. S. Aug. In vterum.*
Iteratò. *Syr. Duabus vicibus. Ar. M. Secundò.*
Introire. *Arab. Intrare.*
Renaſci. *Syr. Gigni. Pagn. Naſci.*

Verſ. 5.

Reſpondit Ieſus: Amen, amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei.

Reſpondit. *S. Chryſ. Dicit.*
Ieſus. *Arab. Ieſus & dixit ei. S. Aug. Dominus Nicodemo.*
Niſi quis. *Arab. Quia quicunque non. Tert. Niſi.*
Renatus f. *Arab. Natus fuerit. S. Cypr. Renaſcetur deſuper. Iſych. Regeneratus fuerit. Tert. Naſcatur, vel: Natus erit. Fr. Luc. Genitus fuerit.*
Spiritu ſ. *Theoph. Spiritu.*
Poteſt introire. *Syr. Poteſt ingredi. Arab. Poterit intrare. S. Greg. Habebit. S. Max. Intrabit. S. Greg. Ingredietur. Tert. Introibit:* vel: *Habet.*
In Regnum D. *Syr. Regnum Dei. S. Greg. Vitam æternam. S. Proſp. In regnum cælorum. Tert. In regnum.* vel: *Vitam.*

Verſ. 6.

Quod natum eſt ex carne, caro eſt; & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.

Quod natum e. *Arab. Quia natum. S. Hil. Quod naſcitur. S. Greg. Nyſſ. Quòd id, quod eſt generatum. Clem. Alex. Quemadmodum, quod generatur. Ar. M. Natum.*
Ex carne. *Arab. Ex corpore. S. Hil. De carne. Tert. In carne.*
Caro. *Arab. Corpus.*
Et quod n. e. *Arab. Et natum. S. Hil. Et quod. Clem. Alex. Ita quod. Mar. Vic. Quod enim naſcitur.*
Ex Spiritu. *S. Hil. & Mar. Vic. De ſpiritu.*
Spiritus eſt. *Arab. Et ipſum ſpiritus eſt. Clem. Alex. Spiritus.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Non miretis,quia dixi tibi: oportet vos naſci denuò.

Non miretis. *S. Hil. Ne mireris. Theoph. Ne admireris.*
Quia dixi tibi. *Arab. De ſermone meo ad te. S. Hil. Quod dixerim tibi.*
Oportet. *Arab. Quia oporeet. Fr. Luc. Neceſſe eſt.*
Denuò. *Euth. Supernè Vat. E ſupernis. Ar. M. Deſuper.*

Verſ. 8.

Spiritus vbi vult ſpirat: & vocem eius audis: ſed neſcis,vnde veniat,aut quò vadat: ſic eſt omnis,qui natus eſt ex Spiritu.

Spiritus. *Mar. Ventus.*
Vbi. *Syr. Quo loci.*
Spirat. *S. Opt. Aſpirat.*
Sed neſcis. *S. Hil. Et non ſcis. Ar. M. Sed non noſti.*
Veniat. *S. Epiph. Venit.*
Aut quò. *S. Hil. Et quò.*
Vadat. *S. Epiph. Vadit. S. Hil. Eat.*
Omnis. *Syr. Quiſquis S. Aug. Et omnis.*
Qui natus. *Syr. Genitus.*
Spiritu. *S. Hil. Aquà & Spiritu ſancto.*

Verſ. 9.

Reſpondit Nicodemus & dixit ei:Quomodo poſſunt hæc fieri?

Dixit ei. *Arab. Dixit.*
Poſſunt hæc. *Arab. Poſſibile eſt, hoc.*

Verſ. 10.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es magiſter in Iſraël,& hæc ignoras?

Magiſter. *Euth. Præceptor. Theoph. Ille magiſter. Fr. Luc. Doctor.*
In Iſraël. *Euth. Iſraëlis.*
Hæc ignoras? *Syr. Hæc neſcis. Arab. Non ſcis hoc. Ar. M. Hæc non noſcis.*

Verſ. 11.

Amen, amen dico tibi: quia, quod ſcimus loquimur; &, quod vidimus, teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis.

Loquimur. *Arab. Non loquimur.*
Et teſtimonium. *Syr. Sed teſtimonium.*
Non accipitis. *Syr. Non recipitis. S. Chryſ. Nemo accipit.*

Verſ. 12.

Si terrena dixi vobis, & non creditis: Quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia credetis?

Si terrena. *S. Aug. Si enim terreſtria.*
Dixi vobis. *Arab. Doceo vos. Vat. Dixi.*
Creditis. *S. Epiph. Credidiſtis.*
Quomodo ſi d. v. c. *S. Epiph. Cæleſtia quomodo.*
Credetis? *Syr. Credetis mihi. Theoph. Credituri eſtis?*

Verſ. 13.

Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo: Filius hominis,qui eſt in cælo.

Et nemo. *Syr. Porro nemo. Lucif. Nemo.*
Aſcendit in c. *Mar. Fuit in cælo.*
Niſi qui d. *Ar. M. Si non ille deſcendens.*
De cælo. *Pagn. E cælo. Ar. M. Ex cælo.*
Filius hominis. *Iſych. Vnigenitus.*
Qui eſt. *Syr. Qui ipſe eſt. Ar. M. Exiſtens. Iſych.* omittit.
Cælo. *Lucif. Cælis. Iſych.* omittit.

Verſ. 14.

Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet Filium hominis:

Et ſicut. *Syr. Et quemadmodum. Lucif. Sicut enim.*
Exaltauit. *Syr. Extulit.*
Deſerto. *S. Petr. Chryſ. Eremo.*
Exaltari o. *Syr. Futurum eſt, vt extollatur.*

Verſ. 15.

Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat: ſed habeat vitam æternam.

Omnis qui. *Syr. Quiſquis.*
Credit. *Syr. Crediderit.*
Ipſum. *Quidd. Cod. Ipſi. S. Cypr. Filium.*
Non pereat ſ. h. *Arab. Non pereat, ſed conſequatur. Lucif. Habeat.*

Verſ. 16.

Sic enim Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis,

Sic enim. *Arab. Sic. Tert. Ita.*
Mundum. *Orig. Hunc mundum.*
Suum. *Ar. M. Suum illum.*
Vnigenitum d. *Syr. Vnicum dederit. Arab. Vnicum dono dederit.*
Vt omnis qui c. i. e. *Syr. Vt quiſquis credit in eum. Clem. Alex. Qui credit in Filium. Tert. In quem,*

qui

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

qui credit in eum, non pereat; ſed habeat vitam æternam.

In quem, omnis, qui crediderit.
Non pereat, ſed h. v. æ. *Clem. Alex. Habet vitam æternam.*

Verſ. 17.

Non enim miſit Deus Fillum ſuum in Mundum, vt iudicet Mundum; ſed, vt ſaluetur Mundus per ipſum.

Filium ſuum. *Marc. Vic. Filium.*
Mundum. *S. Hil. Hunc mundum.*
Iudicet. *Euth. Condemnet.*
Saluetur. *S. Hil. Saluus fiat. Mar. Vic. Saluet. Pagn. Seruetur. Vat. Salutem conſequatur.*
Mundus per i. *Marc. Vic. Mundum.*

Verſ. 18.

Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus eſt; quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei.

Verſ. 19.

Hoc eſt autem iudicium: quia lux venit in Mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem; erant enim eorum mala opera.

Hoc eſt autem i. *Arab. Hæc eſt autem condemnatio. Mar. Hæc eſt condemnationis cauſa.*
Quia lux. *Clem. Alex. Lux enim.*
Mundum. *S. Hil. Hunc mundum. S. Cypr. In ſæculum.*
Dilexerunt h. *S. Cypr. Dilexerunt.*
Magis. *Lucif. Potiùs.*
Lucem. *S. Hil. Lumen.*

Verſ. 20.

Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius:

Omnis enim. *Syr. Quiſquis enim. S. Ambr. Qui enim. Lucif. Omnis.*
Malè agit. *Syr. Odioſa mala agit. Arab. Operatur mala. Lucif. Praua agit.*
Et non venit. a. l. *S. Epiph. Nec accedit ad lucem. S. Ambr. Et amat tenebras. Lucif.* omittit.
Vt non a. *Euth. Ne manifeſtentur. S. Ambr. Et quærit latibula.*
Opera eius. *S. Amb. Suorum delictorum.*

Verſ. 21.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta.

Qui autem. *Lucif. Nam qui.*
Facit. *Syr. Agit. Pagn. Operatur. Vat. Operam dat. Mar. Se gerit.*
Veritatem. *Vat. Integritati. Mar. Simpliciter & ſine fraude.*
Ad lucem. *Lucif. In lucem.*
Vt manifeſtentur. *Syr. Vt innoteſcant. Arab. Et manifeſtat. Theoph. Vt conſpicua fiant. Vat Palam fiant.*
Opera eius. *Theoph. Facta ipſius.*
Quia in D. S. *Euth. Quod per Deum ſint. Lucif. Quoniam in Deo eſt. Vat. Quòd cum Deo ſint.*

Verſ. 22.

Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in Iudæam terram: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat.

Poſt hæc. *Syr. Poſtea. Arab. Poſt hoc.*
Iodæam. *Syr. Iudæa.*
Demorabatur. *Syr. Conuerſabatur. Pagn. Morabatur. Fr. Luc. Degebat.*
Baptizabat. *Euth. Baptizabant.*

Verſ. 23.

Erat autem & Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic: & veniebant, & baptizabantur.

Ænon. *Arab. Fonte Nun.*
Iuxta. *Syr. Quod eſt iuxta crepidinem. Arab. Qui eſt ad partem. Fr. Luc. Prope.*
Quia aquæ m. e. *Arab. Ob multitudinem aquæ, quæ eſt.*
Veniebant. *Vat. Adueniebant.*

Verſ. 24.

Nondum enim miſſus fuerat Ioannes in carcerem.

Miſſus fuerat. *Euth. Coniectus erat.*
Carcerem. *Syr. Domum vinctorum.*

Verſ. 25.

Facta eſt autem quæſtio ex diſcipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.

Facta eſt a. *Arab. Et facta eſt. S. Aug. Facta eſt ergo. Theoph. Orta eſt autem.*
Quæſtio. *Mar. Diſputatio.*
Ex diſcipulis. *Syr. Vni ex diſcipulis. Arab. Inter diſcipulos.*
Iudæis. *Syr. Iudæo quodam. Arab. Et Iudæos.*
Purificatione. *Fr. Luc. Purgatione. Mar. Baptiſmo.*

Verſ. 26.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 26.

Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Rabbi. *Syr. Magiſter noſter. Arab. Magiſter ille.*
Trans. I. *Syr. Vltra Iordanem.*
Cui tu. *Syr. De quo.*
Teſtimonium p. *Ar. M. Teſtatus es.*
Ecce hic. *Syr. En & ipſe. Arab. Ecce etiam.*
Et omnes. *Syr. Multique. S, Baſil. Et plures.*
Veniunt ad e. *S. Baſil. Diſcipulos facit.*

Verſ. 27.

Reſpondit Ioannes, & dixit: Non poteſt homo accipere quidquam, niſi fuerit ei datum de cælo.

Dixit. *Syr. Dixit eis.*
Non poteſt h. *S. Cypr. Nemo poteſt.*
Accipere quidpiam. *Syr. Recipere quicquam ex animi ſui voluntate. Ar. M. Accipere nihil.*
Fuerit ei d. *Arab. Donatus ſit.*
De cælo. *Pag. E calo. Mar. A. Deo.*

Verſ. 28.

Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quòd dixerim: Non ſum ego Chriſtus; ſed quia miſſus ſum ante illum.

Ipſi vos. *S. Cypr. Vos.*
Mihi teſtimonium p. *S. Cypr. Teſtes eſtis.*
Quòd dixerim. *S. Cypr. Quoniam dixi eis, qui miſſi ſunt ab Hieroſolymis ad me.*
Ante illum. *Syr. Coram eo.*

Verſ. 29.

Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi: hoc ergo gaudium meum impletum eſt,

Qui habet ſ. *Arab. Cuicunque eſt ſponſa. S. Cypr. Qui enim habet.*
Amicus a. *Ar. M. At amicus.*
Sponſi. *Syr. Sponſi illius.*
Qui ſtat. *Arab. Stans. S. Cypr. Et qui ſtat.*
Et audit e. *Arab. Audiens eum. Euth. Et audit.*
Gaudio. *Syr. Gaudio magno S. Cypr. Et gaudio. Vat. Etiam atque etiam.*
Hoc ergo. *Arab. Nunc igitur ecce.*
Impletum. *Syr. Ecce impletum. Vat. Completum.*

Verſ. 30.

Illum oportet creſcere: me autem minui.

Creſcere. *Tert. Augeri.*
Me autem. *Arab. Et me. Vat. Me verò.*
Minui. *Tert. Diminui. S. Amb. Minorari.*

Verſ. 31.

Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terrâ, terra eſt, & de terrâ loquitur. Qui de cælo venit ſuper omnes eſt.

Deſurſum. *Euth. De ſupernis. Pagn. E ſupernis. Fr. Luc. Supernè.*
Venit. *Fr. Luc. Veniens.*
Super. *Arab. Ipſe ſuper.*
Qui eſt de t. *Syr. Is autem, qui eſt de terrâ. Euth. Qui è terra profectus eſt. Theoph. Qui à terrâ profectus eſt. Ar. M. Exiſtens de terrâ. Fr. Luc. Qui eſt ex terrâ.*
Terra eſt. *Euth. Terrenus eſt. Tert.* omittit. *Vat. E terra eſt. Fr. Luc. Ex terrâ eſt.*
Et de t. *Syr. Et terrena. Caiet. Et ex terrâ. Tert. De terrâ.*
Qui. *Arab. Et qui.*
De cælo. *Vat. E calo. Tert. De ſupernis.*
Super. *Arab. Ipſe ſuper.*

Verſ. 32.

Et, quod vidit & audiuit, hoc teſtatur; & teſtimonium eius nemo accipit.

Hoc teſtatur. *Syr. Teſtatur. S. Proſp. Teſtificatur. S. Aug. Hoc teſtificatur Euth. Hoc atteſtatur.*
Nemo accipit. *Syr. Nemo recipit. Non accipit quiſquam.*

Verſ. 33.

Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit: quia Deus verax eſt.

Qui accepit. *Syr. Qui autem recipit. Arab. Et qui accepit.*
Signauit. *Syr. Obſignauit S. Proſp. Significauit. Pagn. Is obſignauit.*
Quia Deus v. e. *Syr. Deum eſſe veracem.*

Verſ. 34.

Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.

Dei. *Syr. Ipſius Dei.*
Ad menſuram. *Arab. In menſurâ. Vat. Huic ad menſuram. Ar. M. Ex menſurâ.*
Dat. *Syr. Dedit. Arab. Dat ei.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 35. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.	Dedit. *Arab. Poſuit. Vat. Tradidit.* In manu eius. *Syr. In manus eius. Euth. Illi in manum. Vat. In manum eius.*
Verſ. 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum.	Qui. *Arab. Et qui.* In Filium. *Pagn. Filio.* Qui autem. *S. Epiph. Qui. Ar. M. At.* Incredulus eſt F. *Syr. Non ſatisfactus eſt de Filio. S. Epiph. Non credit in Filium. S. Cypr. Dicto non audiens eſt in Filium. Euth. Non credit ei. Tert. Non crediderit in Filio Dei. Ar. M. Non perſuaſibilis Filio. Fr. Luc. Inobediens Filio.* Videbit. *S. Cypr. Habet.* Vitam. *Fert. Deum.* Manet. *Syr. Commorabitur. Arab. Habitabit. Caiet. Manebit.* Super eum. *S. Cyr. Hier. Super illum quia non credidit in Filium Dei Vnigenitum. Ar. M. Super ipſum*

CAPVT III.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Inuidia correptus feris ſimilis. 1315
Inuidia mentes obcæcat. 1316.
Qui ſenem ſe cogitat, ſuæ ſaluti conſulit. 1316
Chriſti manſuetudo expenditur. 1317
Obſcurè loquitur plerumque Chriſtus, vt attentiores auditores faciat. 1317
Sermones ad omnes porrigant ſacri concionatores. 1318
Spiritus ſanctus vt ſollicitos nos reddere debeat, & humiles. 1318
Paſſionis Chriſti acerbitas vnde collecta. 1319
Dare cur ſuum Filium Deus ſit dictus, non reddere. 1320
Diuini amoris immenſitas. 1320
Chriſti modeſtia quàm inſignis. 1320

Erat autem homo ex Phariſæis.

1515. ERAT *autem homo ex Phariſæis.* Homo, id eſt, quidam, vſitatâ ſacris & prophanis oratione. Sed fortè non vacat, quòd homo dicatur ex Phariſæis; cùm Phariſæi inuidiâ correpti, & vitiis omnibus obruti, feris potiùs ſimiles eſſent & brutis, quàm hominibus.

Hic venit ad Ieſum nocte.

V*Enit ad Ieſum nocte.* Nocte venit, vt diem in nocte reperiret. Ad Ieſum nocte pertexit, vt ſuæ doctrinæ lumine eius mentem Chriſtus denotaret. *Cupiens*, inquit S. Thomas, *ſecretâ eius allocutione pleniùs diſcere myſteria fidei, cuius apertâ oſtenſione ſignorum iam rudimenta perceperat.*

Niſi quis renatus fuerit denuò.

N*Iſi quis renatus fuerit denuò.* Indefinitè loquitur, nec ad ipſum Nicodemum ſermonem coarctat, ne offenderetur. Hinc illud S. Chryſoſtomi hîc: *Vt æquiori animo toleraret, non apertè ad ipſum, ſermonem vertit; ſed indefinito vtitur verbo: Niſi quis natus fuerit: tantùm non dicens, ſiue tu, ſiue quis alius talem de me habet opinionem, is Regnum non recipietur.*

Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex?

Q*Vomodò poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex?* Senex erat Nicodemus, ac de ſe loquitur. Ætate ſenex, in doctrinâ infantiam ſuam prodit; in hoc laude dignus, quòd interrogat, vt diſcat; non inficiatur, quod neſciebat. *Non ſtatim inſurgit*, inquit Nicolaus Gorran, *contradicens Deo, qui non habuit impietatem inuidiæ ſicut alij Phariſæi*: quorum mentes inuidia ac ſuperbia obcæcauerat. 1316.

Cùm ſit ſenex. Cur de ſene ponit exemplum coarctatque ad vltimam ætatem quod Chriſtus ad omnem extenderat dixerat quippè: *Niſi quis renatus fuerit denuò?* Sanctus Thomas in Catenâ, *ſciendum*, inquit, *quòd ipſe ſenex erat; ideoque de ſe protulit exemplum, ac ſi diceret: Ego ſum ſenex, & meam quæro ſalutem: quomodò poſſum in ventrem matris introire, & renaſci?* Nimirùm, qui seriò ſe cogitat ſenem, mortique vicinum, ſaluti præcipuè ſuæ conſulere debet, ſibique vni aptare, quæ Deus aut Dei concionatores in omnes dicunt.

Niſi quis renatus fuerit.

N*Iſi quis renatus fuerit.* Non increpat Chriſtus Nicodemum, ſed docet: in quo ſingularem manſuetudinem oſtendit. *Manſuetudo Saluatoris*, inquit bonus ille author, *eſt conſideranda; quia non exprobrat Nicodemo, quod iurè exprobrare poterat: non enim dixit: ſi me à Deo magiſtrum & doctorem miſſum confiteris, cur noctu & occultè, & non interdiu venis? cur nihil à me, quod diſcas, quæris? At mitiſſimus Dominus nihil horum oppoſuit; ſed, infirmitatem conſiderans, ſe ad ipſum curandum conuertit.* 1317.

Niſi quis renatus fuerit. Obſcurè loquitur plerumque Chriſtus, vt attentiores auditores ſuos faciat. Non negligit tamen, quod intelligit, Nicodemus, vt Iudæi ſuo more feciſſent. *Hoc ſi Iudæi audiſſent*, inquit S. Chryſoſtomus hîc, *irriſiſſent profectò, & abiiſſent. Nicodemus autem & in hoc diſcendi ſtudium præſetulit: & propterea obſcurè aliquando*

Digitized by Google

aliquandò loquitur Chriſtus, vt ad audiendum attentiores reddat, & ad operandum expeditiores: ſiquidem clarum & manifeſtum verbum fugit nonnunquam auditorem; obſcurum autem etiam diligentiorem efficit.

1318. *Niſi quis renatus fuerit.* Cur non dixit? *Niſi tu renatus fueris.* Ad vnum Nicodemum ſermonem non coërcet, vt doctrinæ vtilitas ad omnes alios extenderetur: Qui omnium doctor eſt omnibus doctrinæ ſuæ fluentis ſtudet prodeſſe. Præterea id factum (inquit Nicolaus Gorran hìc) *ne indignaretur Nicodemus, ſi ſermo doctrinæ ſpecialiter ad eum dirigeretur; quia faſtum magiſterij nondum depoſuerat*: cautio, quam ſeruare & ſacri concionatores debent: ſermonem ad omnes auditores promiſcuè porrigentes; ne, ſi vnus ſignatè aut pauci petantur, læſi ſæuire incipiant; nec ponant culpam, ſed augeant.

Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat.

NEſcis vnde veniat, neſcis & quò vadat hic ſpiritus. Vtrunque & ſolicitos nos debet reddere & humiles. *Neſcis vnde veniat*, inquit Aëlredus in Allegor. Tilm. *cùm neſcias vtrum amore, an odio dignus ſis; & vtrùm miſericordiam præroget, an mercedem reſtituat; an exerceat iudicium, ſcire non poſſis. Neſcis & quò vadat: vtrùm videlicet è vicino ſubſiſtat, poſt modicum reuerſurus; an longiùs eat, poſt multum temporis rediturus; an offenſus recedat, nunquam denuò reuerſurus.*

Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?

ACerbè reprehendit Nicodemum Chriſtus, quòd, cùm aliorum eſſet doctor, hæc, quæ Chriſtus docebat, non poſſet intelligere. Aliquis hìc quærat, cur tam ſeuerè carpat Nicodemum. An iſtoc fecit, vt humiliorem redderet; aptioremque ad Diuina myſteria percipienda? (humilitas quippe ianuam rebus Diuinis excipiendis aperit, quam ſuperbia, quam faſtus claudit) ſicque inciperet eſſe, quod non poterat capere? Præclarè S. Auguſtinus hìc tract. 12. *O fratres*, inquit, *quid putamus, Dominum huic magiſtro Iudæorum quaſi inſultare voluiſſe? Nouerat Dominus, quid agebat. Volebat illum naſci ex Spiritu. Nemo ex ſpiritu naſcitur, niſi humilis fuerit; quia ipſa humilitas facit nos naſci de ſpiritu, quoniam prope eſt Dominus obtritis corde. Ille magiſterio inflatus erat, & alicuius momenti ſibi eſſe videbatur, quia doctor erat Iudæorum. Depoſuit ei ſuperbiam, vt poſſit naſci de Spiritu. Inſultat tanquam indocto, non quia ſuperior vult videri Dominus. Quid magnum Deus ad hominem, veritas ad mendacium? Maior Chriſtus, quàm Nicodemus dici debet, dici poteſt? cogitandum eſt.*

1319. *Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?* Non de malitia eum arguit, ſed de ignorantiâ; quòd ea neſciret, quæ tanquam inſignis in Iſraël magiſter, & in Diuinis Literis verſatus, non debebat ignorare. Non mirum, ſi tantâ patientiâ informatus à Chriſto eſt; quòd iis vitiis careret, quibus alij Phariſæi non carebant.

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto.

ÆNeus ſerpens Chriſti figura extitit Cruci affixi: nec myſterio caret, Chriſtum æneo

mortuoque ſerpenti, non viuo aut alterius tenerioris materiæ, componi. Vt ſcilicet *paſſionis acerbitas, cruciatuumque magnitudo, quos non niſi is (vt ille ait) qui æneus eſſet, poſſet perferre, graphicè oſtenderentur: etenim Iob, tot ærumnis perferendis imparem ſe agnoſcens, dicebat: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.* Ænea caro Chriſti videbatur, ſi patientiam eius conſideres; licet alioquin tenerrima & delicatiſſima eſſet & tormentis excipiendis apta. Iob 6, 12.

Sic enim Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.

VT *Filium ſuum vnigenitum daret.* Commendat maximè dilectionem, quòd vnum habens Deus Pater Filium, eum nobis dederit. Signatè dictum, *daret*, non *redderet*, inquit Vgo: *quia nullus meruit, vt Filius Dei incarnaretur.* Addit: *Dixit, daret, non, mutuò concederet. Non conceſſit nobis Filium ſuum mutuò, ſed omninò dedit: totus ſiquidem datus mihi, & totus in vſus meos eſt expenſus: vnde & adhuc eſt in Cælo agens negotium noſtrum.* 1320.

Vt Filium ſuum vnigenitum daret. In amoris ſignum dat Verbum. Homines plerunque nuda verba dant, nihil præterea. Filium ſuum, hoc eſt naturalem, non adoptiuum, obtulit. Addit, *vnigenitum, vt oſtendat* (inquit hìc S. Thomas) *Deum non diuiſum habere amorem ad plures filios; ſed totum in Filio, quem dedit, ad comprobandam immenſitatem ſui amoris.* Quid hìc illi, qui Deo cor offerunt in plura diuiſum, quot nimirum ſunt res, in quas nimio affectu feruntur?

Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Summa Chriſti modeſtia in his verbis elucet: nam, dicturus ſe Filium Dei eſſe, Dei dilectionem commendat, inſinuans tantùm, quod erat. Peritè Rupertus lib. 3. Comment. in Ioann. *Quantum*, inquit, *habet gratiæ & pulchritudinis, quòd, dùm cauſa neceſſaria poſcit, vt ſe fateatur eſſe Filium Dei, oſtentationem declinans, immò declinando ſe eſſe, quod erat inſinuans, ad commendationem dilectionis Dei confugit, dicens: ſic Deus dilexit Mundum. Cùm dicere poſſet: Tantus ego ſum, vt credentem in me totum poſſim redimere Mundum. Tanta, inquit, dilectione Deus dilexit Mundum, vt pro illo in pretium daret Filium ſuum vnigenitum.*

SECTIO II.

Pœnitentia vt commendata. 1321
Illuminari cur malus renuat. 1321
Ad immaram ſalus ad ſolennitates Chriſtum trahibant. 1322
Dei verba qui audit, ſtat, cadit qui non audit. 1322
Concordiæ & humilitatis commendatio. 1323
Qui proficit, minor fit ſibi, minoréſque ſe repræſentat. 1323
Humana gloria ſomus, detrimentum alienæ gloriæ putatur. 1324
Gaudio perfundi debemus, ſi Dei gloria creſcat, licèt noſtra minuatur. 1324
Incredulo & inobedientiæ nexus. 1326
Vita æterna verè vita eſt, non temporalis. 1325
Sponſus hìc poſſidet, quod æternum poſſeſſurus eſt. 1325
Manna cur Deus erga ſuper malos dicatur. 1326
Pœna in damnatis vt dispenſatur. 1326

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 35. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.	Dedit. *Arab. Poſuit. Vat. Tradidit.* In mano eius. *Syr. In manus eius. Euth. Illi in manum. Vat. In manum eius.*
	Qui. *Arab. Et qui.* In Filium. *Pagn. Filio.* Qui autem. *S. Epiph. Qui. Ar. M. At.* Incredulus eſt F. *Syr. Non ſatisfactus eſt de Filio. S. Epiph. Non credit in Filium. S. Cypr. Dicto non audiens eſt in Filium. Euth. Non credit ei. Tert. Non crediderit in Filio Dei. Ar. M. Non perſuaſibilis Filio. Fr. Luc. Inobediens Filio.*
Verſ. 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum.	Videbit. *S. Cypr. Habet.* Vitam. *Tert. Deum.* Manet. *Syr. Commorabitur. Arab. Habitabit. Caiet. Manebit.* Super eum. *S. Cyr. Hier. Super illum quia non credidit in Filium Dei Vnigenitum. Ar. M. Super ipſum*

CAPVT III.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Inuidia correptus feris ſimilis. 1315
Inuidia mentes obcæcat. 1316.
Qui ſenem ſe cogitat, ſuæ ſaluti conſulit. 1316
Chriſti manſuetudo expenditur. 1317
Obſcurè loquitur plerunque Chriſtus, vt attentiores auditores faciat. 1317
Sermones ad omnes porrigant ſacri concionatores. 1318
Spiritus ſanctus vt ſollicitos nos reddere debeat, & humiles. 1318
Paſſionis Chriſti acerbitas vnde collecta. 1319
Dare cur ſuum Filium Deus ſit dictus, non reddere. 1320
Diuini amoris immenſitas. 1320
Chriſti modeſtia quàm inſignis. 1320

Erat autem homo ex Phariſæis.

1515. ERAT *autem homo ex Phariſæis.* Homo, id eſt, quidam, vſitatâ ſacris & prophanis notione. Sed fors non vacat, quòd homo dicatur ex Phariſæis; cùm Phariſæi inuidiâ correpti, & vitiis omnibus obruti, feris potiùs ſimiles eſſent & brutis, quàm hominibus.

Hic venit ad Ieſum nocte.

VEnit ad Ieſum nocte. Nocte venit, vt diem in nocte reperiret. Ad Ieſum nocte perrexit, vt ſuæ doctrinæ lumine eius mentem Chriſtus denotaret. *Cupiens,* inquit S. Thomas, *ſecretâ eius alloquutione pleniùs diſcere myſteria fidei, cuius apertâ oſtenſione ſignorum iam rudimenta perceperat.*

Niſi quis renatus fuerit dennò.

N*Iſi quis renatus fuerit denuò.* Indefinitè loquitur, nec ad ipſum Nicodemum ſermonem coarctat, ne offenderetur. Hinc illud S. Chryſoſtomi hîc: *Vt æquiori animo toleraret, non apertè ad ipſum, ſermonem vertit; ſed indefinite vtitur verbo: Niſi quis natus fuerit: tantùm non dicens, ſiue tu, ſiue quis alius talem de me habet opinionem, in Regnum non recipietur.*

Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex?

Q*Vomodò poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex?* Senex erat Nicodemus, ac de ſe loquitur. Ætate ſenex, in doctrinâ infantiam ſuam prodit; in hoc laude dignus, quòd interrogat, vt diſcat; non inficiatur, quod neſciebat. *Non ſtatim inſurgit*, inquit Nicolaus Gorran, *contradicens Deo, qui non habuit impietatem inuidiæ ſicut alij Phariſæi:* quorum mentes inuidia ac ſuperbia obcæcauerat. 1316.

Cùm ſit ſenex. Cur de ſene ponit exemplum coarctatque ad vltimam ætatem quod Chriſtus ad omnem extenderat dixerat quippè: *Niſi quis renatus fuerit denuò?* Sanctus Thomas in Catenâ, *ſciendum,* inquit, *quòd ipſe ſenex erat; ideoque de ſe protulit exemplum, ac ſi diceret: Ego ſum ſenex, & meam quære ſalutem: quomodò poſſum in ventrem matris introire, & renaſci?* Nimirùm, qui ſeriò ſe cogitat ſenem, mortique vicinum, ſaluti præcipuè ſuæ conſulere debet, ſibique vni aptare, quæ Deus aut Dei concionatores in omnes dicunt.

Niſi quis renatus fuerit.

N*Iſi quis renatus fuerit.* Non increpat Chriſtus 1317.
Nicodemum, ſed docet: in quo ſingularem manſuetudinem oſtendit. *Manſuetudo Saluatoris,* inquit bonus ille author, *eſt conſideranda; quia non exprobrat Nicodemo, quod iurè exprobrare poterat: non enim dixit: ſi me à Deo magiſtrum & doctorem miſſum confiteris, cur noctu & occultè, & non interdiù venis? cur nihil à me, quod diſcas, quæris? At mitiſſimus Dominus nihil horum oppoſuit; ſed, infirmitatem conſiderans, ſe ad ipſum curandum conuertit.*

Niſi quis renatus fuerit. Obſcurè loquitur plerunque Chriſtus, vt attentiores auditores ſuos faciat. Non negligit tamen, quod intelligit, Nicodemus, vt Iudæi ſuo more feciſſent. *Hoc ſi Iudæi audiſſent,* inquit S. Chryſoſtomus hîc, *irriſiſſent profectò, & abiiſſent. Nicodemus autem & in hoc diſcendi ſtudium prætulit: & propterea obſcurè aliquando*

aliquandò loquitur Chriſtus, vt ad audiendum attentiores reddat, & ad operandum expeditiores: ſiquidem clarum & manifeſtum verbum fugit nonnunquam auditorem; obſcurum autem etiam diligentiorem efficit.

1318. *Niſi quis renatus fuerit.* Cur non dixit? *Niſi tu renatus fueris.* Ad vnum Nicodemum ſermonem non coërcet, vt doctrinæ vtilitas ad omnes alios extenderetur: Qui omnium doctor eſt omnibus doctrinæ ſuæ fluentis ſtudet prodeſſe. Præthereà id factum (inquit Nicolaus Gorran hîc) *ne indignaretur Nicodemus, ſi ſermo doctrinæ ſpecialiter ad eum dirigeretur; quia faſtum magiſterij nondum depoſuerat*: cautio, quam ſeruare & ſacri concionatores debent: ſermonem ad omnes auditores promiſcuè porrigentes; ne, ſi vnus ſignatè aut pauci petantur, læſi ſæuire incipiant; nec ponant culpam, ſed augeant.

Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quò vadat.

NEſcis vnde veniat, neſcis & quò vadat hic ſpiritus. Vtrunque & ſolicitos nos debet reddere & humiles. *Neſcis vnde veniat*, inquit Aëlredus in Allegor. Tilm. *cùm neſcias vtrum amore, an odio dignus ſis; &, vtrùm miſericordiam præroget, an mercedem reſtituat; an exerceat iudicium, ſcire non poſſis. Neſcis & quò vadat: vtrùm videlicet è vicino ſubſiſtat, poſt modicum reuerſurus; an longiùs eat, poſt multum temporis rediturus; an offenſus recedat, nunquam denuò reuerſurus.*

Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?

ACerbè reprehendit Nicodemum Chriſtus, quòd, cùm aliorum eſſet doctor, hæc, quæ Chriſtus docebat, non poſſet intelligere. Aliquis hîc quærat, cur tam ſeuerè carpat Nicodemum. An iſtud fecit, vt humiliorem redderet; aptioremque ad Diuina myſteria percipienda? (humilitas quippe ianuam rebus Diuinis excipiendis aperit, quam ſuperbia, quam faſtus claudit) ſicque inciperet eſſe, quod non poterat capere? Præclarè S. Auguſtinus hîc tract. 12. *O fratres*, inquit, *quid putamus, Dominum huic magiſtro Iudæorum quaſi inſultare voluiſſe? Nouerat Dominus, quid agebat. Volebat illum naſci ex Spiritu. Nemo ex ſpiritu naſcitur, niſi humilis fuerit; quia ipſa humilitas facit nos naſci de ſpiritu, quoniam prope eſt Dominus obtritis corde. Ille magiſterio inflatus erat, & alicuius momenti ſibi eſſe videbatur, quia doctor erat Iudæorum. Depoſuit ei ſuperbiam; vt poſſit naſci de Spiritu. Inſultat tanquam indocto, non quia ſuperior vult videri Dominus. Quid magnum Deus ad hominem, veritas ad mendacium? Maior Chriſtus, quàm Nicodemus, dici debet, dici poteſt? cogitandum eſt.*

1319. *Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras?* Non de malitia eum arguit, ſed de ignorantiâ; quòd ea neſciret, quæ tanquam inſignis in Iſraël magiſter, & in Diuinis Litteris verſatus, non debebat ignorare. Non mirum, ſi tantâ patientiâ informatus à Chriſto eſt; quòd iis vitiis careret, quibus alij Phariſæi non carebant.

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto.

ÆNeus ſerpens Chriſti figura extitit Cruci affixi: nec myſterio caret, Chriſtum æneo mortuoque ſerpenti, non viuo aut alterius teneriores materiæ, comparari. Vt ſcilicet *paſſionis acerbitas, cruciatuumque magnitudo, quos non niſi is (vt ille ait) qui æneus eſſet, poſſet perferre, graphicè oſtenderetur: etenim Iob, tot ærumnis perferendis imparem ſe agnoſcens, dicebat: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.* Ænea caro Chriſti videbatur, ſi patientiam eius conſideres; licet alioquin tenerrima & delicatiſſima eſſet & tormentis excipiendis apta. Iob 6. 12.

Noaarin. in Euang. Tom. III.

Sic enim Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.

VT *Filium ſuum vnigenitum daret.* Commendat maximè dilectionem, quòd vnum habens Deus Pater Filium, eum nobis dederit. Signatè dictum, *daret*, non *redderet*, inquit Vgo: *quia nullus meruit, vt Filius Dei incarnaretur.* Addit: *Dixit, daret, non, mutuò concederet. Non conceſſit nobis Filium ſuum mutuò, ſed omninò dedit: totus ſiquidem datus mihi, & totus in vſus meos eſt expenſus: vnde & adhuc eſt in Cœlo agens negotium noſtrum.* 1320.

Vt Filium ſuum vnigenitum daret. In amoris ſignum dat Verbum. Homines plerunque nuda verba dant, nihil præterea: Filium ſuum, hoc eſt naturalem, non adoptiuum, obtulit. Addit, *vnigenitum, vt oſtendat* (inquit hîc S. Thomas) *Deum non diuiſum habere amorem ad plures filios; ſed totum in Filio, quem dedit, ad comprobandam immenſitatem ſui amoris.* Quid hîc illi, qui Deo cor offerunt in plura diuiſum, quot nimirum ſunt res, in quas nimio affectu feruntur?

Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret. Summa Chriſti modeſtia in his verbis elucet: nam, dicturus ſe Filium Dei eſſe, Dei dilectionem commendat, inſinuans tantùm, quod erat. Peritè Rupertus lib. 3. Comment. in Ioann. *Quantum*, inquit, *habet gratiæ & pulchritudinis, quod, dùm cauſa neceſſaria poſcit, vt ſe fateatur eſſe Filium Dei, oſtentationem declinans, immò declinando ſe eſſe, quod erat inſinuans, ad commendationem dilectionis Dei confugit, dicens: ſic Deus dilexit Mundum. Cùm dicere poſſet: Tantus ego ſum, vt credentem in me totum poſſim redimere Mundum. Tanta, inquit, dilectione Deus dilexit Mundum, vt pro illo in pretium daret Filium ſuum vnigenitum.*

SECTIO II.

Pœnitentia vt commendata. 1321
Illuminari cur malus renuat. 1321
Ammonitam ſalus ad ſolennitatem Chriſtum trahebant. 1322
Dei verba qui audit, ſtat, cadit qui non audit. 1322
Concordiæ & humilitatis commendatio. 1323
Qui proficit, minor fit ſibi, minorémque ſe repræſentat. 1323
Humana gloria fumus, detrimentum aliena gloria putatur. 1324
Gaudio perfundi debemus, ſi Dei gloria creſcat, licèt noſtra minuatur. 1324
Incredulis & inobedientis nexus. 1325
Vita æterna verè vita eſt, non temporalis. 1325
Spe iuſtus hîc poſſidet, quod æternum poſſeſſurus eſt. 1325
Manere cur Diuina ſuper malos dicatur. 1326
Pœna in damnatis vt depingatur. 1326

Omnis enim, qui malè agit, odit lucem.

1321. O*Mnis enim, qui malè agit, odit lucem.* Quia nimirum per eam eius peccatum manifeſtatur. *Diligit*, inquit S. Thomas hîc, *malus homo cognoſcere lucem & veritatem; ſed odit per eam manifeſtari.* Expendit & verbum illud, *agit*, inquiens: *Non dixit egit; ſed, agit: quia, ſi quis malè egit, tamen pœnitens, & videns ſe malè feciſſe, dolet, non odit lucem, ſed ad lucem venit.*

Qui malè agit. Hoc eſt, qui malè agere conſueuit, & (vt Alcuinus ait) *qui eſt in intentione peccandi*, & in malitiâ ita perſeuerat, vt abire ab illâ nolit. *Odit lucem*, non quia mala; ſed quia eius mala vitiaque manifeſtat. *Recuſat omnis* (verba ſunt S. Cyrilli Alexandrini hîc) *qui malè agit, lucis illuminationem*; non quia malorum eum pudeat pigeatque (ſaluaretur enim, ſi id eſſet) ſed quia ignorare meliora mauult, ne conſcientiæ ſtimulis quotidie peccans exagitetur; & quoniam putat, maiora ſeſe ſupplicia ſubiturum, ſi, cùm exquiſitiorem bonorum cognitionem teneat, voluntatem Dei agere nolit.

Vt manifeſtentur opera eius.

1322. V*T manifeſtentur opera eius.* Non coram hominibus, vt ab hominibus laudem exculpat; ſed *coram Deo, vt approbentur*, hîc inquit S. Thomas: inficit enim ſua opera, qui ea facit, vt appareat hominibus.

Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eius in terram Iudæam.

P*Oſt hæc venit Ieſus.* Poſt colloquium cum Nicodemo Hieroſolymis habitum, extra vrbem ſe confert: *nec enim* (vt ille ait) *Ieroſolymis diù agere conſueuit poſt altos dies ſolennes.* Sed cur præcipuè in ſolennitatibus Hieroſolymam petebat? *Vt in medium Dei doctrinam proponeret*, inquit ſanctus Chryſoſtomus. Dei gloria, animarumque ſalus eò eum trahebat, vnde hominum malitia reiiciebat.

Amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum.

1323. A*Micus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum.* Rectus verborum nexus ſtandi & audiendi. Nimirùm ſtat; quia audit; caſurus, niſi audiret. Acutè S. Auguſtinus: *ſtat & audit. Diſcipulus audit magiſtrum. Quia audit, ſtat; quia, ſi non audit, cadit.*

Amicus autem ſponſi, qui ſtat. Amicus non eſſet verus, ſi non ſtaret. Sed quî amicum ſe dicit, qui priùs indignum ſe dicebat ſoluendæ corrigiæ calceamenti eius? An auertendæ diſcordiæ illud aſſeruit, & hoc poſtremum fouendæ humilitati? *Quæritur*, inquit hîc B. Dionyſius Carthuſianus; *cur & quomodò Ioannes, qui ſuperiùs dixit ſe eſſe indignum ſoluere calceamenta Chriſti, nunc appellat ſe eius amicum. Dicendum, quod illic loquebatur turba, quæ Chriſti maieſtatem non nouit; idcirco ſe ibi maximè humilians & Chriſtum exaltauit: nunc verò loquitur ſuis diſcipulis inuidiâ tactis, & inter Ieſum ac Ioannem auerſionem quandam facere cupientibus; hinc Ioannes dicit ſe amicum illius, vt & diſcipulos ſuos ad Chriſti prouocet charitatem. Sic & nos facere par eſt, dum ſentimus ſeminatorem diſcordiæ nos affari, dicendo verba inuidiæ prouocatiua: tunc ergo charitatiuè loquamur de eo, inter quem & nos nititur ſeminare diſcordiam. Vterque autem ſermo Ioannis eſt verus: quia Ioannes, quantum ad id, quod fuit per naturam, & propriam fragilitatem, dignus non fuit ſoluere calceamenta Chriſti: quantum verò ad id, quod fuit per charitatem & gratiam Saluatoris, erat præcipuus eius amicus, non minor quàm Euangeliſta Ioannes.*

Illum oportet creſcere, me autem minui.

O*Portet*, Chriſtum creſcere, decreſcere Ioannem. Poteſt iſtuc ad eam cognitionem transferri quam habemus de Deo, vt quantò magis eius magnitudo in noſtrâ cognitione creſcit tantò magis nobis noſtrâ paruitas fiat manifeſta. Benè hîc S. Thomas. *Oportet illum, Chriſtum, in te creſcere, vt ſcilicet in cognitione & amore eius proficias; quia, in quantum magis eum potes cognoſcendo & amando percipere, tantò magis Chriſtus creſcit in te: & ex hoc oportet hominem ſic proficientem minui in ſuâ reputatione; quia quantò plùs cognoſcit quis de altitudine Diuinâ, tantò minorem reputat paruitatem humanam.* Verè decreſcit, non proficit, qui non minor fit ſibi, minoremque ſe reputat, dum proficit & maior fit.

Illum oportet creſcere, me autem minui. Qui ſemper maior fiebat, quomodo fieri minor potuit? An minor ſanctitate apud homines fuit Ioannes, quia apud homines maior Chriſtus habebatur? ac ſi humanæ gloriæ fomes (vt ille ait) ſit decrementum alienæ gloriæ. Scitè S. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. cap 65. *Illum oportet creſcere, me autem minui; creſcit enim quotidiè, Orbemque ſplendor ſuus illuſtrabit: ego verò minuar, nec datam mihi menſuram excedam; ſed idem permanens, tantò minor videbor, quantò ad maiora ille procurret.* 1324.

Me autem minui. Non minuitur Ioannis gaudium, licet in hominum æſtimatione, minuatur Ioannes; idcirco dicturus: *Illum oportet creſcere, me autem minui.* Præmiſit, gaudium ſuum eſſe impletum. Scitè rem tetigit Galfridus in Alleg. Tiln. *O beate Ioannes, quàm diſſimile eſt gaudium tuum à gaudio carnalium! Tu gaudes; quia decreſcis, & Saluator creſcit: quidam gaudent; quia ipſi creſcunt, & alij decreſcunt. Decreſcat igitur homo, creſcat Deus: ideſt, decreſcant hominis vitia & peccata, vt creſcant Dei virtutes & munera: cùm enim creſcunt Saluator creſcit, non in ſe, ſed in nobis.*

Qui credit in Filium, habet vitam æternam.

N*On dixit habebit*, ſed habet, nimirum in ſpe, quæ adeò certa, vt quod futurum, præſens eſſe videatur, niſi quod iuſtus hic poſſidere incipit, quòd poſtea poſſeſſurus æternùm eſt; Denique æternam vitam habet, qui Deum habet. *Obſerua* inquit Ferus, *quod non dicit vitam æternam accipiet in futuro, ſed iam habet, in ſpe ſcilicet quæ non confundet eum. Deinde, quia Deum habet, qui vera vita eſt. Qui enim Deum habet, etiam in media morte viuit, & in medio inferno etiam, perire non poteſt.*

Qui autem incredulus eſt Filio non videbit vitam.

Q*Vi autem incredulus eſt.* Græcè, [illegible] *inobediens*, dicto minimè audiens: ac ſi credere 1325.
non

Digitized by Google

non videatur, qui motibus non exprimit, quod credit; ſcilicèt vera apparet fides, quæ & patet.

Non videbit vitam. Videre hîc non nudam viſionem ſignificat, ſed fruitionem, poſſeſſionemque indicat. Niſi quod in malo perſeuerantes, non ſolùm verâ vitâ non fruentur, nec æternis potientur gaudiis; ſed nec videbunt quidem. *Nec quantum ad viſum* (verba ſunt S. Cyrilli Alexandrini) *pertinet nudum, ad vitam ſanctorum peruenire poterunt.* Mali non videbunt bonos in felicitatis ſinu, qui bonis felicitatem inuidebunt.

Vitæ meminit, ſed non exprimit de quâ loquatur. Intelligitur de æternâ, quæ ſola vita eſt; & cuius reſpectu vita têporalis, nô vita, ſed mors eſt.

Sed ira Dei manet ſuper eum.

Ira Dei manet ſuper eum. Manet, tanquam an- 1326.
teà fuerit. Sanctus Auguſtinus in Pſal. 101. conc. 1. hoc verbum expendit. *Non ait*, inquit: *Ira Dei veniet ſuper eum, ſed, manet ſuper eum: quia non tollitur, in quâ natus eſt.*

Ira Dei manet ſuper eum. Cur dictum ſuper eum? Acutè hîc Caietanus. *Dominium pœna ſignificatur ex præpoſitione, ſuper: dominabitur enim pœna in damnatis ità, quod non erit in poteſtate eorum diuertere cogitationem actualem, & deteſtationem actualem affligentes, ſicut poſſumus in hac vitâ.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. IOANNIS.

Verſ. 1.

Vt ergo cognouit Ieſus, quia audierunt Phariſæi, quòd Ieſus plures diſcipulos facit & baptizat, quàm Ioannes.

Vt ergo c. *Syr. Cognouit autem. S. Aug. Hæc autem cùm audiſſet.*
Ieſus. *S. Aug. Dominus.*
Quia audierunt Ph. *S. Aug. Cognouiſſe Phariſæos.*
Quòd Ieſus. *Syr. Ipſum.*
Plures. *Syr. Multos.*
Facit. *Syr. Facere. Arab. Aſſumpſiſſet. S. Amb. Faceret. Vat. Adſcribere.*
Et baptizat q. *Syr. Magiſque baptizare, quàm. Arab. Et quòd baptizaret pluſquàm. S. Aug. Et plures baptizaret.*

Verſ. 2.

(Quamquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius)

Quamquam Ieſus. *Arab. Cum minimè Ieſus. Pagn. Quamquam Ieſus ipſe. Tert. Is tamen.*
Baptizaret. *Tert. Tingebat.*

Verſ. 3.

Reliquit Iudæam, & abiit iterùm in Galilæam.

Reliquit. *Syr. Et reliquit.*
Iudæam. *Theoph. Iudæam terram.*
Abiit iterum. *Syr. Venit iterùm. Euth. Abiit.*

Verſ. 4.

Oportebat autem eum tranſire per Samariam.

Oportebat autem. *Syr. Opus autem erat. Arab. Et futurus erat.*
Tranſire. *Syr. Vt veniens tranſiret. Arab. Vt tranſiret.*
Samariam. *Syr. Samaritanos. Arab. Locum Samariæ.*

Verſ. 5.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ (quæ dicitur Sichar) iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.

Ciuitatem Samariæ. *Syr. Vrbem Samaritanorum.*
Dicitur. *Euth. Dicebatur.*
Iuxta prædium. *Iuxta tumulum agri. Arab. Verſus villam.*
Quod dedit. *Syr. Quem dedit. Arab. Quam dederat.*

Verſ. 6.

Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem: hora erat quaſi ſexta.

Erat autem. *Syr. Et erat.*
Fons. *Syr. Fons aquarum. Arab. Fons aquæ.*
Ieſus ergo f. *Syr. Ipſe autem Ieſus fatigatus erat. Arab. Erat autem Ieſus laſſus. Orig. Ipſe Dominus cùm fatigatus fuiſſet.*
Itinere. *Arab. Labore itineris.*
Sedebat ſic. *Syr. Sedebatque. Orig. Et ſedebat. Mar. Sedebat tantiſper.*
Supra fontem. *Syr. Ad fontem. Goth. Super puteum. Fr. Luc. Iuxta fontem. Mar. Prope puteum.*
Hora erat. *Arab. In horâ.*
Quaſi ſexta. *Arab. Sextâ. Theoph. Fermè ſexta.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Venit mulier de Samariâ haurire aquam: dici ei Ieſus: Da mihi bibere.

Venit. *Syr. Venit autem.*
De Samatiâ. *Pagn. E Samariâ.*
Bibere. *Syr. Aquam bibendam. Euth. Vt bibam. Vat. Quod bibam.*

Verſ. 8.

(Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent)

Abietant in c. *Syr. Introierant in vrbem.*
Cibos. *Syr. Cibum ſibi. Arab. Cibos ſibi.*

Verſ. 9.

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim covtuntur Iudæi Samaritanis.

Dicit ergo. *Syr. Dixit.*
Cùm ſis. *Ar. M. Exiſtens.*
Bibere. *Arab. Bibere aquam. Euth. Potum.*
Poſcis. *Arab. Petis.*
Quæ ſum m. *Arab. Et ego mulier ſum. Ar. M. Exiſtente muliere.*
Non enim c. I. *Syr. Nulla enim intercedit familiaritas Iudæis. Arab. Et Iudæi non commiſcentur. Theoph. Non enim commercium habent Iudæi.*
Samaritanis. *Syr. Cum Samaritanis.*

Verſ. 10.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei; & quis eſt, qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.

Donum. *Syr. Donum illud. Fr. Luc. Hoc donum.*
Eſt. *Syr. Eſt iſte. Arab. Eſt hic.*
Bibere. *Euth. Potum. Vat. Quod bibam.*
Tu forſitan p. *Marc. Vic. Tu peteres. Euth. Petiſſes vtique. Pagn. Tu petiſſes.*
Dediſſet. *Marc. Vic. Daret. Ar. M. Dediſſet vtique.*
Aquam viuam. *Syr. Aquas viuas. Arab. Aquam vitæ. Marc. Vic. Aquam viuentem. Mar. Aquam viuificantem.*

Verſ. 11.

Dici ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt: vnde ergo habes aquam viuam?

Molier. *Arab. Illa mulier.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Neqoe in quo h. h. *Situlam non habes. Arab. Situla non eſt tibi. Neque quo haurias habes. Orig. Neque hauſtatorium habes. Ar. M. Neque hauſtorium habes. Caies. Neque hauſtum habes.*
Altus. *Ar. M. Profundus.*
Vnde ergo. *Syr. Vndenam. S. Amb. Vnde.*
Habes aquam. *Syr. Tibi ſunt aquæ. Arab. Tibi aqua. Pagn. Habes aquam illam. S. Ambr. Habes mihi dare aquam.*
Viuam? *Syr. Viua? Arab. Vitæ?*

Verſ. 12.

Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum; & ipſe ex eo bibit & filij eius & pecora eius?

Nunquid. *Arab. Forſan. Tert. Ne.*
Maior es. *Tert. Maior ſis.*
Qui. *Syr. Is, qui.*
Puteum. *Goth. Hunc puteum.*
Pecora. *Syr. Oues.*

Verſ. 13.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aquâ hac, ſitiet iterùm: qui autem biberit ex aquâ, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.

Omnis, qui. *Syr. Quiſquis. Arab. Quicumque.*
Bibit. *Mar. Vic. Biberit.*
Aquâ hac. *Syr. Iſtis aquis. S. Cæſ. Aquam.*
Qui. *Syr. Quiſquis. Arab. Quicumque.*
Quam ego d. e. *Arab. Quam dabo. S. Cypr. Quam dedero.*
In æternum. *S. Cæſ. Vnquam. Mar. Vic. In omni ſæculo.*

Verſ. 14.

Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Aqua, quam. *Syr. Aqua illa, quas. Arab. Aqua illa, quam.*
Ego dabo e. *Syr. Dabo.*
Fiet. *Syr. Fiens. Marc. Vic. Efficietur.*
Fons aquæ ſ. *Syr. Fons aquarum ſalientium. Arab. Aqua, quæ ſcaturiet. S. Cyr. Fons aquæ viuentis. Marc. Vic. Fons aquæ ſcatentis.*
In vitam. *Arab. Vitam.*

Verſ. 15.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 15.

Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam, neque veniam huc haurire.

Mulier. *Syr. Mulier illa.*
Domine. *Syr. Domino mi.*
Hanc aquam. *Syr. Ex his aquis. Arab. Ex hac aquâ.*
Vt non ſ. *Syr. Ne rurſus ſitiam.*
Huc haurire. *Syr. Hic hauſtum. Arab. Et hauriam ex hoc loco. Orig. Huc ad hauriendum.*

Verſ. 16.

Dicit ei Ieſus: Vade, voca virum tuum: & veni huc.

Vade. *Euth. Abi.*
Voca. *Orig. Ad vocandum.*
Virum. *Arab. Coniugem.*

Verſ. 17.

Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Ieſus: Bene dixiſti, quia non habeo virum:

Non habeo. *Arab. Non eſt mihi.*
Vir. *Syr. Maritum. Arab. Coniux.*
Bene. *Ar. M. Pulchrè.*
Non habeo. *Arab. Non eſt mihi.*
Virum. *Syr. Maritum. Arab. Coniux.*

Verſ. 18.

Quinque enim viros habuiſti, & nunc, quem habes, non eſt tuus vir: hoc verè dixiſti.

Viros. *Syr. Maritos. Arab. Viri.*
Habuiſti. *Arab. Tibi fuerunt.*
Nunc, quem habes. *Syr. Iſte, quem nunc habes Arab. Ille, qui eſt tibi nunc.*
Vir. *Syr. Maritus.*
Hoc. *Arab. Hoc autem.*
Verè. *Fr. Luc. Verum.*

Verſ. 19.

Dicit ei mulier: Domine, video, quia propheta es tu.

Mulier. *Syr. Mulier illa.*
Domine. *Syr. Domine mi. Arab. Domine equidem.*
Video, quia. *S. Aug. Vt video.*

Verſ. 20.

Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet.

In monte h. *S. Epiph. Hîc in iſto monte.*
Et vos. *S. Epiph. Vos autem.*
Quia Ieroſolymis. *Syr. In Ieruſalem.*
Eſt locus. *Syr. Eſſe locum illum. Tert.* omittit.
Vbi adorare. *Tert. Adorare. Mar. Vbi ſacrificare.*
Oportet. *Syr. Oportebat.*

Verſ. 21.

Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem.

Mulier. *Arab. O mulier.*
Venit. *Quidd. Cod. Veniet.*
Hora. *Euth. Tempus.*
Neque in I. *Syr. Neque etiam in Ieruſalem.*
Adorabitis P. *Orig. Adorabunt Patrem meum.*

Verſ. 22.

Vos adoratis, quod neſcitis: nos adoramus, quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt.

Neſcitis. *Ar. M. Non noſtis.*
Nos adoramus. *Arab. Nos autem adoramus.*
Quod ſcimus. *Arab. Quem ſcimus.*
Salus. *Syr. Vita.*

Verſ. 23.

Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate: nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

Venit. *S. Aug. Veniet.*
Hora. *Euth. Tempus.*
Quando veri a. a. *Arab. Vt adoratores in veritate adorent.*
In Spiritu. *Pagn. Spiritu.*
Tales quærit. *Syr. Tales poſcit. Arab. Non vult niſi ſimiles iſtis.*
Qui adorent e. *Syr. Adoratores. Arab. Adoratores eius.*

Verſ. 24.

Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.

Spiritus eſt D. *Syr. Spiritus enim eſt Deus. Tert. Deus eſt ſpiritus. Ar. M. Spiritus Deus.*
In ſpiritu. *Vat. Spiritu.*
Oportet. *Orig. Debent.*

Verſ. 25.

Dicit ei mulier: Scio, quia Meſſias ve-

Mulier. *Syr. Mulier illa.*
Scio. *Arab. Scimus.*
Quia Meſſias v. q. d. C. *Syr. Chriſtum eſſe venturum. Arab. Quia Meſſias, qui eſt Chriſtus, veniet. Fr. Luc. Quia Meſſias aduentat qui dicitur Chriſtus.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

nit (qui dicitur Chriſtus) Cùm ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia.

Cùm ergo v. *Arab. Cùm ergo venerit ille. Euth. Vbi ille veneris.*
Ille nobis annunciabit. *Arab. Ipſe docebit nos Euth. Annunciabit nobis. Pagn. Nunciabit nobis.*

Verſ. 26.

Dicit ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum.

Dicit. *Arab. Dixit autem.*
Qui loquitur t. *Ar. M. Loquens tibi.*

Verſ. 27.

Et continuò venerunt diſcipuli eius; & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum eâ?

Continuò. *Syr. Eo loquente. S. Cypr. Inter hæc. Vat. Interim. Caiet. In hoc. Ar. M. Super hoc.*
Mirabantur. *Arab. Mirati ſunt.*
Quia cum m. l. *Arab. De ſermone eius cum muliere.*
Nemo tamen. *Syr. Nemo autem. Arab. Et non quis.*
Dixit. *S. Cypr. Dixit illi.*
Quid quæris. *Arab. Quid vult.*
Quid loqueris. *Arab. Quare loquutus es. Pagn. Cur loqueris.*

Verſ. 28.

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus:

Reliquit ergo. *Syr. Et reliquit.*
Hydriam. *Fr. Luc. Aqualem.*
Abiit in c. *Syr. Profecta eſt in vrbem. S. Aug. Cucurrit ad ciuitatem.*
Dicit. *Syr. Dixit.*
Illis hominibus. *Syr.* omittit. *Vat. Hominibus.*

Verſ. 29.

Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci: nunquid ipſe eſt Chriſtus?

Et videte h. *Arab. Videte hunc virum. Theoph. Videte hominem.*
Qui dixit m. *Arab. Quia oſtendit mihi.*
Omnia, quæcunque. *Syr. Quicquid. Arab. Quæcunque.*
Nunquid ipſe e. *S. Aug. Nunquid non ipſe eſt. Pagn. Num hic ille. Vat. An is ſit ille. Caiet. Nónne ipſe eſt.*

Verſ. 30.

Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.

Exierunt ergo. *S. Aug. Exierunt.*
De ciuitate. *Syr. Ex vrbe quidam. Pagn. E ciuitate.*
Veniebant. *Euth. Venerunt.*

Verſ. 31.

Interea rogabant eum diſcipuli, dicentes: Rabbi, manduca.

Interea rogabant e. *Syr. Et interea efflagitabant ab eo. Arab. Et interrogauerunt eum.*
Diſcipuli. *Ar. M. Diſcipuli eius.*
Dicentes. *Syr. Dicentes ei.*
Rabbi. *Syr. Magiſter noſter. Arab. Magiſter.*
Manduca. *Theoph. Comede.*

Verſ. 32.

Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.

Ego cibum h. *Syr. Eſt mihi cibus.*
Manducare. *Syr. Vt comedam.*
Neſcitis. *Ar. Non noſtis.*

Verſ. 33.

Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

Ad inuicem. *Pagn. Inter ſe.*
Nunquid a. *Theoph. Num quis.*
Ei manducare. *Syr. Et quid edendum. Arab. Aliquid quod manducet. Vat. Ei quod edendum. Orig. Ei, quod ederet.*

Verſ. 34.

Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius.

Meus cib. e. *Orig. Mea eſt eſca.*
Faciam. *Arab. Ego faciam. Vat. Exequar.*
Voluntatem e. *S. Ambr. Patris mei. Theoph. Quod vult is.*
Miſit me. *S. Ambr. In cælis eſt.*

Verſ. 35.

Nónne vos dicitis, quòd adhuc qua-

Nónne vos. *Syr. Nónne.*
Quòd adhuc q. m. ſ. *Syr. Poſt quatuor menſes. Fr. Luc. Adhuc quadrimeſtre eſt.*
Et meſſis v. *Syr. Venit meſſis. Pagn. Et meſſis veniet.*

tuor

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

tuor menſes ſunt,& meſſis venit? Ecce dico vobis : leuate oculos veſtros, & videte regiones,quia albæ ſunt iam ad meſſem.

Vat. Cum meſſis aderit.
Leuate. *S. Hil. Elenate. Theoph. Attellite.*
Videte regiones. *Syr. Spectate terras. Arab. Reſpicite in regiones S. Hil. Conſpicite.* vel. *Aſpicite regiones. Vat. Contemplamini regiones. Orig. Videte iam loca. Mald. Videte campos.* vel : *agros* , vel: *ſatos*
Quia albæ ſ. i. *Syr. Et iam peruenerint. Arab. Quia alba facta ſunt. S. Hil. Quia albeſcunt. Orig. Alba eſſe.*
Ad meſſem. *Arab. Et ad finem venit meſſis.*

Verſ. 36.

Et,qui metit,mercedem accipit,& congregat fructum in vitam æternam ; vt &, qui ſeminat,ſimul gaudeat;&,qui metit.

Et qui m. *Syr. Porrò is qui metit. S. Cypr. Hier. Et metens.*
Mercedem a. *Arab. Accipit mercedem ſuam. S. Cyr. Hier. Fructum accipiet.*
Congregat f. *Syr. Cogit fructus. S. Cyr. Hier. Congregabit fructum.*
Io vitam æ. *Arab. Vita aterna. Euth. Ad vitam aternam.*
Vt, & , qui ſem. *Syr. Satorque. Arab. Et ſeminans.*
Simul gaudeat ; & , qui m. *Syr. Ac meſſor pariter gaudeat. Arab. Et metens gaudebunt ſimul.*

Verſ. 37.

In hoc enim eſt verbnm vernm : quia alius eſt,qui ſeminat ; & alius eſt , qni metit.

Eſt. *Arab. Inuenitur.*
Verbum verum. *Syr. Sermo ille verus. Euth. Sermo verus.*
Alius eſt,qui. *Arab. Vnus.*
Seminat. *S. Aug. Metit.*
Alius eſt,qui. *Arab. Alter.*
Metit. *S. Aug. Seminat.*

Verſ. 38.

Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis : alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

Metere. *Syr. Ad id metendum. Arab. Vt metatis rem.*
Quod. *Syr. In quo. Arab. In quâ.*
Alij. *Syr. Alij ſiquidem. Arab. Quia alij.*
Labores. *Euth. Laborem.*

Verſ. 39.

Ex ciuitate autem illâ multi crediderunt in eum Samaritanorum,propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia , quæcumque feci.

Ex ciuitate. *Syr. Ex vrbe. Arab. In ciuitate.*
Samaritanorum. *Syr. Samaritani.*
Verbum mulieris. *Syr. Verbum mulieris illius. Theoph. Sermonem mulieris. S. Aug. Sermonem eius non propter verbum mulieris.*
Teſtimonium p. *Syr. Qua teſtata fuerat. Euth. Qua teſtificabatur dicens. Ar. M. Teſtantis.*
Dixit. *Arab. Oſtendit.*
Omnia,quæcumque. *Syr. Quicquid. Euth. Quacunque.*

Verſ. 40.

Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum , vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies.

Cùm veniſſet e. *Syr. Cumque veniſſet. S. Aug. Cùm veniſſet autem.*
Samaritani. *Syr. Illi Samaritani.*
Rogauerunt eum. *Syr. Efflagitauerunt ab eo. Euth. Orabant illum.*
Ibi. *S. Aug. Apud eos. Pagn. Apud ſe.*
Manſit. *Arab. Permanſit.*
Ibi. *Syr. Apud eos.*
Duos dies. *Syr. Biduum.*

Verſ. 41.

Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonem eius.

Multo plures. *Syr. Plurimi. Arab. Multitudo magna.*
Crediderunt in e. *Vat. Crediderunt.*
Sermonem. *Arab. Verbum.*

Verſ. 42.

Et mulieri dicebant : Quia iam non

Mulieri. *Syr. Mulieri illi.*
Quia iam n. *Syr. Non amplius. Arab. Nos non.*
Tuam loquelam. *Syr. Sermones tuos. Arab. Sermo-*

propter

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia hic eſt verè ſaluator Mundi.

nem tuam. Euth. Verba tua. Theoph. Orationem tuam. Vat. Narrationem tuam.
Credimus. *Arab. Credimus in eum.*
Ipſi enim. *Syr. Nos enim. Arab. Sed nos iam.*
Scimus. *Euth. Cognouimus. Vat. Sciuimus.*
Quia hic eſt v. *Syr. Hunc eſſe veriſſimè.*
Saluator Mundi. *Syr. Chriſtum illum ſeruatorem. Orbis. Pagn. Seruator Mundi Chriſtus.*

Verſ. 43.

Poſt duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam.

Poſt duos a. d. *Duobus autem poſt diebus. S. Aug. Ieſus enim poſt biduum.*
Exiit inde. *Syr. Exiit Ieſus. Arab. Exiit Ieſus inde. S. Aug.* omittit.
Et abiit. *S. Aug. Abiit.*

Verſ. 44.

Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit, quia propheta in ſuá patriâ honorem non habet.

Ipſe enim I. *Arab. Quia Ieſus.*
Teſtimonium p. *Arab. Teſtificatus eſt. Pagn. Teſtatus eſt.*
Quia propheta. *Syr. Prophetam.*
Patriâ. *Syr. Ciuitate.*
Honorem non h. *Syr. Inhonoratum eſſe. Arab. Non honorificatur. Vat. In honore non haberi.*

Verſ. 45.

Cùm ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cùm omnia vidiſſent, quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto: & ipſi enim venerant ad diem feſtum.

Cùm ergo. *Syr. Cùm autem veniſſet. Arab. Et cùm veniſſet. S. Aug. Pergit.*
Exceperunt. *Syr. Receperunt.*
Cùm omnia v. *Syr. Qui viderant ſigna omnia. Vat. Vt, qui vidiſſent omnia.*
Fecerat. *Syr. Ediderat.*
Et ipſi e. *Arab. Quoniam ipſi.*
Diem feſtum. *Euth. Feſtum.*

Verſ. 46.

Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Venit ergo. *Arab. Deinde venit Ieſus.*
Aquam. *Pagn. Ex aquâ.*
Et erat. *Vat. Erat autem. S. Aug. Et ecce.*
Regulus. *Syr. Seruus regius. Caiet. Regius. Mar. Palatinus.* vel. *ex Syr. Seruus regis.*
Infirmum. *Arab. Erat infirmus. Vat. Ægrotabat.*

Verſ. 47.

Hic, cùm audiſſet, quia Ieſus adueniret à Iudæâ in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, vt deſcenderet, & ſanaret filium eius: incipiebat enim mori.

Cùm audiſſet. *Syr. Audiit.*
Quia Ieſus a. *Syr. Veniſſe Ieſum. Goth. Quia Ieſus adueniſſet.*
Abiit. *Syr. Et profectus eſt.*
Rogabat eum. *Syr. Petiit ab eo. Arab. Rogauit eum. S. Aug. Rogare cœpit.*
Incipiebat enim m. *Syr. Propè enim erat, vt moreretur. Arab. Quia iam appropinquauerat morti. Euth. Erat iamiamque moriturus. Theoph. Siquidem is agebat animam. Ar. M. Futurus erat enim mori.*

Verſ. 48.

Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.

Ergo Ieſus a. e. *Syr. Ei Ieſus.*
Prodigia. *Syr. Miracula. Arab. Mirabilia.*
Non creditis. *Euth. Nequaquam creditis. Vat. Nequaquam credideritis.*

Verſ. 49.

Dicit ad eum regulus: Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus.

Regulus. *Syr. Seruus ille regius. Arab. Ille regulus. Caiet. Regius.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Moriatur. *Syr. Mortuus ſit.*
Filius meus. *Syr. Puer. Arab. Puer meus. Fr. Luc. Puerulus meus.*

Verſ. 50.

Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Ieſus, & ibat.

Viuit. *Arab. Viuus eſt.*
Homo. *Syr. Vir ille.*
Sermoni, quem. *Arab. Verbum, quod.*
Ibat. *Syr. Abiit.*

Verſ. 51.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 51.

Iam autem eo deſcendente, ſerui, occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret.

Iam autem eo d. *Arab. Et, dum ipſe iret.*
Serui. *Syr. Serui ipſius.*
Occurrerunt. *Syr. Obuiam facti ſunt.*
Nunciauerunt. *Syr. Annunciauerant ei.*
Quia filius e. *Arab. Iam filius tuus. Caiet. Quia puer tuus.*
Viueret. *Arab. Viuit.*

Verſ. 52.

Interrogabat ergo horam ab eis, in quâ meliùs habuerit: & dixerunt: Quia heri horâ ſeptimâ reliquit eum febris.

Interrogabat ergo h. *Syr. Et ſciſcitatus eſt, quonam tempore. Arab. Et interrogauit eos, in quâ hora. Paga. Sciſcitatus eſt ergo horam.*
In quâ m. h. *Syr. Sanitati reſtitutus fuerit. Arab. Sanus factus eſſet. Goth. In quâ meliùs habuerat. Theoph. In quâ vegetiùs ſe habuiſſet.*
Horâ ſeptima. *Ar. M. Horam ſeptimam.*

Verſ. 53.

Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in quâ dixit ei Ieſus: Filius tuus viuit: & credidit ipſe, & domus eius tota.

Cognouit ergo p. *Syr. Et agnouit pater eius. Vat. Intellexit ergo pater.*
Quia illa h. e. *Syr. Id contigiſſe eâ ipsâ horâ. Euth. Quòd in illâ horâ. Vat. Illam eſſe horam.*
In quâ. *Vat. Quâ.*

Verſ. 54.

Hoc iterùm ſecundum ſignum fecit Ieſus, cùm veniſſet à Iudæâ in Galilæam.

Iterum. *Arab. Etiam.*
Fecit. *Paga. Edidit.*
Cùm veniſſet à I. *Ar. M. Veniens ex Iudæa.*

CAPVT IV.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Cur Chriſtus non baptizauerit. 1327
Chriſti fatigatio, cùm nos non inuenit quum quærit. 1327
Poſt laborem ita quieſcendum, vt nouo nos labori preparemus. 1327
Multorum torpor & negligentia in Dei verbis excipiendis perſtricta. 1327
Hora expenditur qua Chriſtus Samaritanam eſt alloquutus. 1328
Paupertas quàm vtilis. 1330
Noſtram ſalutem quærit Chriſtus etiam per ea quæ cum ſalute nexum non videntur habere. 1331
Aquam à Samaritana cur Chriſtus poſtulauerit. 1331
Ciborum deliciæ non quærendæ. 1232
Auidè in fercula ferri non debet qui ſequitur Chriſtum. 1333
Obſequi gulæ neſciant qui ſequuntur Chriſtum. 1333
Ciborum neglectus Chriſti exemplo. 1334
Acatò obſeruat alios qui ſceleribus eſt onuſtus. 1335
Varium fœmine ingenium. 1335
Animarum ſalus etiam cum proprio incommodo quærenda. 1335

Quanquam Ieſus non baptizaret.

1327. Q*Vanquam Ieſus non baptizaret.* Sed cur non baptizat Ieſus, baptiſmi author & inſtitutor? Cenſent aliqui abſtinuiſſe, ne Iudæi putarent æmulationem aliquam eſſe inter Chriſtum & Ioannem. Addunt alij non baptizaſſe, quia prædicationi vacabat: neue ab ipſo baptizati putarent, ſe meliùs perfectiùſque ſacro illo lauacro ablutos, quàm qui ab Apoſtolis.

Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem.

FAtigatus ſedebat: tanquam homo fatigabatur, qui tanquam Deus fatigari non poterat. *Fatigabatur*, inquit S. Ambroſius lib. de Ioſeph cap. 3. *quia non inueniebat Dei populum, quem quærebat; exierat enim à facie Domini. Qui enim culpam ſequitur, exit à Chriſto.*

Sedebat ſupra fontem, vt vel corporis habitu doceret, poſt labores & fatigationem quieſcere nos poſſe, vt nouo nos labori præparemus; ſic labor laborem nutriet, non deprimet laborantem. Pulchrè Thomas à Kempis ſerm. 20. *Diſcretus*, inquit, *labor ſit, ne corrumpat infirmum, aut ad diuina reddat ineptum. Nam quod moderatum eſt, meliùs perſeuerat. Ipſe enim Ieſus poſt itineris fatigationem reſidebat ſuper fontem: expectans cibum, & humiliter poſtulans aquæ potum.*

Hora erat quaſi ſexta:

H*Ora erat quaſi ſexta.* Circa meridiem, vt mulieris patientia hinc colligatur, quæ hac horâ inque Solis æſtu tanquam omnium oblita tandiu Chriſti verba auidiſſimè excepit; quod in noſtrorum torporem ac negligentiam torquet S. Chryſoſtomus hîc, dum ait: *Quòd ſi mulier Samaritana tantam adhibet diligentiam, vt aliquid vtilitatis conſequatur, neque à Chriſto diſcedit, quamuis eum adhuc ignoret: quam nos veniam conſequemur, qui cognoſcentes eum, & non ad fontem, non in deſerto, non in meridie, neque in Solis æſtu ardentiſſimo, ſed ſub aurorâ, ſub hoc tecto, ad vmbram intuemur, non tamen quicquam audire patimur, ſed deſidemus.*

De horâ, quâ Ieſus ad fontem reperit Samaritanam, peritè philoſophatur S. Chryſoſtomus hom. in Samarit. *Fatigatus Ieſus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. Audi ergo, chariſſime, de horâ quoque. Egena quæpiam erat hæc Samaritana,* 1328.

mariſana, qua ſibi manuum labore ſemper victum quarebat: egena, inquam, & corpore & pecuniis; at non ita religione, atque animæ pietate. Sic igitur expergefacta currebat ad telam propter opificium; vnde & opificium exercebat. Hora verò ſexta, quo tempore quieti à labore vacabant omnes, tum illa, cùm hydriam arripuiſſet, aquam aduehebat. Nouerat ergo, qui ſciebat omnia, Dominus, quam horam cæteri captandæ quieti dabant, illâ ſolere iſtam aduehendæ aquæ vacare; propterea ſextâ horâ Dominus abiit, quippe qui nouerat eam ad aquam aduehendam profectam, ſeque ſpiritualem hanc prædam poſſe venari.

Horam notat, quia à myſtetio non erat vacua. Sanctus Chtyſoſtomus hom. in Ssmarit. *Cùm Eua*, inquit, *mandatum in paradiſo tranſgreſſa eſt, hora erat quaſi ſexta: ideoque Samaritana ſeruata eſt in fonte eâdem ſextâ horâ.*

Hora erat, quaſi ſexta. Non dixit, *ſexta*; ſed, *quaſi ſexta, vt diſcamus vel minimis* (inquit Ianſenius) *non paruam veritatis curam habere.*

Venit mulier de Samariâ haurire aquam.

1329. V*Enit mulier de Samariâ haurire aquam.* Hauſit à verò fonte ſalutem, quæ aquam à puteo venerat haurire. Paupertas tantom huic mulieri profuit, quantum diuitiæ non ptofuiſſent. *Ne denarium quidem* (vt ille ait) *habebat, quo ſibi aqua vas emere poſſet. O felix neceſſitas, quæ eam ad venam Cæleſtium diuitiarum perduxit; &, vt anima ſua veniam & gratiam conſequeretur, effecit!*

Ad puteum ſe confert mulier, vt aquam hauriret, non vt longiùs euagaret à domo. Neceſſitas eam vtgebat, non euagationis amot. Eatra Samariam ibat, *eò quòd pauce iuxta locum eſſent putei*, inquit Euthymius. Vide, vt in noſtrom commodum reſiliant, quæ putamut incommoda; & ſalutis aliquam occaſionem exhibeant, quæ eatimè videntur nocere. Aquæ penutia ad hunc puteum Samatitanam vocauit, vbi Saluatorem teperit & ſalutem.

Venit ad puteum Samaritana: non ancillam, non ſeruum aliquem miſit: paupertas huc eam adegit. Plus ipſa ſuæ paupertati debet, quàm diuites diuitiis. *Diues paupertas*, inquit doctus ille authot, *quæ per ſe cogit, vt facias, quod per miniſtros fieri ſolet.* Nimitum per paupertatem Cæleſtes diuitias adepta eſt Samaritana.

1330. Venit ad tetrenum fontem mulier, & fontem inuenit ſpititualem, qui eius ſitiebat ſalutem ardentiùs, quàm ipſa aquam, cùm maximâ ſiti laboraret. Hauriebat ſibi aquam mulier, & laborem huoc ſæpè deuotabat, vt biberet ipſa & alij ex ſuâ domo. Non mitum, ſi Chriſtus huic ſe mulieri ad ſalutem inſinuauit, quum non torpentem otio eam inuenit, ſed labore eaetcitam.

Da mihi bibere.

D*A mihi bibere.* Potuit Chriſtus iubere, vt aqua vſque ad os putei eueheretur; ſtatim enim aqua eius imperio paruiſſet: ſed noluit. Magis ſtuduit iacentem etigere mulierem, quæ aduenerat, vt aquam hsuriret, quàm aquam ipſam eleuate. Potior illi cura de eo, quod potius erat.

1331. *Da mihi bibere.* Sitiebat potiùs Samaritanæ ſalutem, quàm aquam Samaritanæ: ſed cur de aquâ ſtatim cum eâ loquitur? Vt mulieris ſe captui aptaret, eique ſe demitteret. *Quia ſimplex mulier erat*, inquit Vgo, *nec intelligere poſſet ſpiritualia dogmata, niſi per ſimilitudines: ideo primò alloquitur eam de aquâ*: vt videas etiam per ea Chriſtum noſtram ſalutem quærere, quæ nullum cum ſalute noſtrâ nexum videntur habere.

Aquam à muliere Chriſtus poſtulat; vt gratiæ ſuæ fontem eahibeat. Sciitè iſtuc expendebat S. Ambroſius in cap. 3. Eccl. *Aquam Saluator à muliere poſtulat, & ſitire ſe ſimulat, vt ſitientibus æternam gratiam largiatur. Neque enim poterat fons ſitire, neque in quo eſt aqua viua, poterat vndam terrena facis haurire. Sitiebat ergo Chriſtus? Sitiebat planè: non potum hominum, ſed ſalutem ſitiebat; non aquam Mundi, ſed redemptionem generis humani. Mirum igitur in modum fons ſuper puteum ſedens, miſericordia ibidem fluenta producit; & mulierem ſexto iam non viro ſed adultero fornicantem viui meatus vndâ purificat; nouoque admirationis genere mulier, quæ ad puteum Samaria meretrix aduenerat, à Chriſti fonte caſta regreditur; &, quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportauit.*

Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent,

V*T cibos emerent.* Viles, communes, paratu faciles. *Certum eſt*, inquit B. Dionyſius Carthuſianus hîc, *quòd non emerunt cibaria delicata neque pretioſa.* Sub Chriſti magiſtetio didicetant ea negligere, quæ ad corporis delicias ſpectant. Nimirum delicata fercula non emerunt, qui curandæ cutis, carniſque fouendæ ſtudio ſe non vendiderant. 1332.

Vt cibos emerent. Qui ſcilicet non luxui & deliciis, ſed neceſſitati ſeruitent. *Ferè*, inquit Vgo, *emerunt panem & fructus, vel tale aliquid leue, quod licuit viatoribus emere apud quaſcunque gentes eſſent.* Verus Chriſti diſcipulus pro deliciis habet deliciarum contemptum, & neglectum ferculorum gulam irritantium.

Emerunt cibos Chtiſti diſcipuli. Sed cur potiùs ſecum non ferebant, quæ comederent? *Cibos*, inquit Vgo hîc, *ſecum non portabant; quia decuit eos, qui futuri erant doctores Mundi, eſſe attentos continuè in doctrinâ Chriſti, & attendere his, quæ ab eo dicebantur, nec impediri curâ & ſollicitudine Mundi, niſi cùm vrgeret neceſſitas.* Cibaria ſecum non ferebant, nec auidè in fercula ferebantur. 1333.

Vt cibos emerent. Nec enim viaticum ſecum tulerant, de iis, quæ ad ventrem ſpectant, minimè ſoliciti. *Obſequi gulæ neſciunt, qui Chriſtum ſequuntur*, adhærent Chriſto. Tunc ſolùm ventris curam habent, cùm ad hoc vrget natura, cogit neceſſitas.

Vt cibos emerent. Cur ea diuinæ omnipotentiæ penu cibos Christus non eduxit? Au ire ad ciuitatem diſcipulos voluit, vt cibos emerent, opportunius cum Samaritanâ loquuturus, præſertim cùm mulieris peccata prodere deberet ad ſalutem? Quid, quòd non facilè reperias, Chriſtum miraculo cibum ſibi aut diſcipulis ſuis præparaſſe? Præclarè rem eapendit S. Bonauentura in Medit. de Vitâ Chriſti cap. 17. *Non inuenimus*, inquit, *quòd hac potentiâ (quâ ſcilicet creare quæ vult & habere de creatis poterat pro ſuæ libertatis arbitrio) pro ſe vel pro diſcipulis ſuis vſus fuerit. Pro turbis autem fecit, quas pauit duabus vicibus in multitudine magnâ de panibus paucis. De diſcipulis autem legimus, quòd eo præſente ſpicas vellebant propter famem, & comedebant. Similiter, quum fatigatus ex itinere ſedebat ſuper puteum loquens cum Samaritanâ, non dicitur.* 1334.

dicitur, quod creauit cibos; ſed quòd miſit diſcipulos in ciuitatem ad quærendum cibos.

Eunt diſcipuli, vt cibos emant. Id per ſeipſos præſtant: cur non potiùs per miniſtros? Vt humiliores redderet aptioréſque, qui ad Chriſtum alios allicerent. Nimirum, cætera ſternit ad Chriſtum viam, qui ſternit ſeipſum, ſe deiicit, tumorem omnem ponit, omnem faſtum.

Quomodò tu, Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana?

1335. QVomodo tu, Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Quàm religioſa hæc mulier, quæ ſcrupulum iniicit Chriſto, quòd Iudæus potum ab illâ petat, quæ erat Samaritana. *Exiſtimans eum peccare*, inquit hìc Euthymius, *corripientis more ad memoriam reducit obſeruationem.* Quàm acutè alios obſeruat, quæ grauibus ſceleribus erat onuſta, nec videbat ſua. Vbi ſua peccata cognoſcere incipit, adeò non arguit Chriſtum, vt efferat.

Quomodo tu, Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Quàm religioſa hæc mulier! Quum aquam ipſa peteret à Chriſto, dicens: *Domine, da mihi hanc aquam*: non ſcrupulo religioneque tangebatur: tangitur, quum exhibitura eſt aquam. Tale fœminæ ingenium eſt: varium, mutabile, fraudolentum. Aliorum ſeuerè actiones ad cenſuram vocat: ſuas negligit.

Quomodo tu, Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis? Mira Domini bonitas hîc elucet, quæ ad mulierem ſe confert, quam ſciebat aquam ipſi negaturam. Vt ſcilicet innueret, animarum ſalutem quærendam eſſe, omni commodo neglecto, & omni vtilitate

SECTIO II.

Dei dona ſcire quanti referat. 1336
Sua dona quàm libenter Chriſtus exhibeat. 1336
Quanto ſalutis noſtræ deſiderio Chriſtus teneatur. 1337
Chriſtum in Euchariſtia habere præſentem quàm ingens donum. 1337
Ingentis beneficij loco habendum aliquid Chriſto poſſe offerre. 1338
Prædicator commodorum ſuorum obliuiſcatur. 1338
De aliorum actibus minimè contentioſè loquendum. 1339
In dubium verti non debet quod à Dei liberalitate eſt. 1339
Samaritanæ mulieris modeſtia. 1339
Paulatim ad magna vocandi auditores. 1340
Spiritus ſancti gratia cur aquæ comparata. 1340
Dei familiaritas honorem eius & cultum auget. 1341
Humilitatis exemplum in Chriſto. 1342
Quærenda homini bona, quæ illi cum pecoribus non ſint communia. 1342
Nemo ſe iactet. 1343
Perfectionem ſitire vt debemus. 1344

Si ſcires donum Dei.

1336. SI ſcires donum Dei. A Dei Diuinorumque donorum ignorantiâ vt omnia ferè mala naſcuntur; ſic & ab illius iſtorumque notitiâ omnia bona. Non amantur, non quæruntur Dei dona, dum non ſciuntur.

Si ſcires donum Dei. Terrenam aquam ad hoc poſtulaſſe videtur, vt aditum ſibi faceret ad Cæleſtem exhibendam. *Petit bibere*, inquit hìc S. Auguſtinus, *& promittit bibere. Eget, quaſi accepturus; & affluit, tanquam ſatiaturus.* A muliere aquam mortuam poſtulat, vt mulier poſtulet ab eo aquam viuam.

Totus hìc Chriſtus eſt: in mulieris huius mente luce verâ perfundendâ. Anteà aquam poſtulabat; nunc, *ſitis & laſſitudinis oblitus*, mulieris animum irrigat ſuperâ doctrinâ. Nimirum, *ille, qui bibere quærebat fidem ipſius mulieris ſitiebat*, inquit S. Auguſtinus: ſalutemque illius ſuæ præfert indigentiæ.

Si ſcires. Nihil reſpondet ad obiectum à muliere Iudæorum odium aduersùs Samaritanos; *quia in hoc non probabat Iudæorum inſtitutum* (vt doctor ille ait) *quos non tam religionis ſtudium, quàm ſupercilium, & propria gloria cura ducebat.* *Feſtinat ad exponendum cæleſtem theſaurum*: vt diutiùs differre vix poſſet, tanto ſaluandæ mulieris deſiderio tenebatur.

Si ſcires. Rem ignorantiæ potiùs adſcribit, quàm malitiæ: hinc eſt; vt totam ſe Chriſti obſequio tradiderit, vbi illi innotuit, quiſnam eſſet. Non mirum, ſi viam ad ſalutem inuenit, quæ fragilitate potiùs & ignorantiâ peccauerat, quàm malitiâ. 1337.

Donum Dei. Græcè τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ. Hoc donum, doni huius magnitudinem, quod Deus tibi exhibet occaſione præſenti: ſic enim aliqui exponunt, vt poſteriora verba ſint priorum exegetica. Hoc erat ſingulare Dei beneficium, præſentem habere Chriſtum. Non explicat doni magnitudinem; tanquam inexplicabilem; & cui excipiendæ impar audientis mulieris mens, his colloquiis, his rebus noua & minimè aſſueta. Quid hìc illi, qui in Euchariſticâ menſâ eundem Chriſtum in ſuum pectus condunt?

Si ſcires donum Dei. Maximum Dei donum erat ille, qui cum illâ loquebatur: niſi hoc quoque dicamus donum Dei fuiſſe, quòd aquam à Samaritanâ poſtulauerit: ingentis quippe beneficij loco habendum, ſi aliquid offerre Chriſto poſſumus. Hinc B. Dionyſius Carthuſianus hìc: *Si ſcires donum Dei: id eſt gratiam & miſericordiam Dei, quæ tibi nunc offertur per hoc, quod Filius Dei petit potum à te. Nempe, qui Chriſto aliquid dat, potiùs recipit beneficium, quàm impendat: quemadmodum magnum eſſet pauperi: ſi rex peteret quicquam paruum ab eo.* 1338.

Si ſcires donum Dei. Qui antè aquam poſtulabat, nunc ſitis ſuæ ac fatigationis oblitus mulierem informat, illius ſalutem quærens. Proba hæc doctoris conſignatio: vt prædicationis exercens munus commoda ſua poſtponat. Appoſitè Ianſenius. *Hinc*, inquit, *manifeſtum euadit, quòd non tam ſitis causâ, quàm propter ſalutem mulieris potum petierit; declaraturque, quàm ardens fuerit in Chriſto deſiderium ſalutis omnium peccatorum: etſi enim fatigatus, etſi ſitibundus & famelicus, tamen, velut oblitus ſuæ fatigationis & ſitis, non ceſſabat vacare prædicationi & doctrinæ, poſtponens certè ſuas neceſſitates aliorum ſaluti.*

Tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.

TV forſitan petiſſes ab eo. Particula, *forſitan*, plerunque non dubitantis eſt, ſed affirmantis: niſi hìc adhita ſit ad ſignificandam arbitrij libertatem. Vtile eſt, quod hinc elicit B. Dionyſius 1339.

Carthuſianus his verbis : *Dicit, forſitan, vt det nobis formam ſobriè non ceruicosè loquendi, præſertim quum loquimur de actibus aliorum.* In quo peccant ij, qui dubia vt certa pronunciant; & aliena, licet occulta, tanquàm maximè manifeſta referunt.

Tu forſitan petiiſſes. Cur non potius dixit : *Forſitan ille tibi dediſſet?* In dubium verti non debet, quòd à Dei liberalitate eſt : *An illa rogatura ſit,* inquit ille, *vertis in dubium, non item an ipſe daturus*; Promptior eſt Deus vt exhibeat ſua dona, quàm humana ſit ſegnities ad poſtulandum parata.

Dediſſet tibi aquam viuam. Qui petebat aquam, aquam ſe dare poſſe aſſerit, ſed viuam, & omninò meliorem, quàm eam, quæ à Samaritanâ è puteo hauriebatur. Apparet autem hîc huius mulieris modeſtia, quæ non temerè obiecit Chriſto, quòd aquam polliceretur, cùm aquam ſiti æſtuans poſtulaſſet. *Petulantiùs*, inquit hîc S. Chryſoſtomus, *reſpondere licuiſſet: ſi haberes aquam viuam, non à me peteres : ipſe eam acciperes : ſed te iactas. Verùm nihil tale loquuta, ſed manſuetè & à principio & per omnem ſermonem reſpondit.*

1340. *Dediſſet tibi aquam.* Vides, vt audientis captui ſeſe accommodet. De ſuperis Dei donis loquitur aquarum metaphora; quia cum muliere ſermonem habet, quæ venerat haurire aquam. *Paulatim* nimirum (vt notat hîc S. Auguſtinus) *intrat in cor mulieris*, viam ſibi in illud parat : docens, paulatim, nec vno impetu, informandos auditores ſuperis Dei donis excipiendis,

Dediſſet tibi aquam viuam. Aquam viuam, Diuini Spiritus gratiam vocat : *quia, ſicut aqua* (inquit hîc Euthymius) *de cælo deſcendens nutrit ac viuificat; cùmque ſit vnius ſpeciei, vario modo operatur, dealbans in lilio, denigrans in narciſſo, rubricans in roſâ, purpuriſſans in violâ, dulcorans in ficu, amaricans in abſinthio : ita Diuinus quoque Spiritus de Cælo deſcendens nutrit ac viuificat animam; cùmque vnus ſit, variis operationibus gratiam diuidit ac virtutem.*

Aqua viua, dicitur aqua ſemper fluens, nec vnquam quieſcens, vt quæ in lacunis & in ciſternis eſt. Sed cur aquæ viuæ nomine Spiritus ſancti gratiam ſignificat? *Quòd in modum aquæ,* inquit Ianſenius, *ſemper fluentis nunquam quieſcat, ſed aſſiduè procedat, ad vlteriorem virtutum progreſſum prouocans*: adeò vt ſemper proficiat, qui plenus iſtâ aquâ eſt. Addit : *Vel viua dicitur, quòd viuificet nunc mentem hominis, atque ad æternam tandem vitam perducat.*

Dicit ei mulier : Domine, neque in quo haurias habes.

1341. D*Icit ei mulier : Domine.* Augetur paulatim in hac muliere vis luxque Diuina. Quem, Iudæum, vocauerat, cuique veluti inſultauerat, iam, *Dominum*, vocat, nec verbum contemnit irridendo. Apud homines familiaritas contemptum pariat, non parit apud Deum? vt enim creſcit notitia, ſic & honor creſcit & cultus.

Domine, neque in quo haurias habes. Falleris, mulier : non de terrenâ aquâ loquitur, ſed de ſpirituali, cui hauriendæ non aliud hauritorium requiritur, quàm concedentis bonitas ac beneficentia. *Videte*, inquit S. Auguſtinus ad hæc verba, *quomodo intellexerit aquam viuam, aquam ſcilicet, quæ erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquam viuam, & ego fero vnde hauriam, & tu non fers? Aqua viua hîc eſt : quomodo mihi daturus es? Aliud intelligens, & carnaliter ſapiens, quodammodo pulſat, vt aperiat magiſter, quod clauſum eſt. Pulſabat ignorantiâ, non ſtudio : adhuc miſeranda, nondum inſtruenda.*

Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob?

N*Vnquid tu maior es patre noſtro Iacob?* Adeò erat maior, vt Iacob ei non poſſet conferri; 1342.
cùm Iacob homo eſſet; ille, qui loquebatur cum Samaritanâ, homo & Deus. Non tamen reſpondit ſe maiorem, vt humilitatis magiſter humilitatem doceret. *Non ſe maiorem*, inquit hîc ſanctus Chryſoſtomus, *dixit : viſus enim eſſet ſe tantùm iactare nondùm cognitus : ſed latenter id ſignificat. Non enim ſimpliciter dixit : Dabo tibi aquam. Sed priùs Iacob aquâ neglectâ, ſuam laudat; à munerum naturâ, dantium volens differentiam oſtendere, & quantum ipſe patriarcham excelleret. Nam, ſi admiraris, inquit, patriarcham quòd hanc aquam dederit, ſi ego longè meliorem tibi dedero, eâ acceptâ, me quàm Iacob maiorem confitearis neceſſe eſt: nam, cum dicas : Nunquid maior es Iacob, quoniam hanc aquam dederit? ſi illam meliorem à me acceperis, profectò me maiorem dixeris.*

Ipſe ex eo bibit.

I*Pſe ex eo bibit.* Quod indicium eſt bonitatis aquæ. Quòd biberint pecora, aquarum ſignat copiam. Dum effert aquam mulier, deprimit. Quærenda homini aqua, quæ illi cum pecoribus non ſit communis.

Omnis qui bibit ex aqua hac ſitiet iterùm : qui autem biberit ex aquâ, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.

O*Mnis, qui bibit.* Dixerat mulier dubio perculſa. *Nunquid tu maior es patre noſtro Iacob?* 1343.
Chriſtus ſuam aquam commendat, ſenſibilis vilitatem indicat & probat : nec extra dubietatis limites eam defert, dicens ſe maiorem eſſe Iacob, vt re verâ omnibus partibus erat : *viſus enim eſſet* (inquit S. Chryſoſtomus) *ſe tantùm iactare.* Effert ſua dona, non ſe; vt humilitatis ſpiritum mulier biberet, & nos poſt ipſam biberemus.

Non ſitiet in æternum. Quomodo ergo de ſeipſâ Sapientia dicit? *Qui bibunt me adhuc ſitient.* Eccli. 24. 29. An vtrunque verum? quia aqua ſpiritualis ſitim tollit; nam eadem non quæritur; ſed tantùm eius perfectionem ſitire debemus. At, ſi de rebus terrenis ſit ſermo, qui ex terrenâ aquâ biberit, aquæ imperfectione, in eodem gradu eandem, paulò poſt eius potum, iterùm ſitit. Quod habet etiam S. Thomas hîc.

SECTIO III.

Diuina gratia aquam vt referat. 1344
Commoda propria quærenti facillima omnia videntur, alioquin difficilia. 1345
Mundana non facilè quærat ſalutis ſuæ memor. 1345
Non facilè aliquid vxor accipiat ſine maritò conſenſu. 1345
Peccati proprij cognitio quàm neceſſaria. 1345
Verborum acerbitas in reprehenſione vitanda. 1346
Peccata non facilè excuſanda. 1346

Corroctio

Correctio æquo animo ferenda. 1347
Curioſitas vitanda præſertim vbi de anima ſalute agitur. 1347
Mulier celare ſua probra cautè ſtudet. 1347
Culpam qui tegit & excuſat, veniæ obicem ponit. 1348
Propria peccata narrari ab aliis ægrè homines ferunt. 1348
Spiritualia quærit qui familiariter cum Christo agit. 1349
Curioſitas ableganda maximè quum de mulieribus agitur. 1350
Qui aliorum ſalutem quærit ſuorum commodorum obliuiſcatur. 1350
Magna à Deo conſequitur, qui parua & temporalia negligit. 1351
Aliorum ſalus quam ſtudiosè curanda. 1352
Rebus terrenis præferenda aliorum ſalus. 1353
Perſtricti, qui alios ad Christum vrgent, ad quem ipſi ire nolunt. 1353

Fiet in eo fons aquæ ſalientis.

1344. F*iet in eo fons aquæ ſalientis.* Sanctus Cyrillus Ieroſolymitanus legit: *Fons aquæ viuentis & ſalientis.* Additque catecheſi 16. *Nouum genus aquæ, quæ viuit & ſalit: ſalit autem tantùm in dignos:* ſalit ſed ſe ſe omnibus demittit, & omnibus omnia fit; vt diuina gratia elementaris aquæ naturam referat; Pergit Sanctus Pater. *Nunquid ſpiritualem gratiam, aquam nominauit, quando quidem herba & animantia fiunt ex aqua: Quod aqua eſt cauſa omnium, quod de cælis deſcendit imbrium aqua: quemadmodum ipſa quidem vna in ſpecie deſcendit, multas autem ſpecies efficit? Nam & paradiſum totum fons vnus irrigat, & vna pluuia in vniuerſum deſcendit mundum, quæ alba quidem fit in ſpinis, rubra autem in roſis, purpurea verò in hyacinthis, ac in diuerſis ſpeciebus diuerſa, & in omnibus fit omnia, cum ipſa nihilominus eadem eiuſdemque ſit ſpeciei. Neque enim ſeipſam tranſmutans pluuia, alia & alia deſcendit; ſed cuicunque naturæ ſeſe adiunxerit, illi fit incrementum: ſic & Spiritus ſanctus cum ſit vnus & idem & non diuiſibilis, vnicuique diuidit gratiam prout vult. Et quemadmodum aridum lignum, aquæ participans, flores emittit, ſic & anima peccatrix, per pœnitentiam, Spiritu ſancto digna reddita, iuſtitiæ racemos progenerat: & cum ipſa ſit vniformis, multa nutu Dei, & in nomine Christi virtutes operatur. Nam alterius quidem linguâ ſe ſe accommodat ad ſapientiam; alterius autem animam illuminat in prophetia. Alij datur poteſtas eiiciendi dæmones, alij verò datur facultas interpretandi ſcripturas diuinas, alius temperantiam corroborat, alium inſtituit ad eleemoſynam, alium docet ieiunare & exerceri ad pietatem & res corporeas contemnere, alium præparat ad martyrium, atque ſic alia in aliis operatur.*

Domine, da mihi hanc aquam.

1345. D*Omine, da mihi hanc aquam.* Vbi de commodo noſtro agitur omnia nobis facilia videntur. Mulier hæc difficultates obiiciebat, quùm rogabatur: quùm cœpit petere nullas reperit.

Priùs aquam quærebat mulier vitandi laboris causâ, ne ampliùs cogeretur ad puteum illum aquam hauſtura ire: vbi verò cognouit eum, cum quo ſermonem ſerebat, verum eſſe Meſſiam, aquæ obliuiſcitur, & (quod magis mirum) nihil mundanum quærit; immò (vt ait S. Thomas in *Nouarin. in Euang. Tom. III.* Catenâ) *nihil mundanum eum interrogauit.* Christi putauit iniuriam, à Saluatore aliud quærere, quàm quod ad ſalutem ſpectaret.

Voca virum tuum.

V*Oca virum tuum.* Oſtendens nihil poſſe rogare, aut accipere fœminam, ne aquam quidem abſque mariti conſenſu; quia nihil debet eſſe inter eos diuiſum.

Vade voca virum tuum. Cur ad mulieris verbum non reſpondet? vt eius indigentiæ reſponderet. *Non reſpondet,* inquit hîc Ferus, *ad verbum mulieris; videbat enim omnem admonitionem eſſe fruſtraneam, quamdiu mulier peccatum ſuum non agnoſceret. Sicut enim qui ſanus eſt, nihil vel medicos, vel medicinas curat, imò irridet eos, qui his vtuntur. Cùm autem infirmari cœperit, longè aliter affectus eſt, imò nihil non agit, vt medicos & medicinam habere poſſit, &c. Sic Euangelium facilè contemnitur, dum non ſentitur peccatum: reuelato autem peccato, tum demum ad peccati remiſſionem animus ardet. Sic nihil aliud obſtabat vel impediebat mulierem illam, quàm quòd nondum ſentiebat peccatum. Vt igitur ſollicita fiat ad iuſtitiam quærendam, Christus eam inducit ad peccati agnitionem: Vide autem quam clementer id faciat, poterat dicere, peccatrix es, ſic & ſic egiſti, niſi pœnitentiam egeris, peribis. Sic, inquam poterat eam durè arguere, ſed vſa eſt arte ſua Dei Sapientia, vt nec illam moleſta verecundia pulſaret, & tamen neceſſariam peccati confeſſionem eliceret.*

Quinque enim viros habuiſti.

Q*Vinque enim viros habuiſti.* Viros habuerat, à viris habita. Non eam adulterij inſimulat, nõ in eam velut in adulteram inuehitur. Lenius in eam agit, leniter corrigit, ne acriori reprehenſione, verborumque acerbitate eius conuerſionem impediret. *Magna prudentia,* inquit ſcitus ille author, *& ſuauitas Christi hæc eſt. Non inuehitur contra eam, non adulteram vocat; ſed modeſtiſſimè eius peccatum manifeſtat: adulterij enim occulti ſignificatio, imperfectæ fœminæ ſatis magna erat correctio, nec opus erat acerbitatem adiungere verborum; maximè quia hoc reuelabat, non tam vt illius inſimularet incontinentiam quàm vt ſuam ei manifeſtam faceret dignitatem & excellentiam, eamquè ad ſui fidem alliceret.* 1346.

Domine, video, quia propheta es tu.

A*Deò non eſt indignata, obiici ſibi ſuum peccatum, vt prophetæ eum titulo donet. Non negauit peccatum, ne maius redderet: ſed rectè modeſtéque faſſa eſt, dum prophetam appellat eum, qui eius culpam reuelauerat. *Mulier iſta,* inquit author ille, *eſt, quem ſecreta & occulta ſcire experiebatur, contradicere, ſuumque negare peccatum non eſt auſa: expreſſis tamen verbis confiteri pudor forſan impediebat. Modeſtè veritatem aperit, dicentis verba confirmans. Vis autem ſimplicibus verbis, parum viſum ei eſt? propterea duo ſimul effecit: & veritatem eſt confeſſa, & veritatis authorem affecit honore. Non ſolum vera dicis (reſpondit) ſed, Domine, tu es propheta, qui vera dixiſti, & ex ſpiritu Diuino loquutus es. Magnum ſalutis eſt argumentum, correctionem acceptare, & veritatem ſubmiſſè recognoſcere: ſicut è contrario, correctionem contemnere,*

temnere, damnationis eſt indicium.

1347. Effert Chriſtum: prophetam, vocat, quòd eius peccatum deuelauerat. Adeo correctionem non ægrè tulit, vt extulerit corripientem. Abire à culpâ volebat, quæ non abit, ab eo qui culpam detexerat. *In hoc notatur eius patientia*, inquit Vgo, *& voluntas correctioni parata; quia non ſolùm amat correctionem, ſed extollit & laudat correctorem.*

Propheta es tu. Prophetam vocat, quia eius occulta prodiderat. Eiurat hîc ſuum ſexum mulier, dum curioſitate non corripitur. Prophetam nonerat: cur igitur occulta alia etiam de aliis non ſciſcitatur? tantùm de loco, vbi Deus adorandus ſit, quærit. Curioſa & inutilia quærere prætermitit, vt non mirum, ſi tantum Chriſti alloquio profecerit. Benè Liranus hîc: *Cognoſceas eum prophetam non conuertit ſe ad quærendum de curioſitatibus vt de euentu futurorum & conſimilibus; ſed de modo vel loco colendi Deum.*

Domine vt video propheta es tu. Prophetam eum vocat, quòd ſcilicet culpam retexerit, quam illa tam cautè celare ſtuduerat. Ecce cum quo loquitur mulier effert, vt interim hanc à ſe auferat ignominiam quod ab aliorum notitia neſciuerit virum ſuum ſubducere. *Arguit*, inquit bonus ille doctor, *ex hiſtoriæ narratione prophetam, maiult alij eam laudem accedere, quod diuinare arcana potuerit, quàm eam ignominiam ſibi quod neſcierit ſua probra celare.* Licet in hoc plerunque luxuriæ mancipia errent, quod putent ſuas fœditates latere, cum manifeſtæ ſint.

Prophetam vocat Ieſum mulier; quia occultum erat nec ciuibus loci notum? virum illam habere quinque veris maritis iam elatis, *Minus quidem & longè minus*, inquit Rupertus, *quàm ille erat confeſſa eſt: ſed, confitendo quantum perceperat, di-*
1348. *gnam ſe fecerat cui crederet Ieſus totum, quod erat.*

Propheta es tu Tectè confitetur peccatum ſuum, & Ieſu excellentiam celebrat: deprimit ſe, Ieſum effert. Non ægrè tulit obiici illi peccatum, &(quod plus eſt) nullam ſuæ culpæ affert excuſationem; vt non mirum, ſi ſalutem repererit, quæ culpæ velamina non obtendit. Adeo non indignè tulit ſe corripi, vt corripientem extulerit, & prophetæ donauerit titulo.

Patres noſtri in monte hoc adorauerunt.

P*Atres noſtri in monte hoc adorauerunt.* Cùm de eius peccatis ageretur, aliò ſermonem flectit mulier adhoc imperfecta. *Sæpè accidit*, inquit ille author, *quandò aliquid non admodum libenter audimus, aliquam ſolemus excitare diuerſam quæſtionem, de quâ, dum fit ſermo, quod erat auditui minus gratum, relinquatur. Erat adhùc mulier imperfecta; & propria errata audire, & multum in eâ materiâ morari (vt imperfectis euenire ſolet) moleſtum duxit. Samaritanorum etiam partes agens, controuerſiam communem & celebrem proponit, & in proponendo ſuam auget & firmat cauſam, contrariam verò debilitat: hoc enim humanum eſt artifi-*
1349. *cium.*

Patres noſtri. Cùm, *prophetam*, Ieſum mulier vocauiſſet, quæſtionem ei proponit prophetâ dignum. Sed, cur non amplius aquam poſtulat? An, quòd exiſtimaret, non dandam eſſe impudicæ, ſeque prorsùs indignam reputaret? An quòd inciperet cognoſcere, promiſſum illud myſticum eſſe, nec loquentia Chriſti verba de ſenſibili aquâ intelligenda, ſed de ſpirituali? Scilicet, quo quis diutius cum humilitatis magiſtro verſatur, humilitatis ſpiritum copioſius ab eo haurit, & à terrenis ad ſpiritualia erigitur, ab imiſque in ſublimia euolat.

Et Pater tales quærit, qui adorent eum.

Q*Uærit qui verè adorent eum.* Niſi ille quæreret, nullus illum verè adoraret, niſi Deus quæreret, Deus non quæreretur; Ad ipſum nullus ire niſi per ipſum poteſt; inepta hominis imbecillitas ſi ſola, apta euadit, ſi Dei manu aptetur.

Ego ſum, qui loquor tecum.

E*Go ſum, qui loquor tecum*; Vix alteri reperies ita manifeſtè Chriſtum aperuiſſe quiſnam eſſet; rem egregiè vrget hic Porrecta; *Ego ſum qui loquor tecum, mira certè gratia, vbi inueniſti vnquam Saluatorem noſtrum diſcipulis ſuis de ſeipſo ſic apertè locutum? Nunquid & Iudæis vrgentibus atque dicentibus Ioan.* 10. *Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus dic nobis palam, voluit ſeipſum ita clarè manifeſtare? Non. Et tamen nunc vltrò, & in prima quidem ad Samaritanam ſermocinatione verbis ſe eſſe Chriſtum tam perſpicuis aperit; vt nihil ſupra, Quare hoc? Vt hinc agnoſcas, primò, quod illi non pro diſcendo quærebant, ſed pro tentando, hæc verò ex ſimplici mente loquebatur. Secundò hæc manifeſtatio non erat periculoſa ad præueniendam paſſionem eius, qua ratione prohibuit aliquando diſcipulis publicare, ſeipſum eſſe Meſſiam, vel etiam in monte transfiguratum. Tertiò, quod gentiles præfigurabantur, notitiam clariorem de Chriſto habituri, quàm Iudæi, & magis, quàm ipſi hanc notitiam faciliter (vt in muliere iſta aliiſque poſtea Samaritanis patet:) recepturi, cum magnaque deuotione conſeruaturi. Ego ſum (inquit) qui loquor tecum.*

Mirabantur, quia cum muliere loquebatur.

M*Irabantur, quia cum muliere loquebatur.* Et vnde orta hæc diſcipulorum admiratio? An, quia anteà hoc in magiſtro non viderant? *Admirati ſunt diſcipuli*, inquit Euſeb. lib. 3. de demonſtr. Euang. cap 6. *quòd Dominus cum muliere loquebatur; inopinatum quiddam atque inſolitum ſe intueri arbitrantes, tanquàm ij, qui nunquàm ante hac idem vidiſſent.*

Nemo tamen dixit: Quid quæris?

N*Emo tamen dixit: Quid quæris?* A curioſita- 1350.
te aberant diſcipuli. Nihil de muliere illâ ſcire poſtulant; nihil de ſermone, quem inter illum illamque fuiſſe conijciebant, ipſi interrogant. Vt curioſitas omnis ableganda ſit, ſed tunc præcipuè, quùm de mulieribus agitur, quarum tutior ignorantia, quàm notitia eſt; etiamſi mulieres ſint, quæ cum Chriſto verſentur, loquantur cum Chriſto.

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier.

R*Eliquit ergo hydriam ſuam mulier.* Mulier dicitur, quæ de ſuo ſexo vix aliquid retinebat præter ſexum. Aquæ hydriæquè ferè oblita, totam ſe ad aliorum ſalutem quærendam dat. Vera hæc doctoris conſignatio, vt, ſua vtilitate commodó-

que

que neglecto, allorum curet ſalutem. *Præ magnitudine deuotionis*, inquit hîc ſanctus Thomas, *illud, pro quo ſpecialiter venerat ad fontem quaſi oblita dereliquit, aquam & hydriam: vnde dicit, quod reliquit mulier hydriam ſuam, & abiit in ciuitatem; annunciare ſcilicet magnalia de Chriſto, non curans de corporeo commodo propter vtilitatem aliorum.*

1351. Hydriam Samaritana domum non retulit, contenta gratiâ & doctrinâ, quâ à Chriſto donata fuerat. *Non aquam*, inquit S. Cyrillus hîc, *à terreſtri hauſit fonte, nec terreſtrem hydriam domum reportauit; ſed Cæleſti Saluatoris gratiâ & doctrinâ plena, ad docendos alios continuò fuit profecta. Vnde diſcimus, maiora melioraque à Deo nos conſequuturos, ſi parua hæc & temporalia neglexerimus.*

Reliquit ergo hydriam ſuam mulier. Vero fonte inuento, hydriam deferendæ aquæ aptam contemnit. *Conſidera*, inquit hîc ſanctus Chryſoſtomus, *mulieris ſtudium, conſidera ſapientiam. Venerat hauriendæ aquæ gratiâ; &, cùm verum fontem inueniſſet, contempſit alterum: vt nos exemplo (licèt paruo) admoneret, ſpiritualium gratiâ ſæcularia omnia eſſe nobis contemnenda; neque eorum, niſi ad neceſſitatem, vllam rationem habendam.*

1352. Hydriam reliquit mulier, vt citiùs ciuibus ſuis opem ferret: multum quippe temporis interceſſiſſet, ſi & aquam hauſiſſet, domumque ſuam, ſuam hydriam detuliſſet. *Hydriam reliquit*, inquit ille, *in vſum ipſius Chriſti & diſcipulorum; & ne tanto diutiùs tanto bono ciues priuaret, ſi priùs domum hydriam deportaret.* Maior illi cura ſuorum ſalutis, quàm ſui commodi temporalis, ſuæ vtilitatis.

Hydriam reliquit, quæ Diuinæ gratiæ euaſerat vas. *Relinquens aquæ vaſculum*, inquit Sanctus Ambroſius in cap. 3. Eccleſiaſtici, *ad ciuitatem non refert hydriam; ſed fert gratiam. Vacua quidem videtur reuerti onere; ſed plena reuertitur ſanctitate. Plena, inquam, redit; quia, quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix; &, quæ hydriæ vaſculum amiſerat, Chriſti plenitudinem reportabat, in nullo ciuitati ſuæ inferens detrimentum: nam, etſi ciuibus aquam non intulit, tamen fontem ſalutis inuexit.*

1353. Reliquit hydriam Samaritis, vt expeditior ad ciuitatem ſuis ciuibus Chriſtum annunciatura iret; omnibus rebus innuens præferendam aliorum ſpiritualem vtilitatem. Nimirum, qui alios docturus eſt, nullo rerum corporearum affectu teneri poteſt, nullâ rerum terrenarum cupiditate grauari. Præclarè Origenes tom. 14. in Ioann. *Non fruſtrà reor ſcripſiſſe Euangeliſtam de dimiſſione hydriæ, quòd reliquerit illam mulier profecta ad vrbem; oſtendens (quod ad textum quidem attinet) ſtudium maius, quàm pro Samaritide; vt quæ reliquerit hydriam, non ſic cordi habens corporeum & humile officium, vt multorum vtilitatem. Humanitate enim mota eſt, quæ voluit ciuibus euangelizare Chriſtum, ipſi teſtimonium dans, quòd omnia, quæcunque feciſſet, ſibi dixerit. Inuitat autem ipſos ad videndum hominem habentem rationem ac ſermonem longè homine præſtantiorem: id enim, quod de eo noſtris oculis aſpectabile erat, homo erat. Quamobrem obliuiſcamur & nos neceſſe eſt, rerum corporalium; hiſque omiſſis feſtinemus ad communicandam aliis, quam participauerimus, vtilitatem.*

Præterea reliquit hydriam, quia ita ibat, vt redire vellet. *Reliquit hydriam ſuam*, inquit hîc B. Dionyſius Carthuſianus, *quia intendebat ſtatim reuerti; & pleniùs informari.* Plerique alios ad Chriſtum vrgent, ſed ipſi ad ipſum nolunt ire: quod faciunt ij doctores, qui perfectionis viam aliis indicant, quam inire ipſi detrectant. Addit Carthuſianus: *Sic & nos, dum illuminationem & gratiam Chriſti experimur, hydriam noſtram, id eſt ventris curam, voluptatem, omnemque terræ ſubſtantiam parvipendere vel abiectare debemus; aliôſque ad ſimilem gratiam pro poſſe adducere: Vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo, quemadmodum in Eccleſiaſtico legitur.*

SECTIO IV.

Samaritanæ mulieris laus. 1354
Paulatim ad ſumma auditores traducendi. 1354
Chriſti præſentia quàm magna ſecum bona vehat. 1355
In Chriſto plura reperimus quàm verbis poſſit explicari. 1356
Terrenam gloriam calcat qui diuino igne ardet. 1356
Verus pænitens nihil aliud in ſe videt quàm culpas. 1357
In luxuriæ vitio alia plerunque latent. 1358
Dei gloria etiam per propriam ignominiam quærenda. 1358
Humilitas vt commendata. 1359
Ad alterius gratiam minimè loquendum. 1359

Abiit in ciuitatem.

ABiit in ciuitatem. Altera, ac venerat, abiit. 1354.
Mulier venerat: & virili fortitudine, ſuo ſexu maior redit ad ſuos, quæ priùs ad ſe redierat, ſibi reſtituta. Nicodemo eam pariat, ac præfert Sanctus Chryſoſtomus hîc, dum ait: *Credidit continuò mulier, longè Nicodemo ſapientior; nec ſapientior ſolum, ſed & fortior. Ille, huiuſmodi pluribus auditis, neminem aduocauit, neque ſibi confidit: hæc Apoſtolico officio functa eſt, omnibus audita annuncians, & populum extra ciuitatem ad Chriſtum aduocans ac trahens vniuerſum. Ille, quomodo poſſunt hæc fieri? inquit: neque manifeſtum ſpiritus exemplum à Chriſto adductum accipit: mulier verò primùm parumper haſitauit; mox, non expectatâ confirmatione, ad eius ſermonem tanquàm certum accipiendum properat.*

Venite, & videte hominem.

VEnite, & videte hominem. Signatè, *hominem*, dixit, non *Meſſiam*, ne irrideretur & reiiceretur. A Chriſto nimirum didicit paulatim ad ſumma auditores ſuos traducere. Quod in ſe factum nouerat, hoc præſtat in alios. *Non inueniſſe ſe Chriſtum dicit* (verba ſunt S. Cyrilli Alexandrini ad verba producta) *nec ſtatim incipiens, narrationem de Saluatore texit, ne à Samaritanis, qui mores eius cognouerant, tanquam decipiens, & quaſi maiora, quàm intelligere poſſet, dicens, derideretur. Miraculo ergo narratione propoſitâ præparauit auditores ad fidem.* Et Vgo ad hæc verba. *Non dicit: Venite & videte prophetam, ſed hominem: didicerat enim ex alloquutione Chriſti ſecum factâ, qualiter paulatim, & quieſcibiliter eos deberet adducere; ſicut & ipſa ab homine in prophetam eſt eleuata, & à prophetâ in Meſſiam.*

Venite, & videte. Comitem ſe quoque ſpondet. 1355.
Iterum ad eum redire cupiebat, à quo tam magno affecta erat beneficio. Nulla cibi, nulla potus fit mentio. *Oblita cibi & potus, parem magiſtro vicem reddebat*, ait ille.

Venite, & videte. Nuda viſio & Chriſti præſentia grandiora vobis offeret quàm poſſit meus ſermo, qui rei magnitudini explicandæ omnino impar. *Non ſibi tantum authoritatis auſa eſt arrogare, vt doceret: quod ex magnâ fuit humilitate* (eiuſdem doctoris verba ſunt) *quâ illos fidem tanti myſterij conſequi ſuâ narratione indignam ſe iudicauit.*

Venite, & videte. Suis ciuibus adeò Chriſtum
1356. non inuidit mulier, vt ad videndum eum inuitaret;
probè ſciens, illos in eius præſentiâ plura reperturos, quàm ipſa poſſet verbis explicare. *Et non dixit*, inquit Ammonius hîc in Catenâ Græcâ: *Venite, credite. Sed: Venite, videte, quod & facilius erat, eoſque magis alliciebat: ſciebat profectò eos, ſi duntaxat deguſtaſſent, eadem de eo, quæ & ipſa, ſenſuros.*

Qui dixit mihi omnia quæcunque feci.

Dixit mihi omnia quæcunque feci Quæ Diuino igne ardere incipit, ſuæ famæ obliuiſcitur, gloriam terrenam calcat, & dedecus, honoris loco habet. *Venite, inquit, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: nec erubeſcit illud profiteri*, ait S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ: *potuiſſet namque aliter dicere: Venite, videte prophetam, ſed, quùm anima Diuino igne exardeſcit, nihil ampliùs terrenum curat, non gloriam, non dedecus; ſed eius flamma feruore tantum mouetur.*

1357. *Dixit mihi omnia.* Dixerat, quod in eius vitâ præcipuum erat. *Non omnem vitam ſuam à Chriſto acceperat*, ait S. Chryſoſtomus: *ex his tamen, quæ dixerat & cætera credidit.* Omnia dixit; quia nihil boni mulieris menti occurrit, quod ab illâ actum eſſet, Verus pœnitens, & verè à veteri vitâ reſipiſcens, nihil aliud ferè in ſuæ vitæ ſerie videt quàm culpas.

Et dixit mihi omnia quæcunque feci. Supra ſeipſum ſe ſuum hæc mulier effert, dum verecundiam omnem ponit, & à Chriſto detecta ſua peccata detegit. Omnia dixit, *id eſt de omnibus maiora* (inquit Vgo) *quia eam et occulta dixerat, omnia poſſe dicere credebat. Vel omnia dixit, id eſt totam ſeriem vitæ meæ: diù enim vixerat cum illis quinque viris.*

1358. *Omnia quæcunque feci.* Dixit mala, vt ego deſiſterem eſſe mala. Peccata autem ſua vulgat hæc mulier, vt peccatores à peccatis auerteret, ad Cæleſtem medicum traheret. Sanctus Chryſoſtomus homil. in Samaritanam ſic eam loquentem facit: *Cuncta mea peccata diuulgo, vt vos manuducam, vt vos Deum, qui ad homines venit, cernatis. Mala mea publico, vt Chriſtus adoretur, qui peccatores non auerſatur. Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci: vel ipſis Apoſtolis prædicat vehementiùs.*

Qui dixit mihi omnia, quæcunque feci. Et quî omnia dixit, qui vnum tantum adulterij crimen obiecit? An omnia dixit, quia in vno alia clauduntur nam vbi laſciuiæ, & luxuriæ lapſus, ibi alia ſolent adeſſe ſcelera.

Chriſtum mulier prædicat; nec veretur ſecreta ſua pandere, dummodò Chriſtus omnibus innoteſcat. Verus Chriſti cultor *exiſtimationi ſuæ non parcit, vt Chriſti nomen illuſtret*; & gloriæ loco habet, qui Deum amat, per propriam ignominiam eius gloriam quærere.

Nunquid ipſe eſt Chriſtus?

1359. *NVnquid ipſe eſt Chriſtus?* Cur non apertè aſſerit, quod ab ipſo didicerat? *Non eſt auſa* (inquit hîc ſanctus Thomas) *aſſerendo oſtendere, quòd eſſet Chriſtus, ne videretur alios velle docere, & ipſi ex hoc irati exire ad eum nollent: nec tamen totaliter hoc ſiluit, ſed ſub quæſtione, quâ hoc eorum iudicio committens, propoſuit dicens: Nunquid non ipſe eſt Chriſtus? hic enim facilior modus eſt ſuadendi.* Non ſe tam grande myſterium ſcire iactauit mulier, nec à Chriſto ipſo edoctam; vt non mirum, ſi tantum profecerit, quæ tam demiſsè de ſe ſentiebat; & fructum ad ſuos extenderit, dum ſe intra ſe ipſam tantæ humilitatis ſenſu continebat.

Exierunt ergo de ciuitate.

MVlieris verbis facilè credunt Samaritani: *videbant enim* (inquit S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ) *non ad gratiam loquutam: neque verò, vt alteri gratificaretur, vitam ſuam manifeſtaret.* Scilicet in eo ſermone vis & gratia perit, quem ad alterius gratiam, aut etiam ſui, prædicator effundit.

SECTIO V.

Suorum ſalutis quàm ſtudioſus præſul eſſe debet. 1360
Comedere Chriſto iubente, & eſcam benedicente Apoſtolorum mos. 1360
Lucrandarum animarum fames quàm magna in Chriſto. 1360
Bonus Chriſti cibus, malorum conuerſio. 1361
Salus hominum Chriſto omni cibo ſuauior. 1361
Sui contemptus quantas vires habeat. 1362
Nuda Chriſti præſentia quàm ingens bonum. 1363
Benè locum Chriſto parat qui mentem præparat. 1363
Gratitudo quàm Chriſto placeat. 1364
Grauiori morbo prius occurrendum. 1364
Vnius infirmitas ſæpè toti prodeſt familiæ. 1364

Rabbi, manduca.

R*Abbi, manduca.* Maior illi noſtræ ſalutis cura, 1360.
quàm ſui corporis. Quod exemplum præſulibus ſpectandum & imitandum. Rectè S. Cyrillus Alexandrinus hîc. *Cùm citò, inquit, venturos ad ſalutem Samaritanos non ignoraret, ſic inde pendet, vt, quamuis ex itinere fatigatus eſſet, nullam tamen corporis haberet rationem. Ita exemplo ſuo ſaluti hominum potiùs, quàm proprio corpori ſtudere paſtoribus Eccleſiæ perſuadet, ne illud propheticum audiamus: Væ, qui opus Domini facitis negligenter. Vt igitur non ignoremus in huiuſmodi maximè temporibus ieiunaſſe Dominum, non prætermiſit, quomodo à diſcipulis rogabatur, vt manducaret.*

Rabbi, manduca. Ad hæc verba, hæc habet B. Dionyſius Carthuſianus: *Compatiebantur fatigationi ſui magiſtri, & propriæ fami conſulere quæſierunt: ipſi namque eſuriebant; &, quia non præſumebant comedere, niſi magiſtro iubente, incipiente, & eſcam benedicente, idcirco rogabant, vt manducaret.*

Rabbi, manduca: Inuitatus à diſcipulis noluit manducare: quia nimirum (vt ait S. Bonauentura in Meditat. de Vitâ Chriſt. cap. 32.) *expectabat illos, qui veniebant de ciuitate, vt eis primò prædicaret; priùs operari volens ea, quæ ſpiritus erant, non corporis, quantumcunque tunc indigeret.* Maior eum animarum lucrandarum fames corripiebat, quàm ferculorum.

Ego

Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis.

1361. E*Go cibum habeo manducare.* Bonus Chriſti cibus, malorum conuerſio; & ſapidum ferculum, inſipientium reſipiſcentia. *A rebus*, inquit S. Cyrillus Alexandrinus hîc, *quæ iam inſtabant, reſponſio texitur, occultiúſque ſignificatur. Quòd ſi diſcipuli ſcirent de Samaritanorum conuerſione iam agi, de illo cibo magis cogitare, quàm de corporali, conſulerent. Hinc etiam diſcimus, quanta ſit erga homines Dei charitas; quaſi enim cibum ſuum putat perditorum hominum conuerſionem.*

Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Quem cibum? *Salutem hominum*, inquit hîc Theophylactus, qui cibus omni alio dulcior & ſuauior, *Quam ſalutem tanto deſiderio auebat quantò nullus noſtrûm ſenſibilem cibum.* Pergit. *Cibum autem nominans, hominum ſalutem, docet diſcipulos, vt & ipſi, cum ordinati ſint in magiſtros Orbis, minoris faciant corporalem cibum; omneque deſiderium ſuum eò transferant, vt ſaluent homines.*

Nunquid aliquis attulit ei manducare?

1362. N*Vnquid aliquis attulit ei manducare?* Ita inter ſe loquebantur Apoſtoli, non auſi ob reuerentiam magiſtrum interrogare. *Quid mirum*, inquit Sanctus Auguſtinus, *ſi mulier illa non intelligebat aquam? Ecce diſcipuli non intelligunt eſcam.*

Ex ciuitate autem illâ multi crediderunt in eum Samaritanorum.

MVlti Samaritanorum in Chriſtum crediderunt propter verbum mulieris *teſtimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.* Quanta vis mulieris verbis indita, vt poſſet Samaritanorum mentem flectere, & vocare ad Chriſtum! vt hinc diluceat, quanti apud Deum ſit, ſui contempto, & verecundiæ victoriâ, aliorum ſalutem quærere, ac (vt ita dicam) venari. *Nota*, inquit hîc Carenſis Vgo, *quòd Dominus dedit virtutem verbo mulieris; quia verecundiam omnem contempſit, & ſe vilificauit, nec vitam ſuam diuulgare timuit: ita, ſi nos contemneremus noſmetipſos, credo quòd nos proficeremus.*

Rogauerunt eum, vt ibi maneret, & manſit ibi duos dies.

1363. R*Ogauèrunt eum:* non verbis tantùm, ſed geſtu etiam corporis, ſi verum eſt, quod ait Nonnus in ſuâ Paraphraſi. *Flexis genibus*, inquit, *ſupplices rogabant Chriſtum beneuolo quodam ſermone.* Sed cuius rei gratiâ? *Vt ibi maneret.* Et cur non aliquod donum ab eo poſtulant? Et quid maius ab ipſo obtineant, quàm ipſum? Nuda Chriſti præſentia, nuda non eſt. Non negat ille ſua, quibus exhibet ſe.

(Voti compotes eos fecit) manſit apud illos duos dies. Addit idem Nonnus, eum illis ad illorum ciuitatem ſe contuliſſe. *Orantibus*, inquit, *annuit eorum petitionem, & velox in ciuitatem venit vnà cum illis iter faciens.* Non præmiſit eos, vt pararent locum, maximoque cum honore reciperent: Honoris loco ille habebat, non honorariori loco excipi, ſed puto animi affectu amoreque, qui eius conſortio etiam in viâ excitari poterat & augeri. Bene locum Chriſto parat, qui mentem præparat.

Manſit ibi duos dies. Cur non plures? *Temperat manſionem* (inquit hîc Caietanus) *vt & ſalutaris ſit Samaritanis, & occaſionem ſubtrahat Iudæis diuertendi ab eo tanquam à Samaritano, quam habuiſſent, ſi diu cum Samaritanis manſiſſet.*

Venit ergo iterum in Cana Galilææ.

V*Enit ergo iterum in Cana Galilææ.* Eò nimirum facilè vocatur, vbi viget gratitudo; & cum illis lubens verſatur Chriſtus, qui eius beneficia verſant. Præclarè S. Cyrillus Alexandrinus hîc. *Libentiùs cum gratis hominibus & cum iis, qui beneficiorum ſenſum aliquem capiunt, Chriſtus conuerſatur, maioraque largiri paratus eſt. Petit igitur Cana, iterum miracula editurus, vbi, omnia cum poſſe, opinio quodammodo aliqua hominum animis inhæſerat.* 1364.

Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.

N*Iſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.* Antequam filium ſanitati reſtituat, curare ſtudet patrem; occurrens nimirum morbo, qui grauior, qui periculoſior. *Notandum*, inquit Ianſenius, *Chriſtum priùs operam dediſſe, vt curaret morbum patris, quàm filij; vt qui grauior eſſet & periculoſior, & ad officium Chriſti magis pertinens, magis enim venerat ad ſanandum animas, quàm corpora.*

Et credidit ipſe, & domus eius tota.

E*T domus eius tota.* Scilicet vnius hominis infirmitas multis profuit; iacet vnus, omnes eriguntur; *Videmus*, inquit Ferus, *vnius hominis infirmitatem profuiſſe ad ſalutem vniuerſæ familiæ, vt vel hinc diſcamus, Deum ideò aduerſa immittere, non vt nos perdat, ſed vt nos ſaluet.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT V. IOANNIS.

Verſ. 1.

POST hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.

Poſt hæc. *Arab. Et poſt hæc. Euth. Poſt hoc.*
Dies feſtus. *Ar.M. Feſtum.*
Iudæorum. *Arab. Iudæis.*

Verſ. 2.

Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Bethſaida, quinque porticus habens.

Probatica piſcina. *Syr. Locus quidam baptiſterij. Euth. In probaticâ piſcina. Theoph. Ad probaticam piſcinam. Pagn. Super probaticam piſcinam. Quidd. Cod. Super probaticâ piſcina.*
Quæ cognominatur. *Syr. Qui vocatur. Pagn. Quæ dicebatur. Al. Quæ nominabatur.*
Bethſaida. *Arab. Bethſaida, cuius interpretatio eſt piſcina ouium. Euth. Betheſda. Mar. Domus piſcationis. Quid. Domus miſericordiæ.*

Verſ. 3.

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.

In his. *Syr. Et in his. Arab. Et in eâ.*
Iacebat. *Arab. Erant proſtrati. Euth. Decumbebat.*
Multitudo magna. *Syr. Plebs multa. Arab. Multi. Theoph. Multitudo.*
Languentium. *Syr. Ægrotantium. Arab. Infirmi. Vat. Ægrorum.*
Cæcorum. *Syr. Et cæcorum. Arab. Cæci.*
Claudorum, a. *Arab. Claudi & aridi.*
Expectantium. *Syr. Ac expectabant. Arab. Et expectabant.*
Aquæ motum. *Syr. Motum aquarum. Arab. Motionem aquæ.*

Verſ. 4.

Angelus autem Domini deſcendebat ſecundùm tempus in piſcinam, & mouebatur aqua: & qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quâcunque detinebatur infirmitate.

Angelus autem D. *Goth. Angelus autem. Pagn. Angelus enim.*
Deſcendebat. *Arab. Deſcendebat ad intinctionem.*
Secundùm tempus. *Syr. Aliquando. Arab. Ad tempus. Euth. Statuto tempore. Pagn. Certo tempore.*
In piſcinam. *Syr. In baptiſterium. Arab.* omittit.
Mouebatur aqua. *Syr. Turbabat eis aquam. Arab. Mouebat aquam. Vat. Turbabat aquam.*
Et qui p. *Arab. Et qui priùs. Theoph. Itaque qui primus.*
Deſcendiſſet. *Euth. Introiſſet.*
In piſcinam. *Syr. & ferè omnes* omittunt.
Motionem. *Syr. Turbationem aquarum. Fr. Luc. Turbationem.*
Sanus fiebat. *Syr. Sanitati reſtituebatur.*
A quacunque detinebatur i. *Syr. A quocunque dolore afficeretur. Arab. Ab omni languore, qui eſſet in eo. Euth. A quocunque detentus fuiſſet morbo. Ar.M. Quo tandem detinebatur morbo.*

Verſ. 5.

Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ.

Quidam homo. *Arab. Vir.*
Triginta & o. a. *Syr. Qui tricesimum octauum annum. Arab. Per triginta octo annos. Vat. Qui triginta & octo annos.*
Habens in i. ſ. *Syr. Agebat in malâ valetudine. Arab. Infirmus. S. Aug. Habebat in infirmitate. Pagn. Habens in infirmitate. Vat. Morbo tenebatur. Fr. Luc. Habens in ægrotatione ſua.*

Verſ. 6.

Hunc cùm vidiſſet Ieſus iacentem, &

Hunc cùm v. *Syr. Hunc vidit. Arab. Reſpexit in hunc. Ar. M. Hunc videns.*
Iacentem. *Theoph. Decumbentem.*
Cognouiſſet. *Syr. Cognouit. Ar. M. Cognoſcens.*

cognouiſſet

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

cognouiſſet, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri?

. *Fr. Luc. Nouiſſet.*
Quia iam multum t. h. *Syr. Eum multo tempore eſſe in morbo. Arab. Quia eſſent illi anni multi. Euth. Quòd multo iam tempore ægrotaret. Theoph. Quòd iam multum temporis morbo teneretur. Pagn. Quòd iam multum temporis haberet in infirmitate. Vat. Eum iam multo tempore affici.*
Sanus fieri? *Syr. Sanitati reſtitui.*

Verſ. 7.

Reſpondit ei languidus: Domine, hominem non habeo: vt, cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit.

Et languidus. *Syr. Languidus ille & ait. Arab. Ille infirmus, & dixit. Vat. Et ægrotans.*
Domine. *Syr. Etiam Domine mi. Arab. Vtique Domine.*
Hominem non h. *Syr. Nemo eſt autem. Arab. Sed non eſt mihi homo.*
Vt, cùm turbata f. a. *Syr. Cum turbata fuerint aqua. Arab. Vt, dum mouetur aqua. S. Aug. Vt, cùm mota fuerit aqua.*
Mittat me in p. *Syr. Qui mittat me in baptiſteriam. S. Aug. Me deponat in piſcinam.*
Dum venio e. e. *Syr. Sed priuſquam ego veniam. Pagn. Sed interim, dum venio ego. Ar. M. In quo autem venio ego. Fr. Luc. In quo autem tempore venio ego.*
Alius. *Pagn. Iam alius.*

Verſ. 8.

Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

Surge. *Ar. M. Excitare.*
Grabatum. *Syr. Lectum.*
Ambula. *S. Epiph. Vade in domum tuam:* vel. *Vade in domum tuam ſabbato.*

Verſ. 9.

Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbatum in die illo.

Et ſtatim. *Syr. Eoque momento. Euth. Confeſtim.*
Sanus factus. *Syr. Sanitati reſtitutus. Euth. Sanus effectus.*
Homo ille. *Syr. Vir ille. Arab. Homo.*
Suſtulit grabatum. *Syr. Surgens ſuſtulit lectum. Euth. Tulit grabatum.*
Ambulabat. *Syr. Abut.*
Erat autem. *Syr. Eratque.*
In die i. *Syr. Dies ille. Vat. Die illo.*

Verſ. 10.

Dicebant ergo Iudæi illi, qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.

Dicebant ergo. *Syr. Dicunt autem. Arab. Et dixerunt.*
Illi, qui ſ. f. *Arab. Ei, qui ſanatus fuerat. Ar. M. Curato.*
Sabbatum. *Arab. Dies ſabbati.*
Non licet t. *Arab. Et non licet tibi. S. Aug. Non licet tibi facere, quod facis.*
Tollere. *S. Gaud. Portare.*
Grabatum tuum. *Syr. Lectum tuum. Pagn. Grabatum.*

Verſ. 11.

Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

Reſpondit. *Syr. Ille verò reſpondit & dixit.*
Qui me ſ. f. *Syr. Ille, qui effecit me ſanum. Ar. M. Efficiens me ſanum.*
Ille. *Syr. Ipſe.*
Grabatum. *Syr. Lectum.*

Verſ. 12.

Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula?

Ille homo. *Syr. Vir ille. Euth. Homo.*
Qui dixit. *Ar. M. Dicens.*
Grabatum. *Syr. Lectum.*

Verſ. 13.

Is autem, qui ſanus fuerat effectus, ne-

Is autem, qui ſ. f. e. *S. Aug. Sed qui ſanus erat factus. Theoph. Is autem, qui ſanatus fuerat. Ar. M. At ſanatus.*
Neſciebat. *Arab. Non cognouerat.*
Eſſet. *Arab. Eſſet ille.*
Ieſus enim. *S. Aug. Ieſus autem.*

ſciebat,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſciebat, quis eſſet: Ieſus enim declinauit à turbâ conſtitutâ in loco.

Declinauit. *Syr. Subduxerat ſeſe. S. Aug. Declinauerat. Pagn. Subduxit ſe.*
A turba c. *Syr. Per turbam multam, quæ erat. Arab. A turbâ magnâ, quæ erat. S. Aug. Ab eo in turbâ. Pagn. Cùm turba eſſet. Vat. Quòd turba eſſet. Caiet. Turbâ exiſtente. Mar. Præ turbâ conſtitutâ:* vel. *ex Gr. Turbâ conſtitutâ.*
In loco. *Syr. In illo loco. S. Aug.* omittit.

Verſ. 14.

Poſteà inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Poſteà. *Syr. Poſt aliquod tempus. Arab. Et poſt hoc. Euth. Poſt hæc.*
Inuenit. *Euth. Reperit.*
Ecce ſanus. *Arab. Iam ſanus.*
Factus es. *Syr. Es.*
Iam noli p. *Syr. Ne peccaueris ampliùs. Arab. Ne redeas ad peccandum. S. Caſ. Noli vlteriùs peccare. S. Ambr. Vade & poſthac vide ne pecces. Euth. Ne pecces deinceps. Pagn. Ne poſt hæc pecces.*
Deterius tibi a. c. *Arab. Fiat tibi malum maius. S. Cypr. Quid deterius tibi fiat. Orig. Quid deterius tibi accidat.*

Verſ. 15.

Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet, qui fecit eum ſanum.

Abiit. *Syr. Et profectus eſt. Arab. Abiit autem.*
Ille homo. *Euth. Homo.*
Nunciauit. *Syr. Dixit. Theoph. Renunciauit.*
Qui fecit e. ſ. *Syr. Qui ſanauerat eum. Pagn. A quo ſanatus fuiſſet. Ar. M. Faciens eum ſanum.*
Præterea. *S. Hil. Et propter hoc. Euth. Ac propterea.*

Verſ. 16.

Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato.

Ieſum. *Syr. Ieſum, & ſtudebant eum interficere. Arab. Ieſum, & volebant occiſionem illius. S. Aug. Dominum Ieſum. Euth. Ieſum volebantque eum occidere. Theoph. Ieſum, & quærebant illum occidere.*
Quia hæc f. *Syr. Quòd iſta feciſſet.*
In ſabbato. *Syr. Sabbato.*

Verſ. 17.

Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.

Ieſus autem. *Syr. Ipſe verò Ieſus. Ar. M. At Ieſus.*
Reſpondit. *Syr. Dixit.*
Vſqoe modò. *S. Epiph. Hucuſque. Theoph. Vſque ad hoc tempus. Vat. Ad hoc vſque temporis.*

Verſ. 18.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere; quia non ſolùm ſoluebat ſabbatum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.

Propterea ergo. *Syr. Et propterea. S. Aug. Hinc ergo.*
Magis. *Arab. Potiùs.*
Quærebant. *Syr. Studebant. Arab. Volebant.*
Eum Iudæi i. *Arab. Iudæi occiſionem eius. Euth. Eum Iudæi occidere.*
Soloebat. *Arab. Deſtruebat. Pagn. Soluiſſet.*
Et Patrem ſuum d. D. *Arab. Quoniam dicebat: quia Deus, Pater meus eſt. S. Epiph. Etiam quia Filium Dei ſeſe diceret. S. Hil. Quòd proprium ſibi Patrem dicebat Deum. Pagn. Et Patrem ſuum dixiſſet Deum.*
Æqualem ſe f. *Syr. Ac ſe ipſum coæqualem feciſſet. Arab. Et æqualem ſe faciebat. S. Epiph. Æqualem ſe ipſum aſſerens. Pagn. Et æqualem ſe feciſſet.*

Verſ. 19.

Reſpondit itaque Ieſus, & dixit eis: Amen, amen dico vobis: non poteſt Filius à ſe facere quidquam, niſi quod vide-

Reſpondit itaque. *Syr. Reſpondit autem. Arab. Deinde reſpondit eis, &c.*
Non poteſt f. *Syr. Non poteſt agere. Arab. Non facit.*
A ſe. *Syr. Ex voluntate ſui ipſius. Arab. Ex ſemetipſo. S. Cypr. Hier. A ſemetipſo.*
Quidquam. *Syr. Quid. Mar. Vic. Aliquid. Ar. M. Nihil.*
Quod viderit. *Arab. Quòd facit id, quod videt. S. Cyr. Hier. Viderit. Pagn. Qui viderit. Mar.*

xit

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

rit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit.

Quod acceperit.
Patrem facientem. *Syr. Patrem agentem. Mar. A Patre faciente.*
Quæcunque enim. *Arab. Quia opera quæ. S. Hil. Quæ. Marc. Vic. Quæ enim.*
Ille fecerit. *S. Hil. Pater facit. Mac. Vic. Ille facit.*
Hæc. *Mar. Vic. Eadem.*
Et Filius f. *S. Hil. Eadem & Filius. Mar. Vic. Et Filius. Theoph. Itidem & Filius.*

Verſ. 20.
Pater enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei, quæ ipſe facit: & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini.

Pater enim. *Arab. Et Pater.*
Omnia demonſtrat. *Syr. Oſtendit quæcunque. Arab. Oſtendit omnia. Tert. Omnia demonſtrauit.*
Quæ ipſe f. *Syr. Agit. Quæcunque facit.*
Maiora his. *Syr. Quæ ſunt maiora iſtis.*
Demonſtrabit. *Syr. Demonſtrat. Arab. Oſtendet. Tert. Demonſtrauit. Mar. Communicat.*
Opera. *Arab. Operibus.*
Miremini. *Euth. Admiremini.*

Verſ. 21.
Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: & Filius, quos vult, viuificat.

Sicut enim P. *Tert. Quomodo enim.*
Suſcitat. *S.Cyr. Hier. Quos vult.*
Et viuificat. *Syr. Et viuificat eos. S.Cyr. Hier. Viuificat.*
Et Filius. *S.Epiph. Et ita dedit Filio.*
Quos vult. *Arab. Quem vult. S. Epiph. Vt quem vult.*
Viuificat. *S.Epiph. Viuificet.*

Verſ. 22.
Neque enim Pater iudicat quenquam; ſed omne iudicium dedit Filio.

Neque enim P. *Arab. Neque Pater. S.Cypr. Et S. Epiph. Pater.*
Iudicat. *S.Epiph. Iudicabit.*
Quenquam. *S.Cypr. Nihil. S.Epiph. Neminem.*
Omne. *Arab. Vniuerſum.*

Verſ. 23.
Vt omnes honotificent Flium, ſicut honotificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honotificat Patrem, qui miſit illum.

Omnes hoootificent. *Syr. Vnuſquiſque honoret. Arab. Omnes homines honorificent. S.Cyr. Hier. Omnes honorent.*
Sicut honotificant. *Syr. Prout honorat. S.Cyr. Hier. Sicut honorant.*
Qui non h. *S. Epiph. Qui non honorat. Ar. M. Non honorans.*
Non honorificat. *S.Epiph. Non honorat.*
Qui miſit. *Ar. M. Mittentem.*
Illum. *Tert. Filium.*

Verſ. 24.
Amen, amen dico vobis: quia, qui verbum meum audit, & credit ei, qoi miſit me, habet vitam æternam; & in iudicium non venit, ſed tranſiit à morte in vitam.

Verbum meum. *S.Cyr. Hier. Verba mea. Tert. Sermones meos. Pagn. Sermonem meum.*
Credit. *Arab. Credidit.*
Ei. *Tert. In eum.*
Qui miſit. *Ar. M. Mittenti.*
Habet vitam æ. *Arab. Conuenit ei vita æterna.*
Et io iodicium o. v. *Syr. Nec ſubibit iudicium. Arab. Et non veniet in iudicium. S. Hil. Et non iudicabitur. S.Cyr. Hier. Non iudicatur. Theoph. Et in condemnationem non veniet.*
Tranſiit. *Arab. Iam tranſiit. Goth. Tranſit. S.Cyr. Hier. Tranſlatus eſt. Euth. Tranſibit. Vat. Tranſiuit. Quidd. Codd. Tranſiet.*
A morte. *Tert. De morte. Ar. M. Ex morte.*
In vitam. *Goth. Ad vitam.*

Verſ. 25.
Amen, amen dico vobis: quia venit hora, & nonc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei: &, qui audierint, viuent.

Quia venit. *Tert. Veniet.*
Hora. *Euth. Tempus.*
Quaodo mortui a. *Arab. Audient mortui in eâ.*
Qui audierint. *Syr. Ipſi, qui audierint. Arab. Qui audient. Ar. M. Audientes.*

Verſ. 26.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 26.

Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo:

Sicut enim P. *S. Hil. Sicut Pater. Marc. Vic. Vt enim Deus.*
In ſemetipſo. *Marc. Vic. Ex ſe.*
Sic dedit & F. *S. Epiph. Sic & Filius. S. Hil. Ita dedit Filio.*
Habere vitam. *Arab. Vt ſit vita. Euth. Vt vitam haberet. S. Epiph. Eandem habet* : vel. *Vitam habet.*
In ſemetipſo. *Arab. In eo. S. Epiph. In ſeſe* : vel. *Se ipſo. Marc. Vic. Ex ſe.*

Verſ. 27.

Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt.

Poteſtatem. *Fr. Luc. Authoritatem.*
Dedit. *Syr. Tribuit.*
Iudicium facere. *Syr. Exercendi quoque iudicium. Pagn. Iudicium faciendi. Vat. Iudicandi.*
Quia Filius h. e. *Syr. Quòd verò Filius hominis ſit.*

Verſ. 28.

Nolite mirari hoc; quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei:

Nolite mirari hoc. *Arab. Neque miremini de hoc. Vat. Ne hoc miremini. Tert. Ne miremini.*
Quia venit h. *Euth. Quia veniet tempus. Tert. Quòd veniet hora.*
In quâ. *Arab. In eâ. Euth. In quo.*
Monumentis. *Syr. Sepulchris.*
Filij Dei. *Theoph. Eius.*

Verſ. 29.

Et procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.

Procedent. *Arab. Egredientur. S. Greg. Nyſſ. Prodibunt hi.*
Qui bona fecerunt. *Arab. Qui operantur bona. S. Greg. Nyſſ. Qui bona egerint. S. Aug. Qui benè fecerunt. Euth. Qui bona egerunt. Ar. M. Bona facientes.*
Qui verò m. e. *Syr. Ij autem, qui mala fecerunt. Arab. Et qui operantur mala. S. Greg. Nyſſ. Qui autem mala faciunt. S. Aug. Qui malè egerunt. Vat. Qui verò mala patrarint. Fr. Luc. Qui verò perverſa egerint.*
Iudicij. *Syr. Damnationis. Theoph. Condemnationis.*

Verſ. 30.

Non poſſum ego à me ipſo facere quidquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.

Ego à me ipſo. *Syr. Ex voluntate mei ipſius. Pagn. Ego ex me ipſo.*
Facere quidquam. *Syr. Quicquam agere. Pagn. Quicquam. Ar. M. Facere nihil.*
Sicut audio i. *Syr. Sed, prout audio, iudico. Arab. Et non iudico, niſi quod audio.*
Iudicium. *Fr. Luc. Iudicium illud.*
Iuſtum. *Syr. Rectum. Euth. Verum.*
Eius, qui m. m. *Ar. M. Mittentis me Patris. Caiet. Eius, qui miſit me, Patris.*

Verſ. 31.

Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.

Teſtimonium p. *Theoph. Teſtimonium perhiberem. S. Cypr. Teſtimonium dixero. Vat. Teſtificarer. Fr. Luc. Teſtor.*
Me ipſo. *S. Cypr. Me.*
Non eſt. *S. Epiph. Eſt. Theoph. Non eſſet.*
Verum. *S. Epiph. Nihil.*

Verſ. 32.

Alius eſt, qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio, quia verum eſt teſtimonium, quod perhibet de me.

Alius. *Arab. Sed alius. S. Cypr. Alius enim.*
Teſtimonium perhibet. *Syr. Teſtatur. S. Cypr. Teſtis eſt.*
Scio. *Arab. Ego ſcio.*
Teſtimonium. *Arab. Teſtimonium eius.*
Perhibet. *Theoph. Teſtatur. Pagn. Teſtificatur.*

Verſ. 33.

Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati.

Et. *Euth. Et is.*
Teſtimonium perhibuit. *Vat. Teſtimonium reddidit. Ar. M. Teſtatus eſt.*
Veritati. *Arab. De re verâ.*

Verſ. 34.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 34.

Ego autem non ab homine teſtimonium accipio; ſed hæc dico, vt vos ſalui ſitis.

Accipio. *Syr. Capio. Arab. Quæro.*
Salui ſitis. *Syr. Seruemini. Theoph. Salui fiatis. Vat. Salutem conſequamini. Fr. Luc. Saluemini.*

Verſ. 35.

Ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius.

Ardens & l. *Arab. Quæ fulget & lucet. S. Ambr. Ardens & illuminans.*
Vos autem. *Orig. Et vos.*
Ad horam. *Euth. Ad tempus. Mar. Ad breue tempus.*
Exultare. *Syr. Voſmetipſos glorificare.*
Luce. *S.Hil. Lumine.*

Verſ. 36.

Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne: Opera enim, quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea: ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me.

Ego autem. *Pagn. At ego.*
Habeo. *Arab. Eſt mihi.*
Ioanne. *Pagn. Teſtimonio Ioannis. Tert. Quàm Ioannis teſtimonium.*
Opera enim. *Tert. Opera.*
Dedit mihi. *Quidd. Codd. Dedit.*
Pater. *Syr. Pater meus.*
Vt perficiam ea. *Tert. Conſummare.*
Ipſa. *Arab. Ipſa hæc. Euth. Ipſa inquam. Vat. Ea ipſa. Tert. Illa ipſa.*
Quæ ego f. *Syr. Quæ perago. Tert.* omittit.
Teſtimonium p. *Euth. Teſtificantur. Ar. M. Teſtantur.*
Pater. *Syr. Pater meus,*

Verſ. 37.

Et, qui miſit me, Pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis.

Qui miſit. *Ar.M. Mittens.*
Teſtimonium perhibuit. *Syr. Teſtatur. Arab. Teſtimonium perhibet. S.Hil. Teſtificatus eſt. Theoph. Teſtatus eſt. Tert. Teſtimonium dixit.*
De me. *Arab. Mihi. Tert. Ad me.*
Speciem. *Arab. Cognouiſtis eum. S. Hil. Figuram, Tert. Formam.*
Eius vidiſtis. *Neque vidiſtis eum.*

Verſ. 38.

Et verbum eius non habetis in vobis manens; quia, quem miſit ille, huic vos non creditis.

Verbum. *Syr. Sermo. Euth. Sermonem.*
Habetis in. v. *Syr. In vobis. Arab. Eſt in vobis.*
Manens. *Syr. Manet. Arab. Firmatum. Euth Manentem. Mar. Fixum*: vel. *Immobile.*
Miſit ille. *Arab. Miſit.*
Huic. *Syr. In eum.*
Vos non creditis. *Euth. Non creditis.*

Verſ. 39.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me;

Putatis. *Theoph. Videmini. Pagn. Videmini vobis.*
Habere. *Arab. Vobis eſſe.*
Vitam æternam. *S.Cypr. Vitam.*
Illæ ſunt q. *Arab. Ipſa.*
Teſtimonium perhibent. *Theoph. Teſtantur. Vat. Teſtificantur,*

Verſ. 40.

Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.

Et non vultis. *Arab. Non vultis.*
Vitam habeatis. *Syr. Vitam æternam habeatis. Arab. Conueniat vobis vita.*

Verſ. 41.

Claritatem ab hominibus non accipio.

Claritatem. *Syr. Gloriam. S.Hil. Honorem.*
Ab hominibus. *Arab. Ab homine.*
Accipio. *Syr. Capio.*

Verſ. 42.

Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

Cognoui. *Syr. Noui.*
Dilectionem Dei n. h. *Arab. Non eſt dilectio Dei.*
Vobis. *Ar.M. Vobis ipſis.*

Verſ. 43.

Ego veni in nomine Patris mei, & non

In nomine. *Pagn. Nomine.*
Patris mei. *S.Epiph. Patris.*
Accipitis. *S. Epiph. Suſcepiſtis. S. Proſp. Credidiſtis. Tert. Recepiſtis.*
Me. *S. Proſp. Mihi.*

Vulgata Editio.

accipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.

Verſ. 44.

Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis; & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?

Verſ. 45.

Nolite putare, quia ego accuſaturus ſim vos apud Patrem: eſt, qui accuſat vos, Moyſes, in quo vos ſperatis.

Verſ. 46.

Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit.

Verſ. 47.

Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?

Lectionum Varietas.

Si alius v. *Syr. Et ſi veneris ad vos alius. S. Epiph. Et alius venıet. S. Cypr. Cum alius venerit. S. Proſp. Alius veniet.*
Io oomine. *S. Cypr. In. Pagn. Nomine.*
Soo. *Arab. Sui ipſius. Fr. Luc. Proprio.*
Illum. *S. Epiph. Et talem. S. Proſp. Et ipſi.*
Accipietis. *S. Epiph. Suſcipient. S. Hil. Recipietis. S. Proſp. Credetis.*

Vos poteſtis. *Syr. Poteſtis.*
Qui gloriam. *Arab. Cum gloriam. S. Epiph. Vos enim gloriam. S. Hil. Qui honorem. S. Greg. Nyſſ. Qui gratiam.*
Ab inuicem. *Syr. Alius ab alio. Arab. Non niſi alter veſtrûm ab altero. SS. Hil. & Greg. Nyſſ. Ab hominibus. Euth. A vobis mutuo. Theoph. A vobis inuicem. Fr. Luc. Alij ab aliis.*
Accipitis. *Syr. Capietis. Arab. Recipiatis. S. Epiph. Capitis.*
Gloriam. *S. Hil. Honorem eius.*
Quæ à ſolo D. e. *Syr. Quæ à ſolo Deo. S. Hil. Qui eſt ſolus Deus. Al. Quæ à ſolo Deo proficiſcitur.*
Quæritis. *Arab. Quæratis.*

Nolite putare. *Euth. Num putatis. Vat. Ne putetis. Fr. Luc. Ne vobis videatur.*
Apud Patrem. *Syr. Coram Patre.*
Eſt. *Arab. Quia vobis eſt.*
Moyſes. *Syr. Moyſes ille.*
Io quo vos ſ. *Arab. In quo confiditis. Theoph. In quo ſperatis. Vat. In quem vos ſpem collocaſtis. Fr. Luc. In quem ſperaſtis.*

Si enim. *Arab. Et ſi.*
Crederetis. *Arab. Crederetis vos. Pagn. Credidiſſetis.*
Crederetis forſitan e. m. *Syr. Mihi quoque crederetis. Arab. Crederetis mihi. S. Leo. Crederetis & mihi. Pagn. Credidiſſetis vtique mihi.*

Litteris. *S. Cypr. Scripturis. Euth. Scriptis.*
Credetis. *Orig. Credituri eſtis.*

CAPVT V.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Templi reuerentia & cultus quàm vtilis. 1365
Oues referant qui morbo aliquo tanguntur. 1365
Quàm magnam pauperum curam Deus habeat. 1365
Scriptura ſacra excuſſio quàm vtilis. 1365
Maximè ſalutaris ſacra Scriptura aqua.. 1366
Hominum diligentia in Dei donis excipiendis commendatur. 1366
In maximis calamitatibus Dei auxilium maximè expectandum. 1367
Patientia in infirmis maximè neceſſaria. 1367
Singula infirmitatis momenta in Dei rationariis notata. 1368
Chriſtianorum eſt præſentem vitam contemnere, æterna inhiare. 1368
Mala qui patienter ſuſtinet diuina gloria euehenda aptior. 1369
Pluſquàm homo videtur qui ob Dei gloriam mala ſuſtinet. 1369
Patientia prius elegium. 1370
Ingratitudini vt occurrerit Chriſtus. 1370
Chriſti modeſtia ab omni iactantia aliena. 1370
Vera patientia verus character etiam exigua æquo animo ferre. 1371
Miſericordia diuina magnitudo. 1371
Patientia magiſter conſtitutus paralyticus. 1372
Gratitudinem à nobis exigit Chriſtus. 1372

Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina.

PROBATICA *piſcina.* Hæc, Ioſepho teſte aliiſque, proxima templo erat. Non caſu id factum: non caret vicinitas myſterio. Honorare Deus voluit templum ſuum aquâ tam ſalutari, vt innueret, ibi ſe præcipuè ſua dona largiri, vbi ab hominibus laudatur & benedicitur. 1365

Ad probaticam piſcinam languentium multitudo magna iacebat probaticam ab ouibus dictam nulli non eſt manifeſtum, qua re tacitè indicatur, oues referre eos debere, qui morbo aliquo tanguntur, & ſanitatem à Deo expectant.

Angelus

Angelus autem Domini deſcendebat ſecundùm tempus, & mouebatur aqua.

SEcundùm tempus. Græcè, *κατὰ καιρὸν*, Secundùm opportunitatem, quando viſum eſſet Deo: nam certo aliquo ac definito tempore Angelum non deſcendiſſe, probæ notæ authores tradidere. *Non ſemper fiebat miraculum*, inquit Euthymius; *ſed certis temporibus hominibus quidem ignotis: verùm frequenter (vt opinor) in anno.* Aliunde probari poteſt, ſtatuto tempore Angelum aquam non mouiſſe: nã alioquin *nullus* (vt ille ait) *illic fuiſſet pauperibus locus, diuitibus eo tempore locũ vi occupantibus, neque permittentibus quenquam ante ſeipſos deſcendere.* Pauperibus Deus temporis incertitudine cõſuluit; vt vel hinc colligeres, quàm magnam pauperum curam Deus habeat, & habendam doceat, dum habet. Sed aliquis hîc ſtatim repugnat. Etiamſi tempus incertum eſſet, poterant tamen etiam diuites non minùs, ac pauperes, aquæ motum expectare. Poterant, ſed delicata diuitum intolerantia id non ferebat. Tandiu expectare faſtidioſi diuites nequibant, nec imperare patientiæ ſuæ, vt ſanitatem tanto labore & incommodo quærerent.

1366. *Mouebatur aqua, & ſanabatur vnus.* Hoc ad ſacræ Scripturæ aquam tranſtulit Gillibertus productus in Alleg. Tilm. hic; ait quippe: *Bonus aquæ motus, diſputatio & exagitatio ſacræ ſcripturæ: benè enim mouetur, cùm prudenti ventilatione ad ſpiritualem promouetur intellectum. Benè mouetur, cùm eius diſcuſſione auditor promouetur. Sed tamen non eſt paſſim omnibus hæc permittenda licentia: nec aqua motus ſanabat, niſi cùm Angelus deſcendens tempore ſuo mouiſſet eam. Ille vtique Angelus, cuius labia cuſtodiunt ſcientiam, & à cuius ore exquirenda eſt ſcientia legis. Ergo (quod quidem fatendum eſt) magna texendi verbi ſalutaris vtilitas: ſed, quàm alicui hoc opus permittitur, vel magis quàm exigitur ab eo.*

Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ ſanus fiebat.

ET *qui prior deſcendiſſet.* Prior tantùm ſanabatur. Nimirùm, hominum diligentiam etiam in donis percipiendis commendat Deus. In corporis ſanitate acquirendâ diligentia probatur languentis: probabitur magis in ſpirituali, hîcque torpor magis noxius erit. Vnus ſanabatur duntaxat: & ille, qui primus deſcenderat, vt infirmi quoque diligentia probaretur. Benè hîc Maldonatus. *Voluit (opinor) Deus eâ re docere etiam in percipiendis Diuinis donis, quæ gratis nobis & ſine merito vllo noſtro dantur, multùm noſtram valere diligentiam.*

1367. *Poſt motionem*, Græcè, *μετὰ τὴν ταραχὴν*. *Poſt turbationem motionis ſonus* (inquit S. Cyrillus) *adeſſe Angelos ad ſanctificandam aquam ſignificat.* Sed quid neceſſe erat aquam perturbari? Ne miraculum virtute naturali ſanare crederetur; miraculumque naturæ, non Deo, tribueretur. A motione aquæ ſalus ſequebatur. Plerunque ita accidit. Sinit Deus, omnia perturbari; calamitatum tumultuumque motibus ſalutem nobis affert; &, quæ creduntur noxia, quietique contraria, ſalutaria fiunt, & ad animæ tranquillitatem maximè faciunt.

⁂

Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ.

TRiginta & octo annos habens in infirmitate *ſuâ.* Summa paralytici huius patientia, qui tot annos infirmitatem tulerat. Eos maximè infirmos ſanauit Dominus quorum infirmitas diuturna erat, ne vllus calumniæ locus relinqueretur; vt patet in cæco à natiuitate, in Lazaro quatriduano, in muliere hæmorrhoiſſâ & in aliis; atque etiam vt illorum patientia probaretur.

Triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ. 1368.
In Dei rationariis omnes vitæ noſtræ anni, quin momenta ſingula notantur: ſed ij, eaque præcipuè, quibus morbos infirmitatéſque patienter quis tolerat. Quot annos iſte paralyticus in infirmitate fuerit, hîc narratur: annorum verò numerus reticetur, quibus ab infirmitate liber vixit. Quod in Nouo Teſtamento negligitur, non negligebatur in veteri: vt ſciatur Chriſtianorum eſſe, præſentem vitam contemnere; æternæ & nunquam moriturae inhiare. Egregiè Alfonſus Salmeron Proleg. 11. can. 20. *Illud apertum & frequens eſt in Scripturis Veteris Teſtamenti, vt eorum, in quos inſigne aliquod beneficium Diuinitus collatum eſt, anni enumerentur: in Nouo teſtamento id omnino negligitur. Ecce Iob ſcribitur vixiſſe poſt flagella, centum quadraginta annis. Et Tobias, poſtquam illuminatus eſt, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum ſuorum. Iudith poſt victoriam de Holoferne manſit in domo viri ſui annos centum quinque, vt habetur in fine libri eius. Et Ezechiæ regi ad mortem laboranti, & cui per Iſaiam prædictum erat: Diſpone domui tuæ; quia morieris tu, & non viues. Poſteà ei preces cum lacrymis ad Deum fundenti per eundem prophetam reſpondit Dominus: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos. Deſcribitur ergo vita exacta vt plurimùm poſt acceptum miraculo beneficium; quòd pretioſa eſſet eo tempore vita, & iuſtis à Deo promiſſa propter legis obſeruantiam. Hinc illud: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. Idcirco recenſentur anni Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Ioſeph & Moyſis: de annis verò Apoſtolorum & Martyrum mentio nulla. Dabatur ergo eis prolixior vita, vt longo tempore teſtes eſſe poſſent Diuinæ virtutis & gratiæ acceptæ apud homines obliuioſos, & ad fidem illos excitarent. Contrarium verò contingit in Nouo Teſtamento: qui enim donum aliquod ſigno Diuino accipiunt, tamen eorum ætas poſt ſignum exacta non ſolet narrari; eò quòd, Chriſto iam agnito, & in Cælo nos expectante, vita non ſit amplius ita chara & pretioſa, vt olim; quia noſtrum eſt cùm Paulo dicere: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & cum Simeone: Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine.*

Diu morbum ſuſtinuit hic paralyticus: nec diu 1369.
tantùm, ſed & patienter, vt ob id inſtructior, Diuinæ gloriæ euehendæ aptior euaſerit. Scitè ſanctus Chryſoſtomus hom. 3. de Paralyt. *Surge: tolle tuum grabatum; & ambula. Vides ne hunc tot annorum morbum nihil ipſi obfuiſſe, poſteaquam patienter & æquo animo id malum ſuſtinuit: nam & animus ipſe hac diuturnitate temporis maiori ſapientiæ ſtudio exacuebatur, qui velut in officinâ conflandi ſubinde explorabatur: hinc & ipſa curatio cum ipſius gloriâ & laude fuit coniuncta; neque enim Angelus priſtinæ ſanitati reſtituit, ſed ille Angelorum Dominus eum percurauit.*

F 2 *Triginta*

Triginta & octo annos habens in infirmitate ſuâ. Iurè dictus fuit homo, qui tandiù infirmitatem tulerat; ne lapis, ne aliquid inſenſibile crederetur. Fuit homo; ſed pluſquam homo eſt, qui in Dei gloriam, non forti tantùm animo, ſed etiam æquo ac libenti fert quicquid carni contrarium. *Triginta & octo annos habens.* Sic præcipuè anni habeotur, in quibus aliquid pro Deo patimur.

Hunc cùm vidiſſet Ieſus iacentem.

1370. HVnc cùm vidiſſet Ieſus iacentem. Iacentis aſpectu erigi ſani debent, vt opem ægro ferant. Vidit eum Ieſus: in eum præcipuè oculos coniecit; quia tantâ patientiâ tam diuturnum morbum tolerauerat, vt bonus ille author benè hîc inclamet. *O beata patientia! tu etenim es cauſa, vt in locum, vbi tu es, oculi Domini dirigantur. Triginta & octo annos patienter expectauit, nec defecit, vt valetudinem conſequeretur.*

Vis ſanus fieri?

INterrogat paralyticum, an velit ſanari, ne ſanatus, ingratitudinis paralyſi corriperetur. Pulchrè Oleaſter in cap. 21. Geneſ. *Quæſiuit,* inquit, *Chriſtus à languido, quem apud probaticam piſcinam ſanauit, vellet ne ſanus fieri: ad quid quæſo? Nonne, Domine nouerat eum velle: Noui inquit: ſed interrogaui, ne poſteà diceret, me inuitum illum ſanaſſe, & beneficium, tanquam ingratum, præteriſſet.*

Vis ſanus fieri? Elucet hîc ſumma Ieſu modeſtia, ab omni iactantiâ & arrogantia aliena. *Non dixit, vt te ſanem*, inquit Euthymius; *quia erat ab omni arrogantia alienus; & quia is, qui morbo tenebatur, ipſum nequaquam cognoſcebat: ideo etiam nec fidem ab eo requiſiuit.*

1371. *Vis ſanus fieri?* Et cur non vellet, cùm tandiu ægritudine fuerit correptus? Iacens paralyticus omnibus membris (vt ita dicam) tacitè dicebat, ſe maximè cupere ſanum fieri: cur igitur Chriſtus interrogat? *Factum eſt* (inquit Theophylactus) *vt monſtretur nobis hominis patientia. Quid igitur ille? Multâ cum manſuetudine reſpondet. Etiam, inquit, Domine: volo quidem, ſed non habeo hominem.* Plerunque accidit, vt aliqui forti & æquo animo graues ſuſtineant morbos, graues calamitates, qui tamen leuis verbi ad eorum guſtum minimè probati ictu excandeſcunt, & itâ corripiuntur & impatientia. Non ita hic æger: & in magnis & exiguis occaſionibus non exiguæ patientiæ argumentum exhibuit: quod veræ patientiæ verus character eſt.

Vis ſanus fieri? Non expectat poſtulantis preces; ſed præuenit, vt infirmi deſiderium acueret, & aptiorem ſic redderet ad ſanitatem obtinendam; & miſericordiæ ſuæ magnitudinem oſtenderet, quæ ſpontè in aliorum ſalutem exiliebat. *Magnum*, inquit hic S. Cyrillus Alexandrinus, *miſericordiæ Chriſti eſt argumentum, non expectare ſemper laborantium preces, ſed ſuâ miſericordiâ præuenire: præcurrit enim, vt vides. Venit ad iacentem: miſericordiâ flectitur, etiam antequam ei ſupplicetur. Interrogat autem, ſi ſanari velles; non quia id alicui dubium eſſet; ſed vt cupiditate valetudinis ad petendum incenderet. Præterea interrogatio huiuſmodi, ſi vellet rem optatam conſequi, ad aliud occultius intelligendum reducit: quòd ipſe facilè id præſtare poſſet. Ad hæc, paratiorem ipſum fieri ad ſuſcipiendam hanc gratiam interrogando hortatur.*

Interrogabat, an velit ſanari, vt patientiæ magiſtrum eum conſtitueret. Rem ſic deducit S. Chryſoſtomus orat. 3. de Paralyt. *Quærit*, inquit, *num velit curari; non quia hoc, ipſum lateret; ſed vt hac interrogatione ipſum eò adduceret, vt ſuam ipſius calamitatem grauiùs amplificaret & exaggeraret, & magiſter quidam patientiæ exiſteret. Si enim tacitò ipſum valetudini reſtituiſſet, nos magni cuiuſdam boni iacturam feciſſemus, tali tolerantia ipſius exemplo celato: atqui Chriſtus non ſolùm quæ ad ſuas, quæque præſentia ſunt, emendat; verumetiam futura ſuâ prouidentiâ non indigna exiſtimat.* 1372.

Vis ſanus fieri? Hòc validiùs id clamabat infirmus, quò debiliorem eum reddiderat tam diuturnus, támque grauis morbus. Interrogat tamen, vt eius ſpem excitaret, erigeret fidem, redderetque attentum; ac ſciret, cui ſanitatis beneficium eſſet debitorus, & gratus eſſet benefactori. *Si enim tacitus Ieſus*, vt ille ait, *nihilque præloquutus, reſtituiſſet eum ſanitati, neſciuiſſet ille authorem cauſamque ſanitatis ſuæ.* Beneficia ſua Ieſus confert, vt ſimul velit nos eſſe gratos. Dona nobis dat, vt gratitudinem à nobis excudat.

SECTIO II.

Sanauit Chriſtus quos nemo curaret. 1373
Qui hominis fidit, hominem non habet. 1373
In proximi morbis miſericordiæ ſenſu affici excelſæ mentis eſt. 1373
Salutem ſuam quærere qui differt, videtur eam nolle. 1374
Infirmi modeſtia, animuſque morbo ſuperior. 1374
Morbo correptus humiliter & patienter eum ferat. 1375
Beneficia in Deum referenda. 1375
Non omnibus expedit ſanitati reſtitui. 1375
Qui diu in peccato vixit, ægrè illud deſeruiſſe creditur, etiam quùm deſeruit. 1375
Obedientia commendata. 1376
In adiutores quid præſtare debeant infirmi ſanitati reſtituti. 1376
Vtile ex grabati geſtatione monitum. 1377
In Mundo peccatori nullus obuiat: ſi reſipiſcere velit, multi reſiſtunt. 1378
Iudæorum malignitas & inuidia. 1379
Nomen Ieſu proferre non erant digni Iudæi. 1379
Dei verba audire quanti referat. 1380
Perfectæ obedientiæ forma. 1380

Hominem non habeo.

HOminem non habeo. Quùm humanum auxilium ſpem omnem negat, tunc adeſt Deus opem laturus. Hinc Chriſtus eis ſanitatem impertiuit, qui ab hominibus curari non poſſent. Quò ſpectauit & S. Ambroſius ſerm. 75. *Eos*, inquit, *ſanauit Dominus Ieſus, quos nemo curaret.* 1373.

Hominem non habeo. Coniecisset in Deum ſpem non hominum auxilio nimis infirmos iſte ſe crediſſet. Fefellit eum ſpes, quam in hominibus potiùs habuerat, quàm in Deo. Nimirum, quia homini fidebat, hominem non habuit.

Domine, hominem non habeo. Dominum vocat eum, quem ob alienam miſeriam curâ aliquâ tangi videt. Dignus hoc honorifico titulo eſt, qui in proximi ſui morbis miſericordiæ ſenſu afficitur, vt manû in auxiliû admoueat, dolentique condoleat.

Hominem

1374. *Hominem non habeo.* Hoc eſt: Nullus adhuc fuit, cuius auxilio vti potuerim in ſanitate conſequendâ. Sed cur non directè interrogationi reſpondit dicens, ſe maximè cupere ſanum fieri? An reprehenſionem voluit anteuertere, ne ſcilicet diceretur ei præ ſegnitie non curaſſe ſanitatem? eatimè enim nolle videbatur, qui tanto temporis interſtitio eam non eſt adeptus. Bene Euthymius hîc. *Suſpicabatur, quòd hoc Dominus propterea interrogaret, vt argueret, quòd præ ſegnitie fruſtraretur ſanitate: ideo reſpondet, quia hominem non habet. Dicens autem: Dum venio ego, alius ante me deſcendit: ſuam oſtendit perſeuerantiam, quâ tot annis fruſtratus, adhuc perſeuerabat: ideoque non ſegnis, nec ſic negligentior efficiebatur.* Nimirum qui diu ſalutem ſuam quærere negligit videtur eam nolle.

Paralytici huius modeſtiam, animumque morbo ipſo ſuperiorem ſic expendebat S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, vbi hæc habet: *Nullâ vſus eſt maledicentiâ, vti multos audimus in ſimilibus circumſtantiis maledicos. Non execratus eſt diem ſuum, neque ægro animo tulit interrogationem; ſed perquam manſuetè ac modeſtè: Certe inquit, Domine: tametſi nondum noſſet interrogantem, & ſe curatum iri neſciret: ſed cum ſummâ modeſtiâ cuncta peragit, nec quidquam vltrà poſtulabat; vt qui medicum rogat, & morbum exponere deſiderat.*

1375. *Hominem non habeo.* Magna ægroti huius patientia. *Non maledixit, vt nonnullos in afflictionibus audimus,* inquit Sanctus Chryſoſtomus. *Non execratus eſt diem ſuum. Non ſe irriderì arbitratus eſt, rogatus, an vellet ſanus fieri.* Præterea, non conuiciis eos affecit, à quibus præuentus fuerat; ſed humiliter calamitatem ſuam & indigentiam Chriſto exponit: vt non mirum, ſi ſanitati ſit reſtitutus, adeò vt, relictis aliis, in hoc ſignatè infirmo relucere virtutis ſuæ magnitudinem Chriſtus voluerit.

Surge: tolle grabatum tuum, & ambula.

CVm dixiſſet infirmus: *Hominem non habeo,* repoſuit Dominus: *Surge, & ambula.* Qui hominem non habebat opem ferentem, hominem Deum habuit exhibentem ſanitatem: nec illum in piſcinam demiſit, ne alteri, quàm ipſi, deberet hoc beneficium.

Cur hunc ſolum infirmum ſanauit, & non alios, qui iacebant pariter, & aquæ expectabant motum? An vt vel hinc diſceremus, non omnibus expedire, vt ſanitati reſtituantur. Pulchrè Ferus hic; *Sed cur,* inquit, *non eodem modo & alios reſpexit, & ſanauit? Primùm reſpondeo, quia non vt medicus corporum, ſed animarum, venit, nec externa mala à ſuis ſemper aufert, quin potiùs crucem eis reliquit, & prædixit. Deinde quia plerisque magis conducit infirmos eſſe, quàm ſanos.*

Tolle grabatum tuum. Vt adeptæ ſanitatis firma & aperta det ſigna, qui tandiù iacuerat. Sic enim ferè accidit, vt, qui diu in peccato aliquo vixit, vitium deſeruiſſe vix credatur, niſi manifeſta reſipiſcentiæ det ſigna.

1376. *Tolle grabatum tuum.* Lectum ſuum, vt auferat iubet Chriſtus languenti, quò ſuſpicio omnis ſimulati miraculi ab omnibus auferretur. Summa ſanati prudentia obedientiaque ſingularis hîc apparet: nam (vt obſeruabat S. Chryſoſtomus exponens hæc verba) *non riſit, non admiratus eſt, inquiens: Angelus deſcendit, & turbatâ aquâ, vnum duntaxat in bonam reſtituit valetudinem: tu, homo ſolo verbo Angelum ſuperare confidis? nimium tibi arrogas: ridiculus es. Nihil tale loquutus eſt: ſed audiuit ſimul & ſurrexit, & ſanatus medici præceptum non recuſauit; tulit enim grabatum, & ambulauit.*

Et ſuſtulit grabatum ſuum.

ET *ſuſtulit grabatum.* Grabatum ſuſtulit, quod tot eum annis portauerat. Quid in hominea præſtandum, cùm par pari hîc grabato referre iubeatur? Pulchrè Sedulius lib. 3. Paſchal. cap. 9. *Tollens lectum, quo iacebat immobilis, grata mutuâ redditione mercedis, vectorem ſuum proprium humeris famulantibus mox reuexit.*

De huius grabati geſtatione ita philoſophatur S. Gregorius lib. 23. Moral. cap. 15. *Quid eſt, quòd in Euangelio ſanato cuidam Dominus dicit: Surge: tolle grabatum tuum. Voluptas corporis deſignatur: & iubetur vtique vt hoc ſanus portet, vbi infirmus iacuerat; quia nimirum omnis, qui adhuc vitiis delectatur, infirmus iacet in voluptatibus carnis: ſed ſanatus hoc portat, vbi infirmus iacuerat; quia Diuino adiutorie ereptus à vitiis, eiuſdem carnis contumelias poſtmodum tolerat, in cuius prius deſideriis requieſcebat.* 1377.

Sabbatum eſt: non licet tibi tollere grabatum tuum.

SAbbatum *eſt: non licet tibi tollere grabatum tuum.* Præuidebat Ieſus, detractorum linguis obnoxiam hanc grabati delationem futuram: cur ergo paralytico dixit, vt grabatum ſuum tolleret? Vt detractione & Iudæorum calumniâ illuſtrius miraculum redderetur, latiúſque ſe extenderet, quò grauius contra illud ſe maleuolorum hominum linguæ armarent. Vnde Maldonatus: *Conſtat hoc loco, Chriſtum Iudæorum reprehenſione, ad illuſtrandam gloriam Dei, & miraculi magnitudinem, vti voluiſſe: fecit enim illa reprehenſio, vt miraculum, quod paucis videntibus factum fuerat, in totam, dum reprehenditur, ciuitatem euulgaretur.*

Non licet tibi tollere grabatum tuum. Cùm in lecto iaceret infirmus, *nullus* (vt ille ait) *fortaſſè fuit, qui ei diceret: Homo, quid facis? quomodo vales? Nunc, quum ſanus eſt, & Dei præceptum facit, accuſatores inuenit. O maximam Mundi calamitatem & miſeriam! Nullus eſt, qui peccatori obuiet; iuſto autem multi reſiſtunt.* Dei præcepta temerantem nulli arguunt; arguunt, ſi quis obſeruare incipiat. 1378.

Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

QVi *me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* Cui Iudæi: *Quis eſt ille homo, qui dixit tibi? Tolle grabatum tuum, & ambula.* Omittunt, qui te ſanum fecit. *Ille ſurgens,* inquit S. Athanaſius homil. de ſemente, *tulit grabatum ſuum, & ambulabat: erat autem ſabbatum. At Iudæi non viderunt miraculum factum in ſabbato; ſed eum, qui grabatum ſuum baiulabat.*

* * *

Quis eſt ille homo, qui dixit tibi? Tolle grabatum tuum, & ambula.

1379. NVllam ſanationis mentionem faciunt, ſed tantum præcepti, quo iuſſus paralyticus grabatum tollere, ſanitati reſtitutus. *Hinc apparet*, inquit Caietanus, *malignitas horum Iudeorum: nam, cùm ſanatus dixiſſet duo: ſcilicet, & quòd ſe ſanum fecit, & quòd dixit: Tolle grabatum tuum & ambula, non interrogant iſti Iudæi: Quis eſt ille homo, qui te ſanum fecit? ſed tantummodò: Quis eſt ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula. Hinc enim apparet, quòd machinabantur ad malum.*

Quis eſt homo? Rato Iudæos Ieſu nomen legea vſurpaſſe. *Contemptim dicunt*, inquit Salmeron tom. 6. tract. 19. *homo ille; nec enim digni erant proferre nomen Ieſu:* nam ab inſigni illo miraculo coniicere poterant: nullum alium fuiſſe, niſi Ieſum, qui illud ediderit.

Neſciebat, quis eſſet.

1380. NEſciebat, quis eſſet. Quod Ieſum neſciret, non indeuotio fecit, ſed neceſſitas, morbus enim eum ita detinuerat, vt Chriſti ſermonibus non intereſſet. Hoc tetigit etiam Caietanus, dum ait: *Fuerat tanto tempore velut immobilis conſtitutus quòd non interfuerat prædicationibus Ieſu; & propterea non mirum, ſi non cognoſcebat, quis eſſet Ieſus.*

Reſpondit interrogantibus ſe neſcire; quia nimirum ſe ſtatim ille ſubduxerit; qui infirmo ſanitatem reddiderat: alioquin ſtuduiſſet benefactorem ſuum cognoſcere, vt gratus ei eſſe poſſet, dum viueret. Cæterùm *non poſuit grabatum, vt reprehenſoribus ſatisfaceret, quaſi culpam agnoſcens; ſed perrexit grabatum portare domum vſque ſuam, & acceptum profiteri beneficium* (vt notauit bonus ille enarrator) perfectæ obedientiæ exhibens exemplum; tacitéque docens, non eſſe (quidquid mundani dictitent) ea opera intermittenda, quæ, Chriſto ſuadente inchoauimus.

SECTIO III.

In templo deuotè verſari quanti referat. 1381
Chriſti clementia in homines. 1381.
Aditum ſibi ad noua beneficia facit, qui pro acceptis eſt gratus. 1382
Ægrè inter homines Deus cognoſcitur. 1382
Opportunè peccatores corripiendi. 1383
Sanitati reſtitutus melior fiat. 1383
Chriſti modeſtia & humilitas. 1383
Salus propriis meritis haud adſcribenda. 1384
Ab iniuriarum vindictâ abeſſe debemus. 1384
Arrogantia & iactantia fuga. 1384
Iudæorum inuidia in Chriſtum. 1385
Ab operibus ſalutis Deus non quieſcit. 1385
Operari homo non fugiat, ad opus, ad laborem natus. 1386
Fideles operibus ditiores quàm verbis ſint. 1386

Inuenit eum Ieſus in templo.

1381. IN Dei templo inuenitur. Quidni in templo Dei ſit, ſi templum Dei eſſe cupiebat? *Non ſeceſſit ad nundinas*, inquit S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, *neque voluptati, aut vana gloria dedit ſeipſum.* In templo verſabatur, vt in illius mente velut in templo Deus verſaretur.

Inuenit eum Ieſus in templo. Tam potuit paralyticus reſtitutus ſanitati Ieſum inuenire in templo, quàm Ieſus paralyticum: hoc tamen poſtremum aſſerit Euangeliſta, vt magis Ieſu clementia hîc eluceat, qui nos inuenit, vt inueniatur à nobis, à nobis cognoſcatur.

Inuenit eum Ieſus in templo. Qui apud Ieſum 1382.
ſanitatem inuenerat, in templo inuenitur à Ieſu. Vix alibi opportunius reperitur, qui Dei accepit beneficia, quàm in Dei templo gratias ibi ſuo benefactori acturus. *Inuenit*, inquit Euthymius, *orantem, & Deo gratias agentem.* Aditum ſibi ad noua & maiora beneficia facit, qui gratus pro iam acceptis eſt, funditque orationem in donorum fuſu.

Inuenit eum in templo. Magnum pietatis ſignum. *Non in forum, non in porticum conceſſit*, ait ſanctus Chryſoſtomus: *non voluptati, non otio indulſit; ſed in templo verſatur.* Fors beneficium verſans, quod acceperat.

Paralyticus ſanatus in templo cognouit Ieſum, quem non cognouerat extra cùm turbæ eſſet mixtus. Nimirùm, in locis Deo ſacris Deus cognoſcitur: difficiliùs inter homines & turbas, quæ mentem turbant.

Eccè ſanus factus es: iam noli peccare.

ECcè ſanus factus es: iam noli peccare. Inſanus 1383.
dici poteſt, qui, ſanus factus, ea facit, per quæ indignum ſe faciat ſanitate. Pende hîc mihi moniti huius opportunitatem. Non iſtud paralytico dixit Chriſtus, cùm in lectulo decumberet; ſed cùm ſanus factus eſt, cùm iam donatus eſſet ſanitate. Morbi tædio affectus, ægrè fors tuliſſet hanc admonitionem; aut certè non tam vtilis extitiſſet. Præclarè ſanctus Chryſoſtomus orat. 3. de Paralyt. vbi hæc ad hanc mentem habet: *Quandiu ille in lectulo decumbebat, nihil tale dixit, neque peccatorum recordatus eſt: animus enim eorum, qui morbo conflictantur, faſtidioſus & miſer eſt. Vbi verò morbum expulit, vbi priſtinæ ipſum valetudini reſtituit; vbi potentiæ atque prouidentiæ fidem re & opere fecit; tum verò tempeſtiuam adhibuit admonitionem, cùm deinceps ei ob res tantas geſtas iurè meritóque fides ſuit adhibenda.*

Ecce ſanus factus es: iam noli peccare. Alius medicus aliud ſuaſiſſet: Ecce ſanus factus es, vide, ne iterum infirmitate corripiaris. Non ita Chriſtus. Eius, cuius corpus ſanauerat, ſanare & animam curabat, ac (vt Euthymius loquitur) *reddere meliorem*: hic enim fructus à corporis ſanitate naſci debet.

Ecce ſanus factus es. Non dixit: *Sanum te feci*, ſed: *Sanus factus es.* vt modeſtiæ præferret exemplum, ne ſe videretur iactare.

Iam noli peccare. Cur in memoriam illi pecca- 1384.
ta reducit? Vt potiùs gratiâ Ieſu & eius benignitate ſanatum ſe ſciret, quàm ſuis meritis. Non legimus, quid reſponderit ſanatus paralyticus Chriſto. Verosimile eſt, medico ſuo gratias egiſſe, & præſtaturum, quæ audierat. Vt pauca aut nulla dixerit, diues operibus fuit, parcus in verbis.

Ne deterius tibi aliquid contingat.

NE deterius tibi aliquid contingat. Quam longè ab omni arrogantiæ ſigno Chriſtus fuerit, euincunt

euincunt hæc Chriſti verba, quæ rectè ab iniuriarum nos auocant vindictâ. *Non dico*, inquit hîc Vgo Carenſis: *Ne te deterius torqueam; ſed: Ne deterius tibi contingat, imperſonaliter. In quo inſtruit nos, ne arroganter loquamur, nec noſtras iniurias vindicare velimus.*

Ne deterius tibi aliquid contingat. Sapiunt hæc verba maximam vtilitatem non enim dixit: *Ne deterius tibi aliquid faciam.* Sed: *Ne deterius tibi aliquid contingat*: vt iactantiæ ſignum vitaret, & benignitatem ſuam oſtenderet; innueretque, mala & aduerſa à peccatis noſtris maximè eſſe.

Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbato.

1385. PErſequebantur, quem colere, cui debebant obſequi. Sæuiunt in benefactorem, cui gratias agere oportebat. Nec ſabbati religio hoc eos vexabat; ſed ipſorum malitia, & præcipuè inuidia. Hinc Vgo Carenſis hîc: *Iudæi inuidebant Chriſto; nec dolebant tantum de violatione ſabbati, quantum de beneficio ægri; quia inuidi erant.*

Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.

PAter meus vſque modò operatur. Et non dictum Geneſ. 2. 2. die ſeptimo Deum ab omni opere quieuiſſe? Sanctus Ambroſius lib. 7. in Luc. *Deus ab operibus Mundi quieuit, non ab operibus ſalutis, cuius ſempiterna & iugis operatio eſt, ſicut Filius ait: Pater meus vſque modò operatur, & ego operor, vt ad ſimilitudinem Dei ſæcularia noſtra opera, non religioſa, ceſſarent.*

Et Pater operatur & Filius. Cur ab opere homo ferietur, ad opus, ad laborem natus? Rectè Origenes hom. 1. in Ezech. *Pater meus, inquit Dominus Ieſus Chriſtus, vſque modò operatur, & ego operor, & tibi diſplicet operari, qui ad opera natus es? Non vis opus tuum fieri iuſtitiam, ſapientiam, caſtitatem: non vis opus tuum eſſe fortitudinem aliaſque virtutes.* 1386.

Et ego operor. Mirum: Verbum de verbis rarò loquitur: de operibus ſæpè. Vnde & ſubditur: *Æqualem ſe faciens Deo*: vbi S. Chryſoſtomus, *Neque*, inquit, *dixit, dicens; ſed, faciens: non enim verbo tenus, ſed frequentiùs operibus ſe Deo æqualem oſtenderat. Quid tandem? Quia in ſolis verbis inſolentiam accuſare potuiſſent: operum autem veritate & potentiâ perſpectâ, nihil contradicere poterant.*

Ille erat lucerna ardens & lucens.

ILle erat lucerna ardens & lucens. Bonus ordo, nec inuertendus: vt lux à feruore exeat, feruor 1387.
luci veluti ſubſternatur. Scitè Sanctus Bernardus in Alleg. Tilm. *Non eſt lucens & ardens; quia Ioannes ex feruore ſplendor, non feruor prodiit ex ſplendore. Sunt enim, quæ non eò lucent, quia feruent; ſed magis feruent, vt luceant.*

Dilectionem Dei non habetis in vobis.

DIlectionem Dei non habetis in vobis. Deum non diligitis, nec Filium honorificatis. *Significanter dicit*, inquit hîc Caietanus, *in vobis, ac ſi apertiùs diceret: Dilectionem Dei habetis in veſtris verbis, ſed non in vobis.* Plerique in labiis Dei amorem videntur habere, ſed non in corde.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VI. IOANNIS.

Verſ. 1.

POST hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis.

Abiit. *Syr. Profectus eſt.*
Trans mare. *Fr. Luc. Vltra mare.*
Quod eſt T. *Arab. In Tyberiadem.*

Verſ. 2.

Et ſequebatur eum multitudo magna; quia videbant ſigna, quæ faciebat ſuper his, qui infirmabantur.

Sequebatur eum. *Syr. Poſt eum abierunt.*
Multitudo magna. *Syr. Cœtus multi. Euth. Turba magna. Theoph. Turba multa.*
Signa. *Pagn. Eius ſigna.*
Faciebat. *Syr. Edebat.*
Super his q. i. *Syr. In ægrotis. Arab. Super infirmos. Euth. In his, qui infirmabantur. Ar. M. Super infirmantibus.*

Verſ. 3.

Subiit ergo in montem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Subiit ergo. *Euth. Aſcendit autem. Arab. Venit ergo. Caiet. Subiit autem.*
Ibi ſedebat. *Arab. Sedit ibi ipſe.*
Cum diſcipulis ſuis. *Arab. Et diſcipuli eius.*

Verſ. 4.

Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

Erat autem p. *Arab. Et appropinquauerat. Theoph. Erat autem propè. Pagn. Inſtabat autem.*
Paſcha, dies feſtus. *Syr. Feſtum Paſcha. Ar. M. Paſcha feſtum. Mar. Azymorum feſtum.*

Verſ. 5.

Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, &

Cùm ſubleuaſſet e. *Syr. Et ſuſtulit. Arab. Et eleuauit. Ar. M. Attollens ergo.*

Vulgata Editio.

viдiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum : Vnde ememus panes, vt manducent hi?

Lectionum Varietas.

Oculos. *Syr. Oculos ſuos.*
Vidiſſet. *Syr. Vidit. Ar.M. Intuitus.*
Quia multitudo m. *Syr. Turbam multam. Arab. Turbam magnam.*
Venit ad e. *Syr. Venientem ad ſe.*
Dixit ad Ph. *Syr. Et dixit Philippo.*
Panes. *Arab. Panem.*
Manducent h. *Arab. Cibentur hi. Euth. Iſti comedant. Vat. Edant iſti.*

Verſ. 6.

Hoc autem dicebat, tentans eum ; ipſe enim ſciebat,quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus :

Hic autem d. *Arab. Et non dicebat hoc.*
Tentans. *Syr. Dum tentaret. Arab. Niſi vt tentaret.*
Eſſet facturus. *Ar.M. Futurus eſſet facere.*

Verſ. 7.

Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat.

Panes non ſ. *Syr. Panis non ſufficeret. Arab. Panis non ſufficit.*
Vt vnuſquiſque. *Syr. Cùm ſinguli eorum. Arab. Cùm vnuſquiſque eorum.*
Modicum quid. *Syr. Quid minimum. Pagn. Puſillum quippiam. Adam. C. ex Syr. Parum parum quid. Auth. ex Syr. Leue, leue quid.*
Accipiat. *Syr. Acciperent. Arab, Sumpſerit.*

Verſ. 8.

Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas,frater Simonis Petri.

Diſcipulis eius. *Theoph. Diſcipulis ipſius.*
Andreas. *Arab. Et ipſe erat Andreas.*

Verſ. 9.

Eſt puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſces : ſed hæc, quid ſunt inter tantos?

Puer vnus. *Syr. Puer quidam. Vat. Puellus vnus. Fr.Luc. Puerulus vnus.*
Qui habet. *Syr. Habens ſecum. Arab.Cum eo ſunt.*
Panes hordeaceos. *Syr.Placentas hordeaceas.Arab. Panes hordeaces. S.Aug. Panes.*
Piſces. *Ar.M.Piſciculos.*
Hæc quid ſ. *Arab. Hoc quid erit. Quid. Cod. Hæc quid.*
Inter tantos? *Syr. Ad hos omnes. Arab. Tantis. S. Aug. Ad tantos. Euth. Inter tam multos. Caiet. Inter tot.*

Verſ. 10.

Dixit ergo Ieſus: Facite homines diſcumbere: Erat autem fœnum multum in loco : Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinque millia.

Dixit ergo. *Syr. Dixit eis. S. Aug. Et ait. Pagn. Dixit autem.*
Facite. *Syr. Efficite.*
Homines diſcumbere. *Syr. Vt omnes homines diſcumbant. Euth. Vt homines diſcumbant.*
Erat autem. *Euth. Erat itaque.*
Fœnum multum. *Euth. Gramen multum, Caiet. Herba multa.*
In loco. *S.Aug. Ibi. Euth. Illo loco.*
Diſcubuerunt ergo. *Syr. Et diſcubuerunt. Arab. Diſcubuerunt ergo ſuper fœnum. Euth. Accubuerunt ergo.*
Viri. *S.Aug. Hominum. Vat. Virorum.*
Quaſi quinque m. *Syr. Quinquies mille. S.Aug. & Vat. Ferme quinque millia.*

Verſ. 11.

Accepit ergo Ieſus panes; &c,cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus : ſi-

Accepit ergo. *Syr. Et accepit. S. Aug. Accepit autem.*
Ieſus. *S.Aug. Dominus Ieſus.*
Panes. *Syr. Panem. Fr.Luc. Illos panes.*
Cùm gratias e. *Syr. Benedixit. S. Aug. Gratias egit. Ar.M. Gratias agens.*
Diſtribuit. *Syr. Ac diſtribuit. Arab. Dedit. S. Aug. Iuſſit diſtribui.*
Diſcumbentibus. *Arab. Diſcipulis,& diſcipuli dederunt ſedentibus. S.Aug. Fractì ſunt panes poſiti ante diſcumbentes. Euth. Diſcipulis,diſcipuli verò accumbentibus. Theoph. Diſcipulis,diſcipuli verò diſcumbentibus.*

militer

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

militer & ex piſcibus, quantum volebant.

Ex piſcibus. *Syr. De piſcibus.*
Quantum volebant. *Arab. Secundùm quantitatem, quam voluerunt. S. Aug. Quantum ſufficiebat.*

Verſ. 12.

Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite, quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.

Vt autem i. ſ. *Arab. Et cùm ſaturati eſſent. Mar. Illi autem ſatiati ſunt.*
Quæ ſuperauerunt. *Pagn. Quæ ſuperfuerunt. Ar. M. Superabundantia.*
Ne pereant. *Arab. Ne pereat quicquam. S. Epiph. Vt nihil fragmentorum relinquatur. Fr. Luc. Ne quid deperat.*

Verſ. 13.

Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his, qui manducauerant.

Collegerunt ergo. *S. Greg. Nyſſ. Et collegerunt.*
Duodecim. *S. Greg. Nyſſ. Duodenos.*
Cophinos. *Arab. Sportas.*
Fragmentorum. *Syr. Fragmentis illis.*
Panibus. *Fr. Luc. Illis panibus*
Hordeaceis. *Illis. Hordeaceis & duobus piſcibus.*
Manducauerant. *Vat. Comederant.*

Verſ. 14.

Illi ergo homines, cùm vidiſſent, quod Ieſus fecerat, ſignum, dicebant: Quia hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in Mundum.

Illi ergo h. *Syr. Illi autem homines. Arab. Homines autem.*
Cùm vidiſſent. *Arab. Qui viderunt. Ar. M. Videntes.*
Fecerat. *Syr. Ediderat.*
Propheta. *Pagn. Propheta ille.*
Qui venturus eſt. *Syr. Qui venturus erat. Arab. Veniens. Ar. M. Venturus. Fr. Luc. Ille venturus.*

Verſ. 15.

Ieſus ergo cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.

Ieſus ergo. *Syr. Ieſus verò. Arab. Ieſus autem. Orig. Ieſus enim.*
Cùm cognouiſſet. *Syr. Cognouit. Orig. Cùm aliquando cognouiſſet factum.*
Quia venturi e. *Arab. Quia ipſi cogitauerant. S. Aug. Qui venerant. Orig. Vt venirent.*
Vt raperent. *Syr. Ad corripiendum. Arab. Rapere. Orig. Et raperent.*
Et facerent. *Arab. Et facere. Euth. Vt crearent. Orig. Vt facerent.*
Fugit iterum. *Syr. Subduxit ſeſe. Arab. Et reuerſus eſt iterum. Euth. Rurſum ſeceſſit. Orig. Seceſſit. Ar. M. Receſſit iterum.*
Montem. *Syr. Montem illum.*
Ipſe ſolus. *Syr. Solus.*

Verſ. 16.

Vt autem ſerò factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.

Vt autem ſerò f. e. *Theoph. At vbi iam veſpera eſſet. Vat. At vbi iam aduesperauiſſet.*
Ad mare. *Arab. In mare.*

Verſ. 17.

Et, cùm aſcendiſſent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus.

Cùm aſcendiſſent n. *Syr. Conſcenderunt in naui. Arab. Aſcenderunt in nauiculam.*
Venerunt trans m. *Syr. Et tranſibant. Arab. Vt transfretarent mare. Pagn. Venerunt traiecto mari. Caiet. Veniebant trans mare.*
In Capharnaum. *Syr. Ad Capharnaum. Pagn. Ad oppidum Capharnaum.*
Et tenebræ i. f. *Syr. Porrò tenebræ.*
Factæ erant. *Syr. Ingruerant. Theoph. Erant.*
Venerat. *Arab. Venerat adhuc.*

Verſ. 18.

Mare autem, vento magno flante, exurgebat.

Mare autem exurgebat. *Syr. Mare autem intumeſcebat aduerſus eos. Arab. Et concitatum eſt mare. Euth. Mare autem.*
Vento magno f. *Syr. Propterea quod ventus magnus perflabat. Arab. Quoniam ventus validus flabat in illud: & propè fuit, vt ſubuerteret eos.*

Verſ. 19.

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 19.

Cùm remigaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquinque aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & proximum naui fieri; & timuerunt.

Cùm remigaſſent e. *Syr. Et prouecti erant. Arab. Abierunt autem. Ar.M. Prouecti ergo.*
Quaſi. *Theoph. Fermè.*
Vident. *Syr. Cùm aſpexerunt. Arab. Deinde viderunt.*
Proximum naui f. *Syr. Dum appropinquaret ipſorum naui. Arab. Cùm appropinquaſſet nam eorum. Theoph. Appropinquantem naui. Ar. M. Prope nauem factum.*
Et timuerunt. *Syr. Timuerunt.*

Verſ. 20.

Ille autem dicit eis: Ego ſum, nolite timere.

Nolite timere. *Syr. Ne timeatis. Vat. Ne timete.*

Verſ. 21.

Voluerunt ergo accipere eum in nauim; & ſtatim nauis fuit ad terram, in quam ibant.

Voluerunt ergo. *Syr. Cupiebant autem.*
Accipere. *Syr. Recipere. Arab. Suſcipere. Euth. Sumere.*
Nauim. *Arab. Naui.*
Statim. *Syr. Eo momento. Pagn. Illicò.*
Fuit ad t. *Syr. Adfuit regioni illi. Euth. Appulit terra. Pagn. Appulerat terra. Ar. M. Facta eſt ad terram. Caiet. Fuit in terrâ. Fr. Luc. Facta eſt in terrâ.*
In quam ibant. *Syr. In quam proficiſcebantur. Arab. Quam volebant. Euth. Ad quam ibant. Quidd. Codd. Quam ibant. Vat. Ad quam tendebant.*

Verſ. 22.

Alterâ die, turba, quæ ſtabat trans mare, vidit, quia nauicula alia non erat ibi niſi vna; & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent.

Alterâ. *Syr. Poſtero autem. Euth. Sequenti.*
Turba. *Syr. Turba illa. Arab. Turba.*
Quæ eſt. *Arab. Quæ erant. Ar. M. Conſtituta.*
Trans mare. *Euth. Ad mare.*
Vidit. *Syr. Viderunt. Euth. Cum vidiſſet. Vat. Vt vidit. Ar. M. Videns.*
Quia nauicula a. n. e. *Syr. Nullam aliam eſſe nauim.*
Niſi vna. *Syr. Præter eam, quam conſcenderant diſcipuli. Euth. Niſi vna illa, in quam ingreſſi erant diſcipuli eius. Ar. M. Si non vna illa, in quam intrarant diſcipuli eius. Caiet. Niſi vna illa, quam conſcenderant diſcipuli eius.*
Quia non i. *Syr. Non ingreſſum fuiſſe. Arab. Quia non aſcenderat.*
Cum diſcipulis ſ. *Syr. Cum eis. Ar. M. Simul diſcipulis ſuis.*
Nauim. *Fr. Luc. Nauiculam illam.*
Sed ſoli d. e. a. *Syr.* omittit.

Verſ. 23.

Aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum, vbi manducauerant panem, gratias agente Domino.

Superuenerunt. *Syr. Veniebant. Arab. Venerant. Caiet. Venerunt.*
Naues. *Pagn. Nauiculæ.*
Iuxta locum. *Syr. Ad crepidinem loci illius. Arab. Ita vt applicarent ad locum. Vat. Prope locum.*
Vbi. *Arab. In quo.*
Manducauerant. *Theoph. Comederant.*
Gratias agente Domino. *Syr. Cùm benedixiſſet Ieſus. Arab. Quem benedixit Dominus. Euth. Poſtquam gratias egiſſet Dominus. M. SS. Gratias agentes Deo.*

Verſ. 24.

Cùm ergo vidiſſet turba, quia Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius; aſcenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Ieſum.

Turba. *Syr. Turba illa.*
Aſcenderunt. *Pagn. Aſcenderunt & ipſi. Vat. Conſcenderunt & ipſi.*
Nauiculas. *Fr. Luc. Illas naues.*

Verſ. 25.

Et, cùm inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc veniſti?

Et cùm inueniſſent. *Syr. Cùm autem inueniſſent. Ar. M. Et inuenientes.*
Rabbi. *Syr. Magiſter noſter. Arab. Magiſter.*
Veniſti. *Ar. M. Factus es. Fr. Luc. Aduenisti.*

Verſ. 26.

Vulgata Editio.

Verſ. 26.

Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna; ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.

Verſ. 27.

Operamini non cibum, qui perit, ſed, qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater ſignauit Deus.

Verſ. 28.

Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei?

Verſ. 29.

Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille.

Verſ. 30.

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi? quid operaris?

Verſ. 31.

Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: Panem de cælo dedit eis manducare.

Verſ. 32.

Dixit ergo eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: non Moyſes dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum.

Verſ. 33.

Panis enim Dei eſt, qui de cælo deſcendit, & dat vitam Mundo.

Verſ. 34.

Dixerunt ergo ad eum: Domine, ſemper da nobis panem hunc.

Verſ. 35.

Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, non eſuriet; &, qui credit in me, non ſitiet vnquam.

Verſ. 36.

Sed dixi vobis, quia & vidiſtis me, & non creditis.

Lectionum Varietas.

Quæritis. *Syr. Quòd queritis.*
Non quia. *Syr. Non eſt quia. Arab. Non ob.*
Vidiſtis ſigna. *Arab. Viſionem veſtram ſignorum.*
Quia manducaſtis ex p. *Syr. Quia comederitis panem. Arab. Ob manducationem veſtram panis. S. Aug. Quia manducaſtis ex panibus meis. Euth. Quia comediſtis de panibus.*
Saturati eſtis. *Syr. Expleti ſitis.*

Operamini non c. *Syr. Ne operemini cibum. Arab. Operamini non ob cibum. S. Hil. Operamini eſcam. Mar. Date operam.*
Qui perit. *Arab. Periturum. S. Hil. Non quæ interit. Mar. Vt habeatis.*
Sed. *Syr. Sed cibum illum. Arab. Sed ob cibum. S. Hil. Sed eſcam, quæ. Mar. Cibum.*
Qui permanet. *Arab. Permanentem. Clem. Alex. Eum qui manet.*
Signauit. *Pagn. Conſignauit. Fr. Luc. Sigillauit.*
Deus. *Fr. Luc. Qui Deus.*

Dixerunt ergo ad e. *Syr. Dicunt ei.*
Faciemus. *Vat. Facimus.*

Opus. *Syr. Opus illud.*
In eum. *S. Hil. Ei.*
Miſit ille. *Arab. Miſit. Tert. Deus miſit.*

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt. Arab. Dixerunt.*
Quod ergo tu f. *Syr. Quodnam edis.*
Videamus. *Arab. Videamus illud.*
Tibi. *Syr. In te.*
Quid. *Arab. Quid eſt quod.*

Manducauerunt. *Pagn. Comederunt.*
Panem de cælo. *S. Aug. Manna. Fr. Luc. Panem ex cælo.*
Manducare. *Syr. Ad comedendum. Arab. Et manducauerunt. Pagn. Ad edendum.*

Dixit ergo eis. *Arab. Dixit eis.*
Panem de c. *Syr. Panem illum è cælo.*
Pater meus. *Arab. Pater meus eſt, qui.*
Dat. *S. Aug. Dedit.*
Panem. *Syr. Panem illum.*
De cælo v. *Syr. Veritatis è cælo. S. Aug. De cælo. Euth. De cælo, eum, qui eſt verus.*

Panis enim. *Fr. Luc. Ille enim panis.*
Dei. *S. Aug. Verus. Clem. Alex. Ex Deo.*
Eſt qui. *Ar. M. Deſcendens.*
Dat vitam. *Arab. Dono dat vitam. Ar. M. Vitam dans.*

Dixerunt ergo ad e. *Syr. Dicunt ei.*
Domine. *Syr. Domine noſter.*
Panem hunc. *Arab. De hoc pane.*

Dixit autem. *Syr. Dixit. Arab. Dixit ergo.*
Panis. *Al. Panis ille.*
Qui venit. *Arab. Et qui venit. S. Cypr. Qui venerit.*
Non eſuriet. *Syr. Haudquaquam eſuriet.*
Credit. *S. Cypr. Crediderit.*
Vnquam. *In æternum.*

Quia & vidiſtis. *Syr. Vidiſtis.*
Creditis. *Euth. Credidiſtis.*

Verſ. 37.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 37.

Omne, quod dedit mihi Pater, ad me veniet; & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras.

Omne qood d. *Syr. Quicqmd dat. Arab. Quodcunque dedit. Marc. Vic. Quem mittit.*
Mihi. *Marc. Vic. Ad me.*
Patet. *Syr. Pater meus.*
Ad me veniet. *S. Hil. Ad me venit. Marc. Vic. Iſte ad me veniet.*
Venit. *Theoph Venerit.*
Eiiciam. *S. Hil. Repello. Theoph. Eiicio foras.*

Verſ. 38.

Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam; ſed voluntatem eius, qui miſit me.

Quia deſcendi. *S. Cypr. Non deſcendi. Euſ. Em. Ego non veni.*
De cælo. *Euſ. Em.* omittit.
Non vt faciam. *S. Cypr. Vt faciam. Pagn. Vt non faciam. Enſ. Em. Facere.*
Voluntatem meam. *Vat. Quod ego volo.*
Voluntatem eius. *S. Cypr. Eius. Vat. Quod vult is.*
Qui miſit. *Ar. M. Mittentis.*

Verſ. 39.

Hæc eſt autem voluntas eius, qui miſit me, Patris: vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo; ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo die.

Hæc eſt autem. *Arab. Et hac eſt. Quidd. Codd. Hac eſt enim.*
Voluotas eius q. m. m. P. *Arab. Voluntas Patris, qui miſit me.*
Vt omne q. d. *Arab. Vt omnia, qua dedit. Euth. Ne ex omnibus, qua dedit.*
Noo perdam ex eo. *Arab. Non pereat ex eis quicquam. Euth. Quid perdam. Pagn. Non perdam.*
Reſuſcitem. *Syr. Suſcitem. S. Aug. Reſuſcitabo.*
Illud. *Euth. Illa.*
Io nouiſſimo. *Syr. Nouiſſimo illo. Fr. Luc. In vltimo.*

Verſ. 40.

Hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me: vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Hæc eſt autem. *Arab. Quoniam hoc eſt. S. Hil. Hac eſt enim. Tert. Hac eſt.*
Voluntas. *Arab. Placitum.*
Patris mei q. m. *Theoph. Eius, qui miſit me. Tert. Patris. Ar. M. Mittentis me.*
Omnis, qui v. *Syr. Quiſquis videt. Arab. Quicunque videt. S. Hil. Omnis qui vidit. Cl. Alex. Omnis qui contemplatur. Fr. Luc. Contemplans.*
Io eom. *Clem. Alex. In ipſum.*
Habeat vitam æ. *Arab. Conueniat ei vita æterna.*
Ego reſuſcitabo. *S. Hil. Reſuſcitem. Vat. Ego ſuſcitabo. Fr. Luc. Suſcitem.*
In oouiſſimo. *Syr. Vltimo die. Tert. Nouiſſimâ. Ar. M. Nouiſſimo.*

Verſ. 41.

Murmurabant ero Iudæi de illo, quia dixiſſet: ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.

Murmurabaot ergo I. *Arab. Et poſuerunt Iudæi murmurare.*
Panis viuos. *Pagn. Panis ille. Quidd. Codd. Panis.*
Qui deſcendi. *Arab. Qui deſcendit. Ar. M. Deſcendens.*

Verſ. 42.

Et dicebant: Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic; Quia de cælo deſcendi?

Dicebant autem. *Arab. Dicere.*
Hic eſt Ieſus. *Quidd. Codd. Hic eſt.*
Nouimus. *Arab. Cognouimus.*
Quomodo ergo. *Syr. Et quomodo.*
De cælo. *Syr. E cælo.*

Verſ. 43.

Reſpondit ergo Ieſus, & dixit eis: Nolite murmurare inuicem.

Reſpondit ergo. *Syr. Reſpondit.*
Nolite m. *Caiet. Ne murmurate.*
Iouicem. *Syr. Vnus cum alio. Vat. Inter vos. S. Aug. Ad inuicem. Ar. M. Cum aliis alij. Fr. Luc. Inter vos mutuò. Quidd. Cod. Inuicem.*

Verſ. 44.

Nemo poteſt veoire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ergo reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Poteſt venire. *S. Epiph. Venit.*
Qui miſit me. *S. Hil. Meus. Ar. M. Mittens me.*
Traxerit. *S. Hil. Adducat.*
Reſuſcitabo. *Theoph Suſcitabo.*
In nouiſſimo. *Syr. Vltimo. Ar. M. Nouiſſimo.*

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 45.

Eſt ſcriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis,qui audiuit à Patre,& didicit,venit ad me.

Eſt ſcriptum. *Syr. Scriptum eſt enim.*
Et erunt. *Syr. Futuros.*
Docibiles Dei. *Syr. Doctos à Deo. Arab. Docibiles à Deo. Euth. Edoctis à Deo. Pagn. Docti à Deo.*
Omnis,qui. *Syr. Quiſquis igitur. Theoph. Omnis ergo.*
Audiuit. *S.Hil. Audit.*
Didicit. *Syr. Didicit ab eo. Arab. Scit. S. Hil. Diſcit. Ar. M. Diſcens.*

Verſ. 46.

Non quia Patrem vidit quiſquam, niſi is,qui eſt à Deo: hic vidit Patrem.

Non quia P. *Arab. Et Patrem. Euth. Non quòd Patrem. Vert. Patrem Deum.*
Vidit quiſquam. *Arab. Nemo vidit. Euth. Quiſpiam viderit. Tert. Nemo vidit vnquam. Marc. Vic. Vidit aliquis.*
Qui eſt. *Ar.M Exiſtens.*
Patrem. *Tert. Deum.*

Verſ. 47.

Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam æternam.

Qui. *Syr. Quiſquis.*
Credit in m. *Vat. Confidit mihi.*
Habet vitam æ. *Arab. Et eſt vita æterna.*

Verſ. 48.

Ego ſum panis vitæ.

Panis. *Pagn. Panis ille.*

Verſ. 49.

Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto,& mortui ſunt.

Manducauerunt. *Euth. Comederunt.*
Deſerto. *Theoph. Eremo.*

Verſ. 50.

Hic eſt panis de cælo deſcendens; vt, ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur.

Hic eſt. *Syr. Hic eſt autem.*
Panis. *Syr. Panis ille.*
De cælo d. *Syr. Qui de cælo deſcendit. Vat. Qui è cælo deſcendit. Fr. Luc. Verè cæleſtis.*
Si quis. *Syr. Homo. Pagn. Aliquis.*
Ex ipſo. *Vat. De ipſo.*
Manducauerit. *Syr. Comedat. Arab. Manducabit. Pagn. Edat.*
Non moriatur. *Arab. Non morietur. Pagn. Et non moriatur.*

Verſ. 51.

Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum: & panis, quem ego dabo,caro mea eſt, pro Mundi vitâ.

Ego. *Marc. Vic. Et ego.*
Viuus. *Arab. Viuificus. S. Cypr. & Marc. Vic. Vita.*
Qui de cælo d. *Arab. Qui deſcendit de cælo. Vat. Qui è cælo deſcendi. Ar. M. Ille de cælo deſcendens.*
Si quis. *Et ſi quis. Arab. Et quicunque. Orig. Et qui:* vel. *Qui autem. Marc Vic. Qui.*
Manducauerit. *S. Cypr. Ederit. Marc. Vic. Manducat.*
Ex hoc. *S. Cypr. De meo pane. Marc. Vic. Iſtum. Vat. De hoc pane. Orig. Hunc panem:* vel. *De pane, quem ego dabo ei.*
Viuet. *Orig. Non morietur.*
In æternum. *Marc. Vic. Sæculum.*
Et panis. *Fr.Luc. Panis autem.*
Dabo. *Tert. Dedero.*
Caro mea e. *Syr. Corpus meum eſt.*
Pro mundi v. *Syr. Quod pro vita mundi do. S.Cypr. Pro ſæculi vitâ. Clem. Alex. Quam ego dabo pro mundi vitâ. Tert. Pro mundi ſalute.*

Verſ. 52.

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?

Litigabant ergo. *Syr. Rixabant autem. Pagn. Decertabant ergo. Caiet. Pugnabant ergo.*
Ad inuicem. *Syr. Alius cum alio. Pagn. Inter ſe.*
Carnem ſuam. *Syr. Corpus ſuum. Vat. Carnem illam ſuam. Caiet. Carnem. Fr. Luc. Carnem eamque humanam.*
Ad manducandum. *Syr. Ad comedendum. Arab. Vt manducemus illud. Pagn. Ad edendum.*

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Verſ. 53.

Dixit ergo eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Dixit ergo. *Syr. At dixit.*
Manducaueritis. *Syr. Comederitis. Theoph. Ederitis.*
Carnem. *Syr. Corpus.*
Filij hominis. *S.Cyr. Hier. Meam.*
Eius ſanguinem. *S.Cyr. Hier. Sanguinem meum.*
Habebitis. *Theoph. Habetis.*
Vitam. *Orig. Vitam manentem.*
In vobis. *S.Ambr. Æternam. Orig. In vobis ipſis.*

Verſ. 54.

Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam; & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

Qui manducat. *Syr. Porrò, qui comedit. Euth. Qui edit.*
Meam carnem. *Syr. Ex corpore meo. Arab. Corpus meum.*
Meum ſanguinem. *Syr. Ex meo ſanguine.*
Habet vitam æ. *Arab. Erit ei vita æterna.*
Reſuſcitabo. *Vat. Suſcitabo.*
Die. *Syr. Illo die.*

Verſ. 55.

Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus:

Caro enim m. *Syr. Corpus meum.*
Verè. *Euth. Verus. S.Proſp. Vera.*
Cibus. *S. Proſp. Eſca.*
Verè. *Euth. Verus.*

Verſ. 56.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.

Manducat. *S.Greg. Comedit. Pagn. Edit.*
Meam carnem. *Syr. Corpus meum.*
Ego. *Syr. Ego maneo.*

Verſ. 57.

Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.

Viuens. *Marc. Vic. Viuus. Fr.Luc. Ille viuens.*
Et ego. *Theoph. Ita & ego.*
Viuo. *Arab. Viuens ſum.*
Propter P. *Fr.Luc. Per Patrem.*
Manducat. *Syr. Comederit. Pagn. Ederit.*
Et ipſe. *Arab. Ipſe. Vat. Ipſe quoque.*

Verſ. 58.

Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducauerunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.

Panis. *Pagn. Panis ille.*
Qui de cælo deſcendit. *Ar.M. De cælo deſcendens. Fr.Luc. E cælo delapſus.*
Non ſicut. *Syr. Non eſt ſicut illud.*
Manducauerunt. *Syr. Quod comederunt.*
Qui. *Orig. Qui verò.*
Manducat. *Syr. Comederit. Vat. Edit. Orig. Manducauerit.*
Hunc panem. *Syr. Ex hoc pane.*
Viuet. *Orig. Is victurus eſt.*
Æternum. *Marc. Vic. Omne ſæculum.*

Verſ. 59.

Hæc dixit in ſynagogâ docens, in Capharnaum.

Hæc dixit. *Arab. Hoc dixit. Euth. Hæc loquutus eſt.*
In ſynagogâ. *Arag. Synagogis.*
Docens. *Syr. Dum doceret. Arab. Cùm ipſe doceret.*

Verſ. 60.

Multi ergo audientes ex diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire?

Multi ergo. *Syr. Multi autem. Arab. Et multi.*
Audientes. *Syr. Qui audierunt. Theoph. His auditis.*
Durus. *Arab. Quàm difficilis.*
Et quis. *Arab. Quis.*

Verſ. 61.

Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc vos ſcandalizat?

Sciens. *Arab. Cognouit.*
Apud ſemetipſum. *Syr. Apud ſe. Arab. In ſemetipſo. Euth. omittit. Fr.Luc. In ſeipſo.*
Diſcipuli eius. *Euth. Diſcipuli.*
Dixit eis. *S.Aug. Reſpondit & ait.*
Vos. *Euth. Vobis.*
Scandalizat. *Euth. Eſt offendiculum. Pagn. Offendit.*

Verſ. 62.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 62.

Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat priùs?

Si ergó videritis. *Arab. Quomodo ergo, ſi videritis. Vat. Quid igitur ſi videritis. Tert. Quid ſi videritis. Fr. Luc. Si ergo videatis.*
Aſcendentem. *Syr. Aſcendentem eò loci. Arab. Aſcendere. Tert. Aſcendentem illuc.*
Prius. *Syr. A principio. Tert. Antè.*

Verſ. 63.

Spiritus eſt, qui viuificat; caro non prodeſt quidquam: verba, quæ ego loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.

Spiritus eſt. *Arab. Tantummodo ſpiritus.*
Qui viuificat. *Arab. Viuificat.*
Caro. *Arab. Et corpus. S. Gaud. Nam caro.*
Non prodeſt quidpiam. *S. Gaud. Nihil prodeſt.*
Verba, quæ. *Arab. Sermo, quem.*
Loquutus ſum vobis. *Syr. Loquor vobiſcum. Arab. Loquutus ſum. S. Greg. Nyſſ. Loquor.*
Spiritus. *Syr. Spiritus ſunt.*

Verſ. 64.

Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum.

Sunt quidam. *Arab. Aliqui.*
Ex vobis, qui. *Arab. In vobis.*
Sciebat. *Arab. Erat ſciens. Euth. Nouerat.*
Ab initio. *Syr. A principio.*
Qui eſſent non credentes. *Arab. Illos, qui non credebant in eum. S. Aug. Qui eſſent credentes.*
Traditurus. *Pagn. Proditurus.*

Verſ. 65.

Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.

Et dicebat. *Syr. Et dicebat eis. Arab. Deinde dixit illis.*
Nemo poteſt venire. *Arab. Non poteſt quis venire. Euth. Nullus poteſt venire. Orig. Nemo venit.*
Fuerit ei datum. *Arab. Donatus ſit ille. Orig. Quem attraxerit.*
A Patre meo. *Arab. A Patre. Orig. Pater meus cœleſtis.*

Verſ. 66.

Ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò; & iam non cum illo ambulabant.

Ex hoc. *Syr. Propter hunc ſermonem. Arab. Propter hoc. Pagn. Ex tunc. Vat. Ex eo tempore.*
Diſcipulorum eius. *Arab. Ex diſcipulis eius. Tert. Diſcipulorum.*
Abierunt. *Arab. Reuerſi ſunt. Vat. Deſciuerunt.*
Retrò. *Theoph. Retrorſum. Vat. Eo relicto. Ar. M. In retrò. Caiet. Ad ea, quæ retrò.*
Et iam non cum illo. *Arab. Et non cum eo. Pagn. Nec amplius cum illo.*
Ambulabant. *Arab. Ambulauerunt.*

Verſ. 67.

Dicit ergo Ieſus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?

Dixit ergo. *Syr. Dixit autem. S. Cypr. Dixit.*
Ad duodecim. *Syr. Dodecadi. S. Cypr. Ad Apoſtolos. Tert.* omittit.
Nunqoid. *Euth. Num.*
Abire. *S. Aug. Ire.*

Verſ. 68.

Reſpondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.

Reſpondit ergo ei. *S. Cypr. Reſpondit.*
Simon Petrus. *Syr. Simon Petrus & ait. S. Cypr. Petrus.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Ibimus. *Euth. Abibimus.*
Verba. *Arab. Cùm verba. Marc. Vic. Verbum.*
Vitæ æternæ. *Mar. Quæ ad vitam æternam.*
Habes. *Arab. Sunt tibi. Mar. Perducunt.*

Verſ. 69.

Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei.

Et nos credimus. *Arab. Et iam credidimus nos. Marc. Vic. Et nos credidimus in Te Domine.*
Et cognouimus. *Syr. Et ſcimus. Arab. Et certi ſumus. Marc. Vic.* omittit.
Dei. *S. Cypr. Dei viui. Caiet. Dei viuentis.*

Verſ. 70.

Reſpondit eis Ieſus: Nonne ego vos

Reſpondit eis Ieſus. Dei. *Arab. Dixit illis. S. Aug. Ait ergo Dominus Ieſus.*
Vos duodecim elegi. *Arab. Sum, qui elegi vos*

Vulgata Editio.

duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt?

Verſ. 71.

Dicebat autem Iudam Simonis Iſcariotem: hic enim erat traditurus eum, cùm eſſet vnus ex duodecim.

Lectionum Varietas.

congregationem duodecim.
Diabolus. *Syr. Satanas. Quid. Aduerſarius.*

Dicebat autem. *Syr. Loquebatur. Arab. Et ſignificauit per hunc.*
Iudam. *Syr. De Iuda.*
Simonis Iſcariotem. *Syr. Filio Simonis Iſcariotâ. Pagn. Simonis Iſcariotis.*
Hic enim erat traditurus. *Syr. Futurum enim erat, vt ipſe proderet. Theoph. Hic enim proditurus erat.*
Cùm eſſet vnus. *Syr. Vnus. Arab. Et erat vnus. Ar. M. Vnus exiſtens.*

CAPVT VI.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Sediſſe cum diſcipulis cur Chriſtus ſit dictus. 1388
Imperitiores magis informandi. 1388
Maiori malo prius occurrendum. 1388
Humana peritia cæca, vbi res diuinæ ad humanam regulam trahuntur. 1389
Suî penè obliuiſcitur verus paſtor & ſuperior. 1389
Maximè noſtra Deus curat, ſi nos ea curamus quæ ſunt illius. 1389
A ſuperfluarum rerum cupiditate quàm alieni Apoſtoli. 1390
Suorum viribus ſe aptet, qui alios regit, & ad perfectiora ſemper prouocet. 1390
Humanum faſtum vt Chriſtus arguat. 1390
Exempli vis quàm vtilis. 1391
Maximè in menſa probare ſe hominem homo debet. 1391
Gratiarum actio in Dei beneficiis. 1391
Noſtrum bonum, ſuum Chriſtus putabat. 1392
Dei dona Dei donis ſunt grauida. 1392
Euangelica doctrina augmenta. 1393
Fragmenta panis cur colligere Apoſtolis Chriſtus iniunxerit non turbis. 1393
Diuinorum beneficiorum memoria. 1394
Quæ mundus ſuis offert, phantaſmata videntur: quæ Deus ſolida & vera. 1394
Animæ ne pereant, quàm Chriſtus ſtudeat. 1395
Eleemoſyna & beneficentia virtus. 1393

Subiit ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

1388. ET *ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.* Non eſt torpentis iſta ſeſſio: eſt diligentis. *Non ſimpliciter*, inquit hic S. Bonauentura, *id eſt inaniter ſedebat; ſed fortaſsè diligenter loquens ad eos, docens aut conuertens eos ad ſeipſum.*

Dixit ad Philippum.

D*ixit ad Philippum.* Cur hunc potiùs de hac re Chriſtus alloquitur, quàm alium? An, quia, tanquam imperitior, magis erudiri ac informari debebat? vnde cap. 14. 8. dixit: *Domine, oſtende nobis Patrem.* Huc ſpectauit & Vgo Catenſis hîc. *Nota*, inquit, *quòd Chriſtus potius alloquitur Philippum; quia nouit, quis diſcipulorum magis indigebat doctrinâ.*

Dixit ad Philippum. Turbis cibus deerat: diſcipulis, fidei plenitudo ac perfectio. Maiori neceſſitati priùs occurrit. *Multitudo*, inquit ille bonus author, *quæ Dominum ſequebatur, pane: diſcipuli verò fide potiùs, quàm pane, egebant: & ideo potiùs neceſſitati ſpirituali ſuccurrit:* vt in omnibus priùs potiuſque ea quærantur, quæ ad animæ ſalutem ſpectant, quàm quæ corpus ipſum tangunt.

Niſi dicamus præcipuè interrogaſſe Philippum, tanquam (vt ille ait) *in iis, quæ ad victum comparandum pertinebant, peritiorem intelligentioremque.* Sed peritia omnis, nulla; cæca intelligentia eſt, vbi res Diuinæ humanâ regulâ menſurantur.

Vnde ememus panes, vt manducent hi?

V*Nde ememus panes, vt manducent hi?* Non dixit, *vt nos manducemus*; ſed, *vt manducent hi.* Aliis alimoniam curat; ſuî penè obliuiſcitur verus paſtor, ſedulus amanſque ſuorum ſuperior. Abeunt ab hac mente, qui in rerum penuriâ ſibi tantùm conſulunt, aliis neglectis. 1389.

Vnde ememus panes? Cùm illi, qui Chriſtum ſequebantur, ſuî penè obliuiſcerentur, Chriſtus maximè eorum indigentiæ ſubuenire cogitat. Nimirum, curat Deus noſtra, ſi nos ea curamus, quæ ſunt illius; & noſtrî maximè ſolicitus eſt, cùm nos in iis ſoliciti, quæ ad eius obſequium ſpectant.

Eſt puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos & duos piſces; ſed hæc quid inter tantos?

E*ſt puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos & duos piſces.* Vt vel hinc appareat, quàm à terrenarum rerum curâ, à ſuperfluarum rerum cupiditate alieni Apoſtoli fuerint. Id quod expendens etiam S. Chryſoſtomus homil. 30. in Matth. *Illud*, inquit, *hinc diſcimus, quantâ philoſophiâ anguſtaque diſciplina viuendi Apoſtoli vixerunt, omnem deliciarum luxum contemnentes. In duodecim nempe hominibus quinque panes & duo piſces reperti ſunt: ita, quæ ad corpus pertinent, omnia ſuperflua, & contemnenda ſibi videbantur.* 1390.

Nunc panes hordeaceos exhibet Diuinitùs multiplicatos, qui poſtea daturus eſt carnem ſuam, ſuum ſanguinem. Suorum nimirum viribus ſe aptat,

apiat, vt tamen ad perfectiore ſemper prouocet & inuitet, quod obſeruabat Zacharias Epiſcopus Chryſopolitenus lib. 2. cap. 8. in Euang. ait enim: *Dominus, cuique pro viribus ſuis dona tribuens, & ſemper ad perfectiora prouocans, primò quinque panibus quinque millia reficit: ſecundò ſeptem panibus quatuor hominum millia: tertiò diſcipulis ſua carnis & ſanguinis myſterium credit: ad vltimum dat, vt edant & bibant ſuper menſam ſuam in Regno ſuo.*

Eſt puer vnus hîc. Infantiam ſuam prodit Andreas, dum puerum adducit in medium, qui quinque panes hordeaceos habebat, & duos piſces, & addidit: *ſed hæc quid inter tantos?* ſi ſatis habuiſſet fidei, ſatis hæc tantis ſatiandis fuiſſe credidiſſet. Exempli hîc via apparet ſiue boni ad bonum, ſiue mali ad malum. *Diffidente Philippo diffidit & Andreas* (vt ille ait) *tantum aliorum exemplum in alios poteſt.* Magnam fidem ſi Philippus habuiſſet, Andreas tam exiguam non oſtendiſſet.

A puero panes quinque hordeaceos accepit, à tam vili, tam vilem cibum noſtri cauſa non eſt dedignatus tantus accipere. *Talis ac tantus paterfamilias*, inquit ille, *non dedignatus quinque panibus oblatis à puero eorum inchoare conuiuium*: in hoc quoque humanum faſtum arguens, qui à maximè obuiis abſtinet, ne maximè appareat obuius.

Facite homines diſcumbere.

1391. *F*Acite homines diſcumbere. Vt priùs exiguam fidem prætulerint, hîc tamen perfectam exercent obedientiam; nec enim reponunt: Quorſum homines ſedebunt, ſi deeſt, quod illis apponatur? Petent, & promptâ patentiâ primum illum defectum ſupplent, nec defectus defectibus inædificant; ſed (vt ille ait) *reficiunt ruinas, quas fecerant.*

Facite homines diſcumbere. Vt vbique ſe hominem putare homo debeat, debet præcipuè in menſa, ac cauere ne brutales appetitus in eo tunc regnent. *Signanter*, inquit hîc Ferus, *iubet homines diſcumbere: In menſa enim Dei, non debent animales eſſe, nam animalis homo, non percipit quæ Dei ſunt, multò minus beſtiales admittit. Homines autem ſunt, qui non ſecundum concupiſcentiam, ſed ſecundùm rationem viuunt; Item qui non tantùm corporis cibum quærunt, ſicut beſtia; ſed etiam animæ cibum.*

Cùm gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus.

*C*Vm gratias egiſſet. Ante miraculum gratias egit: cur non factum facto miraculo? An, quia accepti beneficij gratitudo ſternit ad noua accipienda viam? *Significanter*, inquit hîc Caietanus, *deſcribitur gratiarum actio in patratione miraculi, ad erudiendum nos, quòd petitio futurorum ex gratitudine præteritorum conſurgere debet.*

1392. *Cùm gratias egiſſet.* Gratias egit tanquam homo. Sed, cùm miraculum in hominum ſalutem & ſpiritualem & corporalem reſiliret, cur Chriſtus gratias egit? Peritè ille. *Noſtrum bonum Chriſtus reputabat ſibi proprium; idcirco pro nobis gratias egit.*

Cibi hîc mentio, ſed potus nulla: cur ita? An, quia Dei dona donis ſunt grauida, vt det plura, quàm dare videatur; vnde cibus ſedandæ ſiti fuerit aptus, qui eam ſolet excitare? S. Vincentius Ferrerius ſer. 1. in Domin. *Lætare*, ita ſcribit: *Euangelium nullam facit mentionem de potione: habemus tamen dicere, ne prandium videatur imperfectum (quia Dei perfecta ſunt opera Deut. 32.) quod biberunt; & quod illi panes & piſces fuerunt ſimul cibus & potus: nam non legitur, quod eſſet ibi vinum neque fons: nec videtur ratio, quod habuiſſent ire ad fontem; quia tunc eſſet ibi inordinatio.*

Quod in panis fractione accidit, hoc ad doctrinam transfert Origenes hom. 12. in Geneſ. *Donec*, inquit, *integri ſunt panes, nemo ſaturatur, nemo reficitur, nec ipſi panes videntur augeri. Conſidera ergo nunc, quomodo paucos panes frangimus: de Scripturis Diuinis paucos ſermones aſſumimus, quot millia hominum ſaturantur. Sed, niſi fracti fuerint iſti panes; hoc eſt, niſi minutatim littera fuerit diſcuſſa & fracta, ſenſus eius ad omnes non poteſt peruenire.* 1393.

Dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.

*D*Ixit diſcipulis ſuis. Quid dixit? *Colligite, quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant.* Cur hoc non turbis quoque iniunxit, quæ ea panibus Diuinitùs auctis comederant? An, quia illorum præcipuè eſt curare, ne aliquid, quod ad Chriſti gloriam ſpectet, depereat; neve obliuione ſepeliantur vel exigua eius beneficia: quia ex hoc miraculo magnam vtilitatem erant diſcipuli conſequuturi. *Quànam gratiâ* inquit hîc Sanctus Chryſoſtomus *non dedit turbæ, vt ferrent, ſed diſcipulis? Quoniam hos magis erudiri volebat, qui totius Orbis magiſtri erant futuri. Multitudo enim parum emolumenti è miraculis erat conſequutura: mox namque obliti ſunt, & petunt aliud ſignum. Diſcipuli verò plurimam conſequuti ſunt vtilitatem.*

Colligite, quæ ſuperauerant fragmenta. Quod ſtatim Apoſtoli præſtiterunt, & duodecim cophinos fragmentorum collegerunt, vt ſinguli haberent, quem ferrent; ſicque pondus ipſum cophini fragmentis pleni miraculum in Apoſtolorum mente altius imprimeret. Quod tetigit S. Baſilius Seleuciæ Orat. 33. vbi ait: *Pares cum Apoſtolis numero ſunt cophini, vt ſinguli, ſingulos baiulando, laborem, miraculi teſtem, ſubeant; humeruſque, dum teritur, rei geſtæ ſenſum ingerat.* 1394.

Colligi fragmenta panis voluit. Non ad miraculi oſtentationem hoc factum; *ſed, ne phantaſma putarent, quod factum eſt* (inquit Sanctus Thomas in Catenâ) *propter quod etiam ex ſubiectâ materiâ miraculum fecit*, cùm æquè poſſet ex nihilo. Quæ Mundus offert, phantaſmata quædam ſunt: quæ à Deo, vera ſolidaque bona, adeò vt vel leuis phantaſmatis ſuſpicio ab iis, quæ exhibet, abeſſe Deus voluit.

Colligite, quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. 1395.
Qui de panis fragmentis adeò eſt ſollicitus, vt colligi ea iubeat, ne pereant; animæ æternum duraturæ, & ad illius imaginem formatæ non erit ſollicitus? Erit: & quæcunque pro nobis fecit, & paſſus eſt, plenam fidem faciunt.

Colligite, quæ ſuperauerunt fragmenta. Eleemoſynæ beneficentiæque virtutem hîc commendat. Beneficio opes non minuuntur, ſed creſcunt. Scitè S. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. cap. 18. *Tanta poteſtas Chriſti ex hac re apparuit, vt ex quinque hordeaceis panibus & duobus piſcibus non ſolùm ingens multitudo ſaturata ſit, ſed etiam duodecim corbium fragmenta ſuperfuerint. Quamuis ſuſpicionem quoque illam fragmentorum copia depulerit (non enim falsò neque per phantaſmata quinque panibus impleti ita multi videntur, cùm tot ſuperfuiſſe, & qui comederunt,*

runt, videbant, & qui miniſtrabant, colligendo & portando ſenſerunt) ſed maximum atque vtiliſſimum illud eſt: liberalitas enim nobis hoc miraculo commendatur, & quaſi magnâ voce dicitur: Quantò plura dabis liberaliter atque miſericorditer, tantò tibi plura largiùs confluent. Fac igitur libenter, quod ſcribitur: Frange eſurienti panem tuum. Nam & diſcipulos videmus tardiores in hac re à principio fuiſſe, quibus ſic affectis copioſiſſimam fragmentorum multitudinem Saluator largitus eſt. Ita docemur propter minima, quæ ad gloriam Dei conſumimus, ditiſſima nobis à Chriſto eſſe præparata. Non ſimus ergo tardi ad ſuſcipiendos fratres ex charitate; ſed prompti ac liberales, omni propter ſpem ac fidem abiectâ formidine. nam, ſi firmiter credemus multiplicata hæc fuiſſe Diuinitùs, facilè (vt iubemur) viſcera miſericordiæ indigentibus aperiemus.

SECTIO II.

Bonorum eſt ex Dei donis maiorem vtilitatem elicere. 1396
Chriſti miracula quàm eximia. 1396
Charitas erga proximum commendata. 1397
Doctrina aliis diſtributa creſcit. 1397
In imæ ſortis viris gula quantùm poſſit. 1397
Dignitates Chriſti exemplo fugienda. 1398
A regni appetitu Chriſtus alienus. 1388
In Chriſti obſequio culmina terrena timenda non ſunt. 1399
Orationis & fuga nexus. 1399
Regnum fugit Chriſtus, non Crucem. 1400
Poſt epulas, Chriſti plerique obliuiſcuntur 1400
Pauci à dignitatum affectu liberi. 1401
Periculoſum eſt benefactorum mercedem ab hominibus accipere. 1401
Perſtricti qui dignitatibus terrenis inhiant. 1401

Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum.

1396. COllegerunt, Apoſtoli ſcilicet, *duodecim cophinos fragmentorum.* Tot cophini, quot Apoſtoli. Maiorem ab hoc vtilitatem expreſſuri erant Apoſtoli quàm turbæ; licet eedem res, quæ vtilis cæteris Apoſtolis fuit, vni Iudæ ad damnationem ſeruierit. Hinc illud S. Chryſoſtomi homil. 41. in Ioann. *Diſcipuli plurimam conſequuti ſunt vtilitatem. Erat autem & hoc non parum ad Iudæ damnationem, qui cophinum portabat.*

Impleuerunt duodecim cophinos. Vide in miraculo miraculum, vt ita loquar. Magnum fuit, Diuinæque potentiæ, paucis panibus ingentem hominum multitudinem ſaturaſſe: ſed nec illud exiguum, duodecim cophinos fragmentorum ſuperfuiſſe. *Ego non panis modò copiam* (Placet hîc S. Chryſoſtomi verba ionectere) *& multiplicationem admiror; ſed quòd tantùm, quæ duodecim ſporta caperent, fragmenta ſuperfuerunt; quod nec plus nec minus ſupereſſe fecerit. Quod prauiderit quantum eſſent contempturi, tantum enim ſupereſſe voluit. Quod profectò ineffabilis ſapientia eſt. Confirmarunt igitur fragmenta miraculum vtrumque indicantia neque imaginationem eſſe.*

1397. Fragmenta ſuperfuerunt: quod ad miraculi magnitudinem facit. Nimirum, plus nobis tribuit, quàm egeamus; vt ſit, vnde charitas erga proximum exerceatur. Ad alios per nos ire vult Chriſtus, dum nobis tam abundè ſua exhibet dona.

Hoc ad doctrinam & amorem transfert Vgo in cap. 11. Prou. *Scientia*, inquit, *& amor ampliùs diſtributa, ampliùs augentur. Vide Ioann. 6. quinque panes fractis & diſtributis duodecim cophinos repleuerunt, quinque millibus priùs ſatiatis.*

Hic eſt verè propheta.

H*Ic eſt verè propheta.* Prophetam vocant, nec hîc ſiſtunt: conſtituere eum regem volunt: mirum, quantum in imæ ſortis viris gula poſſit, poſſint fercula. *Vide gulam vulgi*, inquit hîc Theophylactus: *cùm feciſſet innumera miracula, & mirabiliora, non admirabantur; & ecce propter cibum dicunt: Hic eſt ille propheta. Non ampliùs eum de ſabbati violatione arguunt, non vlteriùs legem vindicant; ſed adeò illum propter panes colunt, vt & eum non ſolùm prophetam prædicent, ſed & dignum regno cenſeant. At ille fugit; erudiens nos mundanas contemnere dignitates.*

Vt raperent eum, & facerent eum regem.

VT *raperent eum.* Chriſtus fugit, cùm rapere eum vellent, vt facerent regem. Alij regnum rapiunt, ſi poſſunt, quàm nolunt homines eos reges conſtituere. Mirum: qui nunc fugit eos, qui eum eligere volebant in regem, poſteà occurrit iis; qui tollere illum è vitâ cupiebant. Vtile in noſtrî profectum monitum hinc colligitur, quod Rabani verbis hîc exhibeo: nam lib. 5. in Matth. cap. 14. ſic ſcribit: *Dominus viam nobis vitæ, quam ſequamur, initians, cùm hi, qui virtutes eius admirabuntur, regem eum facere vellent, fugit in montem orare: cum verè illi, qui virtutibus eius inuidebunt, eum morti tradere diſponerent, occurrit promptus, & vinciendum ſe, crucifigendúmque furentibus obtulit; euidenti nos informans exemplo, vt parati ſimus ad aduerſa ſæculi toleranda, cauti ad blandimenta (cum fortè arriſerint) declinanda; &, ne nos proſpera Mundi, ſi affluant, emolliendo decipiant, crebris à Domino precibus imploremus.* 1398.

Vt raperent eum. Alij regnum rapiunt, Chriſtus rapitur ad regnum. *Cognoſcebant Ieſum*, inquit hîc Caietanus; *alienum eſſe ab appetitu regni, vtpotè quem oportebat rapere.*

Et facerent eum Regem. Mirum, quod Romanos non timuerint, quibus erant ſubiecti, alium regem conſtituere volentes; & Iudæos ipſos, qui maximo in Chriſtum odio ferebantur. *Quia viderunt eum potentem ſupra naturam* (inquit B. Dionyſius Carthuſianus) *ſicque credebant ſe defendendos ab ipſo; idcirco nec Romanos, nec principes proprios attenderunt.* Cùm de Chriſti obſequio & cultu agitur, terrena culmina timenda non ſunt. 1399.

Fugit iterum in montem ipſe ſolus.

F*Vgit iterum in montem ipſe ſolus.* Fugit, qui fugientium refugium eſt. Sanctus Matthæus aſcendiſſe in montem dixit vt oraret: hîc vnde fuga recenſetur. Sed non ſibi hæc aduerſantur: *Neque enim* (inquit S. Auguſtinus in Catenâ) *cauſa orandi contraria eſt cauſa fugiendi. Hinc Dominus docet, hanc eſſe nobis magnam cauſam orandi, quando eſt cauſa fugiendi.*

Fugit iterum in montem. Perfectionis culmen ſe aſcendiſſe oſtendit, qui fugit in montem, vt regnum fugeret. Regnum fugit Chriſtus, non fugit Crucem: idque in noſtri exemplum. Sciè- 1400.

tem

rem expendebat S.Gregorius 1.par.Paſtoral.cap.3. *Quis*, inquit, *principari hominibus tam ſine culpâ potuiſſet, quàm is, qui hos nimirum regeret, quos ipſe crearat? Sed, quia idcirco in carne apparuit, vt non ſolùm nos per paſſionem redimeret, verumetiam per conuerſationem doceret, exemplum ſeſe ſequentibus prabens, rex fieri noluit: ad Crucis verò patibulum ſponte peruenit: Oblatam gloriam culminis fugit: pœnam probroſæ mortis appetit, vt membra eius videlicet diſcerent, fauores Mundi fugere, terrores minimè timere; pro veritate aduerſa diligere, proſpera reformidando declinare: quia & iſta ſæpè per tumorem cor inquinant, & illa per dolorem purgant. In iſtis ſe animus erigit in illis autem etiam quando ſe erexerat ſternit: in iſtis homo ſe obliuiſcitur, in illis verò ad ſui memoriam nolens etiam coactuſque reuocatur: in iſtis ſæpè & antè acta bona depereunt, in illis autem longi quoque temporis admiſſa teguntur.*

In montem ſe confert, & ſolus. Exercere diſcipulorum patientiam voluit, vt diſcerent eo carere. *Secedis in montem ipſe ſolus*, inquit hîc
1398 Theophylactus, *nullo diſcipulorum aſſumpto, quò illorum probaret deſiderium, num ferrent ſui abſentiam.* Proh quàm aliter nunc ſe res habet! quàm diuerſam nobis iniicit mentem noſter torpor! Chriſtus poſt exhibitos Diuinitus panes, & ſatiatas turbas dimittit diſcipulos: plerique poſt epulas, quin & in epulis ipſis Chriſtum ſæpè dimittunt, eius obliuiſcuntur.

1401, Fugit in montem: ſed ſolus fugit; nimirum quia rari ſunt, qui Chriſti exemplum in honorum fugâ ſequantur. Solus fugit, quia pauci, à dignitatum affectu liberi, dignitates contemnunt, quæ offeruntur.

Fugit. Græcè, [illegible], *ſeceſſit*. Subduxit ſe clanculum, ne ab illis inueniretur. *Docuit nos* (vt ille ait) *exemplo ſuo periculoſum eſſe, virtutis, benefactorumque mercedem ab hominibus accipere.* Præmium boni operis à Deo ſit, immò Deus ſit; non ab hominibus, non hominum ſit fauor.

In montem fugit, & miraculosè (vt aliqui coniectant) diſparuit, ſeſe inuiſibilem reddens: nam alioquin eum ſequuti fuiſſent diſcipuli. Vnde & Syrus pro *fugit*, repoſuit, *ſubduxit ſeſe*. Scilicet,
1399 quùm de regno terreno fugiendo agitur, miraculis vtitur, & inuiſibilem ſe facit: contra mundanorum hominum mores, qui ſeſe ingerunt omnibus; nihilque non agunt, & miracula quoque præſtare vellent, ſi poſſent, dignitatum conſequendarum causâ, quibus inhiant.

SECTIO III.

Amoris vis in Chriſto quàm magna. 1402
Magni refert ſcire Chriſtum eſſe, qui nobis in tribulationibus opem fert. 1042
Qualis eſſe debeat, qui Dei excipit verba. 1403
Auaritiæ ſtudioſi facilè ea cogitat quæ vtilitatem tangunt. 1403
Cibi concupiſcentia quid poſſit. 1404
Reſurrectionis memoria mentem à terrenis auocat. 1404
Accepti beneficij vis. 1405
1400 *Euchariſticus panis interioris hominis quærit eſuriem.* 1405
Detractionis malum. 1405
Panem vt referat Chriſtus. 1406
Euchariſtici Sacramenti author Chriſtus. 1406
Panis Euchariſticus panis concordia. 1407
Iudæorum malitia & duritiæ circa Euchariſticum panem. 1407
Euchariſtia ſemen immortalitatis imprimit excipientis corpori. 1408
Chriſti caro verè cibus, alij cibi, vmbra. 1408
In Euchariſtia quid accipiatur. 1408

Vt autem ſerò factum eſt.

V*T autem ſerò factum eſt.* Vſque ad veſperam magiſtrum expectauerunt diſcipuli, putantes 1402.
eum eſſe venturum. Non vltrà ſe poſſunt cohibere, quin quærerent. Amor in Ieſum non ſinebat eos diu ſine Ieſu eſſe. *Ab amore igniti*, inquit S.Thomas in Catenâ, *aſcenderunt in nauē.* Felix nauigatio, vbi amoris aura ſpirat, & Ieſus, verus amor quæritur.

Vident Ieſum.

V*Ident Ieſum.* Poſt tempeſtatem videndum ſe illis obtulit Ieſus, ne eorum mens fluctuaret; vtque ſcirent, ipſum fuiſſe, qui tempeſtatem ſedauerat. Huc ſpectauit & anonymus in Catenâ Græcâ, vbi ait: *Quam ob cauſam ipſis apparuit? Vt oſtenderet ſe eſſe, qui tempeſtatem ſedabat. Hoc enim inſinuauit Euangeliſta ſubdens, quoniam voluerunt accipere eum in nauim, & ſtatim nauis fuit ad terram: non enim tutum duntaxat, ſed & ſecundum nauigandi ventum præbuit: Turbis autem non exhibuit ſe Ieſus ſuper mare ambulantem; quia ſignum hoc eorum imbecillitatem excedebat.* Magni nimirùm refert ſcire Chriſtum eſſe, qui nobis in tribulationibus opem fert.

Ego ſum: nolite timere.

E*Go ſum: nolite timere.* Quanti refert, qualis ille 1403.
ſit, qui Dei excipit verba. Iſtuc idem: *Ego ſum*, dixit idem Chriſtus illis, qui venerant, vt eum comprehenderent; & retrorſum ceciderunt. Ibi impij ad hanc vocem deiiciuntur, hîc eriguntur boni: ibi hoſtes cadunt, hîc ſurgunt diſcipuli.

Nolite timere. Quis timeat, cùm Mundum ipſe vicerit non ſibi tantùm, ſed & ſuis? A timore nos auocat, ita tamen, vt nullus ſe ſine pugna futurum credat. *Quamuis Dominus* (inquit S.Leo ſerm.7. de Ieiun.decimi mēſ.) *protegat bellatores, & milites ſuos ille, qui potens eſt in prælio, cohortatur & dicat: Nolite timere, quia ego vici Mundum: ſciendum tamen eſt, dilectiſſimi, hoc incitamento formidinem ſublatam eſſe, non pugnam; & , retuſo aculeo timoris, cauſam remanere certaminis. Quod ab hoſte verſuto terribiliter quidem furore perſequutionis mouetur, ſed innocentibus ſpecie pacis infertur. Vbi enim in aperto ſunt pugnæ, in manifeſto ſunt & coronæ: & hoc ipſum alit atque accendit patientiæ fortitudinem, quòd, ſicut proxima eſt tribulatio, ita eſt & vicina promiſſio.*

Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto.

P*Atres noſtri manducauerunt manna in deſerto.* Cur potiùs iſtius miraculi meminerunt, quàm aliorum, quæ à Moyſe patrata? Non magnum miraculum fuit, ſicco veſtigio mare tranſiuiſſe? Hoc tamen prætermiſſo, mannæ miraculum producunt in medium; quia nimirum deliciis dediti, facilè ad ea animo ferebantur, quæ delicias attulerunt: vel (vt ille ait) *auaritiæ ſtudioſi, illud mira-*

culum recenſent, in quo magna vtilitas illis proueniebat.

Domine, ſemper da nobis panem hunc.

1404. PAnem non ſe dixerat Dominus dare, ſed Patrem. *Non Moyſes*, inquit, *dedit vobis panem de Cælo: ſed Pater meus dat vobis panem de Cælo verum.* Cur igitur ab ipſo panem dari poſtulant? Cibi concupiſcentia hoc ſuaſit, quod non perſuaſerat fides. *Nota*, inquit hîc Vgo, *quòd non rogant, vt Pater det; ſed, da nobis; & tamen non dixerat, quem ego do; ſed, Pater meus dat. Ex concupiſcentiâ enim cibi tracti, eum fide dignum æſtimauerunt ad exhibitionem panum; facilè enim credit homo de his, quæ placent, & conferunt ſibi. Sed, quia errabant, Chriſtus eos corrigit; &, de quo pane dixerat, aperit.*

Reſuſcitabo eum.

R*Eſuſcitabo eum.* Sæpè meminit reſurrectionis, vt eius memoriâ à torpore ſurgamus, & à terrenarum rerum amore mentem noſtram auocemus. *Frequenter*, inquit hîc Sanctus Chryſoſtomus, *reſurrectionis meminit, ne præſentibus tantùm rebus Diuinam præſcribant prouidentiam: vt, ſi his non fruantur, non propterea pigriores fiant; neue, quòd in hac vitâ non puniuntur, ideo contemnant: ſed futurum expectent. Verùm illi nihil lucrati ſunt: nos verè lucramur, cùm frequenter noſtris auribus reſurrectio inſonat. Et ſi diteſcere, ſi rapere, ſi abſurdum aliquid facere voluerimus, è veſtigio dies illa & iudicium animo inſcribatur, & omni fræno vehementius abſurdos affectus cogitatio hæc cohibeat: atque inuicem & nobiſcum ſemper dicamus: Reſurrectio eſt, & horrendum illud nos iudicium manet. Et ſi quem geſtientem viderimus, & præſentibus bonis inflatum, idem dicamus; & reducamus in memoriam, omnia hîc remanſura. Et ſi alius dolore & calamitatibus affectus occurrerit, ad eum quoque iiſdem verbis vtamur; doceamuſque, has miſerias finem aliquando habituras. Inertis autem & pigri auribus inſonemus deſidiæ ſuæ pœnas daturum. Sufficiens hoc verbum, quod omni medicinâ noſtram animam vehementius curet.*

Murmurabant ergo Iudæi.

1405. M*Vrmurabant ergo Iudæi.* Murmurant: cur non manifeſtè contradicunt? An, quia eos recentis beneficij vis comprimebat? *Adhuc eum verebantur*, inquit hîc Sanctus Chryſoſtomus, *propter nouum panis ſignum: ideo non manifeſtè contradixerunt, ſed murmurando indignationem præſetulerunt:* tantum vel in malos accepti beneficij memoria poteſt.

Murmurabant ergo Iudæi. Cùm laudare eum deberent, murmurant. *Ideo murmurabant* (inquit B. Alcuinus) *quia hunc panem non intelligebant, hunc panem non eſuriebant, hunc panem non amabant. Si amarent, vtique non murmurarent. Ideo à pane cæleſti longè erant, nec eum eſurire nouerant. Fauces cordis languidas habebant: auribus apertis ſurdi erant: videbant, & cæci ſtabant: panis quippe iſte interioris hominis quærit eſuriem.*

Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt.

MAnna comederunt Iudæi, & mortui ſunt, quia tali cibo paſti, contra Deum, contra Moyſem murmurabant: vt videant, quàm pœnam mereantur, qui, Euchariſtico pane paſti, linguam in detractionem exacuunt.

Ego ſum panis viuus.

E*Go ſum panis.* Quî panem referat Chriſtus, fe- 1406.
ſtiuè explicat Sanctus Chryſologus ſerm. 71. *Ipſe eſt panis, qui de Cælo deſcendit: qui legis & gratiæ molâ aptatus eſt in farinam: qui Crucis confectus eſt paſſione: qui magnæ pietatis fermentatus eſt ſacramento: qui conſperſionis lenis leuamentum ſuſtulit de ſepulcro: qui, vt Diuinitatis ſuæ calore coqueretur, ipſe clibanum decoxit Inferni: qui ad Cæleſtem cibum quotidianus Eccleſia defertur ad menſam: qui in remiſſionem frangitur peccatorum: qui edentes ſe perpetuam paſcit & nutrit ad vitam.*

Panis, quem ego dabo.

P*Anis quem ego dabo.* Dat ipſe veriùs, quàm miniſter: Chriſtus quippe Euchariſtici Sacramenti author eſt. Sic rem expendebat hîc S. Thomas: *Author huius Sacramenti Chriſtus eſt: nam, licèt ſacerdos conſecret, tamen ipſe Chriſtus dat virtutem Sacramento; quia etiam ipſe ſacerdos conſecrat in perſonâ Chriſti: vnde in aliis Sacramentis vtitur ſacerdos verbis ſuis ſeu Eccleſiæ; ſed in iſto vtitur verbis Chriſti: quia, ſicut Chriſtus corpus ſuum propriâ voluntate dedit in mortem, ita ſuâ virtute dat ſe cibum.*

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem.

L*Itigabant ergo Iudæi.* Benè hîc B. Alcuinus. *Li-* 1407.
tigabant vtique ad inuicem, quoniam panem concordiæ non intelligebant, nec ſumere volebant: nam, qui manducant talem panem, non litigant ad inuicem. Quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus; & per hunc facit Deus vnius moris habitare in domo.

Ad inuicem litigabant Iudæi, cùm veritatis magiſtrum conſulere deberent: vt non mirum, ſi in duritiâ ſuâ permanſerint, & in eâ malitiâ obdurauerint. Iurè eos percellit Rupertus hîc. *Rebelles & increduli Iudæi ad inuicem litigant: nuſquam duram eruditi ſunt flectere ceruicem ad interrogandum veritatis magiſtrum; videlicet eo modo, quo percontari ſolent hi, qui ſcientiam veritatis eſuriunt ac ſitiunt: ſed murmurant, ſed litigant, ſed verba æternæ vitæ, blaſphemantes, inſaniæ deputant. Num ergo illis diceret, quomodo poſſet carnem ſuam dare ad manducandum? Litigabant ad inuicem, & conſilium ſapientiæ Dei, non ab ipſâ ſapientiâ Dei, ſed murmurando & litigando quærebant ad inuicem: quid, niſi malum, diſcerent ab inuicem.*

Habet vitam æternam.

H*Abet vitam æternam.* Non habebit duntaxat, 1408.
ſed habere incipit: qui enim dignè manducat, ad vitam æternam ordinatur: nam hoc cibo animæ vita ſuſtinetur & conſeruatur in æternum; nec non *corpori etiam* (vt ille ait) *ſemen quoddam immortalitatis imprimitur.*

Caro

Caro enim mea verè eſt cibus.

C*Aro enim mea verè eſt cibus.* Verè, non myſticè aut metaphoricè, ſed teipsâ. Verè eſt cibus caro Chriſti; quin verus eſt cibus, non corporis, ſed apimæ. Dicit autem abſolotè, *cibus*; quia quilibet alius vix ſibi tale mereiur nomen; ſed cibi quædam vmbsa & ſimulachrum eſt.

In me manet.

I*N me manet.* Græcè; ἐν ἐμοὶ μένει. Io me perſiſtit & conſtaoter manet. *Manet*, hoc loco non tantùm *eſſe*; ſed intimam coniunctionem ſignificat. *In me manet.* Non dicit, *in carne meâ*, aut, *ſanguine meo* (quod cooſequens eſſe videbatur) ſed, *in me*; vt inoueret, nos nudam eius carnem mortuamque non manducare aut ſanguioem; ſed illam & iſtum viuam viuùmqoe, & vtrumque ſuæ perſonæ vnitum.

SECTIO IV.

Euchariſticus panis dat vitam quia eſt cibus immortalis. 1409

Dei verba talia quiſque iudicat eſſe, qualis ipſa eſt. 1410

Chriſti aſcenſione quales fieri debeamus. 1410

Chriſti in nos amor. 1411

Nec Chriſti caro prodeſt in Euchariſtia ſi carnaliter tantùm manducetur. 1411

Laboris fuga quàm noxia. 1412

Virtutis progreſſus. 1412

Lucri amor quantùm in auaros poſſit. 1412

Nihil boni ab illo ſperes, qui Euchariſtica menſa contemptor eſt. 1413

Chriſtus nobis non indiget: indigemus nos illo. 1413

A tumoris aurâ ſuos Chriſtus eximit. 1414

Superior qualis in ſuos eſſe debeat Chriſti exemplo. 1414

Qui manducat me.

1409. Q*Vi manducat me.* Qui ſuperiùs dixerat: *Qui manducat meam carnem*: nunc ait: *Qui manducat me*: vt innuat carnem nudam à nobis non manducari, ſed vnitam perſooæ; adeò vt, vbi caro ipſius eſt, ibi ipſe ſit.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Q*Vi manducat hunc panem, viuet in æternum.* Dat vitam hic panis, quia eſt vita: & æternam, qoia ciboa eſt immortalis. Præclarè ſanctus Algerus lib. 1. cap. 19. de Sacramento: *Sicut cibus & potus temporalem vitam, ſic ipſe dat æternam. Vnde ait: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et meritò. Si enim tanta vis eſt in cibo, qui non viuit, nec manet, vt labentem vitam huius temporis foueat & retineat quamdiu Deo placuerit: quantò magis Chriſtus cibus viuens immortaliter, vitam æternam conferre credendus eſt, quibus ſibi placuerit! Magis enim credendus eſt vitam conferre, qui vitam in ſe habet, & vita eſt: quàm qui non habet; Cùm enim ſit via, & veritas, & vita: corpus eius nobis viaticum eſt, ne moriamur & deficiamus in via, ſed perducamur ad vitam: Veritas eſt, ne eius promiſſionibus fallamur. Vita eſt; vt ea in peruentione feliciter fruamur. In hac ergo mortali vita immortali cibo vita nos paſcit ne in æternum moriamur.*

Durus eſt hic ſermo.

D*Vrus eſt hic ſermo.* Non dotus erat ſermo: 1410.
duri erant auditores ſermonis. Rectè eos perſtringit S Auguſtinus in Pſalm. 98. poſt medium. *Durus eſt hic ſermo: quis poteſt hæc intelligere? ſcandalizati ſunt quidam diſcipuli eius, ſeptnaginta fermè; & receſſerunt ab eo, & ampliùs cum eo non ambulauerunt. Durum illis viſum eſt, quod ait: niſi quis manducauerit carnem meam, non habebit vitam æternam. Acceperunt illud ſtultè, carnaliter illud cogitauerunt; & putauerunt, quòd præciſurus eſſet Dominus particulas quaſdam de corpore ſuo, & daturus illis, & dixerunt: Durus eſt hic ſermo. Ipſi erant duri, non ſermo: etenim, ſi duri non eſſent, ſed mites eſſent, dicerent ſibi: Non ſine causâ dicit hoc: niſi quia eſt ibi aliquod ſacramentum latens. Manerent cum eo lenes, non duri; & diſcerent ab illo, quod, illis diſcedentibus, qui remanſerunt, didicerunt.* Nimirum Dei verba talia quiſque iudicat eſſe, qoalia ipſe eſt.

Durus eſt hic ſermo. Dutus Iudæis, diſcipulis eſt ſuauis. *Attende*, inquit hîc Porrecta, *& vide ſuperbiam iſtorum quaſi occultam cauſam originalem propria ignorantia, id eſt quod non intelligant, non ſibi ipſis, vt debebant, attribuunt ſed ſermoni, dicentes eum eſſe durum; duri erant reuera illi non autem ſermo.*

Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem, vbi erat priùs?

EX miraculo aſcenſionis in Cælum aſtruere Ieſus alia miracula vult; deſcenſum ſcilicet è Cælo per iocarnationem, & eſum carnis, potumqoe ſui ſanguinis in Auguſtiſſimâ Euchariſtiâ. Nimirùm, qui io Cælum valet aſcendere, intelligitur quæuis poſſe, noſſeque modom ſuæ carnis in cibum præbendæ, præbendi ſui ſanguinis in potum. O vtinam cohærerent ſibi etiam termiot aliquo pacto! vt ſicut aſcendens in Cælum iuit, ita &, nos adiens, quoddam ſpiritale Cælum reperiret. Reperiet, ſi faciet.

Caro non prodeſt quidquam.

C*Aro non prodeſt quidquam.* Si nimitùm ſola 1411.
ſumatur: nam, vt vnita ſpiritui, prodeſt plurimum. Dicitur non prodeſſe; quia *ſic nihil confert ad ſeruandum eum* (vt ille ait) *qui comederit ad vitam æternam.* Tanto in nos amore Dei Filius fertur, vt caroem ſuam nihil prodeſſe dicat, ſi non proſit nobis manducantibus eam.

Nec Chriſti caro prodeſt ſi carnaliter tantùm mandocetur. Sciтè B. Laurentius Iuſtiniaous ſerm. in Natiuitate B. Mariæ. *Accede, manduca ſacramenta cæleſtia, mentis pertracta affectu, vt latente illius merearis ſaginari dulcedine. Proficies parum, ſi id carnaliter quæras. Spiritus (inquit Dominus) eſt qui viuificat, caro autem non prodeſt quidquam non prodeſt caro Chriſti carnaliter, non ſpiritualiter manducata.*

Multi diſcipulorum eius abierunt retrò.

A*Bierunt retrò.* Ieſum reliquerunt, ab eios ſe 1412.
conſortio ſubduxerunt; cùm arctios hærere illi

illi deberent, qui carnem ſuam in cibum, ſanguinem in potum promiſerat. Tunc demum ab eo deſciuerunt, putantes crudam illius carnem eſſe manducandam, *cùm panem ab illo* (vt ille ait) *ad ſaturitatem vſque ſine vllo labore ſemper accipere ſe poſſe ſperarent.* Non mirum, ſi abiere tam facilè, qui ſine labore victum à Chriſto expectarent.

1412. *Abierunt retrò.* Non nudè dixit, eos diſceſſiſſe; ſed, abiiſſe retrò; vt pluſquam nudum diſceſſum intelligeremus. *Scitè Euangeliſta,* inquit Theodorus Heracleota in Catenâ Græcâ *non dixit: Diſceſſerunt. Sed: Abierunt retrò, idest, virtutis progreſſum infregerunt; & , quam iam pridem, fidem, habuerant, perdiderunt, ſemetipſos ſegregantes. Sed non ità duodecim iſti fecerunt.*

Nunquid & vos vultis abire?

N*Vnquid & vos vultis abire?* Mirum, quòd Iudas cum aliis, qui diſceſſerant, non diſceſſerit; præſertim cùm illi quoque, tanquam duro, durus viſus fuerit Chriſti ſermo; & hîc de illo Chriſtus dicat: *Ex vobis vnus diabolus eſt.* Quid ergo impium hunc diſcipulum apud magiſtrum tenuit? An tenuit lucri amor, quo tenebatur? An, quòd ſibi non putaret honeſtum, ab illo abire, à quo tantum acceperat honoris? An, quia Chriſti patientia in illo ferendo magis erat excreenda, & cum patientiâ humilitas; eius enim pedes volebat abluere? An denique, vt hoc exemplo doceret, non ſtatim malos reiiciendos; ſed modis omnibus tentandum, vt reſipiſcant? Quò ad primas illas rationes nobiſcum ſentit etiam Salmeron tom. 8. tract. 28. vbi ait: *Hinc diſcedere non inhoneſtè Iudas poterat; multos enim ſequutus fuiſſet: ſed tamen manendum duxit, vel lucrum ſequutus, quia fur erat; vel quod, tam honoratus à Ieſu, erubuerit; crediderítque, ſibi non honeſtum eſſe, illum relinquere.*

1413. Non eſt commotus Chriſtus aliquorum diſcipulorum diſceſſu, nec abeuntibus interitum comminatus eſt. Non curauit eos tenere, non promiſſis allicere, ne inuitos haberet ſeruos, & coactum in inuitis ſeruis obſequium. Vix ab eo quicquam boni ſperes, qui Eucharisticæ menſæ contemptor eſt; & durum ſermonem putat, qui circa hoc ſacramentum eſt.

Nunquid & vos vultis abire? Non dixit: *Abite*, ne eos repudiare videretur; ſed: *Vultis abire?* vt oſtenderet, ſe eis minimè indigere. *Occaſione accepta*, inquit hîc Caietanus, *ex receſſu multorum diſcipulorum, interrogat Ieſus duodecim, non inuitando ad receſſum; ſed tum ad explicandum, eos eſſe in ſuâ libertate, tum ad cauendum, ne putarent, Ieſum indigere eis: & arrogarent ſibi, quod remanendo cum Ieſu, conferrent beneficium ipſi Ieſu.*

1414. *Nunquid & vos vultis abire?* Et quò irent abeuntes à Saluatore? Nolebat eos abire Chriſtus, qui venerat, vt eos ſaluaret, & per eos etiam alios. Sed cur hæc verba protulit? An, ne aliqua tumoris aura eos tangeret, putantes, cæterorum abitione diſceſſuque, ipſorum miniſterio Chriſtum indigere; neue inuiti manere viderentur. *Dicit ad eos*, inquit hîc S. Chryſoſtomus: *Nunquid & vos vultis abire? vt iterum ſe eorum miniſterio non egere oſtendat. Neque eos laudauit: quam ob rem? Nam, ſi laudaſſet, arbitrati, ſe ei rem gratam facere, aliquo ſaltem humano affectu moti eſſent: cùm verò ſe eorum miniſterio egere minimè oſtenderet, magis eos continuit. Et animaduerte, quàm prudenter loquutus eſt. Non dixit: Abite: ne expellere videretur: ſed rogauit, num vellent abire, vt & vim omnem & neceſſitatem auferret, & ne pudore quodam nutarent; ſed etiam gratiam haberent.*

Nunquid & vos vultis abire? Interrogat, non dimittit. Scitè Theodorus Heracleota in Catenâ Græcâ. *Animaduerte, quàm prudenter loquutus eſt; Non enim dixit: Abite, nam id repellentis eſſet: ſed rogauit, num vellent abire; vt & vim omnem & neceſſitatem auferret, & ne pudore quodam nutarent; ſed etiam gratiam haberent. Neque apertè eos accuſauit, ſed modeſtè monuit, vt quid faciendum & in ſimilibus philoſophandum eſſet, intelligerent.*

SECTIO V.

A ratione abit qui abit à Chriſto. 1415
Charitas de aliis bene ſentit. 1415
Fideles què duriores alij in infidelitate, eò firmiores ipſi in fide. 1416
Vitæ æternæ verba præcipuè quæ Euchariſtiam tangunt. 1416
Chriſti verba quibus ſuauia. 1417
Cautos ſuos Chriſtus reddit. 1418
Vnius caſus alios humiliores debet reddere. 1419
Iudæ exemplum quàm timendum. 1419
Contra adulationem exemplo Chriſti ſe quiſque armet. 1420
Vnius exemplum & præſertim ſuperioris quantum poſſit. 1421
Vnius lapſus vigilantiores nos reddere debet. 1421
Beneficiorum magnitudine grauiora peccantis crimina redduntur. 1422

Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.

A*D quem ibimus?* A ratione abit, qui abit à Chriſto. *Ad quem*, inquit Petrus omnium mente, *ibimus? Da nobis* (verba ſunt Alcuini ad hæc verba) *alterum ſimilem tuî, ad quem eamus.* A ſe it, qui ad alium, quàm ad Chriſtum ire cogitat. 1415.

Ad quem ibimus? Nullum reperire poſſumus, qui tibi ſit par: ad quem ergo nos conferemus? præſertim cùm vitæ æternæ verba habeas, vitam veram iis inhalantia, qui illis credunt. Vnus ex omnium mente ita loquitur: in quo eius charitas elucet, cùm de omnibus aliis id ſentit, quod eſt optimum de optimis ſentire. Quod ipſe ſentiebat de Domino, & alios Apoſtolos de eodem ſentire credebat, nec de certâ illorum fide dubitabat.

Verba vitæ æternæ habes; & nos credidimus. Hæc vera fidelium nota, vt quò duriores in infidelitate ſuâ alij ſunt, hoc ipſo in fide firmiores ſint, & pleniùs planiúſque fateantur, quæ alij negant. Præclarè Rupertus hic hæc verba expendens. *Planè hoc futurum erat in Chriſti Eccleſiâ, vt, ſcandalizatis & ſcandala facientibus antichriſtianis, qui multi ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis, excuterent ſe, & inuicem cohortarentur dilectores Chriſti, & ſeditioſâ perfidorum importunitate inquietati, largiùs atque ſonoriùs confeſſionem veræ fidei dictis & ſcriptis declamarent vniuerſo Orbi; non antè defuturi, donec ſatanam cum illis ſatellitibus ſuis, ſicut fulgur de Cælo cadentem, ſcriptis veridicis atque authenticis confutarent, & piâ ſui profuſione ſanguinis enecarent.* 1416.

Vitæ æternæ verba habet ſemper Chriſtus; ſed præcipuè cùm Euchariſticam menſam inſtituis. *Vitam æternam habes in miniſtratione corporis & ſanguinis tui*, inquit hîc B. Alcuinus.

1417. *Verba vitæ æternæ habes.* Quæ ſcilicet vitam æternam conciliant. *Dixerant*, inquit hîc Caietanus, *alij diſcipuli: Durus eſt hic ſermo; & propterea Petrus, poſt commendatam perſonam, commendat ſermonem Ieſu. Commendat autem ad communem Mundi vtilitatem, non diuitiarum, ſed vitæ; non temporalis, ſed æternæ.*

Vitæ æternæ verba habet Chriſtus, ſuauia, dulcia, ad æternam vitam ducentia: tanti refert, qualis quis verborum auditor ſit. *Durus eſt hic ſermo*, dixerant, qui duri, qui lapidei: Apoſtolis non durus, non aſper; ſed maximè ſuauis & blandus. *Vides, quòd verba ipſa Ieſu offendiculo non fuerint, ſed attendendi negligentia, & ignauia imprudentiaque auditorum*, Quod innuebat Theophylactus.

Nonne ergo vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt?

1418. PRoh mirum! cùm laudem mererentur diſcipuli ob fidei plena verba, tam acri reprehenſione percelluntur. Et cur tam durè non duris reſpondet Chriſtus? Vt eos cautos redderet, ſibique magis cauerent, dum cadere viderent alios. Rem egregiè vrget ac expendit Rupertus ad hunc locum, ad hæc verba. *Quare*, inquit, *Agnus manſuetus, multis diſcipulorum relabentibus, in paucos, qui remanſerunt, tam acriter ſæuebitur? Nunc enim potius familiariter viderentur eſſe collaudandi; præſertim, cùm accepiſſet ab eis eandem confeſſionem magnæ fidei, quam alibi dignam laude beatificauerat, dicens: Beatus es Simon bar-Iona; quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in Cœlis. Et quidem beatificantis gratiæ præconium eſt, quod dicit: Nonne ego vos duodecim elegi? ſed magnæ ſeueritatis & increpationis eſt, quòd & hoc ipſum ſub interrogatione pronunciat, & protinus adiungit terribiliter: Et ex vobis vnus diabolus eſt. Quare ergo in tali articulo, cunctos tam terribili vnius denotatione percutit? quem dum nominatim non exprimit, vniuerſos premit, vnumquemque pro ſemetipſo nimis ægrè ſolicitum reddit. Non enim illum, talem conſcientiarum iudicem ſæpè compertum, falli exiſtimare poterant: non proximorum conſcientias ſinguli comprehendere valebant: non ſua quique merita (cùm de futuro incerti eſſent, & tam multos decipere viderent) magni pendere audebant. Quare, inquam, hoc voluit? niſi quia ſic expediebat eis? nullius quippe peccati mortificatione ſic indiget humana infirmitas, quàm illius, vbi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, qui expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Quod autem eſt illum peccatum, niſi pes ſuperbiæ? Non veniat mihi, inquit Pſalmiſta, pes ſuperbiæ; & manus peccatoris non moueat me. Nam, vbi venerit ille vagus & inſtabilis ſuperbiæ pes, qui vtique venire ſolet ex nimiâ ſecuritate vel præſumptione iuſtitiæ, ſtatim vanum & improuidum hominem manus antiqui peccatoris foris inuenit, vbi illum in bono propoſito, Deo, qui ſuperbis reſiſtit, auerſo, celeriter mouere poſſit. Vt igitur filij hominum in tegmine alarum Domini ſperent, &, de ſemetipſis humiliter ſentientes, non exaltent animam ſuam, opportunè in caſu aliorum ſolicito timore deprimuntur: noſque omnes exemplo erudimur, vt, cùm paries proximus ardet, de noſtrâ re timeamus: id eſt, dum cadunt, qui nobiſcum ſtare videbantur, nos, qui adhuc ſtare videmur, ſimilem nobis caſum euenire poſſe humiliter conſideremus.*

Nonne ego vos duodecim elegi? Elegit; & magna hæc dignitas diſcipulis ad Apoſtolatus apicem electos eſſe. Sed quid addidit? *Et vnus ex vobis diabolus eſt.* Vnius caſum exitiumque refert, vt cæteri de ſe humiliter ſentirent. *Vt igitur*, inquit hîc Rupertus, *filij hominum in tegmine alarum Domini ſperent, & de ſemetipſis humiliter ſentientes, non exaltent animam ſuam, opportunè in caſu aliorum ſolicito timore deprimuntur.* 1419.

Iudas, diabolus, dicitur, quia diabolus euaſerat; tot ſuperis donis cumulatus, Chriſtique conſortio fruens. Quis igitur non ſibi hoc exemplo timebit? Rem egregiè vrget Sanctus Chryſoſtomus hîc. *Si is, qui in ſanctum illum chorum connumeratus erat, qui tantum donum conſequutus, qui ſigna fecerat (etenim ipſe Iudas cum aliis ad ſuſcitandos mortuos, & mundandam lepram mittebatur) ex quo grauiſſimo auaritiæ morbo captus eſt, nihil ei neque beneficia, neque dona, neque conſuetudo; non obſequium, non lotio pedum, non menſæ participatio, non loculorum cuſtodia profuit; ſed omnia hæc aditus ei ad ſupplicium fuerunt. Timeamus & nos, ne quandò per auaritiam Iudam imitemur. Non prodis Chriſtum: ſed, qui pauperem fame confectum vel frigore contemnis, eiuſdem reus eris ſupplicij; &, cùm indignè myſteria participamus, eodem modo, quo Chriſti interfectores, puniemur.*

Diabolus eſt. Cur laudatus ab Apoſtolis Chriſtus hæc verba repoſuit? An, ne adulatione aliquâ captum aliquis arbitraretur? Scilicet nullæ nos laudes auertere à malorum reprehenſione debent. Scitè rem expendebat Sanctus Chryſoſtomus hîc. *Quid autem ſignificat? Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? Vt omni aſſentationis ſuſpicione careret: nam, cùm omnes eum præter duodecim reliquiſſent, & Petrus eum confeſſus eſſet, ne quis aſſentationem ſuſpicaretur, ita loquutus eſt, quaſi dicat: Nihil mihi perſuadet, ne malos arguam. Nolite putare, me laudum veſtrarum gratiâ vobis adulaturum; vel vt, ſi ſequamini, malos non reprehenſurum. Quod enim multò magis eſt ad perſuadendum, id mihi non perſuadet. Qui enim in amore perſtiterit, ipſe ſui amoris præbebit argumentum. Electus verò, à magiſtro gloriam; reprobus ſtultitiæ apud ſtultos opinionem accipiet. Veruntamen neque hoc me à reprehenſionibus abducit.* 1410.

Et ex vobis vnus diabolus eſt. Mirum, quòd nullus ex diſcipulis reſponderit: *Nunquid ego ſum, Domine?* Quod poſteà præſtiterunt, cùm Matth. cap. 26. 25. *Vnus veſtrûm me traditurus eſt.* Sanctus Thomas ait, id factum, quia hîc de nullâ peculiari malitiâ fit ſermo: ibi verò de Chriſto tradendo, quod ſummum ſcelus erat. Addit: *Vel dicendum ad hoc: quòd, cùm Dominus hæc verba dixit, quilibet eorum de ſuâ virtute confidebat; & ideo non timebant de ſe: ſed, quando Petrus audiuit: Vade poſt me ſatana: territi ſunt, & infirmiora de ſe ſentiunt; & ideo vacillantes dicebant: Nunquid ego ſum, Domine?* tantum vnius, & præſertim ſuperioris, exemplum in omnem partem poteſt. 1421.

Et ex vobis vnus diabolus eſt. Qui Chriſti conſuetudine Angelus eſſe debebat, diabolus erat. Diabolus autem dicitur, aut quia diaboli erat miniſter, aut quia mores diaboli imitaretur. Non illū autem *expreſſit, ſed nec ſiluit*, inquit Sanctus Auguſtinus; *vt omnes timerent, quamuis vnus periret.* Prætereà (vt ait Sanctus Cyrillus Alexandrinus) *vigilantiores fecit omnes; quia, quis traditurus ſit, clarè non dicit; ſed vni generaliter tanta impietatis*

onus

onus imminere affirmans, ſolicitos omnes reddit, & horrore ad maiorem vigilantiam erigit. Nimirum aliorum caſus reddere vigilantiores nos debet, & vnius ruinam ſolicitiores.

1422. Antequam diceret: *Ex vobis vnus diabolus eſt:* præmittit. *Nonne ego vos duodecim elegi?* vt eius malitiæ grauitas tanti beneficij oppoſitione appareret. *Nec dicit abſolutè,* inquit hic Caietanus: *Vnus ex vobis diabolus eſt. Sed commemorando electionem. Nonne ego elegi vos duodecim? ad explicandam grauitatem criminis in illo ſcilicet, quòd poſt electionem eſt effectus diabolus: dicendo namque: Nonne ego elegi vos? inſinuat, quod bonos elegit duodecim ex vniuerſo numero diſcipulorum: immò ad hoc ſignificandum pronomen, emphaſim exercens, appoſitum apparet, ac ſi apertiùs dixiſſet: Ex eo quòd non obſtante, quòd elegerim vos bonos ad gradum Apoſtolatus, vnus ex vobis ex ſuâ libertate eſt diabolus.*

Hic enim erat traditurus eum.

H*Ic enim erat traditurus eum.* Cæteri Apoſtoli piſcatores hominum erant futuri: Iudas malitiæ ſuæ reiè capturus erat Chriſtum in ſui damnationem, in aliorum ſalutem, in eius gloriam. Nonnus hic in ſuâ Paraphr. de Iudâ: *Ipſe autem inſanus eum, delatum in rete doloſa capturæ, traditurus erat vitali morti.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. IOANNIS.

Verſ. 1.

POST hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare quia quærebant eum Iudæi interficere.

Poſt hæc autem. *Theoph. Poſt hac. Pagu. Et poſt hec.*
Ambulabat. *Theoph. Verſabatur.*
Galilæam. *Theoph. Galilæâ.*
Non enim volebat in Iudæam. *Arab. Quoniam non voluit in terram Iudæam. Theoph. Non volebat enim in Iudæa. Fr. Luc. Non enim poterat in Iudæa.*
Ambulare. *Arab. Regredi. Theoph. Verſari.*
Quia quærebant eum Iudæi interficere. *Syr. Propter Iudæos, quippe qui ſtuderent eum trucidare. Arab. Quia Iudæi volebant occaſionem eius.*

Verſ. 2.

Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum, ſcenopegia.

Erat autem in proximo. *Syr. Prope autem erat. Arab. Et cum appropinquaſſet.*
Dies feſtus. *Syr. Feſtum. Ar. M. Feſtus.*
Scenopegia. *Syr. Conopea. Arab. Tabernaculorum. Quidd. Codd. Scenophegia.*

Verſ. 3.

Dixerunt autem ad eum fratres eius Tranſi hinc, & vade in Iudæam; vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis.

Fratres. *Mar. Cognati.*
Eius. *Syr. Ipſius Ieſu.*
Tranſi. *Syr. Recede. Fr. Luc. Digredere.*
Vade. *Fr. Luc. Abi.*
Et diſcipuli. *Syr. Diſcipuli.*
Videant. *Fr. Luc. Spectent.*
Opera tua. *Syr. Opera.*
Facis. *Euth. Tu facis.*

Verſ. 4.

Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis, manifeſta te ipſum Mundo.

Nemo quippe in occulto. *Arab. Quia non eſt aliquis qui in occulto. S. Epiph. Nemo.*
Quid. *Arab. Quidquam. S. Epiph. Hæc. Euth. Quippiam. Vat. Aliquid.*
Facit. *Arab. Operetur. S. Epiph. Agens.*
Et quærit ipſe. *Syr. Et vult ipſe. Arab. Et conuenit. S. Epiph. Cupit.*
In palàm. *Syr. In aperto. S. Epiph In occulto. Theoph. Palam. Ar. M. In manifeſto. Caiet. In libertate.*
Eſſe. *S. Epiph. Verſari.*
Si hæc facis. *Arab. Cùm facias hæc. Mar. Cùm talia opera facias.*
Manifeſta. *Syr. Oſtende. S. Epiph. Prabe manifeſtum. Pagn. Declara.*
Te ipſum *S. Epiph. Te.*

Verſ. 5.

Neque enim fratres eius credebant in eum.

Neque fratres eius. *Arab. Et fratres non. Vat. Nam ne fratres quidem. Fr. Luc. Neque enim hi fratres.*
Eum. *Syr. Ipſum Ieſum.*

Verſ. 6.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

Dicit ergo eis Ieſus : Tempus meum nondum aduenit tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

Dicit ergo. *Syr. Dicit. Quid. Codd. Dixit eis.*
Tempus. *Arab. Tempus enim. Fr. Luc. Tempus opportunum.*
Aduenit. *S. Aug. Venit. Euth. Adeſt.*
Tempus autem. *Ar. M. At tempus.*
Semper. *Arab. In omni tempore.*

Verſ. 7.

Non poteſt Mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt.

Me autem odit. *Arab. Et ipſi odio habent me. S. Cypr. Odit me ſeculum. Didym. Me Mundus non poteſt amare.*
Ego. *S. Cypr. Et ego.*
Teſtimonium perhibeo. *Pagn. Teſtimonium fero. Ar. M. Teſtor.*
De illo. *Arab. Contra illos. S. Cypr. Illud. Didym. Eius.*
Quòd opera. *S. Cypr. Quòd facta. Didym. Operibus.*
Eius. *Arab. Eorum. Didym.* omittit.
Mala ſunt. *Didym. Quoniam maligna ſunt.*

Verſ. 8.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum; quia meum tempus nondum impletum eſt.

Ad diem feſtum hunc. *Syr. Ad feſtum hoc. Arab. In hunc diem feſtum.*
Ego autem. *Syr. Ego nunc. Arab. Quia ego nunc. Theoph. Ego nondum.*
Aſcendam ad diem feſtum iſtum. *Syr. Aſcendo ad hoc feſtum.*
Nondum. *Arab. Non adhuc.*
Impletum eſt. *Arab. Aduenit. Pagn. Completum eſt.*

Verſ. 9.

Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæâ.

Hæc cùm dixiſſet. *Syr. Hæc dixit. Arab. Dixit hunc ſermonem. Euth. Hæc autem cum dixiſſet illis. Ar. M. Hæc autem Dicens eis.*
Ipſe manſit. *Syr. Et quieuit. Arab. Et ſtetit. Euth. Manſit.*

Verſ. 10.

Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

Vt autem aſcenderunt. *Syr. Cùm autem aſcendiſſent.*
Et ipſe. *Arab. Ipſe quoque.*
Diem feſtum. *Syr. Feſtum. Fr. Luc. Feſtiuitatem.*
Manifeſtè. *Arab. Aſcenſione manifeſta. Vat. Palàm.*
Quaſi in occulto. *Arab. Occultè. S. Aug. Tanquam in occulto. Theoph. Velut in occulto. Pagn. In occulto.*

Verſ. 11.

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille?

Iudæi ergo. *Syr. Iudæi autem. Ar. M. Ipſi verò Iudæi.*
Quærebant. *Arab. Poſuerunt quærere.*
Die feſto. *Vat. Feſto.*
Dicebant. *Arab. Dicere.*

Verſ. 12.

Et murmur multum erat in turbâ de eo: Quidam enim dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dicebant: Non; ſed ſeducit turbas.

Murmur multum. *Arab. Murmuratio multa.*
Turbâ. *Theoph. Turbis.*
De eo. *Syr Propter eum.*
Quidam enim. *Arab. Ex eis enim quidam. Euth. Quidam ſanè.*
Non. *Syr. Minimè.*
Seducit. *Arab. Ipſe ſeducit.*
Turbas. *Arab. Populum. Theoph. Turbam.*

Verſ. 13.

Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

Nemo tamen. *Syr. Nemo autem. Arab. Et non erat vnus, qui. Euth. Nullus.*
Palàm. *Pagn. Liberè.*
Loquebatur. *Arab. Loqueretur.*
Metum. *Arab. Timorem.*

Vulgata Editio.

Verſ. 14.

Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum & docebat.

Verſ. 15.

Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras ſcit, cùm non didicerit.

Verſ. 16.

Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea: ſed eius, qui miſit me.

Verſ. 17.

Si quis voluerit voluntatem eius facere; cognoſcet de doctrinâ, vtrùm ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar.

Verſ. 18.

Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.

Verſ. 19.

Nonne Moyſes dedit vobis legem; & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere?

Verſ. 20.

Reſpondit turba, & dixit: Dæmonium habes: Quis te quærit interficere?

Verſ. 21.

Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini.

Verſ. 22.

Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionem (non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus) & in ſabbato circunciditis hominem.

Verſ. 23.

Si circunciſionem accipit homo in

Lectionum Varietas.

Iam autem. *S. Aug. Poſteà ergo.*

Die feſto mediante. *Arab. Dimidiati eſſent dies feſti. Vat. Dimidium feſti peractum eſſet. Caiet, Circa feſti dimidium. Fr. Luc. Feſto exiſtente medio.*

Ieſus in templum. *S. Auguſt. Dominus ad diem feſtum.*

Docebat. *Arab. Cœpit docere.*

Litteras. *Arab. Scripturas.*

Scit. *Arab. Bene nouit. Euth. Nouit.*

Cùm non didicerit. *Arab. Cùm non docuerit illum vllus Fr. Luc. Non doctus.*

Reſpondit. *Ar, M. Reſpondit ergo.*

Eius qui miſit. *Ar. M. Mittentis.*

Me. *Clem. Alex. Me Patris.*

Si quis. *Syr. Qui. Arab. Quicunque igitur.*

Voluntatem eius. *Arab. Placita ſua. Vat. Voluntati eius.*

Fac. *Syr. Exequi. Vat. Obtemperare.*

Cognoſcet. *Syr. Intelliget.*

De doctrina. *Syr. Doctrinam meam. Caiet. De doctrinâ meâ.*

Vtrùm. *Syr. Num.*

Ego à me ipſo loquar. *Syr. Ego ex voluntate mei ipſius loquar. Arab. Tantummodò loquar de illâ à me ipſo.*

Qui. *Arab. Quienim. Clem. Alex. Qui autem.*

A ſemetipſo. *Syr. Ex voluntate mentis ſua. Clem. Alex. Ex ſemetipſo. Pagn. De ſemetipſo.*

Propriam. *Syr. Sui ipſius. Arab. Tantummodò ſibi ipſi.*

Hic verax. *Arab. Ipſe verax.*

Iniuſtitia in illo. *Syr. Iniquitas in corde eius.*

Nonne Moyſes dedit vobis legem. *Quidd. ap. Mar. Si legem Moyſis.*

Et nemo. *Syr. Nemo autem. Theoph. Nemo tamen. Quidd. ap. Mar. Quæ.*

Ex vobis. *Euth. Veſtrum. Quidd. ap. Mar. A Deo erat.*

Facit. *Syr. Cuſtodit. Arab. Operatur. Vat. Factis praſtat. Quidd. ap. Mar. Non ſeruaſtis.*

Legem. *Arab. Secundùm legem. Fr. Luc. Illam legem. Quidd. ap. Mar. Non eſt mirum, ſi meam doctrinam non accipitis.*

Quæritis. *Arab. Vultis.*

Interficere. *S. Aug. Occidere.*

Dixit. *Arab. Dixerunt ei.*

Habes. *Arab. In te eſt.*

Quærit. *Arab. Vult.*

Vnum. *Arab. Iam vnum.*

Feci. *Syr. Operatus ſum.*

Miramini. *Arab. Mirati eſtis. Mar. Conturbamini.*

Propterea. *Ar. M. Propter hoc.*

Quia ex Moyſe eſt. *Syr. Quòd ex ipſo Moyſe ſit.*

In ſabbato. *Syr. Sabbato. Arab. In die ſabbati. Pagn. Tamen in ſabbate.*

Si. *Syr. Quòd ſi.*

Circunciſionem accipit. *Syr. Circunciditur. Arab.*

ſabbato,

Vulgata Editio.

ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato?

Lectionum Varietas.

Circunciſionem accipiebat.
In ſabbato. *Syr. Die ſabbati.*
Vt non ſoluatur. *Syr. Ob idque non ſoluitur. Arab. Ne ſoluetur.*
Mihi indignamini. *Syr. De me murmuratis. Arab. Quare ergo indignamini contra me. S Greg. Nyſſ: Mihi ſuccenſetis. S. Ambr. Mihi iraſcimini.*
Quia. *Syr. Qui.*
Sanum feci. *Syr. Sanauerim. Arab. Liberaui.*
In ſabbato. *Syr. Die ſabbati.*

Verſ. 24.

Nolite iudicare ſecundùm faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate.

Nolite iudicare. *Syr. Ne iudicaueritis.*
Secundùm faciem. *Syr. Per acceptionem vultus. S. Aug. Perſonaliter. Euth. Secundùm aſpectum. Lucif. Secundùm perſonam. Ar. M. Secundùm ſpeciem. Tolet. ex Græ. Secundùm viſionem.*
Sed iuſtum iudicium. *Syr. Sed iudicio recto. S. Aug. Sed rectum iudicium. Euth. Sed iuſta iudicia. Tert. Quod iuſtum eſt.*

Verſ. 25.

Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis: Nonne hic eſt, quem quærunt interficere?

Dicebant ergo. *Arab. Dixerunt ergo. Orig. Dicebant autem.*
Quidam ex Ieroſolymis. *Arab. Homines aliqui ex Ieruſalem. Orig. Ex Ieroſolymitis.*
Nonne. *Euth. Num.*
Quem quærunt. *Arab. Ille, quem volebant.*
Interficere. *Arab. Occidere.*

Verſ. 26.

Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus?

Et ecce. *Pagn. Atqui ecce.*
Palàm. *Pagn. Liberè. Orig. Cum fiducia. Fr. Luc. Publicè.*
Loquitur. *Arab. Ipſe loquitur.*
Et nihil ei dicunt. *Orig. Nec quicquam illi dicunt.*
Nunquid. *Vat. Num. Fr. Luc. Num forte.*
Verè cognouerunt. *Syr. Norunt.*
Principes. *Syr. Seniores noſtri.*
Quia hic eſt Chriſtus. *Syr. Hunc eſſe verè Meſſiam.*

Verſ. 27.

Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem, cùm venerit, nemo ſcit, vnde ſit.

Hunc ſcimus. *Syr. Nouimus. Arab. Hunc iam ſciuimus. S. Aug. Illum nouimus.*
Vnde. *Syr. Vnde hic.*
Chriſtus autem. *Orig. At Chriſtus.*
Nemo ſcit. *Syr. Nemo cogniturus eſt. Arab. Non cognoſcet quiſquam. Pagn. Nemo cognoſcit. Orig. Nemo agnoſcet.*
Vnde ſit. *Euth. Vnde erit.*

Verſ. 28.

Clamabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis: & à me ipſo non veni; ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis.

Clamabat ergo. *Syr. Et extulit vocem ſuam. Arab. Eleuauit autem vocem ſuam.*
Docens. *Syr. Dum doceret. Arab. Dum ipſe doceret.*
Et me ſcitis. *Arab. Me cognoſcitis. Pagn. Et me noſtis. Tert. Neque me ſcitis.*
Et vnde. *Tert. Vnde.*
Sim. *Arab. Veni.*
Scitis. *Pagn. Noſtis. Tert.* omittit.
A meipſo. *Arab. Ex voluntate mei ipſius.*
Verus. *Theoph. Verax.*
Qui miſit. *Ar. M. Mittens.*
Neſcitis. *Arab. Non cognoſcitis. Tert. Non noſtis.*

Verſ. 29.

Ego ſcio eum; quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.

Et ſcio. *Arab. Et ego cognoſco. Vat. Ego verò noui.*
Quia. *Syr. Quippe qui.*
Sum. *Syr. Sim. Quidd. Codd. Sum: & ſi dixero vobis, quia neſcio eum, ero ſimilis vobis mendax: ſed ſcio eum.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 30.

Quærebant ergo eum appreheodere: & nemo miſit in illum maous, quia nondum venerat hora eius.

Quærebant. *Arab. Quæſierunt.*
Apprehendere. *Syr. Prehendere.*
Et nemo miſit in illum. *Syr. Nemo autem iniecit in illum. Arab. Et non extendit aliquis in eum. Vat. Et nemo iniecit illi.*
Manus. *Arab. Manum. Fr. Luc. Manus violentas.*

Verſ. 31.

De turbâ autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus, cùm veoerit, nunquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit?

De turba. *Theoph. Ex turbâ. Vat. E multitudine.*
Nunquid plura. *Syr. Num maiora.*
Faciet. *Syr. Edet.*
Quàm quæ hic facit. *Syr. His quæ iſte edit.*

Verſ. 32.

Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc; & miſerunt principes & Phariſæi mioiſtros, vt apprehenderent eum.

Audierunt. *Syr. Et audierunt. Arab. Audierunt autem.*
Turbam murmurantem. *Syr. Turbas loquentes. Arab. Murmurationem turbæ.*
Hæc. *Arab. In hoc.*
Principes & Phariſæi. *Syr. Ipſi & principes ſacerdotum. Euth. Phariſæi & principes ſacerd.*
Apprehenderent. *Syr. Prehenderent.*

Verſ. 33.

Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui me miſit.

Dixit ergo. *Syr. Et ait.*
Adhuc modicum tempus. *Arab. Tempore modico. Theoph. Adhuc puſillum temporis. Vat. Adhuc puſillo tempore. Tert. Adhuc modicum temporis.*
Sum. *Arab. Permanens ſum. Mar. Ero.*
Et vado. *Syr. Et abibo. Arab. Deinde vado. S. Aug. Et tunc vado. Pagn. Et abeo.*
Qui me miſit. *Ar. M. Mittentem.*

Verſ. 34.

Quæretis me, & oon inuenietis: & vbi ego ſum, vos noo poteſtis venire.

Quæretis. *Arab. Et quæretis.*
Inuenietis. *Arab. Inuenietis me.*
Vbi ego ſum. *Arab. Ad locum, in quo ego ſum. Mar. Vbi ego ero.*
Vos. *Pagn. Eò vos.*
Poteſtis venire. *Arab. Pertingetis.*

Verſ. 35.

Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? nunquid in diſperſionem Gentium iturus eſt, & docturus Gentes?

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt.*
Ad ſemetipſos. *Syr. Apud ſe. Vat. Inter ſeſe.*
Quò. *Euth. Quonam.*
Iturus eſt. *Syr. Futurum eſt, vt iſte proficiſcatur. Ar. M. Hic futurus eſt ire.*
Quia non inueniemus. *Arab. Adeo vt non inueniemus eum.*
Nunquid. *Syr. Num ergo.*
In diſperſionem. *Syr. Ad regiones.*
Gentium. *Caiet. Græcorum.*
Iturus. *Syr. Profecturus.*
Gentes. *Syr. Ethnicos. Caiet. Græcos.*

Verſ. 36.

Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: &, vbi ego ſum, vos non poteſtis venire?

Inuenietis. *Arab. Inuenietis me.*
Sum. *Quid. ap. Fr. Luc. Ero.*
Vos. *Pagn. Eò vos.*
Venire. *Arab. Venire ad me.*

Verſ. 37.

In ouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.

In nouiſſimo autem die magno. *Syr. Die autem illo magno, qui erat vltimus. Arab. Et in nouiſſimo die magno.*
Feſtiuitatis. *Syr. Feſti. S. Aug. Illius feſtiuitatis. Fr. Luc. Huius feſti.*
Si quis ſitit. *Arab. Qui eſt ſitiens. Tert. Si quis ſitiat*
Bibat. *Arab. Bibet.*

Verſ. 38.

Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura,

Qui. *Syr. Quiſquis. Arab. Quicunque.*
Sicut. *S. Greg. Nyſſ. Quemadmodum.*
Dicit Scriptura. *Syr. Dixerunt Scripturæ.*
Flumina de ventre eius. *S. Greg. Nyſſ. De illius ventre.*

flumina

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Fluent. *S.Greg. Nyſſ. Profluent. S.Cypr. Procedent. Mar. Vic. Manant.*
Aquæ. *S.Greg.Nyſſ. Omnes aquæ.*
Viuæ. *S. Cypr. & Marc.Vic. Viuentis. Vat. Vita.*

Verſ. 39.

Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

Hoc autem. *Arab. Et tantummodò hoc.*
Dixit. *S. Ambr. Dicebat.*
Erat Spiritus datus. *Arab. Venerat Spiritus ſanctus. Caiet. Erat Spiritus ſanctus datus. M. SS. ap. Mar. Erat Spiritus ſanctus. Quidd. Codd. Erat Spiritus ſanctus in eis.*
Glorificatus. *S. Leo. Clarificatus.*
Accepturi erant credentes. *S. Ambr. Incipiebant accipere, qui credituri erant.*

Verſ. 40.

Ex illâ ergo turbâ cùm audiſſent hos ſermones eius, dicebant: Hic eſt verè propheta.

Ex illa ergo turba. *Syr. Multi autem ex turbâ Theoph. Multi ergo de turbâ. Caiet. Multi ergo è turbâ.*
Cum audiſſent hos ſermones eius. *Arab. Audierunt verba eius. Theoph. Cùm audiſſent hunc ſermonem. Ar. M. Audientes ſermonem.*
Dicebant. *Arab. Et dixerunt.*
Propheta. *Orig. Propheta ille.*

Verſ. 41.

Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæâ venit Chriſtus?

Alij. *Arab. Et alij. Euth. Alij autem.*
Chriſtus. *Orig. Ille Chriſtus.*
Quidam autem dicebant. *Arab. Et alij dixerunt.*
Nunquid. *Vat. Nunnam. Ar. M. Non enim.*
A Galilæa venit. *Syr. Ex Galilaâ veniet. Caiet. A Galilaâ venturus eſt.*

Verſ. 42.

Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus?

Dicit. *Arab. Dixit.*
De Bethleem. *Syr. Ex Bethleem.*
Caſtello. *Syr. Pago. Ar. Mont. Vico. Fr. Luc. Illo vico.*
Vbi erat Dauid. *Syr. Ipſius Dauid. Arab. In quo erat Dauid propriè. Mar. Vbi habitauit Dauid.*
Venit Chriſtus. *Syr. Venturum Chriſtum. Pagn. Veniet?*

Verſ. 43.

Diſſenſio itaque facta eſt in turbâ propter eum.

Diſſenſio itaque. *Syr. Et diſſidium. Arab. Et diſſenſio. Euth. Seditio itaque. Orig. Quoniam etiam diſſenſio. Fr. Luc. Schiſma itaque.*
Facta eſt. *Syr. Factum eſt. Arab. Cecidit. Euth. Orta eſt.*
In turba. *Arab. Inter turbas.*

Verſ. 44.

Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum; ſed nemo miſit ſuper eum manus.

Quidam autem ex ipſis. *Syr. Erant autem quidam ex eis.*
Volebant. *Syr. Qui volebant. Euth. Venerant.*
Apprehendere. *Syr. Prehendere. Euth. Vt apprehenderent.*
Nemo. *Arab. Non vllus. Euth. Nullus.*
Miſit ſuper eum. *Syr. Iniecit in eum. Arab. Miſit in eum. Theoph. Coniecit in eum.*
Manus. *Arab. Manum.*

Verſ. 45.

Venerunt ergo miniſtri ad pontifices, & Phariſæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxiſtis illum?

Venerunt ergo. *Syr. Et venerunt.*
Miniſtri. *Syr. Miniſtri illi.*
Pontifices. *Syr. Summos ſacerdotes. Arab. Maiores ſacerdotum. Euth. Principes ſacerdotum.*
Illi. *Syr. Sacerdotes.*

Verſ. 46.

Reſponderunt miniſtri: Nunquam ſic

Reſponderunt. *Arab. Dixerant eis.*
Nunquam ſic loquutus eſt homo. *Arab. Quia non eſt loquutus quiſquam vnquam. S. Aug. Nunquam ſe audiuiſſe hominem ſic loquutum. Orig.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

loquutus eſt homo, ſicut hic homo.

Nunquam iſte modo loquutus eſt homo.
Sicut hic homo. *Syr. Vt loquitur vir iſte. Arab. Similia his, quæ loquutus eſt hic vir.*

Verſ. 47.
Reſponderunt ergo eis Phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis?

Reſponderunt ergo eis. *Syr. Dicunt eis. Arab. Dixerunt ergò.*
Nunquid & vos. *Orig. Num vos etiam.*
Seducti. *Orig. Decepti.*

Verſ. 48.
Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis.

Nunquid ex principibus aliquis. *Syr. Num quis ex proceribus. Arab. Videtis aliquem ex principibus.*
Credidit. *Arab. Credere.*

Verſ. 49.
Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt.

Sed turba hæc. *Syr. Niſi populus iſte. Arab. Præter turbam. Orig. An non turba hæc.*
Quæ non nouit. *Syr. Qui neſcit. Orig. Quæ non agnoſcit. Ar. M. Non noſcens.*
Maledicti. *Arab. Et maledicti. Euth. Exterandi. Orig. Execrabiles.*

Verſ. 50.
Dixit Nicodemus ad eos: ille, qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis.

Venit. *Vat. Venerat. Ar. M. Profectus.*
Ad eom. *S. Aug. Ad Dominum.*
Qui vnus erat. *Euth. Cùm eſſet vnus. Fr. Luc. Vnus exiſtens.*
Ex ipſis. *Euth. De numero eorum.*

Verſ. 51.
Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi priùs audierit ab ipſo, & cognouerit, quid faciat?

Nunquid. *Pagn. Num.*
Iudicat hominem. *Syr. Reum peragit quempiam. Euth. Condemnat hominem. Lucif. Iudicat de homine.*
Niſi priùs audierit ab ipſo. *Arab. Præterquàm, cùm audierit eum prius. Lucif. Niſi audiat ab ipſo.*
Cognouerit. *Lucif. Cognoſcat.*
Faciat. *Lucif. Fecerit. Pagn. Fecerunt.*

Verſ. 52.
Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilæâ propheta non ſurgit.

Reſponderunt. *Arab. Reſponderunt ei.*
Nunquid. *Theoph. Num.*
Galilæus. *Syr. Ex Galilæâ.*
Scrutate Scripturas & vide. *Arab. Scrutare & vide Scripturas. Euth. Scrutare & cognoſce. Vat. Scrutare & vide.*
A Galilæâ. *Vat. E Galilæâ. Fr. Luc. Ex Galilæâ.*
Surgit. *Vat. Surrexerit. Orig. Egreditur neque ſurgit.*

Verſ. 53.
Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

Et reuerſi ſunt. *Arab. Et abierunt. Euth. Et abiit. Theoph.* omittit. *Pagn. Et profectus eſt. Ar. M. Et perrexit.*
Vnuſquiſque. *Arab. Vnuſquiſque ex eis. Theoph.* omittit.
In domum ſuam. *Arab. In locum ſuum. Theoph.* omittit.

CAPVT VII.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Superior Chriſti exemplo medici exerceat manum. 1423
Loci ſanctitas ſola non ſufficit. 1423
Perſtricti, qui templo vicini in Deum peccant. 1424
Parentum aut nulla aut exigua habenda ratio. 1424
Chriſti gloria quærenda, non propria. 1425
Quæ ſuperior præſtat, præſtant cæteri. 1425
Nulla vera feſtiuitas, vbi Chriſtus abeſt. 1426
Mundus nullum verè diem feſtum habet. 1426
Vera gaudia quærenda. 1426
Diuina tractaturus omne ſubmoueat quod carnis affectum ſapit. 1427
Chriſtus totius cauſa ſolennitatis. 1427
Chriſti feſtus dies, dies Paſſionis. 1428
Cultus diuini cura non negligenda. 1428

Non

Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.

1423. NON *enim volebat in Iudæam ambulare.* Quia ſcilicet id tutò non poterat: quærebant quippe Iudæi eum interficere. Se autem ſubducit ab illis, vt verum ſe proderet hominem, non ſemper Diuinitatis maieſtatem efferentem. Cedit illis ad tempus, vt tempus pœnitentiæ concederet; & tanquam bonus medicus rediret, vbi phrænesis abiiſſet. Diſcedit etiam, vt fortior, ditior, nobilior diſcat infirmiori cedere, tenuiori, & ignobiliori; nec erubeſcant id homines præſtare, cùm illorum cauſâ in illorum exemplum id præſtiterit Chriſtus, Deus & homo.

Non enim volebat in Iudæam ambulare: Quia, quò ſanctior illa terra erat, eò iniquiores illius habitatores; adeò vt vellent eum occidere. Hinc Nonnus in Paraphr. *Non enim volebat ambulare in ſancto ſolo Iudæorum; quia fallaci dolo illum perdere cupiebant filij Iudæorum*, vt appareat, locum non dum ſanctitatis ſuis coloribus minimè ſufficere, ſi ſanctitatis ipſi hoſtes ſint. Fruſtrà eſt, qui de habitationis ſanctitate ſibi blanditur, ſi ſanctus ille non eſt, qui locum ſanctum inhabitat, aut frequens adit.

1424. *Quia quærebant eum Iudæi interficere.* Et (quod ait Nonnus) *fallaci dolo.* Nimirum qui meliores eſſe debebant, peiores ſunt; & quò templo viciniores, eò magis à ſanctitate diſtabant; nec à rebus ſacris deuotionis hauriebant ſpiritum, ſed malitiæ (vt ita loquar) auram.

Dixerunt autem ad eum fratres eius.

D*ixerunt autem ad eum fratres eius.* Id eſt conſanguinei, & cognitione propinqui. Eorum nomen reticet. Non merebantur nominari, cùm de illis ſubdat: *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Mirum, quàm pauca de Chriſti Domini cognatis habeamus, immò nulla, cùm & eorum nomina alto ſint ſilentio inuoluta: vt ſtatim appareat, apud Chriſtum vitæ fideique rationem potiùs, quàm ſanguinis haberi. Rem egregiè expendit Sanctus Chryſoſtomus hom. 4o. in Ioann. *Intelligimus*, inquit, *fide ſemper nobis opus eſſe & vitâ, quæ virtutibus luceat: hoc duntaxat ſaluos nos facere poterit. Quanta enim cognati eius admirationi fuerunt, cùm ne eorum quidem nomina teneamus, vtpotè qui ſub fratrum duntaxat nomine appellati ſunt: Apoſtolorum autem & vita & nomina vbique terrarum decantantur. Nolumus igitur ob terrarum nobilitatem in ſuperbiam efferri; &, licèt longam progenitorum, & quidem clariſſimorum, ſeriem numeremus, eorum virtutes ſuperare contendamus; ſcientes, aliorum nobis opera non modò nihil in futuro iudicio profutura, verùm grauiter nos condemnatura; cùm optimorum parentum liberi, & domeſticis exemplis eruditi, nihil profecerimus.*

Manifeſta teipſum Mundo.

1425. M*Anifeſta teipſum Mundo.* Non Chriſti tantùm gloriam quærunt Chriſti cognati; ſed ſuum honorem, ſuum commodum: ducebantur quippe *hac ſpe* (inquit ille author) *ſi Ieſus Ieroſolymis pro Chriſto reciperetur, non parum inde honoris & commodi ad ſe quoque cognationis iure redundaturum.* Hoc pleriſque ſolemne, vt ſub velamine gloriæ Chriſti quærant ſua, quærant ſe.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendo.

V*Os aſcendite ad diem feſtum hunc.* Qui periculum nullum timetis, nec Iudæi vos ad mortem quærunt. Ad diem feſtum propinquos ſuos mittit, ne eius cauſâ aut etiam exemplo remanerent: ferè enim, quæ ſuperior præſtat, præſtant cæteri; vt iubere aliquid videatur, ſi faciat. Ablegat ſuos, nec quærit eorum conſortio ſe munire contra Iudæorum odium, ne pugnare videretur, amator pacis. Sinit potiùs, vt Iudæorum ira deferueſceret, & tunc demùm ipſe quoque ad feſtum ſe contulit.

Ad diem feſtum. Græcè, εἰς τὴν ἑορτήν. *Ad feſtiuitatem.* Verè nullus dies feſtus, vbi abeſt Ieſus, vera cordis lætitia, feſtiuitas (vt ita loquar) animarum. Feſtus dies eſt, etiamſi alioquin non ſit, ſi Ieſus adſit. 1426.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Nullum ergo Mundus feſtum diem habet; quia ad eius dies feſtos deſcenditur, non aſcenditur: ad ima, ad terrena deprimitur mens, non in ſublimia fertur nec in Cæleſtia.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Si non ſolùm corpore aſcendiſſent, ſed etiam mente, feſtiuior fuiſſet feſtus ille dies. *Quid eſt, hunc?* (inquit B. Alcuinus) *vbi gloriam humanam quæritis. Quid eſt? vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare.* Qui talis, non eſt verè dies feſtus, licèt extimè videatur.

Ego autem non aſcendo. Paulò pòſt aſcenſurus, præmittit interim propinquos: ſed cur non ſibi illos comites elegit, quùm iuit, probis illos monitis etiam in viâ imbuiturus? Quia, Diuina tractaturus, omne ſubmouet, quod carnis affectum aliquem ſapit; & quia (vt ille ait) *nondum ſincero corde adhærebant ei.* Vt vbique non bonorum conſortium cauendum ſit; id tamen maximè, quùm ad ſacra itur. 1427.

Et ipſe aſcendit ad diem feſtum.

AD diei feſti ſolennitatem venit Ieſus. Verè nullus feſtus dies eſt, nulla verè ſolennitas, vbi Ieſus abeſt. Feſtiuè Euſebius Emiſ. homil. in Dom. 1. poſt Epiphan. *Erat igitur ſimul cum cæteris Ieſus in ſolennitate, qui totius erat cauſa ſolennitatis.*

Ad diem feſtum aſcendit Chriſtus, habiturus etiam ipſe ſuum diem feſtum. Sed quem? ſed quando? Feſtus feſtiuuſque dies Chriſti fuit, quùm nos ſuâ Paſſione ac morte redemit. Ad hanc mentem Sanctus Auguſtinus in Catenâ productus ait: *Chriſto ille fuit dies feſtus, quo paſſione ſuâ redemit Mundum.* 1428.

Ad diem feſtum aſcendit Ieſus, non quaſi ad diem feſtum, ſed quaſi ad lucem, inquit S. Auguſtinus in Catenâ. *Illi verè aſcenderunt quaſi ad perfruendum delicijs dies feſti*: vt Diuini cultus cura illis poſterior eſſet.

SECTIO II.

Malitia abutuntur quæ ad bonum ordinata. 1429
Ira peruerſis amareſcit quod eſt dulce. 1429
Ad malum quàm prompti multi. 1430
Chriſti doctrina vt excipienda. 1430
E cælo, non à terra Chriſti doctrina fuit. 1431

dona gratiarum, tanquam vno in vaſe continebantur exceptiones aquarum. Iſti autem credentes in eum, ſcilicet Apoſtoli, & poſt illos Apoſtolici viri ſic acceperunt hunc Spiritum ſanctum, vt prædicando, baptizando, manus imponendo maxima de ventre ſuo flumina profunderent per Mundum vniuerſum.

Nondum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

1440. DAtus anteà fuerat propheria, viriſque ſanctis Spiritus ſanctus; ſed parcè, ſed occultè: poſt Chriſti autem glorificationem copioſè & ſignis viſibilibus eſt datus; nec paucis, ſed pluribus. Nimirum, quod paucis, quod parcè dat Deus, videtur ipſi non dare: tanta eius in ſuis donis largiendis liberalitas eſt. Tunc verè dat, cùm dat plenè ac copioſè, dat multis.

Sed cur ante glorificationem Ieſu Spiritus ſanctus copioſè diſcipulis aliiſque non eſt datus? Quid erat neceſſe, vt priùs Ieſus in Cælum iret, & Regni poſſeſſionem adiret? Iuſtè ita factum, quò ſe regnare in Cælis Chriſtus oſtenderet, ac, ſubtractâ corporis ſui præſentiâ, Eccleſiam ſuam per Spiritum ſanctum ſe regere; nulloſque ambigeret, eum Eccleſiæ ſuæ ſuorumque præcipuam habere curam, licèt abierit.

Et miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros.

MIſerunt miniſtros. Sed cui rei? non vt audirent Chriſtum, Chriſto adhærerent, ſed vt eum comprehenderent; *Obſerua*, inquit hîc Ferus, *quod Phariſæi nunquam leguntur miniſtros ſuos ad conciones Chriſti miſiſſe, hic autem eos mittunt ad Chriſtum comprehendendum. Sic impij patresfamilias nedum familiam non ad bona inducunt, ſed inſuper mala facere cogunt. Sicque dupliciter peccant.*

Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & Phariſæos.

1441. V*Enerunt ergo miniſtri.* Re ſcilicet infectâ. Apparet hic eorum ſinceritas & fides. Poterant ad pontifices & Phariſæos non redire, ſed remanere cum Chriſto. Redeunt tamen, ne rebelles cenſerentur; & vt Chriſti laudes ſeminarent. Nunc præcones fiunt ſapientiæ Chriſti, & maiorem animum præſeferunt; quàm ſi apud Chriſtum remanſiſſent.

Quare non adduxiſtis illum?

Q*Vare non adduxiſtis illum?* Non expectant, quid referant miniſtri; ſed, videntes eos ſine Ieſu eſſe, impatientiæ & iræ æſtu acti, primi prorumpunt in expoſtulationis verba. *Quare*, inquiunt, *non adduxiſtis illum?* Quem, *illum?* In contemptum nomen eius omittunt, prodúntque hac loquutione, ſe maximè de illo perdendo cogitare.

Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo.

N*Vnquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo.* Nimirum, qui ierant, vt Ieſum caperent, Ieſu ſermone, ſermoniſque ſuauitate ac efficaciâ fuere capti: hícque concionis Chriſti fuit fructus, vt hi miniſtri ad pontifices & Phariſæos redeuntes, non ficta ſubterfugia comminiſcantur; ſe videlicet periculum popularis ſeditionis timuiſſe, Ieſum ab eorum manibus elapſum. Non ſe excuſant, ſed rem, vt res eſt, fatentur. Animi rectitudinem oſtendunt: veritati famulantur? Ieſum, Ieſuque ſermones efferunt; licèt ſcirent, id minimè Iudæis placiturum. 1442.

Nunquid & vos ſeducti eſtis?

N*Vnquid & vos ſeducti eſtis?* Non erant ſeducti, ſed in melius Chriſti ſermone conuerſi. Sed cur non quærunt à miniſtris Phariſæi, quid admiratione dignum Chriſtus loquutus fuerit, dum dixerint, nunquam ſic hominem loquutum? Inuidiâ obcæcati id cauerunt quærere; aut quia nihil magnum & admirabile eum dicere potuiſſe crederent; aut ne à miniſtris iterum Ieſus, Ieſúque ſermo celebraretur.

Reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

R*Euerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.* Sicque ſolutum concilium, conſiliúmque de Ieſu comprehendendo, licèt ſententiam non mutauerint nec voluntatem. Fors timuerunt, *ne quiſpiam alius* (vt notat Euthymius) *ſimilia diceret*, ac in Ieſum & iuſtitiæ fauorem dixerat Nicodemus. Impij bonorum numerum creſcere nollent; & bonorum exemplo meliorem mentem alios ſibi ſumere timent. In domum ſuam abierunt, non ad ſe redierunt. Mutare locum mali poſſunt: non facilè mores mutant.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT VIII. IOANNIS.

Verſ. 1.

IEsvs autem perrexit in montem Oliueti.

Verſ. 2.

Et diluculo iterum venit in templum,

Ieſus autem. *Syr. & Theoph.* vſque ad verſ. 12. omnia omittunt. *Arab. Et Ieſus.*
Perrexit. *Fr. Luc. Abiit.*
Oliueti. *Vat. Olmarum. Ar. M. Olearum.*

Et diluculo iterum. *Arab. Et valde diluculo. Euth. Summo verò diluculo iterum Ieſus.*
Venit. *Ar. M. Acceſſit. Fr. Luc. Adfuit.*
Omnis. *Pagn. Cunctus.*

& omnis

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

& omnis populus venit ad eum; & ſedens docebat eos.

Venit. *Caiet. Veniebat.*
Sedens docebat. *Arab. Sedebat docens.*

Verſ. 3.

Adducunt autem ſcribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio.

Adducunt autem. *S. Aug. Adducunt autem illi. Vat. Adducunt autem ad eum.*
In adulterio deprehenſam. *Arab. Quæ inuenta fuerat in adulterio.*
Statuerunt. *Pagn. Cùm ſtatuiſſent.*

Verſ. 4.

Et dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.

Et dixerunt. *Pagn. Dicunt.*
Hæc mulier. *Arab. Hanc mulierem. Pagn. Hanc.*
Modò deprehenſa eſt. *Arab. & Adam C. Inuenimus. Pagn. Deprehendimus.*
In adulterio. *Euth. Actu adulterium perpetrantem. Pagn. In ipſo facinore adulterium committentem. Ar. M. In ipſo furto adulterantem. Fr. Luc. Ipſo facto adulterans. Caiet. In ipſo facto, cùm adulteraretur. Adam. C. In ipſo opere.*

Verſ. 5.

In lege autem Moyſes mandauit nobis, huiuſmodi lapidare: Tu ergo quid dicis?

In lege autem. *Arab. Et in lege. Adam. C. In lege autem noſtrâ.*
Mandauit nobis. *Arab. Præcepit. S. Proſp. Iuſſit. Euth. Præcepit nobis.*
Huiuſmodi lapidare. *Arab. Lapidari. Euth. Vt huiuſmodi lapidarentur. Caiet. Eas, quæ ſunt huiuſmodi, lapidare.*
Tu ergo. *S. Aug. Tu.*
Dicis? *S. Aug. De illâ cenſes. S. Proſp. De ea ſtatuis. Euth. Ais de illâ? Adam. C. De ipſa dicis.*

Verſ. 6.

Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terrâ.

Hoc autem dicebant. *Arad. Dixerunt hoc. S. Aug. Hæc autem dicebant.*
Tentantes eum. *Arab.* omittit.
Poſſent accuſare eum. *Arab. Inuenirent contra eum cauſam. Euth. Haberent occaſionem aduerſus illum.*
Ieſus autem. *Arab. At Ieſus.*
Inclinans ſe deorſum. *Arab. Inclinauit ſe. Euth. Inclinatus deorſum. Ar. M. Deorſum inclinans.*
Digito ſcribebat. *Arab. Et ſcripſit digito ſuo.*
In terrâ. *Vat. In terram. Ar. M. In terram non ſimulans.*

Verſ. 7.

Cùm ergo perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat.

Cùm ergo. *Ar. M. Vt autem.*
Perſeuerarent interrogantes eum. *Arab. Continuarent in interrogationes.*
Erexit ſe. *Arab. Eleuauit caput ſuum. Fr. Luc. Erectus.*
Sine peccato eſt. *S. Aug. Scit ſine peccato. Pagn. Immunis eſt à peccato. Fr. Luc. Peccare non poteſt.*
Veſtrûm. *Arab. Ex vobis. S. Aug. Se eſſe.*
Primus in illam. *Arab. Primùm eam. S. Aug. Prior in eam.*
Lapidem mittat. *Arab. Lapidet lapidibus. S. Aug. Lapidem iaciat.*

Verſ. 8.

Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terrâ.

Et iterum. *Arab. Deinde. Euth. Rursúmque.*
Se ioclinans. *Arab. Inclinauit ſe. Euth. Inclinatus. Vat. Cùm ſe inclinaſſet. Ar. M. Deorſum inclinans.*
Scribebat. *Arab. Et ſcripſit.*
Terrâ. *Vat. Terram.*

Verſ. 9.

Audientes autem, vnus poſt vnum

Audientes autem. *Arab. Cùm autem audiſſent hoc, ex eo intelligentes ignominiam. Euth. At illi cùm audiſſent. Ar. M. Ij autem audientes & à conſcientiâ redarguti.*

exibant

onus imminere affirmans, ſolicitos omnes reddit, & horrore ad maiorem vigilantiam erigit. Nimirum aliorum caſus reddere vigilantiores nos debet, & vnius ruinam ſolicitiores.

1422. Antequam diceret: *Ex vobis vnus diabolus eſt:* præmittit, *Nonne ego vos duodecim elegi?* vt eius malitiæ grauitas tanti beneficij oppoſitione appareret. *Nec dicit abſolutè,* inquit hic Caietanus: *Vnus ex vobis diabolus eſt. Sed commemorando electionem. Nonne ego elegi vos duodecim? ad explicandam grauitatem criminis in illo ſcilicet, quòd poſt electionem eſt effectus diabolus: dicendo namque: Nonne ego elegi vos? inſinuat, quod bonos elegit duodecim ex vniuerſo numero diſcipulorum: immò ad hoc ſignificandum pronomen, emphaſim exercens, appoſitum apparet, ac ſi apertiùs dixiſſet: Ex eo quòd non obſtante, quòd elegerim vos bonos ad gradum Apoſtolatus, vnus ex vobis ex ſuâ libertate eſt diabolus.*

Hic enim erat traditurus eum.

H*Ic enim erat traditurus eum.* Cæteri Apoſtoli piſcatores hominum erant futuri: Iudas malitiæ ſuæ retê capturus erat Chriſtum in ſui damnationem, in aliorum ſalutem, in eius gloriam. Nonnus hîc in ſuâ Paraphr. de Iudâ: *Ipſe auro inſanus eum, delatum in rete doloſa captura, traditurus erat vitali morti.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. IOANNIS.

Verſ. 1.

POST hæc autem ambulabat Ieſus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare quia quærebant eum Iudæi interficere.

Poſt hæc autem. *Theoph. Poſt hac. Pagn. Et poſt hac.*
Ambulabat. *Theoph. Verſabatur.*
Galilæam. *Theoph. Galileâ.*
Non enim volebat in Iudæam. *Arab. Quoniam non voluit in terram Iudeam. Theoph. Non volebat enim in Iudea. Fr. Luc. Non enim poterat in Iudea.*
Ambulare. *Arab. Regredi. Theoph. Verſari.*
Quia quærebant eum Iudæi interficere. *Syr. Propter Iudaeos, quippe qui ſtuderent eum trucidare. Arab. Quia Iudæi volebant occaſionem eius.*

Verſ. 2.

Erat autem in proximo dies feſtus Iudæorum, ſcenopegia.

Erat autem in proximo. *Syr. Prope autem erat. Arab. Et cum appropinquaſſet.*
Dies feſtus. *Syr. Feſtum. Ar. M. Feſtus.*
Scenopegia. *Syr. Conopea. Arab. Tabernaculorum. Quidd. Codd. Scenophegia.*

Verſ. 3.

Dixerunt autem ad eum fratres eius Tranſi hinc, & vade in Iudæam; vt & diſcipuli tui videant opera tua, quæ facis.

Fratres. *Mar. Cognati.*
Eius. *Syr. Ipſius Ieſu.*
Tranſi. *Syr. Recede. Fr. Luc. Digredere.*
Vade. *Fr. Luc. Abi.*
Et diſcipuli. *Syr. Diſcipuli.*
Videant. *Fr. Luc. Spectent.*
Opera tua. *Syr. Opera.*
Facis. *Euth. Tu facis.*

Verſ. 4.

Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipſe in palam eſſe: ſi hæc facis, manifeſta te ipſum Mundo.

Nemo quippe in occulto. *Arab. Quia non eſt aliquis qui in occulto. S. Epiph. Nemo.*
Quid. *Arab. Quidquam. S. Epiph. Hac. Euth. Quippiam. Vat. Aliquid.*
Facit. *Arab. Operetur. S. Epiph. Agens.*
Et quærit ipſe. *Syr. Et vult ipſe. Arab. Et conuenit. S. Epiph. Cupit.*
In palàm. *Syr. In aperto. S. Epiph In occulto. Theoph. Palam. Ar. M. In manifeſto. Caiet. In libertate.*
Eſſe. *S. Epiph. Verſari.*
Si hæc facis. *Arab. Cum facias hac. Mar. Cum talia opera facias.*
Manifeſta. *Syr. Oſtende. S. Epiph. Prabe manifeſtum. Pagn. Declara.*
Te ipſum *S. Epiph. Te.*

Verſ. 5.

Neque enim fratres eius credebant in eum.

Neque fratres eius. *Arab. Et fratres non. Vat. Nam ne fratres quidem. Fr. Luc. Neque enim hi fratres.*
Eum. *Syr. Ipſum Ieſum.*

Verſ. 6.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

Dicit ergo eis Ieſus: Tempus meum nondum aduenit tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

Dicit ergo. *Syr. Dicit, Quid. Codd. Dixit eis.*
Tempus. *Arab. Tempus enim. Fr. Luc. Tempus opportunum.*
Aduenit. *S. Aug. Venit. Euth. Adeſt.*
Tempus autem. *Ar. M. At tempus.*
Semper. *Arab. In omni tempore.*

Verſ. 7.

Non poteſt Mundus odiſſe vos: me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala ſunt.

Me autem odit. *Arab. Et ipſi odio habent me. S. Cypr. Odit me ſaculum. Didym. Me Mundus non poteſt amare.*
Ego. *S. Cypr. Et ego.*
Teſtimonium perhibeo. *Pagn. Teſtimonium fero. Ar. M. Teſtor.*
De illo. *Arab. Contra illos. S. Cypr. Illud. Didym. Eius.*
Quòd opera. *S. Cypr. Quòd facta. Didym. Operibus.*
Eius. *Arab. Eorum. Didym.* omittit.
Mala ſunt. *Didym. Quoniam maligna ſunt.*

Verſ. 8.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum; quia meum tempus nondum impletum eſt.

Ad diem feſtum hunc. *Syr. Ad feſtum hoc. Arab. In hunc diem feſtum.*
Ego autem. *Syr. Ego nunc. Arab. Quia ego nunc. Theoph. Ego nondum.*
Aſcendam ad diem feſtum iſtum. *Syr. Aſcendo ad hoc feſtum.*
Nondum. *Arab. Non adhuc.*
Impletum eſt. *Arab. Aduenit. Pagn. Completum eſt.*

Verſ. 9.

Hæc cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæâ.

Hæc cùm dixiſſet. *Syr. Hæc dixit. Arab. Dixit hunc ſermonem. Euth. Hæc autem cum dixiſſet illis. Ar. M. Hæc autem Dicens eis.*
Ipſe manſit. *Syr. Et quieuit. Arab. Et ſtetit. Euth. Manſit.*

Verſ. 10.

Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſtè, ſed quaſi in occulto.

Vt autem aſcenderunt. *Syr. Cùm autem aſcendiſſent.*
Et ipſe. *Arab. Ipſe quoque.*
Diem feſtum. *Syr. Feſtum. Fr. Luc. Feſtiuitatem.*
Manifeſtè. *Arab. Aſcenſione manifeſta. Vat. Palàm.*
Quaſi in occulto. *Arab. Occultè. S. Aug. Tanquam in occulto. Theoph. Velut in occulto. Pagn. In occulto.*

Verſ. 11.

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille?

Iudæi ergo. *Syr. Iudæi autem. Ar. M. Ipſi verò Iudæi.*
Quærebant. *Arab. Poſuerunt quærere.*
Die feſto. *Vat. Feſto.*
Dicebant. *Arab. Dicere.*

Verſ. 12.

Et murmur multum erat in turbâ de eo: Quidam enim dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dicebant: Non; ſed ſeducit turbas.

Murmur multum. *Arab. Murmuratio multa.*
Turbâ. *Theoph. Turbis.*
De eo. *Syr. Propter eum.*
Quidam enim. *Arab. Ex eis enim quidam. Euth. Quidam ſanè.*
Non. *Syr. Minimè.*
Seducit. *Arab. Ipſe ſeducit.*
Turbas. *Arab. Populum. Theoph. Turbam.*

Verſ. 13.

Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum.

Nemo tamen. *Syr. Nemo autem. Arab. Et non erat vnus, qui. Euth. Nullus.*
Palàm. *Pagn. Liberè.*
Loquebatur. *Arab. Loqueretur.*
Metum. *Arab. Timorem.*

Nouarin. in Euang. Tom. III. H *Verſ. 14.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 14. Iam autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum & docebat.	Iam autem. *S. Aug. Poſteà ergo.* Die feſto mediante. *Arab. Dimidiati eſſent dies feſti. Vat. Dimidium feſti peractum eſſet. Caiet. Circa feſti dimidium. Fr. Luc. Feſto exiſtente medio.* Ieſus in templum. *S. Auguſt. Dominus ad diem feſtum.* Docebat. *Arab. Cœpit docere.*
Verſ. 15. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras ſcit, cùm non didicerit.	Litteras. *Arab. Scripturas.* Scit. *Arab. Bene nouit. Euth. Nouit.* Cùm non didicerit. *Arab. Cùm non docuerit illum vllus Fr. Luc. Non doctus.*
Verſ. 16. Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea: ſed eius, qui miſit me.	Reſpondit. *Ar, M. Reſpondit ergo.* Eius qui miſit. *Ar. M. Mittentis.* Me. *Clem. Alex. Me Patris.*
Verſ. 17. Si quis voluerit voluntatem eius facere; cognoſcet de doctrinâ, vtrùm ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar.	Si quis. *Syr. Qui. Arab. Quicunque igitur.* Voluntatem eius. *Arab. Placita ſua. Vat. Voluntati eius.* Fac. *Syr. Exequi. Vat. Obtemperare.* Cognoſcet. *Syr. Intelliget.* De doctrina. *Syr. Doctrinam meam. Caiet. De doctrinâ meâ.* Vtrùm. *Syr. Num.* Ego à me ipſo loquar. *Syr. Ego ex voluntate mei ipſius loquar. Arab. Tantummodò loquar de illâ à me ipſo.*
Verſ. 18. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.	Qui. *Arab. Qui enim. Clem. Alex. Qui autem.* A ſemetipſo. *Syr. Ex voluntate mentis ſuæ. Clem. Alex. Ex ſemetipſo. Pagn. De ſemetipſo.* Propriam. *Syr. Sui ipſius. Arab. Tantummodò ſibi ipſi.* Hic verax. *Arab. Ipſe verax.* Iniuſtitia in illo. *Syr. Iniquitas in corde eius.*
Verſ. 19. Nonne Moyſes dedit vobis legem; & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere?	Nonne Moyſes dedit vobis legem. *Quidd. ap. Mar. Si legem Moyſis.* Et nemo. *Syr. Nemo autem. Theoph. Nemo tamen. Quidd. ap. Mar. Quæ.* Ex vobis. *Euth. Veſtrum. Quidd. ap. Mar. A Deo erat.* Facit. *Syr. Cuſtodit. Arab. Operatur. Vat. Factis preſtat. Quidd. ap. Mar. Non ſeruaſtis.* Legem. *Arab. Secundùm legem. Fr. Luc. Illam legem. Quidd. ap. Mar. Non eſt mirum, ſi meam doctrinam non accipitis.* Quæritis. *Arab. Vultis.* Interficere. *S. Aug. Occidere.*
Verſ. 20. Reſpondit turba, & dixit: Dæmonium habes: Quis te quærit interficere?	Dixit. *Arab. Dixerunt ei.* Habes. *Arab. In te eſt.* Quærit. *Arab. Vult.*
Verſ. 21. Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini.	Vnum. *Arab. Iam vnum.* Feci. *Syr. Operatus ſum.* Miramini. *Arab. Mirati eſtis. Mar. Conturbamini.*
Verſ. 22. Propterea Moyſes dedit vobis circunciſionem (non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus) & in ſabbato circunciditis hominem.	Propterea. *Ar. M. Propter hoc.* Quia ex Moyſe eſt. *Syr. Quòd ex ipſo Moyſe ſit.* In ſabbato. *Syr. Sabbato. Arab. In die ſabbati. Pagn. Tamen in ſabbato.*
Verſ. 23. Si circunciſionem accipit homo in	Si. *Syr. Quòd ſi.* Circunciſionem accipit. *Syr. Circunciditur. Arab.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato?

Circumciſionem accipiebat.
In ſabbato. *Syr. Die ſabbati.*
Vt non ſoluatur. *Syr. Ob idque non ſoluitur. Arab. Ne ſoluetur.*
Mihi iodignamini. *Syr. De me murmuratis. Arab. Quare ergo indignamini contra me. S Greg. Nyſſ: Mihi ſuccenſetis. S. Ambr. Mihi iraſcimini.*
Quia *Syr. Qui.*
Sanum feci. *Syr. Sanauerim. Arab. Liberaui.*
In ſabbato. *Syr. Die ſabbati.*

Verſ. 24.

Nolite iudicare ſecundùm faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate.

Nolite iudicate. *Syr. Ne iudicaueritis.*
Secundùm faciem. *Syr. Per acceptionem vultus. S. Aug. Perſonaliter. Euth. Secundùm aſpectum. Lucif. Secundùm perſonam. Ar. M. Secundùm ſpeciem. Tolet. ex Græ. Secundùm viſionem.*
Sed ioſtum iudicium. *Syr. Sed iudicio recto. S. Aug. Sed rectum iudicium. Euth. Sed iuſto iudicio. Tert. Quod iuſtum eſt.*

Verſ. 25.

Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis: Nonne hic eſt, quem quærunt interficere?

Dicebant ergo. *Arab. Dixerunt ergo. Orig. Dicebant autem.*
Quidam ex Ieroſolymis. *Arab. Homines aliqui ex Ieruſalem. Orig. Ex Ieroſolymitis.*
Nonne. *Euth. Num.*
Quem quærunt. *Arab. Ille, quem volebant.*
Interficere. *Arab. Occidere.*

Verſ. 26.

Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt: Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic eſt Chriſtus?

Et ecce. *Pagn. Atqui ecce.*
Palàm. *Pagn. Liberè. Orig. Cum fiduciâ. Fr. Luc. Publicè.*
Loquitur. *Arab. Ipſe loquitur.*
Et nihil ei dicunt. *Orig. Nec quicquam illi dicunt.*
Nonquid. *Vat. Num. Fr. Luc. Num fortè.*
Verè cognouerunt. *Syr. Norunt.*
Principes. *Syr. Seniores noſtri.*
Quia hic eſt Chriſtus. *Syr. Hunc eſſe verè Meſſiam.*

Verſ. 27.

Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem, cùm venerit, nemo ſcit, vnde ſit.

Hunc ſcimus. *Syr. Nouimus. Arab. Hunc iam ſciuimus. S. Aug. Iſtum nouimus.*
Vnde. *Syr. Vnde hic.*
Chriſtus autem. *Orig. At Chriſtus.*
Nemo ſcit. *Syr. Nemo cogniturus eſt. Arab. Non cognoſcet quiſquam. Pagn. Nemo cognoſcit. Orig. Nemo agnoſcet.*
Vnde ſit. *Euth. Vnde erit.*

Verſ. 28.

Clamabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis: & à me ipſo non veni; ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis.

Clamabat ergo. *Syr. Et extulit vocem ſuam. Arab. Eleuauit autem vocem ſuam.*
Docens. *Syr. Dum doceret. Arab. Dum ipſe doceret.*
Et me ſcitis. *Arab. Me cognoſcitis. Pagn. Et me noſtis. Tert. Neque me ſcitis.*
Et vnde. *Tert. Vnde.*
Sim. *Arab. Veni.*
Scitis. *Pagn. Noſtis. Tert.* omittit.
A meipſo. *Arab. Ex voluntate mei ipſius.*
Verus. *Theoph. Verax.*
Qui miſit. *Ar. M. Mittens.*
Neſcitis. *Arab. Non cognoſcitis. Tert. Non noſtis.*

Verſ. 29.

Ego ſcio eum; quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.

Et ſcio. *Arab. Et ego cognoſco. Vat. Ego verò noui.*
Quia *Syr. Quippe qui.*
Sum. *Syr. Sim. Quidd. Codd. Sum: & ſi dixero vobis, quia neſcio eum, ero ſimilis vobis mendax: ſed ſcio eum.*

Vulgata Editio. — *Lectionum varietas.*

Verſ. 30.

Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.

Quærebant. *Arab. Quæſierunt.*
Apprehendere. *Syr. Prehendere.*
Et nemo miſit in illum. *Syr. Nemo autem iniecit in illum. Arab. Et non extendit aliquis in eum. Vat. Et nemo iniecit illi.*
Manus. *Arab. Manum. Fr. Luc. Manus violentas.*

Verſ. 31.

De turbâ autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Chriſtus, cùm venerit, nunquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit?

De turba. *Theoph. Ex turbâ. Vat. E multitudine.*
Nunquid plura. *Syr. Num maiora.*
Faciet. *Syr. Edet.*
Quàm quæ hic facit. *Syr. His quæ iſte edit.*

Verſ. 32.

Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc; & miſerunt principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent eum.

Audierunt. *Syr. Et audierunt. Arab. Audierunt autem.*
Turbam murmurantem. *Syr. Turbas loquentes. Arab. Murmurationem turbæ.*
Hæc. *Arab. In hoc.*
Principes & Phariſæi. *Syr. Ipſi & principes ſacerdotum. Euth. Phariſæi & principes ſacerd.*
Apprehenderent. *Syr. Prehenderent.*

Verſ. 33.

Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum: & vado ad eum, qui me miſit.

Dixit ergo. *Syr. Et ait.*
Adhuc modicum tempus. *Arab. Tempore modico. Theoph. Adhuc puſillum temporis. Vat. Adhuc puſillo tempore. Tert. Adhuc modicum temporis.*
Sum. *Arab. Permanens ſum. Mar. Ero.*
Et vado. *Syr. Et abibo. Arab. Deinde vado. S. Aug. Et tunc vado. Pagn. Et abeo.*
Qui me miſit. *Ar. M. Mittentem.*

Verſ. 34.

Quæretis me, & non inuenietis: &, vbi ego ſum, vos non poteſtis venire.

Quæretis. *Arab. Et quæretis.*
Inuenietis. *Arab. Inuenietis me.*
Vbi ego ſum. *Arab. Ad locum, in quo ego ſum. Mar. Vbi ego ero.*
Vos. *Pagn. Eò vos.*
Poteſtis venire. *Arab. Pertingetis.*

Verſ. 35.

Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quò hic iturus eſt, quia non inueniemus eum? nunquid in diſperſionem Gentium iturus eſt, & docturus Gentes?

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt.*
Ad ſemetipſos. *Syr. Apud ſe. Vat. Inter ſeſe.*
Quò. *Euth. Quònam.*
Iturus eſt. *Syr. Futurum eſt, vt iſte proficiſcatur. Ar. M. Hic futurus eſt ire.*
Quia non inueniemus. *Arab. Adeo vt non inueniemus eum.*
Nunquid. *Syr. Num ergo.*
In diſperſionem. *Syr. Ad regiones.*
Gentium. *Caiet. Græcorum.*
Iturus. *Syr. Profecturus.*
Gentes. *Syr. Ethnicos. Caiet. Græcos.*

Verſ. 36.

Quis eſt hic ſermo, quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: &, vbi ego ſum, vos non poteſtis venire?

Inuenietis. *Arab. Inuenietis me.*
Sum. *Quid. ap. Fr. Luc. Eo.*
Vos. *Pagn. Eò vos.*
Venire. *Arab. Venire ad me.*

Verſ. 37.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.

In nouiſſimo autem die magno. *Syr. Die autem illo magno, qui erat vltimus. Arab. Et in nouiſſimo die magno.*
Feſtiuitatis. *Syr. Feſti. S. Aug. Illius feſtiuitatis. Fr. Luc. Huius feſti.*
Si quis ſitit. *Arab. Qui eſt ſitiens. Tert. Si quis ſitiat*
Bibat. *Arab. Bibet.*

Verſ. 38.

Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura,

Qui. *Syr. Quiſquis. Arab. Quicunque.*
Sicut. *S. Greg. Nyſſ. Quemadmodum.*
Dicit Scriptura. *Syr. Dixerunt Scripturæ.*
Flumina de ventre eius. *S. Greg. Nyſſ. De illius ventre.*

flumina

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Flueut. *S.Greg. Nyſſ. Profluent. S.Cypr. Procedent. Mar. Vic. Manant.*
Aquæ. *S.Greg.Nyſſ. Omnes aqua.*
Viuæ. *S. Cypr. & Marc.Vic. Viuentis. Vat. Vita.*

Verſ. 39.

Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondùm enim erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

Hoc autem. *Arab. Et tantummodò hoc.*
Dixit. *S. Ambr. Dicebat.*
Erat Spiritus datus. *Arab. Venerat Spiritus ſanctus. Caiet. Erat Spiritus ſanctus datus. M. SS. ap. Mar. Erat Spiritus ſanctus. Quidd. Codd. Erat Spiritus ſanctus in eis.*
Glurificatus. *S. Leo. Clarificatus.*
Accepturi eraut credeutes. *S. Ambr. Incipiebant accipere, qui credituri erant.*

Verſ. 40.

Ex illâ ergo turbâ cùm audiſſent hos ſermones eius, dicebant: Hic eſt verè propheta.

Ex illa ergo tuiba. *Syr. Multi autem ex turbâ Theoph. Multi ergo de turbâ. Caiet. Multi ergo è turbâ.*
Cum audiſſeut hus ſermoues eius. *Arab. Audierunt verba eius. Theoph. Cùm audiſſent hunc ſermonem. Ar. M. Audientes ſermonem.*
Dicebaut. *Arab. Et dixerunt.*
Propbeta. *Orig. Propheta ille.*

Verſ. 41.

Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæâ venit Chriſtus?

Alij. *Arab. Et alij. Euth. Alij autem.*
Chriſtus. *Orig. Ille Chriſtus.*
Quidam autem dicebant. *Arab. Et alij dixerunt.*
Nunquid. *Vat. Nunnam. Ar. M. Non enim.*
A Galilæa venit. *Syr. Ex Galilaeà veniet. Caiet. A Galilaeâ venturus eſt.*

Verſ. 42.

Nonne Scriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, vbi erat Dauid, venit Chriſtus?

Dicit. *Arab. Dixit.*
De Bethlaem. *Syr. Ex Bethleem.*
Caſtello. *Syr. Pago. Ar. Mont. Vico. Fr. Luc. Illo vico.*
Vbi erat Dauid. *Syr. Ipſius Dauid. Arab. In quo erat Dauid propriè. Mar. Vbi habitauit Dauid.*
Venit Chriſtus. *Syr. Venturum Chriſtum. Pagn. Veniet?*

Verſ. 43.

Diſſenſio itaque facta eſt in turbâ propter eum.

Diſſenſiu itaque. *Syr. Et diſſidium. Arab. Et diſſenſio. Euth. Seditio itaque. Orig. Quoniam etiam diſſenſio. Fr. Luc. Schiſma itaque.*
Facta eſt. *Syr. Factum eſt. Arab. Cecidit. Euth. Orta eſt.*
In turba. *Arab. Inter turbas.*

Verſ. 44.

Quidam autem ex ipſis volebant apprehendere eum; ſed nemo miſit ſuper eum manus.

Quidam autem ex ipſis. *Syr. Erant autem quidam ex eis.*
Volebaut. *Syr. Qui volebant. Euth. Venerunt.*
Apprehendere. *Syr. Prehendere. Euth. Vt apprehenderent.*
Nemo. *Arab. Non vllus. Euth. Nullus.*
Miſit ſuper eum. *Syr. Iniecit in eum. Arab. Miſit in eum. Theoph. Coniecit in eum.*
Mauus. *Arab. Manum.*

Verſ. 45.

Venerunt ergo miniſtri ad pontifices, & Phariſæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxiſtis illum?

Veneruut ergu. *Syr. Et venerunt.*
Miuiſtri. *Syr. Miniſtri illi.*
Puntifices. *Syr. Summos ſacerdotes. Arab. Maiores ſacerdotum. Euth. Principes ſacerdotum.*
Illi. *Syr. Sacerdotes.*

Verſ. 46.

Reſponderunt miniſtri: Nunquam ſic

Reſponderunt. *Arab. Dixerunt eis.*
Nunquam ſic loquutus eſt homo. *Arab. Quia non eſt loquutus quiſquam vnquam. S. Aug. Nunquam ſe audiuiſſe hominem ſic loquutum. Orig.*

Vulgata Editio.

loquutus eſt homo, ſicut hic homo.

Lectionum varietas.

Nunquam iſto modo loquutus eſt homo.
Sicut hic homo. *Syr. Vt loquitur vir iſte. Arab. Similia his, quæ loquutus eſt hic vir.*

Verſ. 47.
Reſponderunt ergo eis Phariſæi: Nunquid & vos ſeducti eſtis?

Reſponderunt ergo eis. *Syr. Dicunt eis. Arab. Dixerunt ergò.*
Nunquid & vos. *Orig. Num vos etiam.*
Seducti. *Orig. Decepti.*

Verſ. 48.
Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis.

Nunquid ex principibus aliquis. *Syr. Num quis ex proceribus. Arab. Videtis aliquem ex principibus.*
Credidit. *Arab. Credere.*

Verſ. 49.
Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti ſunt.

Sed turba hæc. *Syr. Niſi populus iſte. Arab. Præter turbam. Orig. An non turba hæc.*
Quæ non nouit. *Syr. Qui neſcit. Orig. Quæ non agnoſcit. Ar. M. Non noſcens.*
Maledicti. *Arab. Et maledicti. Euth. Execrandi. Orig. Execrabiles.*

Verſ. 50.
Dixit Nicodemus ad eos: ille, qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipſis.

Venit. *Vat. Venerat. Ar. M. Profectus.*
Ad eum. *S. Aug. Ad Dominum.*
Qui vnus erat. *Euth. Cùm eſſet vnus. Fr. Luc. Vnus exiſtens.*
Ex ipſis. *Euth. De numero eorum.*

Verſ. 51.
Nunquid lex noſtra iudicat hominem, niſi priùs audierit ab ipſo, & cognouerit, quid faciat?

Nunquid. *Pagn. Num.*
Iudicat hominem. *Syr. Reum peragit quempiam. Euth. Condemnat hominem. Lucif. Iudicat de homine.*
Niſi priùs audierit ab ipſo. *Arab. Præterquàm, cùm audierit eum prius. Lucif. Niſi audiat ab ipſo.*
Cognouerit. *Lucif. Cognoſcat.*
Faciat. *Lucif. Fecerit. Pagn. Fecerunt.*

Verſ. 52.
Reſponderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide, quia à Galilæâ propheta non ſurgit.

Reſponderunt. *Arab. Reſponderunt ei.*
Nunquid. *Theoph. Num.*
Galilæus. *Syr. Ex Galilæâ.*
Scrutare Scripturas & vide. *Arab. Scrutare & vide Scripturas. Euth. Scrutare & cognoſce. Vat. Scrutare & vide.*
A Galilæâ. *Vat. E Galilæâ. Fr. Luc. Ex Galilæâ.*
Surgit. *Vat. Surrexerit. Orig. Egreditur neque ſurgit.*

Verſ. 53.
Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

Et reuerſi ſunt. *Arab. Et abierunt. Euth. Et abiit. Theoph.* omittit. *Pagn. Et profectus eſt. Ar. M. Et perrexit.*
Vnuſquiſque. *Arab. Vnuſquiſque ex eis. Theoph.* omittit.
In domum ſuam. *Arab. In locum ſuum. Theoph.* omittit.

CAPVT VII.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Superior Chriſti exemplo medici exerceat munus. 1423
Loci ſanctitas ſola non ſufficit. 1423
Perſtricti, qui templo vicini in Deum peccant. 1424
Parentum aut nulla aut exigua habenda ratio. 1424
Chriſti gloria quærenda, non propria. 1425
Quæ ſuperior præſtat, præſtant cæteri. 1425
Nulla vera feſtiuitas, vbi Chriſtus abeſt. 1426
Mundus nullum verè diem feſtum habet. 1426
Vera gaudia quærenda. 1426
Diuina tractaturus omne ſubmoueat quòd carnis affectum ſapit. 1427
Chriſtus totius cauſa ſolennitatis. 1427
Chriſti feſtus dies, dies Paſſionis. 1428
Cultus diuini cura non negligenda. 1428

Non

Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.

1423. NON *enim volebat in Iudæam ambulare.* Quia ſcilicet id tutò non poterat: quærebant quippe Iudæi eum interficere. Se autem ſubduxit ab illis, vt verum ſe proderet hominem, non ſemper Diuinitatis maieſtatem efferentem. Cedit illis ad tempus, vt tempus pœnitentiæ concederet; & tanquam bonus medicus rediret, vbi phrænesis abiiſſet. Diſcedit etiam, vt fortior, ditior, nobilior diſcat infirmiori cedere, tenuiori, & ignobiliori; nec erubeſcant id homines præſtare, cùm illorum cauſâ in illorum exemplum id præſtiterit Chriſtus, Deus & homo.

Non enim volebat in Iudæam ambulare: Quia, quò ſanctior illa terra erat, eò iniquiores illius habitatores; adeò vt vellent eum occidere. Hinc Nonnus in Paraphr. *Non enim volebat ambulare in ſancto ſolo Iudæorum; quia fallaci dolo illum perdere cupiebant filij Iudæorum*, vt appareat, locum nudum ſanctitatis ſuis cultoribus minimè ſufficere, ſi ſanctitatis ipſi hoſtes ſint. Fruſtrà eſt, qui de habitationis ſanctitate ſibi blanditur, ſi ſanctus ille non eſt, qui locum ſanctum inhabitat, aut frequens adit.

1424. *Quia quærebant eum Iudæi interficere.* Et (quod ait Nonnus) *fallaci dolo.* Nimirum qui meliores eſſe debebant, peiores ſunt; & quò templo viciniores, eò magis à ſanctitate diſtabant; nec à rebus ſacris deuotionis hauriebant ſpiritum, ſed malitiæ (vt ita loquar) auram.

Dixerunt autem ad eum fratres eius.

DIxerunt autem ad eum fratres eius. Id eſt conſanguinei, & cognitione propinqui. Eorum nomen reticet. Non merebantur nominari, cùm de illis ſubdat: *Neque enim fratres eius credebant in eum.* Mirum, quàm pauca de Chriſti Domini cognatis habeamus, immò nulla, cùm & eorum nomina alto ſint ſilentio inuoluta: vt ſtatim appareat, apud Chriſtum vitæ fideique rationem potiùs, quàm ſanguinis haberi. Rem egregiè expendit Sanctus Chryſoſtomus hom. 20. in Ioann. *Intelligimus*, inquit, *fide ſemper nobis opus eſſe & vitâ, qua virtutibus luceat: hoc duntaxat ſaluos nos facere poterit. Quanta enim cognati eius admirationi fuerunt, cùm ne eorum quidem nomina teneamus, vtpotè qui ſub fratrum duntaxat nomine appellati ſunt: Apoſtolorum autem & vita & nomina vbique terrarum decantantur. Nolumus igitur ob terrarum nobilitatem in ſuperbiam efferri; &, licèt longam progenitorum, & quidem clariſſimorum, ſeriem numeremus, eorum virtutes ſuperare contendamus; ſcientes, aliorum nobis opera non modò nihil in futuro iudicio profutura, verùm grauiter nos condemnatura; cum optimorum parentum liberi, & domeſticis exemplis eruditi, nihil profecerimus.*

Manifeſta teipſum Mundo.

1425. MAnifeſta teipſum Mundo. Non Chriſti tantùm gloriam quærunt Chriſti cognati; ſed ſuum honorem, ſuum commodum: ducebantur quippe *hac ſpe* (inquit ille author) *ſi Ieſus Ieroſolymis pro Chriſto reciperetur, non paruum inde honoris & commodi ad ſe quoque cognationis iure redundaturum.* Hoc pleriſque ſolemne, vt ſub velamine gloriæ Chriſti quærant ſua, quærant ſe.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendo.

VOs aſcendite ad diem feſtum hunc. Qui periculum nullum timetis, nec Iudæi vos ad mortem quærunt. Ad diem feſtum propinquos ſuos mittit, ne eius cauſâ aut etiam exemplo remanerent: ferè enim, quæ ſuperior præſtat, præſtant cæteri; vt iubere aliquid videatur, ſi faciat. Ablegat ſuos, nec quærit eorum conſortio ſe munire contra Iudæorum odium, ne pugnare videretur, amator pacis. Sinit potiùs, vt Iudæorum ira deferueſceret, & tunc demùm ipſe quoque ad feſtum ſe contulit.

Ad diem feſtum. Græcè, εἰς τὴν ἑορτήν. *Ad feſtiuitatem.* Verè nullus dies feſtus, vbi abeſt Ieſus, vera cordis lætitia, feſtiuitas (vt ita loquar) animarum. Feſtus dies eſt, etiamſi alioquin non ſit, ſi Ieſus adſit. 1426.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Nullum ergo Mundus feſtum diem habet; quia ad eius dies feſtos deſcenditur, non aſcenditur: ad ima, ad terrena deprimitur mens, non in ſublimia fertur nec in Cæleſtia.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc. Si non ſolùm corpore aſcendiſſent, ſed etiam mente, feſtiuior fuiſſet feſtus ille dies. *Quid eſt, hunc?* (inquit B. Alcuinus) *vbi gloriam humanam quæritis. Quid eſt? vbi extendere vultis carnalia gaudia, non æterna cogitare.* Qui talis, non eſt verè dies feſtus, licèt extimè videatur.

Ego autem non aſcendo. Paulò pòſt aſcenſurus, præmittit interim propinquos: ſed cur non ſibi illos comites elegit, quùm iuit, probis illos monitis etiam in viâ imbuiturus? Quia, Diuina tractaturus, omne ſubmouet, quod carnis affectum aliquem ſapit; & quia (vt ille ait) *nondum ſincero corde adhærebant ei.* Vt vbique non bonorum conſortium cauendum ſit; id tamen maximè, quùm ad ſacra itur. 1427.

Et ipſe aſcendit ad diem feſtum.

AD diei feſti ſolennitatem venit Ieſus. Verè nullus feſtus dies eſt, nulla verè ſolennitas, vbi Ieſus abeſt. Feſtiuè Euſebius Emiſ. homil. in Dom. 1. poſt Epiphan. *Erat igitur ſimul cum cæteris Ieſus in ſolennitate, qui totius erat cauſa ſolennitatis.*

Ad diem feſtum aſcendit Chriſtus, habiturus etiam ipſe ſuum diem feſtum. Sed quem? ſed quando? Feſtus feſtiuuſque dies Chriſti fuit, quùm nos ſuâ Paſſione ac morte redemit. Ad hanc mentem Sanctus Auguſtinus in Catenâ productus ait: *Chriſto ille fuit dies feſtus, quo paſſione ſuâ redemit Mundum.* 1428.

Ad diem feſtum aſcendit Ieſus, non quaſi ad diem feſtum, ſed quaſi ad lucem, inquit S. Auguſtinus in Catenâ. *Illi verò aſcenderunt quaſi ad perfruendum delicijs dies feſti:* vt Diuini cultus cura illis poſterior eſſet.

SECTIO II.

Malitiis abutuntur quæ ad bonum ordinata. 1429
Ira peruerſis amareſcit quod eſt dulce. 1429
Ad malum quàm prompti mali. 1430
Chriſti doctrina vt excipienda. 1430
E cælo, non à terra Chriſti doctrina fuit. 1431

Alienaurioſè haud exploranda. 1432
Superbia radix euellenda. 1432
Beni eos bonis cumulant, à quibus afficiuntur malis. 1433
Iis benefaciendum qui nos perſequuntur. 1434
Quàm noxia ſuperbia. 1434
Plerumque malum in exprobrantes recidit. 1434

Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: Vbi eſt ille.

1429. IVdæi ergo quærebant eum in die feſto. Cùm diebus feſtis maximè Chriſtum quærere Iudæi deberent, vt audirent eum, & in eum crederent; quærebant, vt occiderent. Hæc malorum conſignatio eſt? eo tempore illis locis ad malum vti, quæ maximè ad bonum ordinata ſunt.

Vbi eſt ille? Contemptum hæc verba ſonant ab odio natum. *Ex nimio odio*, inquit hîc Sanctus Chryſoſtomus, *eum nominatim appellare non patiebantur.* Ieſu nomen, quod adeò dulce, vt poſſit amaritiem omnem in dulcedinem conuertere, ſic irâ peteitis amareſcit, vt illud nomen ferre non valeant, nolint efferre.

Nemo tamen palam loquebatur de illo.

1430. NEmo tamen palam loquebatur de illo. Ex illis ſcilicet, qui fauebant Ieſu. *Seducit turbas* (inquit Sanctus Auguſtinus) *clariùs ſonabant: Bonus eſt, preſſiùs dicebant:* ne ſcilicet incurrerent Iudæorum indignationem. Ita ferè accidit: vt liberius ad malum mali, quàm boni ad bonum, prorumpant.

Iam autem die feſto mediante.

IAm autem die feſto mediante. Syrus: *Cùm medij eſſent dies feſti.* Sed cur ad diem feſtum non ſe contulit, quùm feſti erat initium? An, vt, excitato ſui deſiderio, attentiores redderet auditores, & vt plures ad eum audiendum conuenirent? *nam in principio feſti* (inquit hîc Theophylactus) *veriſimile eſt, eos in his, quæ feſti erant, occupatos fuiſſe.* Scilicet, qui Chriſti doctrinam vtiliter excepturus eſt, ab omni occupatione liberam mentem debet circumferre, etiamſi ſacra ſint, circa quæ occupatur. Quid hîc illi, qui mente in terrenis immerſâ ad ſacras ſe conferunt conciones; &, Diuina verba audituri, nihil aliud niſi corruptibilia cogitant & verſant?

Et docebat.

1431. ET docebat. Quid doceret, non docet Euangeliſta; ſed omnia fuiſſe opportuna, auditoribus ſalutaria, & Diuinam eius ſapientiam ſapientia, non eſt dubium, vt iure additum ſit: *Et mirabantur Iudæi.* Talia fuere, quæ dixit, vt illorum furorem in admirationem verterit.

Quomodo hic litteras ſcit, cùm non didicerit.

QVomodo hic litteras ſcit, cùm non didicerit? Hinc colligere debebant, nihil humani eius doctrinam ſapere; totam eſſe Diuinam. Ideo enim Cæleſtis Pater Filium ſuum fabrilem exercere artem voluit, non ſcribarum ſcholas frequentare, vt Euangelicæ doctrinæ originem è Cælo eſſe, non à terrâ prodiiſſe, quilibet crederet.

Cùm non didicerit. Et vnde didicêre Iudæi, quòd non didicerit Chriſtus? Quia curioſè inquiſierant, quid Ieſus à puero egiſſet; intellexerantque nullas ab eo ſcolas fuiſſe frequentatas, & fabrilem artem exercuiſſe. Satius fuiſſet, illiſque vtilius, ſi vitam Ieſu, eius opera inueſtigaſſent ad imitandum; non vt curioſè illa explorarent, in peiorem partem omnia rapientes. 1432.

Mea doctrina non eſt mea.

MEa doctrina non eſt mea. Quàm abeunt ab hac mente, qui doctrinam non ſuam, ſuam vocant. *Vt peſſimam*, inquit bonus ille author, *illam ſuperbiæ radicem de agro cordis noſtri pius cultor extirpet, Mea, inquit, doctrina non eſt mea; & non poſſum à meipſo facere quicquam.*

Miſerunt principes & Phariſæi miniſtros.

MIſerunt principes & Phariſæi miniſtros. Vt nimirum Ieſum apprehenderent. Non eunt 1433.
ipſi; ſed miniſtros mittunt. *Turbam metuentes, ne tumultuaretur* (inquit hîc Theophylactus) *ſe ipſos ſubducentes, ne quid periculi ſuboriretur; illos autem furori populi exponentes, ita vndequaque quod ſuum erat, ſectabantur:* etiam cùm Chriſtum inſectarentur.

Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum.

ADhuc modicum tempus vobiſcum ſum. Chriſtus cum illis erat, & illi contra Chriſtum. *Cùm dicitur, vobiſcum ſum*, inquit hîc Theophylactus) *ſenſum habet hunc: Etiamſi perſequuti fueritis, etiamſi abegeritis, ego adhuc vobiſcum ſum. Hoc eſt: Pro vobis curam gero; & loquor ea, quæ ad ſalutem veſtram ſpectant.* Hæc bonorum conſignatio eſt, vt bonis eos cumulent, à quibus afficiuntur malis.

Vobiſcum ſum. Cum illis erat, illis benefaciens; 1434.
licèt illi contra ipſum eſſent. *Non dixit ſimpliciter*, inquit S. Thomas in Catenâ: *Hîc ſum. Sed: Vobiſcum ſum, quaſi dicat: Etſi perſequemini me; non tamen ceſſabo, quæ ſunt pro vobis diſpenſans; & ea, quæ ſunt ad ſalutem, docens, & monens vos.*

Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos.

DIxerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos. Id eſt ad ſe inuicem. Non Ieſum alloquuntur, non ipſum diſcendi cauſâ, ſuperbiâ tumidi, rogare voluerunt. Neſcire potiùs voluêre, quàm tanquam neſcientes eum interrogare, adeò noxia ſuperbia eſt.

Quò hic iturus eſt?

QVò hic iturus eſt? Contemptum ſonat pronomen illud, *hic*. Dedignantur nominare, cuius nomen vſurpare non erant digni. *Nunquid in diſperſionem Gentium iturus eſt?* Diſperſionem Gentium Iudæi vocabant gentes diſperſas, *illis exprobrando, ſe verò iactando*, inquit Sanctus Chryſoſtomus. Gloriabantur enim, ſe, eodem collectos ſolo, certas habitare ſedes, certis finibus à gentibus, quæ paſſim diſperſæ erant, ſeparatos. Sed ignominiam, quam Gentibus exprobrabant, ipſi poſteà ſubierunt: *ipſi namque facti ſunt diſperſi.* Vt productus author ait.

SECTIO

SECTIO III.

Ad morum emendationem vbique Chriſtus inuitat. 1435
Dei verba altè cordibus imprimenda. 1435
Doctrinæ diuitiæ etiam aliis impertienda. 1436
Spiritalia bona maximè ſitienda. 1436
Sua quàm libenter Deus exhibeat. 1437
Salus propria quærenda & etiam aliena. 1437
Dei dona etiam malis communicanda. 1438
De ventre cur exire aquæ dicantur. 1438
Ex corde effluere debet, quod ſuis auditoribus loquitur prædicator. 1439
Spiritus ſanctus copioſè poſt Chriſti aduentum datus. 1440
Dei in donis largiendis liberalitas. 1440
Eccleſiæ ſuæ curam præcipuam habere Chriſtum vnde colligatur. 1440
Perſtricti patresfamilias, qui ad mala vrgent ſuos non ad bona. 1440
Phariſæorum impudentia. 1441
Chriſti ſermo quanta virtutis. 1442
Inuidi ne aliorum gloria celebretur, impediunt. 1442
Impij bonorum numerum creſcere nollent. 1442

Vos non poteſtis venire.

1435. VOs non poteſtis venire. Venire, vbi Chriſtus eſt, non poteſt, qui abire à malitiâ ſuâ non vult. *Non autem dixit*, inquit Sanctus Auguſtinus in Catenâ productus, *non poteritis, ſed, non poteſtis venire: tales enim tunc erant, qui non poſſent. Nam, vt ſciatis, non hoc ad deſperationem dictum, & diſcipulis ſuis dixit tale aliquid: Quò ego vado, vos non poteſtis venire,* Ad malorum morum emendationem vbique Chriſtus inuitat: deſperare de ſuâ bonitate nullum vellet.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis.

IN nouiſſimo autem die. Cùm plures ſolennitatis dies eſſent, in nouiſſimo ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* In vltimo autem feſtiuitatis die hæc dicebat; quia vltimus, ſicut & primus, ſolenniores erant: ſed cur etiam in primo id non fecit? Sanctus Thomas hîc ita nodum ſoluit, vt vtile monitum exhibeat. *Hoc ergo, quod hîc Dominus fecit, non fecit primo die; quia nondum aſcenderat Hieruſalem: nec intermediis diebus, ſed nouiſſimo: & hoc ideo, quia pauci ſunt, qui feſta ſpiritualiter celebrant; & ideo non eos à principio ad doctrinam inuitat, ne per vanitates ſequentium dierum aboleretur de cordibus eorum; quia (vt dicitur* Luc. 8. 14.) *verbum Domini ſuffocatur à ſpinis. Sed in vltimo die eos inuitat, vt tenaciùs eorum cordibus imprimatur.*

1436. *In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis.* Hoc præcipuè die doctrinæ ſuæ diuitias exponit Chriſtus; & quia frequentiores aderant auditores; & quia domum ituri, ſicque doctrinam ſalutarem tanquam viaticum itineris deferrent; vtque haberent, quod mente verſarent; & aliis quoque, quos domi reliquerant, opum ſpiritualium aliquid impertirent.

Si quis ſitit.

SI quis ſitit. Sitiendi verbo vehemens deſiderium ſignificat. Non explicat autem, quid quis ſitiat & cupiat; ſed propriè intelligit de ſiti & deſiderio veri boni, ſalutis, perfectionis, beatitudinis. Alia omnis ſitis aliena hîc eſt. Non eos conuocat, qui non ſitiunt, cùm, in ſpiritualium bonorum acquiſitione, illorum deſiderium ſit bona ad illam diſpoſitio.

Si quis ſitit. Sitit Deus (vt ita dicam) ſitim noſtram. Sitit ſitientibus ſua dare, dare ſe ſui prodigum, ſic auſus eſt Deum appellare Goatricus, cuius hæc leguntur verba ad hæc verba in Alleg. Tilm. *O Deum (ſi fas eſt dici) prodigum ſui præ deſiderio hominis! An non prodigum, qui non ſolùm ſua, ſed & ſeipſum impendit, vt hominem recuperaret, non tam ſibi, quàm homini ipſi? An non prodigum, qui, ſicut proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; ſic nec Spiritui ſancto pepercit (vt ita loquar) ſed nouâ & mirâ largitate ſuper omnem carnem effudit illum. Multùm quidem effuſus ſui, prodigus ille filius, qui tam patrimonium, quàm ſeipſum donauit meretricibus: ſed multò effuſior pater in recuperationem perditi filij, quam ille in perditionem ſui. Si tamen illa debet eſſe comparatio gratiæ & pecuniæ, ſpiritus & carnis, hominis & Dei.* 1437.

Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

FLumina de ventre eius fluent. Cur, *flumina*, dixit; non, *flumen? Dixit, flumina*, (inquit hîc Caietanus) *tum ad ſignificandum alterum flumen ad ſalutem aliorum: tum ad ſignificandum diuerſa flumina gratiarum diuerſarum ad ſalutem aliorum: vtroque enim modo apparet in Apoſtolis flumina fluxiſſe aquæ viuæ poſt acceptum Spiritum ſanctum in Pentecoſte.* 1438.

Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. De Spiritu quem credentes in eum accepturi erant accipienda ſunt ipſo Euangeliſta interprete; ac ſi diceret ſpiritus, quem accepturi ſunt in me credentes talis erit, vt diffundatur velut flumen in cæteros fideles; nec enim accipere nobis ſolis Spiritum debemus, ſed effundere quiſque debet in alios, quod accipit.

De ventre eius. Cur de ventre dictum, peritè explicat Rupertus, vt eius verba ſiſtenda hîc ſint. *Fluent*, inquit, *de ventre eius, id eſt de intimis animæ vbi Deus interno ſentitur amore, ſeipſum infundens coniugi caſtæ, vbi Spiritum hunc imbibit anima de viri ſui, Dei ſe impregnantis pectore: quod, dum fit, multùm differt ab eis, quorum ſolo ex ore verbo tenus fluit vbertas doctrinæ, corde intrinſecùs ſuimet oris verba per amorem non ſentiente, de qualibus rectè dicit Dominus: Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longè eſt à me.*

De ventre. Ex intimis viſceribus, ex corde doctrinæ fluenta, & prædicationis verba decurrent. Non dixit, *ex ore:* facilè enim areſcunt verba, quæ ex nodo ore fluunt. In ore naſcuntur, nec intimiorem habent originem. Ferè, quæ ex ore fluunt, in auditorum auribus ſiſtunt: quæ verò ex corde exeunt, ad audientium cor penetrant; cùm aquæ iuxta ſuæ originis altitudinem ſe deinceps efferre poſſint, & non ampliùs. 1439.

Hoc tantùm per Apoſtolos factum non per antiquos Patres, colligit Rupertus hîc, dum ait: *Sic erant accepturi hunc Spiritum, vt dona eius de ventre illorum fluerent tanquam flumina: quod hactenus ab initio ſaeculi non fiebat. Quamuis enim dona ſancti Spiritus antiqui Patres haberent, non tamen de illis fluebant tanquam flumina in illam, de quâ nunc agitur, Gentium diſperſionem; ſed vni in gente iſta*

dona

dona gratiarum, tanquam uno in vaſe continebantur exceptiones aquarum. Iſti autem credentes in eum, ſcilicet Apoſtoli, & poſt illos Apoſtolici viri ſic acceperant hunc Spiritum ſanctum, vt prædicando, baptizando, manus imponendo maxima de ventre ſuo flumina profunderent per Mundum vniuerſum.

Nondum enim erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.

1440. DAtus anteà fuerat prophetis, viriſque ſanctis Spiritus ſanctus; ſed parcè, ſed occultè: poſt Chriſti autem glorificationem copiosè & ſignis viſibilibus eſt datus; nec paucis, ſed pluribus. Nimirum, quod paucis, quod parcè dat Deus, videtur ipſi non dare: tanta eius in ſuis donis largiendis liberalitas eſt. Tunc verè dat, cùm dat plenè ac copiosè, dat multis.

Sed cur ante glorificationem Ieſu Spiritus ſanctus copiosè diſcipulis aliiſque non eſt datus? Quid erat neceſſe, vt priùs Ieſus in Cælum iret, & Regni poſſeſſionem adiret? Iurè ita factum, quò ſe regnare in Cælis Chriſtus oſtenderet, ac, ſubtractâ corporis ſui præſentiâ, Eccleſiam ſuam per Spiritum ſanctum ſe regere; nulluſque ambigeret, eum Eccleſiæ ſuæ ſuorumque præcipuam habere curam, licèt abierit.

Et miſerunt Principes, & Phariſæi miniſtros.

MIſerunt miniſtros. Sed cui rei? non vt audirent Chriſtum, Chriſto adhærerent, ſed vt eum comprehenderent; *Obſerua*, inquit hîc Ferus, *quod Phariſæi nunquam leguntur miniſtros ſuos ad conciones Chriſti miſiſſe, hîc autem eos mittunt ad Chriſtum comprehendendum. Sic impij patresfamilias nedum familiam non ad bona inducunt, ſed inſuper mala facere cogunt. Sicque dupliciter peccant.*

Venerunt ergo miniſtri ad pontifices & Phariſæos.

1441. V*Enerunt ergo miniſtri.* Re ſcilicet infectâ. Apparet hic eorum ſinceritas & fides. Poterant ad pontifices & Phariſæos non redire, ſed remanere cum Chriſto. Redeunt tamen, ne rebelles cenſerentur; & vt Chriſti laudes ſeminarent. Nunc præcones ſiunt ſapientiæ Chriſti, & maiorem animum præſeferunt; quàm ſi apud Chriſtum remanſiſſent.

Quare non adduxiſtis illum?

Q*Vare non adduxiſtis illum?* Non expectant, quid referant miniſtri; ſed, videntes eos ſinè Ieſu eſſe, impatientiæ & iræ æſtu acti, primi prorumpunt in expoſtulationis verba. *Quare*, inquiunt, *non adduxiſtis illum?* Quem, *illum?* In contemptum nomen eius omittunt, produntque hac loquutione, ſe maximè de illo perdendo cogitare.

Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo.

N*Vnquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic homo.* Nimirum, qui ierant, vt Ieſum caperent, Ieſu ſermone, ſermoniſque ſuauitate ac efficaciâ fuere capti: hicque concionis Chriſti fuit fructus, vt hi miniſtri ad pontifices & Phariſæos redeuntes, non ficta ſubterfugia comminiſcantur; ſe videlicet periculum popularis ſeditionis timuiſſe, Ieſum ab eorum manibus elapſum. Non ſe excuſant, ſed rem, vt res eſt, fatentur. Animi rectitudinem oſtendunt: veritati famulantur? Ieſum, Ieſuque ſermones efferunt; licèt ſcirent, id minimè Iudæis placiturum. 1442.

Nunquid & vos ſeducti eſtis?

N*Vnquid & vos ſeducti eſtis?* Non erant ſeducti, ſed in melius Chriſti ſermone conuerſi. Sed cur non quærunt à miniſtris Phariſæi, quid admiratione dignum Chriſtus loquutus fuerit, dum dixerint, nunquam ſic hominem loquutum? Inuidiâ obcæcati id cauerunt quærere; aut quia nihil magnum & admirabile eum dicere potuiſſe crederent; aut ne à miniſtris iterum Ieſus, Ieſúque ſermo celebraretur.

Reuerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.

R*Euerſi ſunt vnuſquiſque in domum ſuam.* Sicque ſolutum concilium, conſiliúmque de Ieſu comprehendendo, licèt ſententiam non mutauerint nec voluntatem. Fors timuerunt, *ne quiſpiam alius* (vt notat Euthymius) *ſimilia diceret*, ac in Ieſum & iuſtitiæ fauorem dixerat Nicodemus. Impij bonorum numerum creſcere nollent; & bonorum exemplo meliorem mentem alios habere timent. In domum ſuam abierunt, non ad ſe redierunt. Mutare locum mali poſſunt: non facilè mores mutant.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT VIII. IOANNIS.

Verſ. 1.

IEsvs autem perrexit in montem Oliueti.

Verſ. 2.

Et diluculo iterum venit in templum,

Ieſus autem. *Syr. & Theoph.* vſque ad verſ. 12. omnia omittunt. *Arab. Et Ieſus.*
Perrexit. *Fr. Luc. Abiit.*
Oliueti. *Vat. Oliuarum. Ar. M. Olearum.*

Et diluculo iterum. *Arab. Et valde diluculo. Euth. Summo verò diluculo iterum Ieſus.*
Venit. *Ar M. Acceſſit. Fr. Luc. Adfuit.*
Omnis. *Pagn. Cunctus.*

& omnis

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

& omnis populus venit ad eum; & ſedens docebat eos.

Venit. *Caiet. Veniebat.*
Sedens docebat. *Arab. Sedebat docens.*

Verſ. 3.

Adducunt autem ſcribæ & Phatiſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio.

Adducunt autem. *S. Aug. Adducunt autem illi. Vat. Adducant autem ad eum.*
In adulterio deprehenſam. *Arab. Qua inuenta fuerat in adulterio.*
Statueruot. *Pagn. Cùm ſtatuiſſent.*

Verſ. 4.

Et dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.

Et dixerunt. *Pagn. Dicunt.*
Hæc muliet. *Arab. Hanc mulierem. Pagn. Hanc.*
Modò depreheoſa eſt. *Arab. & Adam C. Inuenimus. Pagn. Deprehendimus.*
Io adulterio. *Euth. Actu adulterium perpetrantem. Pagn. In ipſe facinore adulterium committentem. Ar. M. In ipſo furto adulterantem. Fr. Luc. Ipſo facto adulterans. Caiet. In ipſo facto, cùm adulteraretur. Adam. C. In ipſo opere.*

Verſ. 5.

In lege autem Moyſes mandauit nobis, huiuſmodi lapidare: Tu ergo quid dicis?

Io lege autem. *Arab. Et in lege. Adam. C. In lege autem noſtrâ.*
Mandaoit nobis. *Arab. Pracepit. S. Proſp. Iuſſit. Euth. Pracepit nobis.*
Huiuſmodi lapidare. *Arab. Lapidari. Euth. Vt huiuſmodi lapidarentur. Caiet. Eas, quæ ſunt huiuſmodi, lapidare.*
Tu ergo. *S. Aug. Tu.*
Dicis? *S. Aug. De illâ cenſes. S. Proſp. De ea ſtatuis. Euth. Ais de illâ? Adam. C. De ipſa dicis.*

Verſ. 6.

Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terrâ.

Hoc antem dicebant. *Arad. Dixerunt hoc. S. Aug. Hæc autem dicebant.*
Tentantes eum. *Arab.* omittit.
Poſſent accuſare eum. *Arab. Inuenirent contra eum cauſam. Euth. Haberent occaſionem aduerſùs illum.*
Ieſus autem. *Arab. At Ieſus.*
Inclinans ſe deorſum. *Arab. Inclinauit ſe. Euth. Inclinatus deorſum. Ar. M. Deorſum inclinans.*
Digito ſcribebat. *Arab. Et ſcripſit digito ſuo.*
In terrâ. *Vat. In terram. Ar. M. In terram non ſimulans.*

Verſ. 7.

Cùm ergo perſeuerarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat.

Cùm ergo. *Ar. M. Vt autem.*
Perſeuerarent iotertogaotes eum. *Arab. Continuarent in interrogationes.*
Erexit ſe. *Arab. Eleuauit caput ſuum. Fr. Luc. Erectus.*
Sine peccato eſt. *S. Aug. Scit ſine peccato. Pagn. Immunis eſt à peccato. Fr. Luc. Peccare non poteſt.*
Veſtrûm. *Arab. Ex vobis. S. Aug. Se eſſe.*
Primus in illam. *Arab. Primùm eam. S. Aug. Prior in eam.*
Lapidem mittat. *Arab. Lapidet lapidibus. S. Aug. Lapidem iaciat.*

Verſ. 8.

Et iterum ſe inclinans ſcribebat in terrâ.

Et itetum. *Arab. Deinde. Euth. Rurſámque.*
Se inclinans. *Arab. Inclinauit ſe. Euth. Inclinatus. Vat. Cùm ſe inclinaſſet. Ar. M. Deorſum inclinans.*
Scribebat. *Arab. Et ſcripſit.*
Terrâ. *Vat. Terram.*

Verſ. 9.

Audientes autem, vnus poſt vnum

Audientes antem. *Arab. Cùm autem audiſſent hoc, ex eo intelligentes ignominiam. Euth. At illi cùm audiſſent. Ar. M. Ij autem audientes & à conſcientiâ redarguti.*

exibant

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

exibant, incipientes à ſenioribus: & remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans.

Vnus poſt vnum. *Arab. Vnus poſt alterum. Euth. Singulatim vnus poſt alium. Al. Singulatim alius poſt alium.*
Exibant. *Arab. Cœperunt exire. S. Aug. Omnes receſſerunt. Euth. Exibat.*
Incipientes. *Arab. Adeò vt exirent. Euth. Initio facto.*
A ſeniotibus. *Arab. Senes vſque ad nouiſſimum eorum, Euth. A ſenioribus vſque ad poſtremos. Ar. M. A ſenioribus vſque ad extremos.*
Remanſit. *Vat. Relictus eſt.*
In medio ſtans. *Arab. Qua ſtabat in medio. Euth. Qua erat in medio. Fr. Luc. Exiſtens in medio.*

Verſ. 10.
Erigens autem ſe Ieſus, dixit ei: Mulier, vbi ſunt, qui te accuſabant? Nemo te condemnauit?

Erigens aotem ſe Ieſus. *Arab. Eleuauit autem Ieſus caput. S. Aug. Leuauit oculos ſuos ad mulierem. Euth. Cùm autem erexiſſet ſe Ieſus, vidit illam. Pagn. Cùm autem erexiſſet ſe Ieſus & neminem videret præter mulierem. Ar. M. Erectus autem Ieſus, & neminem ſpectans præter mulierem.*
Dixit ei. *Arab. Et dixit ei. S. Aug. Interrogauit eam.*
Mulier vbi. *Ar. M. Vbi.*
Qui te accuſabant. *Arab. Illi. Caiet. Illi accuſatores tui.*
Nemo. *Arab. Et nullus.*

Verſ. 11.
Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam ampliùs noli peccare.

Nemo. *Arab. Neque vnus.*
Condemnabo. *Pagn. Condemno.*
Vade. *Euth. Abi.*
Iam amplius. *Arab. Ex nunc. S. Leo. Ampliùs. S. Ambr. A modò. S. Aug. Deinceps iam. Vat. Poſthac. Ar. M. Ab hoc nunc non ampliùs. Mar. Deinde ampliùs.*
Noli peccare. *Arab. Ne reuertaris ad peccatum. S. Amb. Vide ne pecces. Vat. Ne peccaueris. Ar. M. Pecca.*

Verſ. 12.
Iterum ergo loquutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego ſum lux Mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris; ſed habebit lumen vitæ.

Iterum ergo. *Syr. Rursùm autem. Arab. Deinde Ieſus iterum.*
Loquutus eſt eis. *Syr. Alloquutus eſt eos.*
Lux mundi. *S. Cypr. Lumen ſæculi. Marc. Vic. Lumen mundi.*
Sequitur me. *Syr. Venit poſt me. S. Cypr. Me ſequutus fuerit.*
Non ambulat. *Syr. & S. Cypr. Non ambulabit. Vat. Nequaquam ambulauerit. Mar. Non verſatur.*
Habebit. *Syr. Inueniet ſibi. Arab. Inueniet.*
Lumen. *Euth. Lucem.*

Verſ. 13.
Dixerunt ergo ei Phariſæi: Tu de te ipſo teſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non eſt verum.

Dixerunt ergo ei Phariſæi. *S. Aug. Reſponderunt Iudæi.*
De te ipſo. *Arab. Tibi ipſi.*
Teſtimoniom perhibes. *S. Aug. Teſtimonium dicis. Adam. C. Teſtificaris. Theoph. Teſtaris.*

Verſ. 14.
Reſpondit Ieſus & dixit eis: Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio, vnde

Et ſi ego. *Orig. Etiamſi ego.*
Teſtimonium perhibeo. *Orig. Teſtificor. Ar. M. Teſtor.*
De me ipſo. *Arab. Mihi ipſi. Tert. De me.*
Quia ſcio. *Syr. Quippe qui nouerim. Euth. Quia ego ſcio. Orig. Quia noui.*
Veni, & quò vado. *Syr. Venerim & quò vadam. Tert. Venerim & quò eam.*
Vos autem. *Tert. Vos.*
Neſcitis. *Arab. Non habetis ſcientiam. Tert. Ignoratis.*

veni,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

veni, & quò vado: vos autem neſcitis, vnde venio, aut quò vado.

Veni. *Arab. Veni, Tert. Venerim.*
Aut quò vado. *Syr. Neque quò vadam. Euth. Et quò vado. Tert. Et quò eam.*

Verſ. 15.

Vos ſecundùm carnem iudicatis: ego non iudico quenquam.

Secundùm carnem. *Syr. Corporaliter. Arab. Tantummodo corporeum.*
Ego. *Arab. Ego verò.*
Non iudico quenquam. *Syr. Neminem iudico.*

Verſ. 16.

Et, ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt: quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.

Et ſi iudico ego. *Syr. Veruntamen, ſi iudicauero. Euth. Et ſi etiam ego iudicem. Pagn. Porrò, etſi iudicem. Orig. Atque etiam ſi iudico ego.*
Qui miſit. *Ar.M. Mittens.*
Pater. *Syr. Pater meus.*

Verſ. 17.

Et in lege veſtrâ ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt.

Et in lege. *Syr. Sed & in lege. S.Aug. In lege. Vat. Quin & in lege. Ar.M. Et in lege verò. Fr.Luc. In lege autem.*
Hominum. *Syr. Virorum.*

Verſ. 18.

Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de me ipſo: & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me, Pater.

Ego ſum qui. *Tert. Ego.*
Teſtimonium perhibeo. *Syr. Teſtificor. Theoph. Teſtimonium fero. Tert. Teſtimonium dico.*
De me ipſo. *Arab. Mihi ipſi. Tert. De me.*
Teſtimonium perhibet. *Syr. Teſtatur. Theoph. Teſtimonium fert. Tert. Teſtimonium dicit.*
De me. *Arab. Mihi.*
Qui miſit. *Ar.M. Mittens.*
Pater. *Syr. Pater meus.*

Verſ. 19.

Dicebant ergo ei: vbi eſt Pater tuus? Reſpondit Ieſus: Neque me ſciris, neque Patrem meum: ſi me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis.

Dicebant ergo. *Syr. Dicunt. Tert. Dixerunt.*
Ieſus. *Syr. Ieſus & dixit eis.*
Scitis. *Arab. Cognoſcitis. Pagn. Noſtis.*
Neque Patrem meum. *Arab. Neque cognoſcitis Patrem meum. Marc. Vic. Nec Patrem.*
Sciretis. *Arab. Cognoſceretis. Pagn. Noniſſetis.*
Forſitan & Patrem. *Arab. Etiam Patrem. Euth. Et vtique Patrem. Marc. Vic. & Pagn. Et Patrem. Mar. Sanè & Patrem.*
Sciretis. *Arab. Cognoſceretis. Marc. Vic. Scire poſſetis. Pagn. Noniſſetis.*

Verſ. 20.

Hæc verba loquutus eſt Ieſus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Hæc verba. *Arab. Hunc ſermonem.*
Eſt Ieſos. *Arab. Eſt.*
Docens. *Syr. Dum doceret. Arab. Et ipſe docebat.*
Nemo. *Arab. Non quiſquam.*
Apprehendit. *Syr. Prehendit.*
Nondum. *Arab. Non.*

Verſ. 21.

Dixit ego iterum eis Ieſus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos non poteſtis venire.

Ergo iterum eis. *Arab. Deinde.*
Quæretis me. *Arab. Quæretis me & non inuenietis me.*
Peccato veſtro. *Arab. Peccatis veſtris.*
Quo ego vado. *Syr. Et quò vado.*
Vos noo poteſtis. *Arab. Non poteſtis.*

Verſ. 22.

Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quò ego vado, vos non poteſtis venire.

Dicebant ergo. *Syr. Dicunt.*
Nunquid. *Syr. Num ergo.*
Interficiet ſemetipſum. *Orig. Se ipſum interfecturus eſt. Arab. Vult interficere ſeipſum.*
Quia dicit. *Syr. Qui dicat. Arab. Cùm dicat.*
Quò. *Arab. Quia quò.*

Verſ. 23.

Et dicebat eis: Vos de deorſum eſtis,

De deorſum. *Syr. Ex inferis. S.Gaud. De inferioribus. Euth. Ab infernis. Tert. Ex inferioribus. Caiet. Ex iis, qui deorſum. Fr. Luc. Ex iis, qui infrà.*
Ego de ſupernis ſum: *Syr. Et ego ex ſupernis.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ego de ſupernis ſum: vos de Mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc Mundo.

Arab. Et ego deſuper. Tert. Ego de ſurſum ſum. Ar. M. Ego ex ſurſum. Fr. Luc. Ego ex iis, qui ſuprà.
De Mundo. *Syr. Ex Mundo.*
Ego. *Arab. Et ego.*
De hoc. *Syr. Ex hoc.*

Verſ. 24.

Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris: ſi enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.

Dixi ergo. *Syr. Dixi. Arab. Iam nunciaui.*
Quia moriemini. *Vat. Vos morituros.*
Si enim non credideritis, quia ego ſum. *S. Fulg. Niſi cognoueritis quia ego ſum.*
Peccato veſtro. *Clem. Alex. & Iſych. Peccatis veſtris.*

Verſ. 25.

Dicebant ergo ei: Tu qui es? Dixit eis Ieſus: Principium, qui & loquor vobis.

Dicebant ergo ei. *Syr. Dicunt ei Iudæi.*
Dixit eis. *Arab. Dicebat autem illis.*
Principium. *Syr. Etiam id, quod incepi. Euth. In primis. Pagn. Principium (me dico.)*
Qui & loquor. *Syr. Loqui. Euth. Quod etiam loquar. Pagn. Quia & loquor. Quidd. codd. ap. Mar. Quod & loquor.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*

Verſ. 26.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare: ſed, qui me miſit, verax eſt; & ego, quæ audiui ab eo, hæc loquor in Mundo.

Habeo. *Caiet. Poſſum.*
De vobis loqui. *Syr. Quæ de vobis dicam. Vat. Quæ de vobis loquar.*
Iudicare. *Syr. Iudicem.*
Qui me miſit. *Ar. M. Mittens me.*
Verax. *Marc. Vic. Verus.*
Quæ. *Arab. Quod.*
Audiui ab eo. *Tert. De eo audiui.*
Hæc. *Syr. Hæc ipſe. Arab. Hoc. Tert. Ea.*
Loquor. *Tert. Et loquar.*
Mundo. *Tert. Mundum.*

Verſ. 27.

Et non cognouerunt, quia Patrem eius dicebat Deum.

Et non cognouerunt. *S. Aug. Non intellexerunt Iudæi. Vat. Non cognouerunt.*
Quia Patrem eius. *Syr. Eum de Patre ipſis. Arab. Quia ſignificauit per hunc ſermonem Patrem eius. S. Aug. Quod de Patre illis. Theoph. Quòd de Patre eis. Tert. Quòd de Patre. Quidd. ap. Mar. Quia Patrem eis.*
Dicebat Deum. *Syr. Verba facere. Arab. Eſſe Deum. S. Aug. Diceret. Theoph. Loquutus eſſet. Tert. Dixiſſet.*

Verſ. 28.

Dixit ergo eis Ieſus: Cùm exaltaueritis Filium hominis; tunc cognoſcetis, quia ego ſum, & à me ipſo facio nihil; ſed, ſicut docuit me Pater, hæc loquor.

Dixit ergo eis. *Syr. Dixit eis iterum. S. Aug. Et ait illis.*
Exaltaueritis. *Syr. Extuleritis.*
Cognoſcetis. *Orig. Agnoſcetis.*
Quia ego ſum. *Syr. Me eum eſſe. Orig. Quid ipſe ſum. Tert. Quòd ego ſim.*
A me ipſo. *Syr. Ex voluntate mei ipſius. Pagn. Ex me ipſo. Tert. A memetipſo.*
Facio nihil. *Syr. Nihil facere. Arab. Non facio quicquam. Tert. Nihil loquar.*
Sicut. *Euth. Ita vt.*
Pater. *Euth. Pater meus. Tert.* omittit.
Hæc loquor. *Syr. Similiter ipſe loquor. Arab. Ita dico. Theoph. Hæc loquar. Vat. Ea loquor. Tert. Ita & loquor.*

Verſ. 29.

Et, qui me miſit, mecum eſt: & non reliquit me ſolum; quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.

Et qui me miſit. *Tert. Quia & qui miſit me. Ar. M. Et mittens me.*
Et non reliquit. *Syr. Neque reliquit Pater meus. Vat. Non reliquit Pater.*
Quæ placita ſunt. *Syr. Quod gratum eſt. Arab. Quod placet. Ar. M. Placita.*

Verſ. 30.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 30.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Hæc illo loquente. *Syr. Cúmque hæc loqueretur. Arab. Et dum ipſe loqueretur hunc ſermonem.*

Verſ. 31.

Dicebat ergo Ieſus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis.

Dicebat ergo. *Syr. Dixit autem.*
Ieſus. *S. Aug. Dominus.*
Ad eos. *Syr. Illis.*
Crediderunt ei. *Syr. Crediderunt in ipſum. Euth. Crediderant ſibi.*
Iudæos. *Syr. Iudæis.*
Si vos manſeritis. *S. Cypr. Si permanſeritis. Orig. Si credideritis. Vat. Si vos perſtiteritis.*
In ſermone. *S. Cypr. In verbo. Orig. Verbo.*
Eritis. *Vat. Eſtis.*

Verſ. 32.

Et cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos.

Et cognoſcetis. *Vat. Et intelligetis. Orig. Agnoſcetis.*
Veritas. *Syr. Ipſa.*
Liberabit. *Syr. Aſſeret in libertatem. Theoph. Liberos reddet. Cæter. Liberos faciet.*

Verſ. 33.

Reſponderunt ei: ſemen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?

Reſponderunt. *Syr. Dicunt.*
Semen. *Arab. Nos ſemen.*
Nemini. *Syr. Cuiquam. Arab. Alicui. Iſych. Nulli. Pagn. Neque cuiquam.*
Seruiuimus vnquam. *Syr. Nunquam ſeruitutem ſeruiuimus. Arab. Non fuimus ſubditi vnquam.*
Tu dicis. *Syr. Dicis.*
Liberi. *Syr. Filij ingenui.*
Eritis. *Euth. Efficiemini. Pagn. Reddemini.*

Verſ. 34.

Reſpondit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: quia omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati:

Reſpondit. *Syr. Dixit.*
Quia omnis qui. *Syr. Quiſquis. Clem. Alex. Omnis ergo. Pagn. Et omnis qui.*
Facit peccatum. *Syr. Committit peccatum. S. Aug. Peccat.*
Eſt peccati. *S. Aug. Eſt.*

Verſ. 35.

Seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum.

Seruus autem. *Arab. Et ſeruus. Clem. Alex. Qui eſt autem ſeruus. Ar. M. At ſeruus.*
Manet. *Arab. Permanet.*
Æternum. *Syr. Æuum.*
Filius autem. *Theoph. Filius.*
Manet. *Arab. Permanet.*
Æternum. *Syr. Æuum.*

Verſ. 36.

Si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis.

Si ergo. *Arab. Si.*
Filius. *Syr. Ipſe Filius.*
Liberauerit. *Syr. Aſſeruerit in libertatem. Vat. Liberos reddiderit. Cæter. Liberos fecit.*
Verè. *S. Aug. Tunc verè.*
Liberi eſtis. *Syr. Filij ingenui. Vat. Liberi eſtis.*

Verſ. 37.

Scio, quia filij Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non capit in vobis.

Scio. *Arab. Iam ſcio. Euth. Noui.*
Filij. *Arab. Vos ſemen.*
Quæritis me interficere. *Arab. Vos quæritis occiſionem meam.*
Sermo meus. *Syr. Sermoni meo.*
Non capit in vobis. *Syr. Capiendo non ſufficiatis. Arab. Non eſt firmus in vobis. Pagn. Non habet locum in vobis.*

Verſ. 38.

Ego, quod vidi apud Patrem meum,

Quod vidi. *Orig. Quem vidi. Tert. Quæ vidi.*
Apud Patrem meum. *Tert. Penes Patrem meum. Quidd. Codd. Apud Patrem.*
Et vos. *Syr. Vos autem. Euth. Et vos ergo. Pagn. Vos igitur. Vat. Et vos ſanè.*
Quæ. *Syr. Id quod. Orig. Quod.*
Vidiſtis. *Tert. Audiſtis.*

Vulgata Editio.

loquor: & vos, quæ vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.

Lectionum varietas.

Apud patrem. *Tirt. Penes patrem.*
Facitis. *Syr. Agitis. Pagn. Facietis. Tert. Id facitis.*

Verſ. 39.

Reſponderunt & dixerunt ei: Pater noſter Abraham eſt. Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.

Si. *Didym. Si enim.*
Filij Abrahæ eſtis. *S. Epiph. Filij Abrahæ eſſetis.*
Opera Abrahæ facite. *S. Epiph. Illius opera faceretis. S. Auguſt. Facta Abrahæ facite. Didym. Faceretis vtique opera Abrahæ. Pagn. Abrahæ opera faceretis.*

Verſ. 40.

Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis loquutus ſum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

Nunc autem. *Arab. Sed vos nunc. S. Epiph. Vos enim.*
Quæritis. *Syr. Ecce ſtudetis. Tert. Vultis.*
Me interficere. *Arab. Occiſionem meam. S. Ambr. Me occidere. Tert. Occidere.*
Hominem. *Syr. Virum. Arab. Hominis.*
Qui veritatem. *S. Epiph. Qui vera. Tert. Veritatem.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum. Tert. Ad vos.*
Loquutus ſum. *S Epiph. Dixi. Tert. Loquutum.*
Quam audiui. *S. Epiph. Et audiui.*
A Deo. *S. Epiph. A Patre meo. Tert. A Patre.*
Hoc. *Arab. Et hoc.*

Verſ. 41.

Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnum patrem habemus Deum.

Vos facitis. *Syr. Vos autem facitis.*
Dixerunt itaque. *Syr. Dicunt.*
Nos. *Arab. Nos enim.*
Ex fornicatione. *S. Ambr. Ex proſtitutione. Theoph. A ſtupro. Pagn. E fornicatione. Vat. E ſtupro. Orig. Ex ſtupro. Mar. Idololatra.*
Sumus nati. *Syr. Sumus.*
Vnum Patrem habemus Deum. *Syr. Vnus eſt nobis pater Deus. Arab. Et tantummodo eſt nobis pater vnus, qui eſt Deus. Orig. Sed vnum patrem habemus Deum.*

Verſ. 42.

Dixit ergo eis Ieſus: Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis vtique me; ego enim ex Deo proceſſi & veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille me miſit.

Dixit ergo. *Arab. Dixit.*
Si Deus. *Tert. Et ſi Deus.*
Diligeretis vtique. *Syr. Diligeretis. Tert. Dilexiſſetis.*
Ex Deo proceſſi. *S. Hil. A Deo exiui. Ar. M. Ex Deo profectus ſum.*
Veni. *Vat. Venio.*
Neque enim à meipſo. *Syr. Neque ex voluntate mei ipſius. S. Hil. Nec enim à me.*
Sed ille. *Arab. Sed ipſe.*

Verſ. 43.

Quare loquelam meam non cognoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum.

Loquelam meam. *Arab. Sermonem meum. Orig. Dicta mea. Fr. Luc. Idioma meum.*
Cognoſcitis. *Arab. Intelligitis. Orig. Agnoſcitis. Fr. Luc. Percipitis.*
Sermonem. *Syr. Eloquium.*

Verſ. 44.

Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit; quia

Ex patre diabolo. *Syr. Ex patre criminatore. S. Epiph. Ex ſatana.* vel. *Filij diaboli.* vel. *Filij patris veſtri diaboli. Clem. Alex. Ex patre veſtro diabolo. Lucif. De diabolo patre. Orig. Ex illo patre diabolo.*
Eſtis. *S. Cypr. & Lucif. Nati eſtis.*
Deſideria. *Syr. Cupiditatem. Theoph. Deſideriis. S. Cypr. & Lucif. Concupiſcentiam.*
Patris. *Fr. Luc. Illius patris.*
Vultis facere. *Syr. Vultis exequi. Arab. Deſideratis facere. S. Leo. Vultis implere. S. Cypr. Perficere vultis. Euth. Vultis explere. Theoph. Vultis obſequi.*
Ille homicida erat ab initio. *Syr. Is eſt, qui à prin-*

non

Vulgata Editio. | **Lectionum Varietas.**

non eſt veritas in eo: cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur; quia mendax eſt, & pater eius.

cipio fuit homicida. Arab. Ille eſt qui fuit ab initio occiſor hominum. S.Cyr. Ille enim homicida fuit ab initio.
In veritate non ſtetit. *Syr. Veritate non perſtitit. Arab. Non permanſit in veritate.*
Cùm *Syr. Et quotieſcunque. Arab. Et quando. Lucif. Qui.*
Ex propriis. *Arab. Tantummodò, quod eſt illi. S. Epiph. Ex proprio. S.Leo. Ex ſuis propriis. Lucif. De ſuo. Fr.Luc. Ex ſuis.*
Quia mendax eſt & pater eius. *Syr. Quoniam mendax eſt & pater ipſius mendacij. Arab. Quia ipſe mendax eſt & pater eius. S.Epiph. Quoniam & pater eius mendax eſt. Vat. Quia mendax eſt atque eius rei pater.*

Verſ. 45.

Ego autem ſi veriiatem dico, non crediiis mihi.

Ego autem ſi. *Syr. At quoniam ego. Arab. Ego autem. Theoph. Ego autem quia.*
Dico. *Syr. Loquor.*
Non creditis. *Arab. Et non creditis.*

Verſ. 46.

Quis ex vobis arguet me de peccato? ſi veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Quis ex vobis. *Orig. Quis veſtrûm.*
Arguet. *Pagn. Arguit.*
Si veritatem. *Syr. Quòd ſi veritatem. Theoph. Porrò ſi veritatem. Ar.M. Si autem veritatem.*
Quare. *Ar.M. Propter quid vos. Caiet. Quare vos.*

Verſ. 47.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.

Qui ex Deo eſt. *Ar.M. Exiſtens ex Deo.*
Propter. vos. *Arab. Et propterea.*

Verſ. 48.

Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Reſponderunt ergo. *Euth. Reſponderunt.*
Bene dicimos nos. *Syr. Bene dicimus. Arab. Bene facimus, dum dicimus. S.Aug. Verum dicimus.*
Es tu. *Arab. Es.*
Habes. *Arab. In te eſt.*

Verſ. 49.

Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo; ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

Reſpondit. *Syr. Dixit ei.*
Ego dæmonium. *Syr. Dæmonium. Arab. Ego enim dæmonium.*
Honorifico. *S.Cyr. Hier. Honoro. Pagn. Honore afficio. Vat. Cohoneſto.*
Et vos. *Arab. Vos autem.*
Inhonoraſtis. *Syr. Opprobrio affeciſtis. Arab. Spreuiſtis. Euth. Contumeliâ affeciſtis. Pagn. Ignominiâ affeciſtis. M SS. Inhonoratis.*

Verſ. 50.

Ego aotem non quæro gloriam meam: eſt, qui quærat, & iudicet.

Ego autem. *Syr. Ego verò. Arab. Et ego.*
Eſt. *Arab. Adeſt.*
Qui quærat & iudicet. *Orig. Qui quærit & iudicat. Ar.M. Quærens & iudicans.*

Verſ. 51.

Amen, amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.

Si quis. *Syr. Quicunque.*
Sermonem. *Tert. Verbum.*
Seruauerit. *Syr. Cuſtodierit.*

Verſ. 52.

Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus eſt, & prophetæ: & tu dicis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum?

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt ei. Euth. Dixerunt ergo ei.*
Iudæi. *Vat. Illi Iudæi.*
Cognouimus. *Syr. Nouimus. Arab. Scimus.*
Habes. *Arab. In te eſt.*
Abraham. *Arab. Iam Abraham.*
Si quis. *Syr. Qui.*
Seruauerit. *Syr. Cuſtodierit.*

Verſ. 53.

Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt; & prophetæ

Nunquid tu. *Arab. Nunquid igitur. Euth. Num tu.*
Proph. *Arab. Prophetis.*

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*

mortui ſunt? Quem te ipſum facis?

Mortui. *Arab. Qui mortui.*
Te ipſum facis. *Theoph. Facis tu teipſum.*

Verſ. 54.

Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt: eſt Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt:

Reſpondit Ieſus. *Syr. Dixit eis Ieſus. Arab. Reſpondit Ieſus & dixit.*
Si ego glorifico. *Arab. Si ego glorificarem. Tert. Et ſi ego glorificem.*
Nihil eſt. *Arab. Non eſſet quicquam.*
Eſt Pater meus qui glorificat me. *Arab. Pater meus, qui glorificat me, eſt. Tert. Eſt qui me glorificet Pater.*
Quem vos. *Syr. De quo. Arab. Quem.*
Quia Deus veſter eſt. *Syr. Deus noſter eſt. Arab. Quia Deus noſter eſt.*

Verſ. 55.

Et non cognouiſtis eum; ego autem noui eum: &, ſi dixero, quia non ſcio eum; ero ſimilis vobis mendax: ſed ſcio eum, & ſermonem eius ſeruo.

Et oon cogooouiſtis. *Syr. Neque nouiſtis. Arab. Et non cognoſcitis. Tert. Nec noſtis. Al. Et tamen non cognouiſtis.*
Ego autem. *Syr. Ego verò. Tert. Quia ego.*
Dixero. *Tert. Dicam.*
Quia noo ſcio. *Syr. Me non noſſe. Euth. Quòd non noui.*
Ero ſimilis vobis. *Syr. Ego ero ſicut vos. Arab. Factus ero ſicut vos. Pagn. Ero ſimilis veſtri.*
Scio. *Arab. Cognoſco. Euth. Noui.*
Similis vobis. *S. Epiph. Perinde ac vos. Tert. Similis veſtri.*
Scio eum. *Tert. Noui illum.*
Seruo. *Arab. Seruans ſum.*

Verſ. 56.

Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.

Abraham pater. *Tert. Abraham. Fr. Luc. Abraham ille pater veſter.*
Exultauit, vt videret. *S. Baſil. Deſiderauit videre S. Hil. Lætabatur, vt videret. S. Cyr. Hier. Deſiderabat videre. S. Proſp. Concupiuit videre.* Tert. omittit. *Mar. Summoperè concupiuit.*
Diem. *Fr. Luc. Diem hunc.*
Vidit & gauiſus eſt. *S. Cyr. Hier. Et vidit, atque gauiſus eſt. Tert. Vidit & lætatus eſt.*

Verſ. 57.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt. S. Aug. Irati reſponderunt. Euth. Et dixerunt.*
Ad eum. *Syr. Ei.*
Annos. *Arab. Anni.*
Habes. *Syr. Natus es. Arab. Venerunt ad te.*
Vidiſti. *Arab. Iam vidiſti.*

Verſ. 58.

Dixit eis Ieſus: Amen, amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego ſum.

Antequam. *Arab. Quia anteqnam. S. Cyr. Hier. Priuſquam. Tert. Antè. Ar. M. Priùs.*
Abraham fieret. *S. Cyr. Hier. Abraham eſſet. Vat. Abraham naſceretur. Tert. Abraham.*

Verſ. 59.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Tulerunt ergo. *Syr. Et ſuſtulerunt. Arab. Acceperunt ergo. Theoph. Tollebant ergo.*
Iacereot in eum. *Syr. Obruerent eum. Arab. Lapidarent illum.*
Ieſus autem. *Syr. Ieſus verò. Arab. Et Ieſus.*
Abſcondit ſe. *Arab. Retroceſſit. S. Aug. Abſcondit ſe ab eis. Fr. Luc. Occultatus eſt. Syr. Abdidit ſeſe.*
De templo. *Syr. E templo, tranſijtque per medium eorum & abiit. Arab. De templo, & tranſiuit per medium eorum excurrens ſic. Euth. De templo pertranſiens per medium illorum, & ita præteribat. Theoph. De templo tranſiens per medium illorum, & præteriit ſic. Pagn. De templo cumque tranſiſſet per medium illorum præteriit ſic. Caiet. De templo tranſiens per medium ipſorum & præteriuit ſic.*

CAP. VIII.

CAPVT VIII.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Sna commodn non qnerat, qui animarum lucris inhint Chriſti exemplo. 1443
Ad ſublimem ſnnctitatis montem aſcendat prndicntor. 1443
Beni mnlorum iniuriis, ad bonum extimulantur. 1443
Feſti cnltus qualis. 1444
Mulier ndultera cur nd Chriſtum nddućta non vir. 1444
Verecundia commendatio. 1445
Inuidorum mos per ſua damnn ad aliena procedere. 1446
Chriſti mnnſuetudo. 1447

Ieſus autem perrexit in montem Oliueti.

1443. IESVS *nutem perrexit in montem.* Licèt toto affećtu populom docuiſſet; nullus tamen reperius eſt, qui Ieſu offerret hoſpitiom, vt ob id in montem Oliueti perrexetir, *ſub dio* (vt aliqui cenſent) *noćtem aćturus.* Veiè commoda ſua, doeens, oon qnætebat; ſed animarum lucris, oblitus ſui commodi, inhiabat.

In montem Oliueti. Puſt prædicationis monus ad mootem pergit. Nimirum, vbi, quæ ad perfećtionis eulmen, docuerit prædieator, debet ſtatim ad ſublimem ſanćtitatis mootem aſcendere; vt ſemper ſit iis maior, quos vocat ad magna. *Oliueti.* Græcè, ἐλαιῶν. *Oliuarum,* qoò ſe conſerebat ad orandum & pernoćtandum.

Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum.

1444. E*T diluculo iterum venit in templum.* Vt docendi populi munus exeteeret. Hominum ſalutia cupidus, nihil eurat impias Phariſæorum ealumnias & conſpirationes, quibus adeò non impeditur, vt potiùs vrgeatur. Hæc bonorum nota, vt malorum iniuriis ad booum veluti extimulentur, &, quò atdentiùs mali in bonos ſæuiuot, hòe ſolicitiùs eorum ſalutem quætant boni.

Et omnis populus venit ad eum. Multi peraćto feſto tabetoaculutum, Ieroſolymis remanſeranc etiam *nudiendi Ieſu causâ,* vt ille ait. Horum diligentiâ indeuotio multotum arguitur, qui vix peraćto, ac ne peraćto quidem, feſto, aot ſacrificio in feſto oblato, ſtatim ſe proripiunt, & terrenis ſe oegotiis totos dooant.

Adducunt autem ſcribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam.

MVlierem adducont in adulterio deprehenſam: eur non adducunt & adulterum, qui non minùs peecauetat, quàm mulier? *Forſitan,* (inquit B. Dionyſius Carthoſianus hìc) *adulter euaſit manus eorum, vel muneribus eos placauit, muneribus eos tennit, ne teneri ab eis potuerit.* Addit: *ſed potiùs reor, quòd ideo fœminam adduxerunt, non virum; quia optabnnt, vt Ieſus parceret delinquenti, indicando, vt dimitteretur adulterans; ſicque accuſarent eum de legis tranſgreſſione, quoninm lex iuſſit huiuſmodi lapidnro. Conſuetudinarium eſt iudicibus, fœminis mngis compnti, faciliùſque indulgere, quàm viris; quia & cæteris paribus minùs peccant in eodem genere culpæ, quàm viri; cùm ſit in eis fragilitas mnior, carnnlitas fortior, intellećtus debilior: propter quod mulier nomine carnis frequenter exprimitur in ſcripturis.*

Adducunt nutem & Phnriſæi mulierem. Quæ in 1445.
adulterio deprehenſa fuerat: cur oon etiam virum? An, qoia aufugerat? An, quia ſibi melius ſueceſſuram rem arbitrabantur, tanquàm ſegnior ſexus aptior iudicum rećtitudini inflećtendæ? Aut vir precibus & fauore obtinuit, ne in iudicium adduceretur: vel in viro tunc non tanti fuit adulterium; vt, quod in mulieribus grauiter puniebatur, impunitum in viris eſſet. Niſi dicere velimus, adultero hos accuſatores peperciſſe; quia & ipſi adulteri erant.

Ducunt ad Ieſum mulierem in adulterio deprehenſam, quæ miſericordiam ab eo eſt conſequuta, à quo condemnatam iri putabant accuſatores. Fuit autem non effrons, verecundiâ omni poſitâ, & pudore omni deuorato; nec enim adeò facilè iudicis mentē flexiſſet: ſed operta lachrymis, correpta dolore, ruboris (vt ità dicam) vexillum efficiens. Sic eam nobis offert Nonnus in ſuâ Paraphr. *Porrò ſcribæ mnlis dolis ornati, & valde aſtuti Phariſæi, Deo aduerſarij, ducunt nd ipſum mulierem in ndulterio deprehenſam, cuius dolor & ægritudo primùm occulebatur gementi animo, veluti cæleſtis fulminis ićtibus perculſo; & magnum non prauiſa triſtitia recentiſſimum tumorem ac pondus vaticinnbnntur taciti præcones, genæ lachrymis madentes, pallidaque metu mortis, & aliquem ruborem habentes ob peccati turpitudinem.*

Magiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.

M*Agiſter, hæc mulier modò deprehenſa eſt in* 1446.
ndulterio. Magiſtrum, vocant præſentem, quem abſentem, ſedućtorem, vocabant. Verborum nimirum fuco capere ſtudent, quaſi eorum hypocriſim non videret. Sumpſerunt partes accuſatorum, qui erant ipſi iudices, huc eos eorum malitia duxit & inuidia. Scilicet demittunt ſe, vt Chriſto noceant. Hic inuidorum mos, per ſua damna ad aliena procedere; & iuri etiam ſuo cedere, vt, licèt iniuſtè, aliis noceant.

Tentantes eum, vt poſſent accuſare eum.

T*Entnntes eum.* Elucet hîc inſignis Saluatoris 1447.
manſuetudo, quæ adeò magna etiam ex inimicorum ſenſu, vt putarent eum adulteræ parciturum; ſicque calumniandi occaſionem præriperent, quòd iuſtitiam noo haberet. Egregiè ad hunc ſenſum S. Auguſtinus tract. 33. in Ioann. *Quid eſt tentantes eum, vt poſſent accuſare eum? Intelligamus, fratres, admirnbilem manſuetudinem in Domino fuiſſe. Animnduerterunt eum nimiùm eſſe mitem, nimiùm eſſe mnnſuetum: dixerunt ergo npud ſemetipſos: Verax putatur, manſuetus videtur: de iuſtitiâ illi quærenda calumnin eſt. Offeramus ei mulierem in ndulterio deprehenſam: dicnmus, quid de illâ in lege præceptum ſit. Si enim iuſſerit lapidnri, manſuetudinem non habebit: ſi eam dimitti cenſuerit,*

iuſtitiam non tenebit. Vt autem manſuetudinem (inquiunt) non perdat, in quâ iam populis amabilis factus eſt, ſine dubio eam dimitti debere dicturus eſt.

Vt poſſent accuſare eum. Putabant quippe, quòd *ob ſeruandam* (vt Rupertus ait) *ſuæ manſuetudinis famam*, hanc quoque adulteram eſſe abſoluturus; præſertim cùm viderent, eum peccatoribus indulgentiam promittere, & conuerſari cum illis. Scilicet adeò mitis & miſericors extitit Chriſtus etiam Iudæorum mente, vt de nimiâ potiùs mititate eum accuſare ſe poſſe crederent, quàm de rigore nimio.

SECTIO II.

Inclinauit ſe Chriſtus, vt nos erigeret. 1448
Seueritas nimia emollienda. 1448
Qui aliena crimina ſeuerè arguit, Chriſtum videre non meretur. 1448
Chriſti inclinatio Chriſti miſericordiam notat. 1449
In iudice humilitas requiſita. 1449
Chriſtianorum in bonis operibus fœcunditas. 1450
Iniuriarum memoria facilè delenda. 1450
Euangelium ſuum cur Chriſtus non ſcripſerit. 1451
Iudex omnia diſcutiat. 1451
In pauimento qui ſcribere potuerit Chriſtus. 1452
Imbecillitatis propriæ puluerem conſpicere quàm ſit vtile. 1452
Peccata ſoluere vt Chriſtus quærat. 1453
Nouæ legis dulcedo & mollities; veteris durities. 1453
Fructum ex verbis Deus expectat. 1454
Suorum peccatorum ſit memor qui de peccatis alios iudicat. 1454

Inclinans ſe deorſum.

1448. INclinans ſe deorſum. Inclinat ſed Ieſus, ſed mulier ſtare perhibetur: *Mulier*, inquit Euangeliſta, *in medio ſtans.* Inclinauit ſe nimirum Ieſus, vt mulier ſtaret. Inclinauit ſe Dei Filius, vt nos erecti ſtaremus. Eius inclinatio, erectio noſtra eſt.

Inclinans ſe. Vel ipſo corporis habitu docuit, ſummum vigorem ſummamque ſeueritatem tantiſper inflectendam, & clementiâ emolliendam; hocque adeò non eſſe alienum à iuſtitiâ, vt Dei digitus ibi appareat.

Inclinauit ſe, & digito ſcribebat in terrâ: cur ſe inclinauit, cur demiſit? An, vt tacitè innueret, eos, qui mulierem accuſabant, indignos eſſe, qui in Chriſti faciem oculos figerent? Voluit hoc S. Thomas hîc, dum ait: *Inclinans ſe ſcribebat, vt oſtendat eos ſuâ viſione indignos.* Non meretur Ieſum videre, qui ſeuerè aliorum crimina arguit ac traducit, cœcus in ſua.

1449. Ex hac Chtiſti inclinatione Chriſti miſericordiam in hunc modum colligebat Sanctus Petrus Chryſologus ſerm. 115. *Hinc eſt, quòd, cùm in Euangelio à ſcribis & doctoribus legis apud Dominum iſta accuſaretur adultera, auertit faciem ſuam Dominus, & declinauit in terram, ne crimen cerneret, quod puniret; & maluit, fratres, in puluere ſcribere veniam, quàm dare in carnem ſententiam.*

In iudice humilitatem requiri, ab hac Chriſti inclinatione colligit B. Alcuinus Epiſt. 104. *Ipſe* (inquit) *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dum à Iudæis tentaretur de muliere adulterâ, non ſtatim legalis cenſuram ſententiæ protulit; ſed, humilitatis exemplo, ſe inclinans ſcribebat in terrâ; vt deſignaret, doctorem, propriæ fragilitatis culpas in puluere ſui cordis priùs depingere, & ſic aliena mitiùs diiudicare peccata.*

Digito ſcribebat in terrâ.

DIgito ſcribebat in terrâ. In terrâ nunc ſcribit, 1450.
cùm olim ſcripſerit in lapide. In fructum pullulare verba debent, quæ in terrâ ſcribuntur. Lapis, Iudæorum duritiem ſterilitatémque ſignificabat: terra, Chriſtianorum fœcunditatem. De iſtâ ſcriptione hæc ſcribit Caietanus hîc: *Quid ſcripſerit, neſcitur: cur autem ſcripſerit ad literam puto, vt hoc facto oſtenderet, ſe eſſe Deum, qui olim digito ſcripſerat in tabulis lapideis mandata decalogi. Scribit, non in lapide, ſed in terrâ, & non calamo, ſed digito; vt ex modo ſcribendi, ſe eundem Deum; ex differentiâ autem in terram & lapidem, differentiam ſtatûs Noui Teſtamenti à ſtatu Veteris Teſtamenti ſignificaret.*

In terrâ ſcribebat Ieſus, vt vel ab hoc capite ſuam mititatem oſtenderet. Læſus & ſæuus in marmore ſcribat, vt iniuriæ memoriam diu ſeruet: in terrâ ſcribit, qui peccatum deleri optat. *Adultera*, inquit Petrus Cellenſis lib. de Panib. cap. 19. *ab accuſatoribus proſeratur; ſed à digito ſcribentis in terrâ legem miſericordiæ, miſericorditer abſoluatur.*

Digito ſcribebat in terrâ. Non conſtat quid ſcri- 1451.
pſerit, & illa ſcriptura ſtatim deleta eſt. Quærunt interpretes, cur ſuum Euangelium non ſcripſerit Chriſtus. An ſcripſit, dum ſpiritum tribuit Euangeliſtis, vt illud ſcriberent? *Nequaquam dicendum eſt* (inquit Sanctus Auguſtinus lib. 1. de Conſenſu Euang. cap. 7.) *Chriſtum non ſcripſiſſe; quandoquidem id membra eius operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt: quicquid enim de ſuis factis & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis tanquam ſuis manibus imperauit.* Sed cur ipſiſſimâ ſuâ manu non ſcripſit? *Quia* (vt magnus ille author habet) *periculum erat, ne cætera prophetarum & Apoſtolorum ſcripta præ illo Chriſti ſcripto vileſcerent: quare à ſcribendo Chriſtus abſtinuit, vt eius verba per quemcunque Dei miniſtrum ad nos allata pari & eâdem prorſus reuerentiâ venerationeque ſuſciperemus.*

Digito ſcribebat in terrâ. Tectè innuens, diſcretionis digito diſcutienda omnia eſſe, quùm de aliis ferendum iudicium eſt; nec eſſe temerè ante inueſtigationem ſententiam pronunciandam. Huc ſpectabat Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Ioann. cap. 16. vbi ait: *Inclinauit ſe, & digito ſcribebat in terrâ: quo nobis oſtendat, quòd, antequam iudicium feramus de proximo, ad veritatis inueſtigationem condeſcendere, & animum inclinare debemus, & diſcretionis digito ſingula ad rem propoſitam attinentia priùs diſcutere: alioquin rectè iudicare non poſſumus, ſi, prætermiſsâ indagatione veritatis, & examine diligenti, proximum in publico iudicio aut abſoluimus aut damnamus.*

Scribebat in terrâ. Cùm eſſet in templo, cuius 1452.
pauimentum ex lapidibus erat, qui ſcribere in terram potuit? An, quia lapides ipſi Diuinitùs ſcripturæ ſigna expreſſerunt à Chriſto tacti, vt vel ſic accuſatorum duritiam frangere lapides ipſi poſſent? An, quia ſuper lapides puluis erat, quo formari literæ poſſent? Beatus Dionyſius Carthuſianus vtrumque habet hîc. *Quæritur: quomodo Ieſus ſcripſit in terrâ, cùm fuerit in templo pauimentum habente? & reſpondendum, quòd terra frequenter accipitur pro quacunque re terreſtri, in quâ elementum*

terræ prædominatur, quemadmodum olim homini dictum eſt: Terra es. Si ergo ſuper lapides ſcripſit, quomodo ſcripſit in tam durâ materiâ? Dici poteſt, quòd materia ceſſit ei, vel quòd aliquid humoris ac pulueris ſuperiacuit pauimento, in quibus ſcripſit.

In terram ſcripſit, fors etiam ob hanc cauſam, vt ſcilicet puluerem ſuum cuique obiiceret, & vel à pulueris conſpectu imbecillitatis propriæ omnes monerentur, ſicque mitiores in alios eſſent. Pulchrè ille: *Niſi ſuſpicari quis malit, obiicere illum in terra cuique puluerem ſuum, inde ante alios læſi ſenes quorum propior cineribus flamma eſt.* Licet vt erant morti propiores vilior cineris conſpectus illis eſſe debuiſſet.

1453. Scripſit in terrâ, qui olim ſcribebat in marmore. Vbi ſe inclinauit, *humanam carnem aſſumens,* inquit bonus ille author, *iam peccata noſtra ſcribit in puluere; & quod in puluere ſcribitur, ſtatim ad flatum venti deletur: ſi enim flet ventus Spiritus ſancti in corde peccatoris, ſtatim fluat aqua contritionis, & ſcripta in puluere peccata deleantur. Anteà dicebatur: Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino.*

Scribebat in terrâ, vt oſtenderet hos malignos accuſatores in terrâ ſcribendos, ſicut iuſti ſcribuntur in Cælo. Addit S. Thomas; *Terra mollis eſt: vt ergo ſignaret dulcedinem & mollitiem nouæ legis per eum traditæ, in terrâ ſcribebat; ſicut lex vetus in lapideis tabulis erat ſcripta propter duritiam.*

1454. Scripſit in terrâ, non in lapide, ſicut de lege legimus factum, vt innueret ſe fructum ex verbis expectare, non probare duritiem. Præſtat hic ſiſtere S. Auguſtini verba in Pſal. 102. *Antequam,* inquit, *ſe inclinaret in terram, non in terrâ ſcripſit, ſed in lapide, iam fructuoſam aliquid erat terra de Domini litteris pariture. In lapide legem ſcripſerat, ſignificans duritiam Iudæorum: in terrâ ſcripſit, ſignificans fructus Chriſtianorum.*

Vtile monitum ab Chriſti ſcriptione colligit Sanctus Ambroſius: ſic enim ille habet lib. 3. de Spiritu ſancto cap. 2. *Hoc digito myſticè Dominus Ieſus inclinato capite ſcribebat in terrâ, cùm à Iudæis adultera eſſet oblata; ſignificans per figuram, quando de peccatis alterius iudicamus, noſtri nos debere meminiſſe peccati.*

SECTIO III.

Non facile de aliis iudicandum. 1455
Chriſti benignitas & humilitas. 1456
Promptior ſit ad ignoſcendum, qui habet, vndè ipſi ignoſcatur. 1456
Aliena peccata non facilè reuelanda. 1457
Mali proni in aliorum offenſam. 1457
Chriſti viſione indignus, qui in aliena peccata ſeuerius inuehitur. 1458
Chriſtus nullum damnari vellet: vellet omnes abſolui. 1458
Quantùm mala conſcientia in malos poſſit. 1459
Qui alienas maculas curioſius inquirit & damnat, ægrè ſuorum pœnitentiam init. 1459
Chriſtus iudex quàm timendus. 1460
Pœnitentis verecundia & modeſtia quantùm poſſit. 1460
Peccatorum excuſatio quàm noxia. 1641
Maiora Chriſtus exhibet, quàm verbis ſignificet. 1462
Peccatum non fouet Chriſtus, ſed damnat. 1462
Excuſanda peccata non ſunt. 1463
Peccatorum hoſtilitas omni aliâ maior. 1464
Quàm diues in donis ſuis Deus. 1464
Peccata omnibus diuulgari quàm grauis pœna. 1465
Malorum malitia in pœnitentium commodum reſilit. 1465
Nimia euagatio mulieri noxia. 1466
In adulterij crimine pleraque alia deliteſcunt. 1466
Adultera mulier à Chriſto abſoluta cur maritum non timuerit. 1467
Chriſti mitias & manſuetudo in pœnitentes. 1467

Cùm ergo perſoucrarent interrogantes eum.

CVm ergo perſeuerarent. Nec enim ſtatim iudi- 1455.
cium interpoſuit ſuum. Non ſemel poſtulant, vt adulteram iudicet mulierem. Quæ res eos arguit, qui tam facilè de aliis iudicant; licèt dubia, non certa; occulta, non manifeſta ſint, quæ ſub iudicio cadunt. *Porrò, ſi Chriſtus,* inquit B. Dionyſius Carthuſianus hîc, *à Deo iudex omnium conſtitutus, tam moroſus fuit ad iudicandum de alio etiam in manifeſtis: cur nos tam proni ſumus ad iudicandum de aliis etiam non commiſſis & ſubdubiis; & hoc in cauſis incertis, paruiſque rebus?*

Quærunt quid de adulterâ Dominus ſentiret, manſuetudinis famam vt ab eo auferrent, aut blaſphemiæ notam illi inurerent. *Tanquàm bicipiti muſcipulâ* (inquit Sanctus Auguſtinus in Pſal. 50.) *tentantes capere ſapientiam Dei; vt, ſi iuberet occidi, perderet manſuetudinis famam: ſi autem iuberet dimitti, incurreret blaſphemiam, tanquam reprehenſor legis calumniandus. Quid ergo reſpondit? Non ait: Occidite. Non ait: Dimittite. Sed ait: Qui ſe ſcit ſine peccato eſſe, primus in illam lapidem iaciat. Iuſta lex, quæ iubet adulteram occidi: ſed hæc lex iuſta miniſtros habeat innocentes. Attenditis, quam adducitis: attendite & qui eſtis.*

Qui ſine peccato eſt veſtrûm primus in illam lapidem mittat.

QVi ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam la- 1456.
pidem mittat. Scilicet capti ſunt, qui capere tentabant. Signatè addidit, *veſtrûm,* nec dixit abſolutè: *Qui ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat:* ne ex ſuis verbis ſuâque ſententiâ cogeretur adulteram lapidare: ille enim & ſine peccato erat, nec poterat peccare; atque adeò aſtrictus fuiſſet, adulteram lapidibus petere: quod ab eius benignitate valde alienum erat.

Adulteram ante Chriſtum tanquam ream & damnandam ſtatuerunt Phariſæi. Permittit lapidandam Chriſtus, ſed innocentibus. Quid tum? *Vnus poſt vnum exibant, incipientes à ſenioribus.* Cur abeunt primi ſeniores, nec ſæuiunt in adulteram? An, quia annis grauiores, erant etiam criminibus? atque adeò promptiores ad ignoſcendum aliis eſſe debent, qui plura habent, ob quæ illis ignoſcatur. Sanctus Ambroſius Epiſt. 58. *Exire cœperunt ſinguli, incipientes à ſenioribus; vel quod ipſi plura haberent crimina, qui diu vixerant.*

Qui ſine peccato eſt veſtrûm. Non deuelat eo- 1457.
rum peccata, ſed quemlibet ad ſuam conſcientiam reuocat, vt eorum famæ conſuleret. Non ipſe illis dixit eorum peccata: conſcientia cuiuſque cuilibet dixit, quæ teſtis eſt incorruptus, inflexibilis & verax.

Primus in illam lapidem mittat. Non poterat aptiùs eorum pertinaciam frangere, ſi frangi

tamen

tamen potuit: ipſam certè hac reſponſione confudit & confodit, ac ſi diceret: Iuxta legem agat, qui legem ſtruat. Temerè in alios cuſtodiri legem quærit, qui legis temerator eſt. Ab innocente lapidem mitti ſinit: & vnde lapideis accuſatoribus lapides? An ſecum detulerant lapides, qui lapides referebant? Nonnus hoc ſignificauit in ſuâ Paraphr. *Iam habentes*, inquit, *in ſuis manibus iacula, quibus miſeram miſerè ſtatim interficere cupiebant.* Prouidi in aliorum offenſam, mali ſunt. Tulerunt ſecum lapides, cùm potiùs mititatem deberent.

Iterum ſe inclinans ſcribebat in terrâ.

1458. INclinans ſe in terrâ ſcribebat Ieſus, *vt oſtendat eos ſuâ viſione indignos*, inquit S. Thomas. Chriſti vultum videre non meretur, qui aliena peccata abſque vllo legis Diuinæ zelo omnibus exponit. Addit: *in terrâ inclinauit ſe, vt, eorum verecundiæ conſulens, daret eis exeundi liberam facultatem.*

Iterum ſe inclinans. Digni illi non erant, qui à Chriſto conſpicerentur. *Retrahebat* (inquit Nonnus in Paraph.) *mites ac benignos oculos ſuos ſeorſum ab iis, qui eum interrogabant.*

Inclinat ſe Ieſus, vt eius iudicium damnationemque tantiſper declinarent, qui mulierem accuſabant. *Vide lector*, inquit S. Ambroſius Epiſt. 76. *Diuina myſteria & clementiam Chriſti. Quùm accuſatur mulier, caput Chriſtus inclinat: eleuat autem, vbi defecit accuſator. Ita nullum damnari vult, abſolui omnes.*

Vnus poſt vnum exibant incipientes à ſenioribus.

1459. VNus poſt vnum exibant. Cur abeunt, cur non lapidant tanquam innocentes? Mordebat illos illorum conſcientia: & timentes, ne ipſorum ſcelera in medium à Chriſto exponerentur, ſe ſubducunt. *Cùm audiſſent*, inquit Nonnus in ſuâ Paraphr. *inopinatum hoc Ieſu reſponſum; & conſcij ſuis in cordibus ſinguli, quòd magnis ſceleribus inquinati eſſent; metuentesque indicationem & manifeſtationem ſuorum improbè actorum, vtpote videntes ipſum eſſe verum cordium cognitorem, exierunt ſingulatim muti*: tantum mala conſcientia in malos poteſt. Abeant à Chriſto: ſalubrius illis, ſi à ſe ſuiſque malis moribus abiiſſent. Non eſt mente ſani, à medico diſcedere, qui ſanare ægrotum poteſt.

Exibant. Nimirum cùm adire ſe, ſuam quiſque mentem ac conſcientiam ſubire debebant, exeunt, malè de malis agitur, cum eo maximè tempore à ſe abeunt, quo ad ſe deberent redire, ac conuerti.

Abierunt omnes: nullus ſe ſine peccato cognonit. Sed mirum, quod nemo veniam poſtulanit, nemo ſibi quæſiuit dimitti, quod in ſe mali malus agnoſcebat. Nimirum, qui facilè alienas maculas curioſus inquirit & damnat, ægrè ad ſuorum pœnitentiam it. *Remanſit adultera*, inquit Sanctus Auguſtinus in Pſal. 50. *& Dominus: remanſit magna miſeria, & magna miſericordia. Adducentes erubuerunt, nec veniam petierunt.* Salutis ſuæ obliuiſcitur, qui totus in alienis labibus peruestigandis eſt.

Primi ſeniores abeunt; quia priùs ſententiæ vim *quaſi prudentiores* (inquit Rupertus) *intellexerunt.* Primi ceſſerunt locu, abſceſſu ipſo confeſſi, ſe Chriſti reſponſo victos.

Remanſit ſolus Ieſus.

REmanſit ſolus Ieſus. Solus ſine peccato remanſit Ieſus. Abiere accuſatores omnes; ſed non abiit à muliere timor: quin auctus in illâ eſt. *Plus credo* (verba ſunt S. Auguſtini apud Vgonem Carenſem) *territa illa erat mulier, quam antè, cùm audiſſet à Domino: Qui ſine peccato eſt veſtrùm primus in illam lapidem mittat: relictam enim ſe cum grandi peccato videbat ei, qui erat ſine peccato: & ideo ab ipſo ſe puniendam timebat.* Quid erit, quùm peccatores ab hominibus non defendet iudex; ſed omnis creatura pro illo pugnabit contra inſenſatos peccatores? 1460.

Erigens autem ſe Ieſus.

ERigens autem ſe Ieſus. Addit Nonnus oculos ſuſtuliſſe, vidiſſeque mulierem lachrymas fundentem, & defixos in terram oculos habentem: ſic enim habet in ſuâ Paraphr. *Ac tandem, cùm Ieſus oculos ſuſtuliſſet, & ſolam vidiſſet mulierem plorantem, & vehementer ingemiſcentem, atque continuò in humum defixos, oculos habentem, dixit &c.* Vt non mitum, ſi tantâ verecundiâ, modeſtiâ tantâ, támque ingenti dolore iudicem ad pietatem, naturâ ſua inclinatum, inclinarit.

Nemo, Domine.

NEmo, Domine. Quia nemo à peccato Immunis, nemo peccatricem mulierem lapidauit. Cùm accuſatores abiiſſent, nec excuſauit ſuum peccatum mulier, & multò minùs negauit, nec Iudæorum erudelitatem ſæuitiémque laceſſiuit: ac proinde mitiorem iudicem Chriſtum reperit; quia impudens ipſa in peccati negatione excuſationeque non fuit, nec querula in ſæuos accuſatores. 1461.

Nemo, Domine. Nemo, inquit, contra me ſententiam tulit: nemo me lapidauit Non reſpondet ad illud interrogationis caput: *Vbi ſunt, qui te accuſabant?* Cùm conſtaret abiiſſe, nec quò ſe contulerint, illa ſcire poterat, aut quærere debebat. Luci ſcilicet ponendum loco eſt, ſi malorum lucum ignotemus. Ad poſtrema verba reſpondit, quæ ad illâ ſpectabant: nam prima illa ad poſteriora referenda erant. Denique non diſcere à muliere voluit Chriſtus, vbi eſſent illius accuſatores: ſed producta dixit verba, & vt animum mulieri adderet, & vt oſtenderet iniquum eorum conſilium euanuiſſe.

Nec ego te condemnabo.

NEc ego te condemnabo. Adeò non condemnauit, vt immò abſoluerit à culpâ. Scilicet, maiora re ipſâ Chriſtus præſtat, quàm ſignificet verbis. Hæc mulier non ſpontè ad Chriſtum venerat, ſed vi ad eum tracta à ſuis accuſatoribus fuerat; & tamen tam benignum clementemque Dominum reperit: quid illi, qui, licèt peccauerint, ſpontè ſe ad Medicum conferent? 1462.

Nec ego te condemnabo. Ne temerè damnes, quod peccantem non condemnauit, ſed liberam dimiſit, pœnitenti dolentique pepercit, ita tamen vt peccata non foueret, nam conſultò ſtatim addidit: *Vade & iam amplius noli peccare*, quæ verba opportunè expendit Sanctus Auguſtinus tract. 33. in Ioannem: *Nec ego te condemnabo: quid Domine? Faues ergo peccatis? Non planè ita: attende quod ſequitur, vade, deinceps noli peccare; ergo & Dominus*

Dominus damnauit, ſed peccatum, non hominem; nam ſi peccatorum fautor eſſet, diceret; Nec ego te condemnabo, vade & viue vt vis, de mea liberatione eſto ſecura, Ego quantumcunque peccaueris te ab omni pœna etiam gehenna, & inferni terroribus liberabo. Non hoc dixit: intendant ergo qui amant in Domino manſuetudinem, ſed timeant veritatem; etenim dulcis & rectus Dominus: amat quòd dulcis eſt, time quòd rectus eſt; malus fuiſti heri, hodie bonus eſto: vnde ſcis quid pariat craſtinus dies? Sic ergo dixit ad iſtam mulierem, nec ego te condemnabo; ſed facta ſecura de præterito, caue futura.

1463. Oblata Chriſto adultera, vt damnaretur, dimittitur; nec accuſatores punire eam ſunt auſi, nec voluit Chriſtus. In hoc ſupra ſeaum ſuum ſe extulit, quòd crimen ſuum non accuſauit. *Rectè dicere poſſet*, inquit Petrus Cellenſis lib.6. epiſt.14. *Non ſum, quæ fueram: non ſum adultera.* Non tamen hoc verbis dixit, ſed re fecit: alia abiit, ac venerat; nec legas durum aliquid aſperumque in accuſatores ſuos emiſiſſe.

Nec ego, qui a peccato ſum immunis, *te condemnabo.* Nolo inclementior illis eſſe, qui te accuſabant. Non addidit: *Nec debet te quiſquam condemnare:* noluit quippe legitimi iudicij munus abrogare, ſed in peccatricem mulierem miſericordiæ ſuæ diuitias effundere.

Vade, & iam ampliùs noli peccare.

1464. VAde libera & ſecura, *& iam ampliùs noli peccare.* Non dixit: Accuſatores tuos fuge, à quibus te liberaui. Contra peccata eam munit, quæ accuſatores noſtri ſunt & quibuſlibet aliis ſeueriores. Mitis quælibet alia hoſtilitas eſt, ſi peccatorum hoſtilitati comparetur.

Cur non timuit mulier, ne à Iudæis iterum comprehenderetur, & pœnas, quas adulterio meruerat, ſubire cogeretur? A peccato liberata, homines didicit non timere; præſertim cùm illius accuſatores adeò territi fuerint, vt mulierem attingere haud fuerint auſi. Scilicet plura Deus peccatoribus dona exhibet, quàm earimè exhibere videatur Qui mulierem à peccatis liberauerat, etiam tutam ab hominum ſæuitiâ reddit.

1465. *Vade.* Liberam peccatricem mulierem dimittit: & cur non aliquam illi pœnam iniungit? *Satis erat talis diuulgatio* (inquit Euthymius) *& coram tot aduerſariis erubeſcentia pro ſupplicio, maximè cùm ſciret, quòd illa toto corde pœniteret.* Aliam quanuis magnam pœnam mulier ſubiiſſet, ne coram multitudine peccatum ſuum exponeretur.

Si à ſcribis & Phariſæis, licèt alioquin peccatis obnoxiis, damnata fuiſſet, nequaquam Ieſus dimiſiſſet illam, inuitis ipſis; etſi, ſupremâ ſuâ poteſtate vtens, id potuiſſet: *ſicut latronem pœnitentem* (vt ille ait) *in gratiam quidem recepit, ſed à pœnâ non liberauit:* vt hinc videas malorum plerunque malitiam in pœnitentium commodum reſilire, & Deum aliquorum fraudibus vti, vt alios iuuet.

1466. *Iam ampliùs noli peccare.* Proba cautio, & ab omni ſeruanda, qui à peccato reſipuerit. Sed quid mulier fecit? Domum ſe contulit; hoc enim addit Nonnus in ſuâ Paraphr. *Abſtine in poſterum à peccatis, Chriſtus dixit: mulier domum abiit:* vt domi ſe contineret, publicum fugeret. Nihil ita cauendum mulieri, quæ pudori ſuo conſultum vult, quàm nimia euagatio. Quæ frequentiùs videndum ſe omni exhibet, non videtur ſuæ caſtitatis habere curam. Domi ſe contineat, vt ſit continens; néve aliis lapſus occaſionem det, dum in publicum ſe dat.

Ampliùs noli peccare: cur vniuersè ad omnia peccata cautionem extendit, cùm de ſolo adulterio accuſaretur? An quia in hoc vno crimine cætera deliteſcunt crimina, nec incomitatus luxuriæ lapſus ire ſolet?

A Chriſto abit adultera, adulterij culpâ iam deletâ: ſed cur non timuit maritum, quòd iniuriam ſibi factam vindicaret? Putant aliqui affuiſſe, dum vxor accuſaretur, & à Chriſto fuit abſoluta: ſicque omnis iniuriæ memoriam poſuit, ac vindictæ cogitationem. Sanctus Vincentius Ferrerius ſerm. vn. in ſabb. poſt Ocul. ait: *Erat in periculo mariti, & timebat ne fortè occideretur ab eo: & poſſumus piè credere, quòd Ieſus Chriſtus poſuit in corde viri ipſius, ne faceret ſibi damnum aut malum aliquod.* 1467.

Iam ampliùs noli peccare. Nihil aſperum, nihil durum. *Relucet hîc*, inquit Caietanus, *magna manſuetudo: non enim eam aſperitate verborum corripuit, ſed ſolâ monitione cauendi in futurum à peccato.* Nimirum, quò duriores ſeuerioreſque homines in eam extiterant, hòc Dei Filius in eandem lenior & manſuetior eſt.

SECTIO IV.

Quanta cautione cum mulieribus agendum, immò & de ipſis. 1468
Sola vita, quæ æterna, eſt. 1468
Dei verba omnibus diuitiis præferenda. 1469
Chriſti verbis quanta vis ineſſet. 1469
Quanto affectu ad mortem iret Chriſtus. 1470
Crucis virtus vnde. 1470
In peccato mori gehennâ grauius. 1470
Iudæorum ſuperbia & faſtus. 1471
Facilè in peccato moritur, qui terrenis immoritur. 1471
Ex hoc Mundo non videtur eſſe qui à mundanarum rerum affectu mundus eſt. 1472
Peccatorum ferax peccatum eſt. 1473
Ferè conclamata illorum ſalus, qui nullo peccatorum ſuorum ſenſu tanguntur. 1473
Malis verbis haud imitandi. 1474
Affectus in actibus maximè ſpectandus. 1475
Operis & ſermonis nexus. 1475
Impij bonos euehunt cùm opprimunt. 1475
Semper facienda quæ Deo placent. 1476

Iterum ergo loquutus eſt.

ITerum ergo loquutus eſt. Poſt dimiſſam adulteram, cuius causâ abrupta concio fuerat, iterum ſermonem reſumpſit *docens* inter alia: *Ego ſum lux Mundi.* Talis eſſe debet, qui de mulieribus etiam non puris agit; vt, illis dimiſſis, lucem ipſam referat, & in aliquo ſenſu ſe lucem poſſit appellare, ab omni protsùs contagij vmbrâ immunis. 1468.

Lumen vitæ. Sed cuius vitæ? *Æternæ*, vt Euthymius ait. Vita, quæ æterna non eſt, vita eſſe non videtur. Vita illa vera eſt, quâ m nunquam quis moritur, qui vitâ illâ viuit.

Loquutus eſt Ieſus in gazophylacio.

IN gazophylacio. Locum, vbi loquutus eſt Ieſus, deſignat, vt oſtenderet cum magnâ libertate loquutum. In gazophylacio, vbi magna hominum frequentia; non in obſcuro templi loco docebat, Iudæorum

Iudæorum ſæuitiem nullatenus timeos. In gazophylacio verborum diuitias effundebat, ab omni parte ſupetantes,quæ io gazophylacio erant.

1469. Munera alij templo offerebant in gazophylacio reponenda: Ieſum in gazophylacio loquutum legimus, non aliquid tribuiſſe. Satis dedit, quàm verba protulit,quæ omni alij muneri præfetri debent.Benè Origenes io Catenâ S.Thomæ. *Omnibus offerentibus in gazophylacio templi, magis oportebat Ieſum munera portare, quæ erant verba vitæ æterna.*Grande munus, cui comparari alia non poterant,quæ offerebantur ab aliis.

Nemo apprehendit eum.

N*Emo apprehendit eum.* Quia nimirum nondum venerat hora eius; & etiam quia erat docens in templo. Qui ſermonibus ſuis auditorum mentes comprehendebat; compreheodi ab auditoribus non potuit. *Nota*, inquit hic S.Thomas, *quòd, quando docebat, nemo apprehendit eum; quia ſermones eius fortiores erant his, qui eum capere volebant: quando verò voluit crucifigi, tacuit.*

Ego vado & quæretis me.

1470. E*Go vado.* Non diait,ſe iturum; ſed ire: tanto enim deſiderio in mortem ferebatur; & tanto affectu eam ſoæ menti repræſentabat, vt,non tam futura eſſe illi videretur, quàm præſens; adeò vt eius vita itio quædam ad mortem eſſet. Melior noſtra eſſet vita,ſi ita ageretur,vt ad mortem progreſſio quædam eſſet.

Ego vado. Spoutè,non coactùs, ad Crucem eo: oſtendere enim voluit, *quòd non illorum virtutis apus Crux ſit* (inquit Theophylactus) *ſed ſuæ voluntatis:* ſicque eò glorioſiorem Crucem reddat, quò cautiùs eam à Iudæorum vi eximit; & io voluntatis ſuæ ſolius ſolo (vt ita loquar) plantat.

Et quæretis me. Etiam poſtquam abiero, *non deſiderio, ſed odio*, iuquit Sanctus Auguſtinus: oec enim Chriſti motte in Iudæis odium in Chriſtum mortuum fuit. Addit: *Et in peccato veſtro moriemini.*Quia in peccato vſque ad mortem eraot perſeneratuti: ſciebat quippe ouoquam ad ſe couuertendos. Miſerum eſt in peccato viuere;ſed infeliciſſima conditio io peccato mori. Mirum:oon prænunciat illis pœoas hîc ab illis ſubituras; nec illas,quas in gehenoâ habituri eſſent: prænunciat (quod gehennâ Ipsâ grauius) in peccato mori.

Dicebant ergo Iudæi.

1471. D*Icebant ergo Iudæi.* Inter ſe muſſitabant, Cur oon de Ieſu meote Ieſum interrogant, ne in eius verbis interpretaodis aberrarent? Noo dignantur interrogare, ne viderentur ab eo diſcere, quod neſcirent. Non facilè reperias, quidpiam Iudæos à Ieſo iuterrogaſſe, niſi calumniæ alicuius ſtruendæ causâ.

Vos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum.

V*Os de deorſum eſtis.* Naturâ ex terrâ habetis origioem, affectu terram ſapitis,terrenis inhiatis, *ſurſum cor non habetis*, inquit Sanctus Auguſtinus. Et idcirco dixit, ſe abiturum ab eis, eoſque io peccato ſuo morituros. Facilè nimirùm in peccato ſuo moritur,qui terrenis immoritur.

Vos de deorſum eſtis. De terrâ eſtis, non conditione tantùm, ſed affectu: *terram enim ſapitis, terrenis paſcimini, delectamini, inhiatis:* inquit S. Auguſtinus. Quid booi ab illis ſperemus, qui toti terrenis incubant, totos ſe terrenorum amori tradunt?

Ego de ſupernis ſum. A Cælesti nimirum Patre natus. *Quod non ideo dictum*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *quòd carnem non acceperit; ſed quòd longè ab eorum abeſſet malitiâ.* De ſupernis erat. non ſolùm quia originem è Cælo habebat; ſed quia vitam Cæleſtem agebat, Cæleſtibus delectabatur, non inhiabat terrenis.

Ego non ſum de hoc Mundo.

E*Go non ſum de hoc Mundo.* Non dixit iſtuc, 1472.
quòd carnem non acceperit, oec verus eſſet homo; ſed quia longè à Iudæorum, cum quibus loquebatur,malitiâ eſſet. Ea hoc Mundo eſſe non videtur, qui à mundanarum rerum affectu mundus eſt.

Quia moriemini in peccatis veſtris.

Q*Via moriemini in peccatis veſtris.* Soperiùs dl- 1473.
xerat: *In peccato veſtro moriemini:* Nunc mutat numerum, aitque *in peccatis veſtris.* Primùm notare voluit Iudæorum odium contra ſeipſum, iode ſequentem infidelitatem. Peccatorum nimirum ferax peccatum eſt; & facilè ea peccato peccata pullulant,& præcipuè odium io Chriſtum: oam, quod ſequitur: *Moriemini in peccato veſtro.* Græcè habetur, *in peccatis veſtris:* quo pacto legit etiam Sanctus Auguſtious.

Tu quis es?

T*V quis es?* Interrogant, quis eſſet Ieſus,non vt crederent,ſed vt contemnerent,ſed vt carperent. Mirum: verba, quibus eos ferierat diceos in peccato ſuo illos morituros, diſſimulabant; & quærunt, qois eſſet Ieſus. Ferè conclamata illius eſt ſalus, qui nullo peccatorum ſuorum ſenſu tangitur,etiam cùm illius peccata tanguntur; & aliena potiùs inquirit, quam ſuorum ſcelerum remedium poſtulet.

Multa habeo de vobis loqui.

M*Vlta habeo de vobis loqui.* Vide,quàm vbiqoe 1474.
mitis Chriſtus,quàm vbique patiens. *De vobis*, dixit potiùs; quàm *contra vos*; ne verbis eos irritare videretur,fieréntque peiores. Mali oon ſunt duris verbis exacerbandi,ne fiant peſſimi. Omittit, quæ contra Iudæos habebat, proferre; quia nullus ex eorum peccatorum narratione & reprehenſione expectari fructus poterat, cùm in ſceleribus mentem obduruiſſent.

Hæc loquor in Mundo.

H*Æc loquor in Mundo.* Non intra Iudææ limites ſua verba, verborúmque ſuorum fructum coërcet: toti Mundo loquebator,qui ad totius Muodi ſalotem veoerat; sicque, cùm Iudæos reprehenderet,cùm illos erudiret, nota toti Mundo eſſe volebat,quæ dicebat; & ad omoes ſuorum ſermonum vtilitatem peruenire.

Cùm

Cùm exaltaueritis Filium hominis.

1475. C*Vm exaltaueritis Filium hominis.* Exaltauerunt eum, quùm egerunt in Crucem. Sed dicat hîc aliquis: Id non præſtitere Iudæi. Non præſtitere *manibus* (vt ille ait) *ſed poſtulatione, inſtantiâ & omnibus, quibus potuerunt, modis.* Scilicet, in actibus ſiue bonis ſiue malis diiudicandis potiùs affectus ſpectatur, quàm externum opus.

Cum exaltaueritis Filium hominis. Scilicet impij dum malos opprimunt, euehunt, exaltatio bonorum, bonorum oppreſſio eſt: *Obſerua,* inquit hîc Ferus, *quòd mortem exaltationem ſuam dicit; ſic impij quantò magis iuſtos opprimunt, tantò magis eos exaltant.*

A meipſo facio nihil.

A *Me ipſo facio nihil.* Cùm dixiſſet: *Quia ego ſum:* quæ formula ſoli Deo propriè conuenit, ne ipſe, qui Filius, Pater putaretur, à ſeipſo non ſe eſſe indicat, ſed à Patre. *Facio nihil.* Quùm dicit, *facio,* intelligit etiam de loquutione; ſicut & cùm addit, *loquor;* opus etiam claudit, vt tam doctrinam comprehendat quàm opera. Apud Deum magnus operis nexus & ſermonis. Homines ſæpè hæc duo diſcriminant, cùm tarò loquantur, quæ non faciunt: diuites plerunque ſint verbis, operibus vidui.

Sicut docuit me Pater.

1476. D*Ocuit me Pater.* Vt gignendo dedit eſſe, ſic gignendo dedit & noſſe: *nec enim ſic docuit* (ait Sanctus Auguſtinus) *quaſi indoctum genuerit.* Ab eâ verò parte, quâ homo Ieſus eſt, docuit eum Pater; quia ſcientiam ei infudit.

Et, qui me miſit, mecum eſt.

E*T, qui me miſit, mecum eſt.* Miſit Pater Filium, ſed à Filio non receſſit. Miſit, ſed non dimiſit. *Quia ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Non aliquando, ſed ſemper. Ieſus, quæ placita ſunt Patri, ſemper facit: homines aliquando faciunt, aliquando non faciunt.

SECTIO V.

Non vanitas ſed veritas liberet. 1477
Spontanea in Deum noſtra obſequia ſint. 1477
Peccatum ad aliud trahit. 1477
Seruile omne peccatum: libera, innocentia eſt. 1478
Quænam vera libertas. 1479
Ex patre diabolo eſſe quo ſenſu Iudæi dicti. 1480
Quàm promptè mali diabolo obediant. 1480
Mendacium, diaboli filius. 1481

Veritas liberabit vos.

1477. V*Eritas liberabit vos.* Scilicet non ſolùm à vobis cognita, ſed etiam credita. *Liberabit vos.* E ſeruitute in libertatem aſſeret. De veritate hoc dictum, non de falſitate ac vanitate. Peritè Sanctus Bernardus ſerm. 1. in Aduent. *Neque de vanitate, ſed de vanitate dicitur: Cognoſcetis eam, & liberabit vos.* Vanitas adeò non liberat, vt liberos redigat in ſeruitutem.

Ex ſeruis nos amicos fecit Christus. *Iam, in-* *Nouarin. in Euangel. Tom. III.* quit, *non dicam vos ſeruos, ſed amicos.* Nimirum, vt ſpontanea eſſent noſtra obſequia, non ex neceſſitate exhibita. Scitè Sanctus Ambroſius in Pſalm. 118. octon. 13. *Dominus operationes ſeruulorum ſuorum ſpontaneas probat potiùs, quàm coactas: ideo ex ſeruis liberos facit, vt magis voluntatum noſtrarum munera, quàm neceſſitatum obſequia conferamus.* Scilicet grata illa Deo ſeruitus, quæ nihil ſeruile redolet; ab amore, non à neceſſitate eſt.

Seruus eſt peccati.

S*Eruus eſt peccati.* Nulla hac ſeruitute infelicior ſeruitus, nulla miſerior. Sed quî ſeruus peccati eſt, qui peccatum committit: Quia peccatum commiſſum ad aliud trahit, inquit Caietanus, vt catenâ peccati ad peccatum nouum trahatur, qui ſemel aliquod admiſerit.

Dominari aliis videatur, qui peccat, verè ſeruit; 1478.
adeò vt nulla miſerior ſit ſeruitus, quàm iſta. Rem grauiter, vt ſolet, vrget Sanctus Ambroſius lib. de Ioſeph. cap. 4. producta expendens verba; ait quippe: *Seruile eſt omne peccatum: libera eſt innocentia; vnde & Dominus ait: Omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Quomodo enim non ſeruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniæ lucello ſeipſum auctionatur? timet enim, ne congeſta amittat, qui non vtenda congeſſit, maiore periculo ſeruaturus, quo maiora quæſiuit. Quomodo non mendicus, cui ſunt parua, quæ poſſidet? nam, etſi mihi diues videatur, ſibi eget: nec teſtimoniis ſua vota ſolatur, qui, quod optat, neſcit credere. Quomodo autem non eſt ille ſeruus, qui ſubditus eſt libidini? Primùm ſuis ardet incendiis, & peccati ſui facibus exuritur. Quibus rectè dicit Propheta: Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammâ, quam accendiſtis. Suſcipit omnes metus: inſidiatur ſomnis ſingulorum: vt vnius cupiditate potiatur, fit ſeruus omnium. Seruit igitur, ac miſeram quidem ſeruitutem, qui ipſe ſibi dominos facit, ipſe vult habere, quos timeat: nihil enim tam ſpeciale ſeruitutis eſt, quàm ſemper timere. Ille verò in quâuis conditione ſeruili ſemper liber, qui Mundi amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non alligatur: qui ſecurus ſpectat præſentia, quem futura non terrent. Nonne videtur tibi iſte in ſeruitute dominari: ille autem in libertate ſeruire? Seruiebat Ioſeph, regnabat Pharao: beatior huius ſeruitus, quàm regnum illius. Denique tota Ægyptus collapſa eſſet fame, niſi regnum ſuum conſilio ſerui ſubdidiſſet.*

Si ergo vos Filius liberauerit.

S*I ergo vos Filius liberauerit.* Non explicat, à 1479.
quo liberet Filius. Vt vera ſeruitus, peccati ſeruitus eſt: ſic liberatio à peccato hîc intelligitur. Licèt aliàs liber aliquis ſit; ſi à peccato non ſit liber, ſeruus eſt. *Verè liberi eritis.* Quæ ex carne libertas eſt, non eſt vera: vmbra quædam libertatis ſit; nihil prætereà eſt.

Scio, quia filij Abrahæ eſtis.

S*Cio, quia filij Abrahæ eſtis.* Quò ad carnalem nobilitatem ſemen Abrahæ erant; licèt patris charactere carerent; illiſque virtutibus minimè eſſent inſigniti, quibus ille erat inſignis. Ille erat miſericors & hoſpitalis: hi, homicidæ & immiſericordes; vt vitam ipſam Chriſto inuiderent; nam addit: *Quæritis me interficere, quia ſermo meus*

non capit in vobis. Ob id non oportebat, eum occidere; ſed potiùs orare, vt ab ipſo dogmatum ſublimitatem ducerentur.

Vos ex patre diabolo eſtis.

1480. VOs ex patre diabolo eſtis. Non Deus pater veſter eſt, ſed diabolus; quia eius imitamini mores. Nimirum, qui alterum ſiue virtutem ſiue vitium docet verbo vel exemplo, illum veluti gignit & procreat, non ſecundùm naturam, ſed ſecundùm mores.

Deſideria patris veſtri vultis facere.

DEſideria patris veſtri vultis facere: Non eius imperia exequendo tantùm prompti, ſed etiam deſideria. Quæ grata diabolo ſunt, facilè perficitis, libenter expleris. Malitiam hîc diaboli non deſcribit, non reprehendit; ſed diabolum imitantium, licèt addat, diabolum ab initio homicidam fuiſſe. Nota diaboli malitia eſt: ille, quod eſt ſuum, facit, quùm ad malum homines allicit: reprehenſione digni ſunt, qui diabolo malum ſuggerenti promptè patent.

In veritate non ſtetit.

IN veritate non ſtetit. Non perſeuerauit in veritate. *Non ſtetit*, dixit, vt in veritate fuiſſe diſceres & à veritatis ſuggeſtu lapſum eſſe. Omnis generis virtutibus ornatus erat, quùm creatus eſt: perdidit, quod habuit, & perdere homines malitiâ ſuâ ſtudet.

Et pater eius.

1481. ET pater eius. Scilicet mendacij. Si diabolus mendacij pater eſt, mendacium filius erit. *Quomodo Deus Pater*, inquit Sanctus Auguſtinus, *genuit Filium, veritatem; ſic diabolus lapſus genuit, quaſi filium, mendacium: nam tu fortè mendax es, quia mendacium loqueris; ſed non es pater eius, quia à diabolo accepiſti. Ille verò, quia non aliunde accepit mendacium, quo mendacio, tanquam veneno ſerpens, hominem occideret, pater eſt mendacij; ſicut Deus pater eſt veritatis.*

Et pater eius. Scilicet mendacij. Author mendacij diabolus eſt. *Mendacium ſuum*, inquit Sanctus Auguſtinus, *ipſe genuit: à nemine audiuit.* Patrem ſuum refert filius: imago quædam diaboli, mendacium eſt.

SECTIO IV.

Chriſti puritas. 1482
Quàm cæca malitia. 1483
Samaritanus cur dictus Chriſtus. 1483
Contumelia contumeliis non retundenda. 1484
Iniuria quæ nos tangunt, fortiter ferenda. 1484
Chriſti exemplo contumelia ferenda. 1485
Contumeliam reddere contumeliis nemo debet. 1485. 1486
Chriſtus noſtri cuſtos. 1486
Contumeliis moroſè non hærendum. 1487
Dei ſemper honor quærendus. 1487
Verba ſuperiora vitanda. 1488
Proprium malorum ex ſuâ malitiâ alios iudicare. 1488

Quis ex vobis arguet me de peccato.

QVis ex vobis arguet me de peccato? Ecquis de peccato eum arguet, qui nec peccauit nec peccare potuit; veneratque, vt aliena peccata lueret. *Magna planè manſuetudo*, inquit hîc Rupertus, *Filij Dei, quâ percontari dignatur, quis eum de peccato arguere velit aut poſſit, cùm ipſe ad relaxanda peccata venerit.* Addit: *Magna nihilominus iuſtitia, cuius conſcientia talem apud maleuolos auditores propoſitionem facit.* Non poterat non eſſe, innocentia ipſa, qui ſe iudicandum tam malignis cenſoribus offert. 1482.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Græcè pro *arguet*, ἐλέγχει. *arguit, conuincit.* Ἐλέγχειν propriè eſt ita arguere, vt argumentis & rationibus conuincatur, qui arguitur: Iudæi autem violati ſabbati & legis Ieſum arguebant; verùm id non ratione, ſed calumniâ. Accuſabant, non conuincebant.

Quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.

QVia Samaritanus es tu. Cùm ſe dicerent Abrahæ ſemen, irati ſunt, quia id Chriſtus reiecit: moribus quippè Abraham minimè referebant. Nunc Samaritanum ipſi eum vocant, qui erat Iudæus: ſicque de alio cenſent, quod de ſe cenſere alios nolunt; adeò cæca malitia eſt, adeò ſe ſuis armis impij feriunt. Opportunè Rupertus hîc: *Infirmata ſunt contra eos lingua eorum. Si enim pro causâ quâlibet extrinſecùs accidenti, quam tamen nullâ ſignificatione exprimunt, de homine naturaliter Iudæo tam citò facere volebant Samaritanum; quomodò ipſi, quærentes interficere hominem, qui veritatem loquebatur eis, quod Abraham non fecit, dicebant? Semen Abrahæ ſumus: pater noſter, Abraham eſt; & vnum patrem habemus Deum, & iraſcebantur ſibi non eſſe conceſſum?* 1483.

Quia Samaritanus es tu. Et vnde hæc improperij occaſio nata. *Fortè pro eo* (inquit Rupertus) *quòd apud Samaritanos, quibus vtique Iudæi non coutebantur, biduo manſit & docuit.* Scomma hoc autem non reiecit, ne videretur, occaſionem inde ſumptam erubeſcere: aut etiam, quia (vt idem Rupertus adiicit) *eſſe Iudæum vel Samaritanum aut certè Græcum non tanti eſt, vt quiſquam animum aduertere, aut vllam operam dare debeat ad eluendum vel remouendum ab ſe huiuſce denominationis opprobrium:* cautio, quam illi notent, qui in contumeliam, nationis alicuius nomine aliquando notantur, cùm alterius ſint.

Dæmonium habes. Ipſi habebant, qui hæc comminebant. Poterat iuſtè eos Dominus repercutere; ſed noluit, ne maledicta, eius exemplo, redderent maledictis affecti; & contumelias reiicerent in inferentes. Maledicta diſſimulauit, vt veritatem prædicaret. Rem tetigit Sanctus Auguſtinus in Pſal. 35. dum ait, *Comprehenſus eſt à Iudæis: inſultatum eſt ei. Audiſtis, cùm Euangeliũ legeretur, quid dixerunt: Dæmonium habes. Et ille non dixit: Dæmonium habetis vos; quia vos in peccatis veſtris eſtis, & diabolus poſſidet corda veſtra. Non hoc dixit: quòd ſi diceret, ne non veritatem prædicare, ſed maledictum reddere videretur. Dimiſit, quod audiuit, quaſi non audiſſet. Medicus enim erat, & phreneticum curare venerat: quomodo medicus non curat, quicquid audiat à phrenetico; ſed quomodo conualeſcat, & fiat ſanus phreneticus; nec, ſi & pugnum* 1484.

ab

ab illo accipiat curat: ille illi facit noua vulnera, ille veterem febrem ſanat: ſic & Dominus ad ægrotum venit, ad phreneticum venit, vt quicquid audiret, quicquid paſſus eſſet, contemneret; hoc ipſo eos docens humilitatem, vt humilitate docti ſanarentur à ſuperbiâ. Et in Pſal. 36. conc. 2. *Quid,* inquit, *timebis? Dolores? Flagellatus eſt Chriſtus. Contumelias timebis? Audiuit; Dæmonium habes, qui dæmonia excludebat.*

Dæmonium habes. Dæmonium habere dicitur qui dæmonia à corporibus expellebat. Forti tamen animo tam grauem iniuriam fert, cùm alioquin acriter inuehi in Diuinæ legis contemptores ſoleret. Hoc exemplo docere nos voluit, vt ea, quæ nos tangunt, feramus & contemnamus: quæ ad Deum, Deique gloriam ſpectant, tueamur. Opportunè rem verſat Sanctus Chryſoſtomus homil. 54. in Ioann. *Dicentibus illis,* inquit: *Patrem Deum & Abraham habemus, in eos inuectus eſt vehementius: cùm verò habere dæmonium inſimulatur, leniſſimum ſe exhibet; ad nos erudiendum, vt, quæ ad Deum pertinent, maiorem in modum defendamus; quæ ad nos, contemnamus.*

1485. *Dæmonium habes.* Tam blaſphema verba Verbum Patris audit; & non feret audire ab homine homo; nec homo tantùm, ſed peccator? Sanctus Auguſtinus in Pſal. 90. de Aud. verba aſpera, ait: *Dicat, qualia verba audit ſeruus peccator? Dominus meus audiuit: Dæmonium habes.*

Ego dæmonium non habeo.

Ego dæmonium non habeo. Habebant, qui hæc dicebant: à dæmonio quippe huiuſmodi verba dictata videri poterant, ab illis dicta. *Hîc in ſemetipſo,* inquit B. Alcuinus, *nobis Dominus patientiæ præbuit exemplum quia ſi reſpondere voluiſſet Iudæis: Vos dæmonium habetis. Verum vtique dixiſſet, quia niſi impleti dæmonio tam peruersè de Deo loqui non poſſent: ſed acceptâ iniuriâ, etiam quod verum erat, dicere Veritas noluit, ne non dixiſſe veritatem; ſed prouocatus, contumeliam reddidiſſe videretur. Ex quâ re, quid nobis innuitur? niſi vt eo tempore, quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus, eorum etiam vera mala taceamus, ne miniſterium iuſtæ correptionis in arma vertamus furoris.*

1486. *Ego dæmonium non habeo.* Poterat iuſtè & verè in eos regerere, quod iniuſtè ac impiè in illum euomuerant: ſed noluit, vt nos doceret contumelias contumeliis refutandas non eſſe. Contentus ſimplici negatione, maledictum à ſe depulit, inſignis manſuetudinis præbens exemplum. *Manſuetudine,* ait Sanctus Chryſoſtomus, *& clementiâ ſummâ; Ego dæmonium, inquit, non habeo. Nam, vbi docere eos, & humilitatis admonere oportuit; ne, quòd Abrahæ ſemen eſſent, ſe iactarent, vehemens fuit: vbi autem contumeliæ ferendæ erant, manſuetudine vtitur. Dicentibus enim illis: Patrem, Deum & Abraham habemus, in eos inuectus eſt vehementiùs: cùm verò dæmonium habere inſimulatur, leniſſimum ſe exhibet: ad nos erudiendum, vt, quæ ad Deum pertinent, maiorem in modum defendamus; quæ ad nos, contemnamus.*

Dæmonium non habeo. Duo obiecerant: vnam tantùm calumniam reiicit; quia tacitè inſinuare voluit, ſe noſtrum eſſe cuſtodem. Audiendus hîc Sanctus Auguſtinus in Pſal. 30. *Samarites, cuſtos, interpretatur: & quis eſt, qui nos cuſtodit, ſi ille deſeris? Meritò, cùm Iudæi conuicianteѕ dicerent: Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? vnum reſpuit, alterum amplexus eſt: Ego, inquit dæmonium non habeo. Non dixit: Non ſum Samaritanus. Sic intelligi volens noſtrum ſe eſſe cuſtodem.* Eodem ſpectat idem S. Pater in Pſal. 136. *Ille obiectorum,* inquit, *duorum vnum reſpuit, & vnum tenuit. Ego, inquit, dæmonium non habeo. Non autem dixit: Ego non ſum Samaritanus. Si enim ille Samaritanus non cuſtodierit, vtique perimus.*

Ego dæmonium non habeo. Ad aliud conuicium nil reſpondet, licèt probro olim à Iudæis haberetur: vt doceret, in refutandis conuiciis, reiiciendiſque contumeliis moroſè non hærendum; nec ſingula verba, quæ obiiciuntur, diſcutienda. Satis eſt, ſi ea repellantur, quæ grauiora, quæque in Deum, ipſiuſque cultum videntur reſilire. 1487.

Altero omiſſo ac neglecto, repellit hoc conuicium, quo dicebatur habere dæmonium: quia hôc dictis eius & factis fides detrahebatur. Si enim id crederetur, nec eius verbis crederetur nec operibus; ſicque ingens fructus periret, qui à doctrinâ eius erat, erat à vitâ: atque adeò non ſui tantùm causâ confutat hanc contumeliam, ſed & ſuorum.

Sed honorifico Patrem meum.

Sed honorifico Patrem meum. Quod dæmon nec facit nec facere poteſt: nam honorem Deo adeò non tribuit, vt conetur auferre. *Honorifico.* Græcè, τιμῶ. *honoro,* honore afficio. Non determinat tempus nec coërcet, quia tota Chriſti vita, actio quælibet, quodlibet verbum, Patris honorem gloriamque ſpectabat. Sequi in hoc quoque Chriſtum debet, qui Chriſtum amat, & Deum Patrem.

Vos inhonoraſtis me.

Vos inhonoraſtis me. Quod erat re ipsâ dicere: 1488.
Vos dæmonium habetis. Ab hac tamen formulâ abſtinuit, ne videretur ea in illos regerere, quæ illi in illum euomuerant; & quia horrorem quendam hæc verba præſeferunt. Hinc Rupertus hîc: *Vos inhonoraſtis me. Opprobrium inimicorum retorquet in caput ipſorum, vocis quidem deuitans horriſonam turpitudinem, ne diceret: Vos potiùs dæmonium habetis, rei autem retinens veritatem; quia, niſi re verâ dæmonium haberent, Dei Filium non inhonorarent.*

Ego autem non quæro gloriam meam: eſt, qui quærat.

Ego autem non quæro gloriam meam. His verbis illorum cogitationibus occurrit: putabant enim, gloriam ſuam Chriſtum quærere, quia ipſi ſuam quærebant, adeò proprium malorum eſt, ex ſuâ malitiâ alios iudicare. *Exiſtimabant,* hîc inquit Rupertus, *quòd ille eſſet ſuî ſimilis: id eſt, quòd, vanam quærens gloriam, de ſeipſo teſtimonium perhiberet.*

Eſt, qui quærat. Scilicet Pater, in quem omnis Filij contumelia reſilit: ſicut & honor tributus Filio ad Patrem tranſit.

SECTIO VII.

Mors iuſtis mors non videtur. 1489
Prædicatio malorum peruerſitate haud frangatur. 1489
Reprobi ex beneficiis peiores fiunt. 1490
Dies Chriſti dies paſſionis. 1490

Verum gaudium vnde. 1491
Veritas defendenda à calumniis. 1491
Chriſti labor & abſtinentia. 1942
Calumniatores audita verba in peiorem partem fle-ctunt. 1492
Chriſti æternitas. 1493
Perſtrilli qui ex templo ſumunt, quo Deum lædant. 1494
A lapideis cordibus fugit Chriſtus. 1494
In amoris ſignum ſub Euchariſtiæ velamine Deus latet. 1494

Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum.

1489. ET non mortem ſubibunt etiam, qui Chriſti verba obſeruabunt? Subibunt: ſed mors illis mors non videbitur. Peritè Maldonatus. *Non quòd, qui Chriſti verba ſeruauerunt, non ſint vnquam corpore morituri: ſed quòd ita morituri ſunt, vt non mori; ſed renaſci potius videantur.* Aut mortem non videbit; quia in æternum non videbit; nec æternæ morti obnoxius erit, ſed temporariæ tantùm.

Si quis ſermonem meum ſeruauerit. Laſſatis aduerſariis, eò Chriſtus redit, vndè diſcedere, illorum prouocatus contumeliis falſiſque dictis, coactus fuerat: vt innueret, malorum peruerſitate frangi prædicationem non debere, ſed augeri: id quod monuit etiam Rupertus hîc, dum ait: *Suprà ſic propoſuerat: Si manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos, nunc verò, inquit: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Profectò manere in ſermone, id eſt, ſermonem ſeruare, & mortem non videre in æternum, ipſa libertas eſt, de quâ illic ſic dictum eſt: Et veritas liberabit vos. Hoc ergo in ſeipſo prædocuit, vt, cùm malorum peruerſitas creſcit, non ſolùm frangi prædicatio non debet, ſed etiam augeri.*

Nunc cognouimus, quia dæmonium habes.

1490. NVnc cognouimus, quia dæmonium habes. Vide perfidiam: illos Chriſtus erudierat, illos informauerant: pro beneficio reponunt contumeliam. *Accepta prædicatione iterùm dicunt: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes; ita ſemper reprobi de beneficio peiores fiunt* (vt ait Sanctus Gregorius hom. 18. in Euang.) & poſt prædicatorum voces ac monita in nequitiâ perſiſtunt, quin magis obdureſcunt.

Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Eandem blaſphemiam etiam ſuperiùs in Chriſtum euomuerant: nunc tamen ſe id cognoſcere aſſerunt; atque adeò priùs non cognouiſſe, vt vel eorum verbis eorum malitia & improbitas appareat. *Non enim dicunt*, inquit Caietanus hîc: *Nunc etiam cognouimus, ſed. Nunc cognoſcimus. Priùs igitur non cognouerunt, & tamen dixerant.* Sed neque nunc cognoſcunt, cùm falſum omnino ſit, dæmonium habuiſſe.

Vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.

VT videret diem meum. Diem ſuum præcipuè vocat Chriſtus diem paſſionis, diem Crucis quo miſericordiæ lucem in omnes diffudit. Sanctus Chryſoſtomus hom. 54. in Ioann. *Vidit diem meum, & gauiſus eſt: Significans, non inuitum ſe ad paſſionem venire: ſiquidem laudat eum, qui in Cruce delectatus eſt, quæ ſalus Mundi erat.*

Vidit & gauiſus eſt. Non lego, diuitias aliáque terrena gaudium exculpſiſſe ab Abrahamo; ſed rerum futurarum ac ſpiritualium cogitationem. Non ſolabatur Abrahami mentem terrenarum rerum poſſeſſio, ſed Diuinorum myſteriorũ conſideratio. 1491.
Scitè Orig. hom. 10. in Gen. *Iſaac, inquit Scriptura, creſcebat, & confortabatur: id eſt, gaudium creſcebat Abrahæ reſpicienti non ad ea, quæ videntur, ſed quæ non videntur: non enim gaudebat de præſentibus Abraham, neque de diuitiis Mundi & actibus ſæculi; ſed vis audire. Abraham vnde gauderet? Audi Dominum ad Iudæos dicentem: Abraham pater veſter deſiderauit, vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt.*

Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?

QVinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Sciebat Chriſtus ſua verba à Iudæis calumnianda, & eos venenum elicituros à reſponſione, quæ erat ad ſalutem. Reſpondit tamen, & veritatis tuendæ causâ & noſtræ vtilitatis. *Non ignorabat*, inquit hîc Rupertus, *quicquid reſpondiſſet, vertendum eſſe in calumniam: ſic enim inſiſtebant aduerſarij, quomodò luctatores improbi, qui virum fortiſſimum, quia virtute deiicere non poſſunt, fraude, vt in foueam ruere faciant, circumueniunt: ſic enim iſti inſidioſi vrgebant, vt verbum elicerent, quod pro blaſphemiâ condemnare poſſent. Attamen reſpondendum illis erat, vt totus Mundus, illis non audientibus, audiret; non neglectâ Scripturâ, quæ dicit: Ne effundas ſermonem, vbi non eſt auditus; cùm non tam propter illos, qui perſequebantur; quàm propter nos, qui credituri eramus, idem ſermo funderetur.*

Quinquaginta annos nondum habes. Immò nec quadraginta. Non curant augere annos, dummodo 1492.
minuant merita, detrahant dignitati. Sed cur adeò liberales in Chriſti annis recenſendis? An, quia laboribus adeò corpus attriuerat, & abſtinentiâ exercuerat, vt maior ætate eſſe videretur, quàm etat? Huc inclinat Carenſis Vgo hic, vbi ait: *Mirum eſt, quòd tantum annorum numerum proferunt. Sed dici poteſt, quòd Dominus multùm laborauerat (& terra calida eſt valdè) & ita conſumpſerunt & labor & calor & inopia naturam eius delicatiſſimam: vnde & apparebat multò maioris ætatis, quàm eſſet.*

Et Abraham vidiſti? Calumniantium nota eſt, audita alterius verba in peiorem partem flectere, aut aliter etiam repetere, quàm primò fuerint producta. *Minùs bonâ fide*, inquit probæ notæ author, *repetunt verba Ieſu: nec enim dixerat, quòd ipſe Ieſus vidiſſet Abrahamum; ſed, quòd ipſe Abraham vidiſſet diem Ieſu. At ipſi ita accipientes verba Ieſu, ac ſi dixiſſet, ſe tempore æqualem fuiſſe Abrahæ, ita vt Abraham & Ieſus ſe mutuò videre potuerint, aſſumunt id, quod ad calumniam accommodatius erat: & tu Abraham vidiſti? quaſi Ieſus ſibi arrogaret viſionem potiùs, quàm Abrahæ adſcriberet.*

Antequam Abraham fieret, ego ſum.

ANtequam Abraham fieret. Poterat eos de 1493.
peruerſâ verborum ſuorum repetitione reprehendere: maluit tamen id præterire, vt præcipuo eorum errori mederetur, quo merum nudumque

dumque bominem, illum credebant; nihilqoe in eo conſiderabant, niſi humananı naturam: idcireo Diuinam patefacere ſtodet.

Ego ſum. Non dixit, *fui*, ſed, *ſum*, vt ſuam innueret æternitatem. Sanctus Auguſtinus tract. 2. in Epiſt. 1. B. Ioann. *Optimè*, inqoit, *non ait: Ante Abraham ego fui. Sed: Ante Abraham ego ſum: quod enim dicitur, quia fuit, non eſt; & quod dicitur, quia erit nondum eſt. Ille non nouit niſi eſſe. Secundùm quod Deus eſt, eſſe nouit: fuiſſe & futurum eſſe non nouit. Dies eſt ſibi vnus, ſed ſempiternus. Non penunt illum diem in medio heſternus & craſtinus. heſterno enim die finito, incipiens hodiernus venture craſtino finitur. Ille vnus dies ibi eſt ſine tenebris, ſine nocte, ſine ſpatiis, ſine menſurâ, ſine horis. Quoduis illum dic: ſi vis, dies eſt: ſi vis, annus eſt: ſi vis, anni ſunt.*

Tulerunt ergo lapides.

1494. TVlerunt ergo lapides. Quid ni ad lapides currant, qoi lapidei erant? Sed vbi lapides inuenerunt? An fors ex illis, qui ſparſi erant in areâ atrij prophani? An etiam (vt ille ait) *tulerunt lapides ex pauimento extractes? vt erat atrium lapidibus ſtratum, & ſolent ſeditioſi furore acti quiduis obuium rapere.* Imitantur, qui ex templo ipſo ſumoot, quo Deum lædant; ibique culpæ materiam repetiunt, vbi culpæ deleri debent.

Abſcondit ſe, & exiuit de templo.

ABſcondit ſe, & exiuit de templo. Vt lapides vitaret, & lapideos Iodæos, qui ipſis quodammodo lapidibus ioſenſibiliores ac duriores. *In eo*, inqoit hîc Rupertus, *quòd quaſi infirmus ſe abſcondit & exiuit, victoriæ totius perfectionem expreſſit; quia non tam à lapidibus, quàm à lapideis Iudæorum cordibus fugit.*

Abſcondens ſe de templo exiuit. Malè cum illis agitur, quòm in templo, vbi ſe maximè Dei in nos amor prodit, ſe Deus abſcondit, & ab hominum mentibus ſe ſubducit. Vix maiori pœnâ Iudæorum temeritatem, quâ Chriſtum lapidare tentauerant, poterat punire, quàm ſe abſcondens, & illos io ſuâ cæcitate relinquens. Aliter nobiſcum agitur: abſcondit ſe quidem io Chriſtianorum templis: ſub Eucbariſtiæ velamine latet; ſed io amoris ſignum oec exit de templo, ſed in templo manet.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT IX. IOANNIS.

Verſ. 1.

ET præterieos Ieſus vidit hominem cœcum à oatiuitate.

Verſ. 2.

Et interrogauerunt eum diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit: hic aut parentes eius, vt cœcus naſceretur?

Verſ. 3.

Reſpondit Ieſus: Neque hic peccauit neque parentes eius; ſed vt maoifeſtentur opera Dei in illo.

Verſ. 4.

Me oportet operari opera eius, qui miſit me, dooec dies eſt: veoit nox, quando nemo poteſt operari.

Verſ. 5.

Qoandiu ſum in Mundo, lux ſum Mundi.

Verſ. 6.

Hæc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius.

Et præteriens Ieſus. *Syr. Cùmque præteriret. Arab. Et dum ipſe præteriret. S. Aug. Et exiens Ieſus.*
A natiuitate. *Syr. Ab vtere matris ſua. Arab. Natum. Arab. A natiuitate ſua. Ar. M. Ex natiuitate.*

Eius. *Theoph. Eius dicentes.*
Rabbi. *Syr. Magiſter noſter. Arab. Magiſter.*
Aut parentes. *Euth. An parentes.*
Vt. *Arab. Quia.*
Naſcer. *Arab. Ipſe naſceretur. Arnob. Natus eſt.*

Reſpondit. *Syr. Dixit eis.*
Manifeſtentur. *Syr. Spectentur. Arnob. Manifeſtarentur. Vat. Manifeſta fierent.*

Me. *Arab. Nos.*
Eios qoi miſit. *Tert. Patris. Ar. M. Mittentis.*
Me. *Arab. Nos. Tert. Mei.*
Dies eſt. *Arab. Durat dies.*
Venit. *Arab. Veniet.*
Quando nemo poteſt. *Arab. In quâ non poterit quis.*

Sum. *Pagn. Fuerim Vat. Fuero.*
Lux ſum. *Arab. Ego ſum lux.*

Hæc cùm dixiſſet. *Pagn. Hoc cùm dixiſſet. Ar. M. Hac dicens.*
Expuit. *Syr. Conſpuit.*
In terram. *Ar. M. Humi.*
Fecit. *Syr. Pinſuit.*
Lutum ex ſputo. *Arab. Lutum ex ſputo ſuo. Pagn. Lutum.*
Et liniuit lutum ſuper oculos eius. *Syr. Et illeuit oculis illius cæci. Arab. Et liniuit luto oculos illius cæci. Pagn. Super oculos eius.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 7. Et dixit ei: Vade, laua in natatoriâ Siloë (quod interpretatur, Miſſus) Abiit ergo, & lauit: & venit videns.	Natatoria Siloë. *Syr. Baptiſterio Siloë. Arab. Fonte Siloe. Vat. Piſcinâ Siloam. Ar. M. Natatoriam Siloam. Fr. Luc. Lauacro ipſius Siloam.* Quod interpretatur Miſſus. *Syr.* omittit. *Arab. Cuius interpretatio eſt, Miſſus. Theoph. Quod ſi interpreteris, ſonat, Miſſus.* Abiit ergo. *Arab. Abiit.* Lauit & venit. *Arab. Lauit eos & reuerſus eſt.*
Verſ. 8. Itaque vicini, & qui viderant eum priùs, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt qui ſedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic eſt.	Itaque vicini. *Syr. Vicini autem eius.* Qui viderant eum. *Syr. Ij, quibus viſus fuerat. Ar. M. Spectantes eum. M.SS. Qui videbant eum.* Quia mendicus erat. *Syr. Cùm mendicaret. Euth. Quòd cæcus eſſet.* Nonne. *Euth. Num.* Mendicabat. *Theoph. Qui mendicabat.* Alij dicebant. *Syr. Erant qui dicerent. Arab. Et alij dixerunt.* Quia hic eſt. *Syr. Ipſe eſt.*
Verſ. 9. Alij autem: Nequaquam; ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat: Quia ego ſum.	Alij autem. *Syr. Et erant, qui dicerent. Arab. Et alij dixerunt. S. Aug. Alij. Pagn. Alij rurſus.* Nequaquam; ſed ſimilis. *Syr. Non; ſed quiſpiam perquàm ſimilis. Arab. Nequaquam; ſed ipſe aſſimilatur. Pagn. Similis eſt.* Ille verò. *Arab. At ipſe. S. Aug. Ille.* Quia ego ſum. *Vat. Ego ſum.*
Verſ. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi?	Dicebant ergo. *Syr. Dicunt.* Tibi oculi. *Arab. Oculi tui.*
Verſ. 11. Reſpondit: Ille homo, qui dicitur Ieſus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & laua. Et abij & laui, & video.	Reſpondit. *Arab. Reſpondit & dixit eis. Theoph. Reſpondit ille & dixit.* Ille homo qui dicitur. *Syr. Vir nomine. Arab. Vir, cuius nomen eſt. Euth. Homo qui appellatur. Ar. M. Homo dictus.* Vnxit. *Syr. Illeuit. Arab. Vnxit eo. Theoph. Inunxit.* Oculos meos. *Syr. Oculis meis.* Ad natatoria Siloë. *Syr. In aquis Siloë. Arab. Ad Siloë. Pagn. Ad piſcinam Siloach. Ar. M. Natatoriam Siloam.* Et laua. *Syr. Laua te. Arab. Et laua eos.* Et alij. *Syr. Abij itaque. Euth. Cùmque abiiſſem. Theoph. Vt autem abij.* Et laui. *Arab. Et laui eos. Euth. Et lauiſſem.* Et video. *Arab. Et vidi. Euth. Viſum recepi.*
Verſ. 12. Et dixerunt ei: Vbi eſt ille? Ait: Neſcio.	Et dixerunt. *Syr. Dicunt. Pagn. Dixerunt ergo. Vat. Dixerunt autem.* Ille. *Arab. Ille vir. S. Aug. Ille, qui tibi aperuit oculos.* Ait. *Syr. Ait illis.*
Verſ. 13. Adducunt eum ad Phariſæos, qui cæcus fuerat.	Adducunt. *Syr. Et adduxerunt. Arab. Adduxerunt ergo.* Qui cæcus fuerat. *Syr. Qui priùs cæcus fuerat. Ar. M. Illum nuper cæcum. Caiet. Qui dudum cæcus fuerat. Fr. Luc. Qui aliquando fuerat cæcus.*
Verſ. 14. Erat autem ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius.	Erat autem ſabbatum. *Arab. Quia in die ſabbati.* Cùm lutum fecit. *Arab. Lutum fecerat.* Aperuit. *Syr. Aperuit ei. Arab. Aperti fuerunt.* Oculos. *Arab. Oculi.*
Verſ. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pha-	Iterum ergo interrogabant. *Syr. Rursùs autem interrogauerunt.* Phariſæi. *Pagn. Et Phariſai. Fr. Luc. Etiam ipſi Phariſai.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

riſæi, quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video.

Vidiſſet. *Theoph. Viſum recepiſſet. Fr. Luc. Viſum accepiſſet.*
Mihi poſuit. *Syr. Impoſuit. Euth. Impoſuit mihi.*
Soper oculos. *Syr. Oculis meis.*
Laui. *Arab. Laui eos.*
Video. *Syr. Viſum recepi. Arab. Vidi.*

Verſ. 16.

Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos.

Dicebaot ergo. *Syr. Et dicebant.*
Quidam. *Arab. Aliqui.*
Noo eſt hie homo. *Syr. Homo iſte non eſt.*
Qui ſabbatum non cuſtodit. *Arab. Cum ſabbatum non cuſtodiat. Vat. Quia ſabbatum non obſeruat.*
Alij autem dicebant. *Arab. Et alij dixerunt.*
Homo. *Arab. Vir.*
Hæe ſigna. *Arab. Hac ſigna ſic. Ar. M. Talia ſigna. Fr. Luc. Huiuſmodi ſigna.*
Facere. *Theoph. Edere.*
Schiſma. *Syr. Diſſidium. Pagn. Diſſenſio.*
Erat inter eos. *Arab. Cecidit inter eos propter hoc. Ar. M. Erat in ipſis.*

Verſ. 17.

Dicunt ergo cœco iterum: Tu, quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta eſt.

Dieont ergo. *Euth. Aiunt.*
Cœco. *Syr. Cœco illi.*
Qui aperoit oculos tuos. *Vat. Quia aperuit tibi oculos tuos.*
Ille autem dixit. *Syr. Ait illis. Euth. At ille dixit.*
Quia propheta eſt. *Syr. Ego dico eum eſſe prophetam.*

Verſ. 18.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cœcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viderat.

Non credideront ergo. *Syr. Nec verò credebant.*
Cœcus fuiſſet. *Arab. Illū fuiſſe cæcum.*
Vidiſſet. *Pagn. Viſum recepiſſet.*
Qui viderat. *Arab.* omittit. *Pagn. Qui viſum receperat. Ar. M. Illius videntis.*

Verſ. 19.

Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis, quia cœcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt?

Hie eſt. *Syr. Hiccine. Arab. Eſt iſte.*
Filius. *Syr. Filius ille.*
Quem. *Euth. De quo.*
Quomodo ergo. *Syr. Quomodo.*

Verſ. 20.

Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic eſt filius noſter, & quia cœcus natus eſt:

Reſpooderunt eis. *Euth. Reſponderunt autem illis.*
Scimus. *Arab. Nos ſcimus.*

Verſ. 21.

Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate: ætatem habet, ipſe de ſe loquatur.

Videat neſcimus. *Syr. Videat. Ar. M. Videt, neſcimus.*
Eius aperuit oculos. *Arab. Aperuerit ei oculos ſuos.*
Nos oeſcimus. *Arab. Neſcimus.*
Ipſum interrogate ætatem habet. *Syr. Quin etiam ipſe ad annos ſuos progreſſus eſt, eum interrogate. Arab. Ipſe namque perfectus eſt annis, interrogate eum. Vat. Ipſum interrogate ætatem habet.*
Ipſe. *Arab. Et ipſe.*
De ſe loquatur. *Syr. Pro ſemetipſo loquatur. Arab. Loquatur à ſe ipſo. Iſid. Clar. De ſeipſo loquatur.*

Verſ. 22.

Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conſpirauerant Iudæi, vt, ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagogam fieret.

Hæc. *Arab. Hoc.*
Quoniam timebant Iudæos. *Syr. Quòd timerent à Iudæis.*
Iam enim conſpirauerant. *Syr. Conſtituerant enim.*
Vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum. *Arab. Quòd quicunque homo confeſſus fuiſſet, quia ipſe eſſet Chriſtus. S. Aug. Vt ſi quis eum confiteretur Chriſtum.*
Extra ſynagogam fieret. *Syr. Ab ipſis eiiceretur è ſynagogâ. Arab. Expellerent eum de ſynagogâ. Vat. A ſynagogâ excluderetur.*

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
Verſ. 23. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipſum interrogate.	Propterea. *Arab. Propter hoc.* Quia ætatem habet ipſum interrogate. *Syr. Ad annos ſuos progreſſus eſt, ipſum interrogate. Arab. Perfecit annos ſuos, interrogate eum. Vat. Ipſum interrogate, ætatem habet.*
Verſ. 24. Vocauerunt rursùm hominem, qui fuerat cœcus, & dixerunt ei: da gloriam Deo: nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.	Vocauerunt. *Syr. Et vocauerunt.* Rursùm. *Syr. Secundâ vice. Ar. M. Ex ſecundo.* Hominem. *Syr. Virum illum.* Da gloriam Deo. *Syr. Glorifica Deum.* Nos ſcimus. *Syr. Nos enim nouimus.*
Verſ. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia, cœcus cùm eſſem, modò video.	Dixit ergo eis ille. *Theoph. Reſpondit ergo ille & dixit.* Si peccator eſt. *Pagn. An ſit peccator?* Vnum ſcio. *Syr. Sed vnum ſcio. Arab. Ego ſcio.* Quia cœcus cùm eſſem. *Syr. Me cæcum fuiſſe. Arab. Quia fui cæcus. Ar. M. Quia cæcus exiſtens.* Modò video. *Syr. Et ecce nunc video. Arab. Et nunc ego video.*
Verſ. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?	Dixerunt ergo illi. *Syr. Dixerunt ei iterum. Ar. M. Dixerunt autem illi rursùm.* Quomodo. *Arab. Et quomodo.* Tibi oculos. *Syr. Tibi oculos tuos. Arab. Oculos tuos.*
Verſ. 27. Reſpondit eis: Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri?	Dixi vobis iam. *Syr. Dixi vobis. Arab. Iam nunciaui vobis.* Et audiſtis. *Pagn. Nec audiſtis. Caiet. Et non audiſtis.* Quid iterum. *Syr. Quidnam. Arab. Quid. Theoph. Cur iterum.* Nunquid & vos. *Arab. Nunquid.*
Verſ. 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.	Maledixerunt ergo ei. *Syr. Ipſi autem ei conuiciati ſunt. Arab. Opprobriis igitur affecerunt illum.* Sis. *Euth. Es. Vat. Eſto.* Nos autem. *Syr. Nos enim. Euth. Nos verò.*
Verſ. 29. Nos ſcimus, quia Moyſi loquutus eſt Deus: hunc autem neſcimus, vnde ſit.	Scimus. *Syr. Et ſcimus.* Quia Moyſi loquutus eſt Deus. *Syr. Moyſi Deum colloquutum fuiſſe. Iſyc. Quod Moyſi loquutus eſt Dominus.* Neſcimus. *Arab. Non nouimus.*
Verſ. 30. Reſpondit ille homo & dixit eis: In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos.	Ille homo. *Syr. Vir ille. Arab. Vir. Euth. Homo.* In hoc enim. *Syr. In hoc ergo. S. Aug. In hoc. Euth. In hoc ſanè. Fr. Luc. In hoc certè.* Mirabile. *Syr. Mirandum. Pagn. Mirabile quiddam.* Quia vos neſcitis. *Syr. Quòd vos neſciatis.* Et aperuit. *Syr. Et aperuerit. Arab. Et iam aperuit. Pagn. Et tamen aperuit.* Meos oculos. *Syr. Oculos meos, meos inquam.*
Verſ. 31. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit: ſed, ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.	Scimus autem. *Arab. Et nos ſcimus.* Quia peccatores Deus non audit. *Syr. Deum vocem peccatorum non exaudire. Arab. Quia Deus non exaudit peccatorem. S. Cypr. Quia peccatorem Deus non audit.* Si quis Dei cultor eſt. *Syr. Qui eum reueretur. Arab. Exaudit eum, qui timet eum. S. Cypr. Si quis Deum coluerit. Euth. Si quis Dei cultor fuerit.* Voluntatem eius. *Vat. Voluntati ipſius.* Facit. *Syr. Exequitur. S. Cypr. Fecerit. Vat. Obtemperat.* Hunc exaudit. *S. Cypr. Illum audit.*

Verſ. 32.

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 32.

A ſeculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati.

A ſeculo. *Arab. Vnquam. Vat. Ab euo. Ar. M. Ex ſeculo.*
Quia quis aperuit. *Euth. Quòd aperuit quiſpiam.*

Verſ. 33.

Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quidquam.

Hic. *Syr. Iſte.*
Poterat facere quicquam. *Syr. Potuiſſet hoc facere. Caiet. Poſſet facere quicquam.*

Verſ. 34.

Reſponderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.

Reſponderunt. *Arab. Reſponderunt ei.*
Natus. *Pagn. Tu natus.*
Totus. *Euth. Omninò.*

Verſ. 35.

Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum foras: &, cùm inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

Audiuit. *Syr. Et audiuit.*
Quia eiecerunt eum. *Syr. Eum eiectum fuiſſe. Theoph. Quod eieciſſent eum.*
Et, cùm inueniſſet. *Syr. Et inuenit. Ar. M. Et inueniens.*
Tu. *Syr. Túne.*
Filium. *Fr. Luc. Illum Filium.*

Verſ. 36.

Reſpondit ille & dixit: Quis eſt, Domine, vt credam in eum?

Ille. *Syr. Ille, qui ſanatus fuerat. Arab. Ille vir.*
Dixit. *Arab. Dixit ei.*
Quis eſt. *Vat. Et quis eſt. Caiet. Quis eſt Filius Dei.*
Domine. *Syr. Domine mi.*

Verſ. 37.

Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum; &, qui loquitur tecum, ipſe eſt.

Et dixit. *Vat. Dixit autem.*
Et vidiſti. *Syr. Vidiſti. Arab. Iam vidiſti.*
Qui loquitur tecum ipſe eſt. *Arab. Eſt, qui loquitur tecum.*

Verſ. 38.

At ille ait: Credo, Domine. Et procidens adorauit eum.

At ille ait. *Arab. Et dixit ei.*
Credo. *Arab. Iam credo.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Et procidens adorauit. *S. Aug. Procidens adorauit. Pagn. Et adorauit.*

Verſ. 39.

Et dixit ei Ieſus: In iudicium ego in hunc Mundum veni: vt, qui non vident, videant; &, qui vident, cœci fiant.

Dixit ei. *Euth. Dixit.*
In iudicium ego. *Syr. Ad iudicium. Arab. Vt iudicem.*
In hunc Mundum. *Syr. Mundi huius.*

Verſ. 40.

Et audierunt quidam ex Phariſæis, qui cum ipſo erant: & dixerunt ei: Nunquid & nos cœci ſumus?

Et audierunt. *Arab. Audiuit autem hoc. Theoph. Et audierunt hæc.*
Quidam ex Phariſæis. *Syr. Ex Phariſæis illi. Arab. Quidam Phariſæorum.*
Qui cum ipſo erant. *Ar. M. Exiſtentes cum eo.*
Nunquid & nos. *Arab. Nunquid nos quoque.*

Verſ. 41.

Dixit eis Ieſus: Si cœci eſſetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum veſtrum manet.

Dixit. *Arab. Dixit autem.*
Non haberetis. *Syr. Non eſſet vobis. Euth. Nequaquam haberetis.*
Nunc verò. *Syr. Nunc autem.*
Dicitis. *Arab. Quoniam dicitis.*
Videmus. *Arab. Videtis.*
Peccatum. *Arab. Propterea peccatum. Pagn. Iccirco peccatum. Caiet. Ergo peccatum. Fr. Luc. Peccatum illud. M.SS. Peccatum ergo.*
Manet. *Syr. Perſtat. Arab. Firmatum eſt. Mar. Non remittitur.*

CAPVT IX.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Iudæorum cæcitas gentium illuminatio. 1495
Ad Deum aſcendat, qui homines videt. 1495
Mundus quæ ſunt excelſa videt, Deus contra. 1495
Hominum calamitates non obiter ſpectandæ, ſed ad Dei gloriam transferendæ. 1496
De occultis non facilè iudicandum. 1498
In beneficiorum cenſu locari debent quæ minimè putantur beneficia. 1499
Quanta lux à Chriſti verbis. 1499
Etiam per vilia vileſque homines magna præſtare Deus poteſt. 1500
Media eligenda quæ ſunt à Deo. 1500
Omnia noſtro profectui ſeruire poſſunt. 1501
Mortis memoria quàm vtilis. 1501

Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum.

1495. PRÆTERIENS *Ieſus vidit hominem cæcum.* Cùm, à Iudæorum ſe oculis abſcondens, è templo exiſſet, cæcum extra templum vidit, quem luce perfudit: vt innueret, ſe Gentes illuminaturum, vbi à Iudæorum oculis ſe ſubduxerit. Extra templum cæcus illuminatur: in templo illi, qui ſe videntes putabant, Chriſti abitione magis fiunt cæci.

Præteriens vidit cæcum, vt eius virtute cæcos eſſe deſineret: innuens Gentiles ſuperâ luce donandos, Iudæos magna cæcitate premendos; cùm alioquin ſe videntes iactarent. *Illos* inquit hîc Rupertus, *qui ſe videre iactabant, prætergreſſus; & obtente velamine ſuper corda eorum, ne videretur; abſconditus venit ad nos, vt videremus eum, qui cæci eramus*, ne deinceps eſſemos.

Vidit hominem cæcum. Vidit eum à quo videri non poterat, quia erat cæcus. Vidit hominem qui à mundi hominibus ſolet negligi; *Præteritis diuitibus* inquit Ferus, *cæcum vidit, & illie ſublitie, damnauit iudicium mundi, qui tantùm videt ea, quæ excelſa ſunt; Deus autem è contra.*

Vidit. Non caſu, non curioſè; ſed arcanâ quâdam prouidentiâ circunſpexit hominem, per quem Dei gloriam eſſet illuſtraturus. Bene homines videt, qui per homines aſcendit ad Deum: à quâ recedunt, qui hominum intuitu, Dei obliuiſcuntur; & creaturæ obiectu, Creatoris memoriam abiiciunt.

1496. *Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum.* Eum vidit, qui videre non poterat, ſed videri duntaxat. Vidit, non obiter; ſed fixis oculis *tam diligenter eum intuitus eſt*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vt diſcipulos ad interrogandum conuerteret.* Nec curioſè ſpectabat, quod ſpectabat Ieſus, nec caſu, ſed prouidè: rectè docens, hominum morbos calamitateſque non obiter ſpectandas, ſed omnia in Dei gloriam referendas.

Interrogauerunt eum Diſcipuli eius.

1497. A Quo errore hæc orta ſit interrogatio, docet his verbis Sanctus Iſidorus Peluſiota, lib. 2. 272. *Quoniam Græci, animam peccaſſe, ac propterea luendarum pœnarum cauſâ in corpus demiſſam eſſe, tradiderunt: ac rurſùm Iudæi, maiorum peccata ad nepotes tranſire, exiſtimabant; quòd videlicet ſcriptum ſit: Peccata patrum in filios vſque ad tertiam & quartam generationem; idcirco ad eum, vt omnia, priuſquàm oriantur, cognoſcentem, hæc verba habuerunt: Quis peccauit? hic? (vt Gentiles aiunt) an parentes eius? (vt Iudæi aſtruunt) vt cæcus naſceretur.*

Quis peccauit? hic aut parentes eius.

QVis peccauit? Et cur ex corporis cæcitate animæ cæcitatem aut in illo cæco aut in eius parentibus colligunt? *Videntur nunc interrogaſſe*, inquit hîc Iſidorus Clarius, *quod, cùm illum paralyticum ſanaſſet Dominus, dixerat: Vade: ne amplius pecces, ne quid tibi deterius contingat. Hoc ergo viſo, qui à natiuitate cæcus fuit, dubitant, quam ob cauſam hoc huic acciderit.*

Quis peccauit? In hoc prudentes diſcipuli, quòd 1498.
dubij quærunt; non temerè iudicant, quod neſciunt. Qui mundanorum hominum mos, dum ſententiam præcipitant, & de dubiis certum iudicium ferunt, de occultis manifeſtum; iudicij parum ſe habere oſtendentes, dum temerè de alienis lapſibus iudicant. Porrò tam facile eſt labi in iudicando, vt aberrarint etiam in hoc Apoſtoli, dum ſupponunt, aut cæcum aut cæci parentes peccaſſe, vt reus naſceretur: vtrumque autem negauit Chriſtus.

Neque hic peccauit, neque parentes eius.

NEque hic peccauit, neque parentes eius. Vt ſcilicet cæcus naſceretur: nam alioquin immunes à peccato erant. Sed cur cæcus eſt natus, ſi nullam cæcitati cauſam dedit? Et quod malum in illo cæcitas? *Ex cæcitate beneficium accepiſſe dico* (inquit Sanctus Chryſoſtomus) *vidit enim interioribus oculis*; & fors faciliùs intimis oculis vidit Chriſtum, in Chriſtum credidit, quò diutiùs externorum vſu caruit.

Neque hic peccauit. Cur ergo cæcitate punitus, 1499.
ſi non peccauit, vt cæcus naſceretur? Et non poterant aliter Dei opera manifeſtari, quàm iſtius cæcitate? Vtilis hæc cæcitas ei fuit, quæ ad veram lucem, iuſtitiæque ſolem, illum duxit. Ingens hoc beneficium fuit: nam ſenſibilis lucis priuatio viam ad lucem ſpiritalem fecit: quod hîc vides factum: ſicque in beneficiorum cenſu locari debent, quæ minimè putantur beneficia; ſiquidem in cæcitate iudicandâ ferè cæci mortales ſunt.

Fecit lutum ex ſputo.

FEcit lutum ex ſputo. Cur non potiùs ex aquâ? *Vt ex eius ore* (inquit Sanctus Chryſoſtomus) *virtutem proceſſiſſe intelligeretur*: vtque hinc diſceremus, quàm ingentem mentis oculis lucem verba ex Chriſti ore prodeuntia afferant, quæ ad illos illuminandos ſunt ordinata; cùm ſputum id in corporeis oculis potuerit, ad id minimè ſuâ naturâ aptum.

Fecit lutum. Qui olim ex luto hominem fece- 1500.
rat, nunc luto oculos facit cæco ſanando. *Expuit in terram*, inquit hîc Theophylactus, *& lutum fecit, inunxitque oculos cæci; oſtendens per lutum, quòd ipſe ſit, qui & Adam de luto formauerit. Di-*

cendo

cendo enim : Ego ſum, qui Abraham formaui, arrogantius viſum fuiſſet audientibus ; quod per opus monſtratum, non ita offendit : propterea & de luto oculos illi format more opificij, quo & Adam formatus eſt. Non formauit autem tantùm oculos, neque aperuit tantùm ; ſed videre conceſſit : vnde ſignum eſt, quòd & Adæ animam inſpirauerit.

Luto cœcum ſanauit, cur ſolo vſus verbo non eſt, imperio ſolo? *Hoc adeò fecit*, inquit hîc Ferus, *vt non contemnamus media ; ſi enim ſolo verbo ſuo ſine mediis feciſſet, iam omnia media contemneremus.* Addit nonnullis interiectis ; *Obſerua autem, quod Deus non vult nobis ſua bona diſtribuere his mediis, quæ nos elegimus, ſed quæ ipſe elegit ;* quæ aptiora re ipſa ſunt, quò magis humanæ ſapientiæ oculis apparent inepta.

Luto vſus eſt, vt cœco viſum redderet : quo innueret, ſe etiam per vilia poſſe magna conferre; ſicque nihil contemnendum. Scilicet Deus etiam per viles homines illuminare nos poteſt. Luto vtitur, lumen cœco daturus, ne mediis ſanitas tribueretur, ſed Chriſto. Tam cœci plerique hominum ſunt, vt virtutem mediis adſcribant, cùm deberent Deo.

1501. Luto ſanandi cœci oculos Chriſtus liniuit : cur tam abſono humanis oculis remedio? Ne medicinæ tribueretur ſanitas, ſed Deo ; & in Chriſtum tota vis reſiliret, cuius capax lutum non erat.

Luto vtitur, vt lucem cœco reſtituat. Diſce : nihil adeò vile, quo proficere non queas, ſi ritè eo vtaris. Quid ſi totum iſtuc ad ſacras Litteras transferatur, in quibus etiam, quæ vilia humanis oculis videntur, maximè ſalutaria ſunt? Tranſtulit Vgo Victorinus de Scripturis & Scriptoribus ſacris c. 5. vbi rem appoſitiſſimè verſans, ait : *Noli in verbo Dei deſpicere humilitatem, quia per humilitatem illuminaris ad Diuinitatem. Quaſi lutum tibi videtur totum hoc, quod verbum Dei foris habet ; & ideò fortè pedibus conculcas quia lutum eſt ; & contemnis, quod corporaliter & viſibiliter geſtum littera narrat. Sed audi : luto iſto, quod pedibus tuis conculcatur, cæci oculus ad videndum illuminatur.*

Luto cœci oculos liniuit, nihil aptius luci conferendæ quàm pulueris, in quem poſt mortem reſoluemus cogitatio : Pulchrè hîc Porrecta. *Luti linitio ſuper oculos, id eſt memoria continua mortis, quâ in luti materiam, ſcilicet in puluerem viliſſimum, reſoluemur, ſi non ſpeculatiuè ſolùm, ſed moroſa, serioſáque, & quaſi practicali conſideratione fiat, eſt validiſſimum frænum, & ad continendum nos in prompta obedientia Dei, & ad præſeruandum nos à ruina, inſidiiſque inimicorum noſtrorum, id eſt mundi, carnis, diaboli. Frænum hoc quantò fortius in tali penetratiua conſideratione tenueris, tantò vicinius abundantia luminis ſuperni danda appropinquabis. Via enim qua cœcus iſte venit ad corpoream lucem, & poſt continuè ad tot, tantáque beneficia recipienda, quæ ſupra narrauimus, fuit hæc, primum ſcilicet habere lutum linitum ſuper oculos ſuos.*

SECTIO II.

Vera obedientia cæca. 1502
Plures pauperes quàm diuites ſanauit Chriſtus, ne diuitias æſtimare videretur. 1503
Pauperes Chriſti clementiam maximè experti. 1504
Chriſti ſermones Chriſtum indicabant. 1505
Inuidia ſuos obcæcat. 1505
Inuidi quàm ſibi parùm conſtent. 1506
Veritas impugnata clarior. 1507

Abiit ergo lauit, & venit videns.

1502. *Abiit ergo, & lauit.* Bene à ſuâ cœcitate didicit cœcam præſtare obedientiam. Videre merebatur ; quia cœcum in parendo ſe exhibuit. Incunctanter paruit, & promptæ parentiæ forma, cœcus eſt factus.

Abiit, lauit & venit videns. Intùs benè videbat, etiam antequàm extimè viſum reciperet. A vero viſu tam prompta parentia fuit. *Non eſt tergiuerſatus, cùm oculos ſibi luto oblitos ſentiret ; nec Ieſu iuſſum irriſit, cùm ad piſcinam Siloe mitteretur: iuſſis illius promptè obediuit, etiamſi cuncta rationi humana viderentur ridicula,* inquit bonus ille author. Nimirum, tunc perfecta obedientia eſt, quùm cœca : tunc caligat, quùm nimiùm videt acutè.

1503. *Et venit videns.* Luce oculis Diuinitùs exhibitâ, venit cœcus ad locum (vt aliqui cenſent) vbi ſolitus fuerat ſedere, & mendicare, *ſed vt locum contemplaretur, in quo tandiu egerat tenebroſus ;* & videndum ſe illis videntem præberet, qui cœcum illum viderant ; ſperans, fortè, ſe Ieſum ibi poſſe reperire, eique gratias agere.

Quia mendicus erat.

Quia mendicus erat. Si rationem conferamus, inueniemus ex iis, quibus ſanitatem contulit Chriſtus, plures fuiſſe pauperes, quàm diuites ; ne diuitias æſtimare videretur, quas contemnendas docebat. Vgo verò hîc. *Quare ſanauit*, inquit, *Dominus plures pauperes, quàm diuites? Quia aliam habent gratiam diuites, id eſt opes.* Aut etiam quia recipiendis Dei donis minùs, quàm pauperes, idonei diuites ſunt. Et Sanctus Chryſoſtomus apud productum Vgonem. *Non præclaros, neque inſignes, neque principes eligens ; ſed & ignobiles eâdem dignabatur prouidentiâ : etenim in ſalutem omnium venerat, non diuitum tantùm.*

1504. *Mendicus erat.* Atque adeò aptior, qui Cæleſtis medici ſalutari manu iuuaretur. *Eos, qui mendicabant*, inquit Sanctus Thomas in Catenâ, *cum multâ deuotione curabat ; hinc Iudæorum os obſtruens, quoniam non præclaros, non inſignes, neque principes ; ſed ignobiles ſuâ dignos ducebat prouidentiâ :* vt hoc ipſo ditior videretur Dei clementia, quò ad pauperiores declinabat ; eò ſublimior, quò ad humiliores diuertebat.

Similis eſt ei.

Similis eſt ei. Cur tam facilè in eo iudicando falluntur, qui cœcus fuerat? *Quia oculi reſtituti mutauerant vultum eius*, inquit hîc S. Thomas ex S. Auguſtino. Lux oculis reſtituta decorem quemdam vultui addiderat, vt formoſior eſſe videretur ; atque adeò ſimilis cœco nato, non ipſe.

Ille homo, qui dicitur Ieſus.

1505. *Ille homo, qui dicitur Ieſus* Quis cœco indicauerat, quòd ille à quo ſanatus, Ieſus diceretur? præſertim cùm illum anteà non vidiſſet. An ex Ieſu ſermone Ieſum cognouit? talia quippe loquebatur, quæ Ieſum indicarent. Bene Theophylactus hîc. *Vnde cognouit illum, quòd Ieſus eſſet? Ex colloquio ad diſcipulos : nam quia diſcipuli quidam eum interrogauerant de illo, & ipſe multa loqueretur eis,*

nempè

nempè: Oportet me operari opera eius, qui miſit me. &: Lux ſum Mundi. talia autem nullus alius dicebat niſi ſolus Ieſus, & illis verbis crebrò vſus eſt: inde agnouit eum cæcus, quòd Ieſus eſſet.

Interrogabant eum, quomodo vidiſſet.

INterrogabant eum Phariſæi, quomodo vidiſſet. Videre nimirum non ferebant, quòd ille Ieſu beneficio videret. *Cor impiorum frangebatur*, inquit hìc Sanctus Auguſtinus, *quia non habebant in corde, quod ille habebat in facie.* Obcæcauerat eos inuidia, vt cœco viſum reſtitutum videre poſſent.

1506. Cœcum interrogant, cœco cœciores. Non interrogant, vt diſcant; ſed vt ab eius ore aliquid exculpant, quod carpant. Hinc Apollinarius in Catenâ Græcâ ait: *Non vt aliquid diſcant, idcirco cæcum interrogant; ſed, vt quodammodo eum inducerent ad mali quidpiam de Domino effutiendum, eò quòd ſabbati nullam curam habuiſſe videretur.*

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet.

NOn crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet. Dubitant de miraculo, & tamen Chriſtum tanquam ſabbati violatorem damnant. Quàm ſibi parum conſtat inuidorum malitia! Iurè author ille illos perſtringit: *Parentes hominis aduocant, vt ab eis veritatem inquirant: quo facto ſeipſos condemnant. Si enim veritas conſtabat, vana erat parentum aduocatio: ſi autem incerta erat, cur ſententiam protulerunt dicentes? Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Prætereà (quod valdè annotandum eſt) ſi iudicarunt ſabbati eſſe tranſgreſſorem, quia lutum fecit; cur non crediderunt, illum hominem cæcum fuiſſe, cùm potiùs id credere deberent, vt cauſam accuſandi haberent, quòd lutum fecerit? At ſenſerunt re verà plus poſſe miraculum ad confirmandum eſſe à Deo, quàm lutum illud ad probandum, à Deo non eſſe: ideo occultare miraculum voluerunt. Varia eſt profectò, cæca & inconſtans malitia.*

Vocauerunt parentes eius, qui viderat.

1507. COecî parentes aduocant Iudæi eo, qui fuerat cœcus, cœciores. Quò magis oppugnabant veritatem, eò magis apparebat; &, quò cautiùs eam obtegere conabantur, eò magis confirmabant. Teſtes nempè veritatis conuocant veritatis hoſtes, & miraculum etiam à parentum teſtimonio robur accipit & firmitatem. Nimirum, Deo volente, inſeruiunt veritati etiam illi, qui in illam arietant.

Cœcî parentes in medium aduocant, non vt veritatem diſcerent; ſed vt, incuſſo metu, eos contra Chriſtum exacuerent, qui filio viſum dederat. *Aduocatis in medium parentibus*, inquit Sanctus Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, *vt iis metum incuterent, vehementiâ quâdam & indignatione interrogant: Hic eſt filius veſter? & non dicunt: Qui aliquando cæcus fuerat. Sed ſimpliciter: Quem vos dicitis, quia cæcus natus eſt; ac ſi malè facerent, & opera Chriſti confirmarent.*

SECTIO III.

Vtiles bonis mali ſunt. 1508
Quanti referat quo animo quis aliqua verba proferat, & quo fine. 1508
Cautio in loquendo. 1508
Qui nocere videntur plerumque iuuant. 1509
Mali bonis preſunt dum nocere ſe putant. 1509
Tuta ad Chriſtum via, calumnias, & iniurias pro illo ferre. 1510
A malis contemni honorificum. 1510
Cordis ablutio potior quam corporis. 1511
Suorum fides quàm Chriſto grata. 1511
Chriſti modeſtia & humilitas. 1511

Maledixerunt ergo ei.

MAledixerunt ergo ei. Maledictio iſta, benedi- 1508.
ctio fuit. Si Iudæorum intentionem ſpectemus, maledictio fuit: ſi rem ipſam, benedictio; nam dixerunt: *Tu diſcipulus illius ſis.* Felix quàm fuit maledictio hæc! *Vtinam ſuper me* (vt aiebat Sanctus Auguſtinus apud Liranum hìc) *veniat iſta maledictio*, omnibus benedictionibus præferenda! Adeò vtiles bonis mali ſunt, vt quandoque ea tanquam mala in eos iactent, quæ optima ſunt, illiſque maximè commoda & vtilia! Quid melius contingere cœco huic poterat, quàm vt diſcipulus Chriſti eſſet.

Maledixerunt ergo ei. Nunquam alius potuiſſet feliciora huic benedicendo imprecari, quàm iſti maledicendo. Quid in illum maledicti euomuerunt? *Tu diſcipulus illius ſis.* Quî maledictum eſt, diſcipulum eſſe Chriſti, cùm ingentis beneficij loco id habendum ſit? Maledictum eſt, ſi cor diſcutias: non ſi verba perpendas; tantum intereſt, quo animo quis aliqua efferat, quo fine.

A ſæculo non eſt auditum.

A Sæculo non eſt auditum. Signatè dixit, *non eſt auditum*; non autem, *non eſt viſum*: ne videretur aſſerere, quod calumniæ erat expoſitum: nam, cùm cœcus ipſe fuerit à natiuitate, de viſu id affirmare non poterat; ſed de auditu duntaxat: rectè docens, ne, cùm aliquid adſtruendum, extra eos limites excurramus, ad quos noſtra notitia coërcetur.

Tu doces nos?

TV doces nos? Docere volebant, non doceri. 1509.
Ipſi illum magiſtrum fecerant (inquit B. Alcuinus quia toties interrogauerant, toties vellicauerant) *& ingrati docentem proiecerunt.* Sæpè accidit, vt, qui nocere videntur, iuuent; & extollant, qui conantur premere. Magiſter euaſerat, dum exagitaretur, qui alioquin vix eorum diſcipulus extitiſſet.

Eiecerunt eos foras.

EIecerunt eos foras. Eò mitiores in illum, quò ſæuiores. Cœco famulantur, dum cœcè ab illorum conſpectu & præſentiâ ipſum excludunt. Cœcum tuentur, dum à ſui conſortio ſeparant: nam hinc factum, vt Ieſum inueniret, à Ieſu inuentus; hoc enim ſtatim ſignificat Euangeliſta, quùm ſubdit: *Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum foras; & cùm inueniſſet eum, dixit ei.* Excepit Ieſus, quem eiecere Iudæi, apud quos non viuitur ſine periculo. *Phariſæi quidem*, inquit Sanctus Cyrillus lib. 6. cap. 10. in Ioann. *illum priùs cæcum eiiciebant: ſed Chriſtus eum ſuſcipiebat. Tunc magis meruit cognoſcere Chriſtum, quàm eiectus eſt de conſortio inimicorum*

corum Chriſti. Sic proſunt mali, dum nocere ſe bonis credunt; & Diuinarum rerum notitiâ ditatur, qui ab improbis ſe ſubdocit.

Cùm inueniſſet eum.

1510. CVm expulſus eſſet à Phariſæis cœcus, ſe illi Chriſtus exhibuit: cur non etiam ante? cur non cùm inter illos eſſet? An, quia ille maximè ſibi ad Chriſtum viam ſternit, quùm calumnias pro illo ſuſtinet, & æquo animo iniurias ab hominibus illatas fert? *Quandiu*, inquit Sanctus Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioann. cap. 20. *inter Phariſæos fuit iſte, & ignominias ab eis non eſt paſſus, non ſe illi denuò exhibuit: ſed, cùm primùm extra illorum eſt contubernium expulſus, & ignominia notâ pro Chriſto affectus, protinus ſe illi Chriſtus præſentem oſtendit.*

Cùm inueniſſet eum. Vix eiectus eſt foras, qui fuerat cœcus, cùm à Ieſu inuenitur. Nimirum (vt ait Sanctus Chryſoſtomus in Cat. Græcâ) *contemptus à contemptoribus Chriſti, ab Angelorum Rege honoratus eſt. Eiecerunt ipſum è templo, & templi Dominum inuenit.*

Tu credis in Filium Dei?

CRedis in Filium Dei? Qui priùs cœcum miſerat, vt in natatoriâ Siloë faciem lauaret corporis, *modò lauas faciem cordis*, inquit B. Alcuinus. Potior iſta erat ablutio, ad quam illa ordinata. 1511.

Tu credis in Filium Dei? Cur interrogat, quod ſciebat? *Non quaſi ignoraret rogat* (inquit anonymus author in Cat. Græcâ) *ſciebat enim ipſum credere, & à Iudæis oppugnatum fuiſſe: ſed oſtendens, ſe de fide eius gaudere.*

Vidiſti eum.

VIdiſti eum. Summa hîc Chriſti elucet modeſtia & humilitas. Non dixit: Ego aperui tibi oculos, nec: Ego ſum. Sed tantùm opus factum proponit, inque tertiâ perſonâ loquitur. *Qui loquitur*, inquit, *tecum, ipſe eſt.* Hoc exemplo iactantiam nobis fugiendam humilis magiſter docet.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT X. IOANNIS.

Verſ. 1.

AMEN, amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.

Intrat. *S. Cypr. Introiuit.*
Per oſtium. *S. Leo. Per ianuam Lucif. Ianuam.*
Ouile. *Syr. Caulam. Euth. Caulas. Theoph. Stabulum. S. Leo. & Orig. Cohortem.*
Ouium. *Clem. Alex.* omittit.
Aſcendit. *Clem. Alex. Aſcendens. S. Cypr. Deſcendit.*
Aliunde. *Arab. Per locum alium. Lucif. Per aliam partem. S. Cypr. Per alteram partem. Adam. C. ex Syr. De loco alieno.*
Ille fur. *Syr. Ipſe fur. Arab. Ille latro. S. Epiph. Fur. S. Leo. Hic fur.*
Et latro. *Arab. Et fur. S. Epiph. Non paſtor.*

Verſ. 2.

Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium.

Qui autem. *Syr. Is verò, qui.*
Intrat. *Clem. Alex. Ingreditur.*
Oſtium. *Lucif. Ianuam.*
Paſtor. *Arab. Ipſe paſtor.*

Verſ. 3.

Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt; & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

Huic. *Syr. Atque huic. Arab. Et ei. Clem. Alex. Eique.*
Oſtiarius aperit. *Syr. Cuſtos oſtij reſerat oſtium. Clem. Alex. Ianitor aperit.*
Proprias. *Arab. Eius. Lucif. Suas.*
Vocat. *Arab. Vocantur.*
Nominatim. *Arab. Nominibus ſuis. Ar. M. Iuxta nomen.*

Verſ. 4.

Et, cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.

Proprias oues. *Arab. Oues ſuas. Lucif. Omnes ſuas oues.*
Emiſerit. *Arab. Eduxerit. Lucif. Eiecerit.*
Ante eas vadit. *Syr. Præcedit eas. Lucif. Ad illas vadit.*
Quia ſciunt. *Syr. Quippe quæ norint. Lucif. Quia nouerunt.*

Verſ. 5.

Alienum autem non ſequuntur, ſed

Alienum autem. *Syr. Extraneum verò. Lucif. Alterum.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

fugiunt ab eo; quia non nouerunt vocem alienorum.

Noo ſequuntur. *Syr. Nequaquam ſequuntur. Theoph. Non ſeqaentur. Vat. Neutiquam ſequentur.*
Fugiuut. *Theoph. Fugient. Vat. Aufugient. Al. Effugient.*
Non nouetoot. *Arab. Non cognoſcunt. Lucif. Neſciunt.*
Alienotum. *Arab. Extranei. Lucif. Eius.*

Verſ. 6.

Hoc prouerbium dixit eis Ieſus: illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis.

Hoc prouerbium. *Syr. Hanc parabolam. Theoph. Hanc parœmiam.*
Illi aotem. *Euth. Illi verò.*
Cognouerunt. *Vat. Intellexerunt.*
Quid loqueretur eis. *Syr. Quid colloqueretur eis. Euth. Quæ eſſent ea quæ loquebatur ipſis. Vat. Quid ſibi vellent, quæ loqueretur eis.*

Verſ. 7.

Dixit ergo eis iterum Ieſus: Amen, amen dico vobis: quia ego ſum oſtium ouium.

Dixit ergo. *Syr. Dixit autem. Arab. Et dixit.*
Oſtium. *Lucif. Ianua.*

Verſ. 8.

Omnes, quotquot venerunt, fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oues.

Omnes qnotquot. *Syr. Sicque omnes qui. Arab. Et omnes qui. Lucif. Omnes quicunque. Orig. Omnes qui.*
Venerunt. *Lucif. Venerunt ante me.*
Fures ſunt & latrones. *Arab. Sunt latrones & fures. Lucif. Et fures ſunt & latrones. S. Rem. Fuerunt fures & latrones.*
Et non. *Lucif. Sed non.*

Verſ. 9.

Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.

Sum oſtium. *S. Greg. Nyſſ. Sum & via & oſtium. Lucif. Sum ianua.*
Per me ſi quis. *Arab. Et quicunque homo per me.*
Introierit. *S. Greg. Nyſſ. Ingredietur.* vel. *Intrabit. Lucif. Intrauerit. Orig. Ingreſſus fuerit.*
Saluabitur. *S. Greg. Nyſſ. Saluus erit. Pagn. Seruabitur. Vat. Salutem conſequetur.*
Ingredietur & egredietur. *Lucif. Intrabit.*
Paſcua. *Pagn. Paſcuum. Fr. Luc. Paſtum.*

Verſ. 10.

Fur non venit, niſi vt furetur & mactet & perdat: Ego veni, vt vitam habeant & abundantiùs habeant.

Fur. *Arab. Fur autem.*
Et mactet. *Syr. Ac vt trucidet.*
Ego veni. *Arab. Ego autem tantummodo veni.*
Vitam habeant. *Arab. Afferatur eis vita æterna.*
Abundant. *Syr. Et quod abundantius eſt. Arab. Eis abundantiùs. Fr. Luc. Abundanter.* vel. *Abundantem.*

Verſ. 11.

Ego ſum paſtor bonus: Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

Paſtor. *Mald. Paſtor ille.*
Bonus. *Ar. M. Pulcher. Fr. Luc. Egregius.*
Bonus paſtor. *Syr. Et paſtor bonus. S. Cypr. Qui. Clem. Alex. Paſtor enim bonus. Ar. M. Paſtor pulcher.*
Suam. *S. Cypr. Meam.*
Dat pro ouibus ſuis. *Syr. Ponit pro ouibus. S. Cypr. Pono pro ouibus meis. Clem. Alex. Ponit pro ouibus ſuis atque adeo eam poſuit. Pagn. Dat pro ouibus.*

Verſ. 12.

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt

Mercenarios autem. *Arab. At mercenarius. S. Aug. Mercenarius. Lucif. Qui mercenarius eſt. Caiet. Mercenarius autem paſtor.*
Et qui non eſt. *Syr. Qui non eſt. Lucif. Et non eſt. Ar. M. Et non exiſtens.*
Cuius. *Syr. Et cuius. Arab. Et illi.*
Oues propriæ. *Syr. Oues.*
Videt. *Syr. Cùm videt. S. Cypr. Cùm viderit.*
Et dimittit oues. *Syr. Deſerit oues. S. Cypr. Relinquens. Lucif. Relinquit oues.*

lupum

Vulgata Editio. — *Lectionum varietas.*

lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & diſpergit oues:

Et fugit. *S.Cypr. Effugit.*
Et lupus rapit. *Syr. Venit autem lupus, rapit. Arab. Et venit lupus, & rapit. S.Cypr. Et lupus. Lucif. Et lupus rapit illas.*
Et diſpergit oues. *Syr. Et diſſipat ei oues. S.Cypr. Diſpergit. Lucif. Et diſpergit.*

Verſ. 13.

Mercenarius autem fugit; quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.

Mercenarius autem. *Arab. Et mercenarius tantummodo. Ar.M. At mercenarius.*
Quia mercenarius. *Arab. Quia mercede conductus.*
Et. *S.Aug. Quia.*
Non pertinet ad eum de ouibus. *Arab. Non habet curam de ouibus. S. Aug. Non eſt ei cura de ouibus. Caiet. Non eſt illi cura ouium. Fr.Luc. Non eſt illi cura de ouibus.*

Verſ. 14.

Ego ſum paſtor bonus; & cognoſco meas; & cognoſcunt me meæ.

Paſtor. *Pagn. Paſtor ille.*
Bonus. *Ar.M. Pulcher.*
Cognoſco meas. *Syr. Agnoſco meas. Arab. Ego cognoſco, quas paſco. Pagn. Oues meas.*
Et cognoſcunt me meæ. *Syr. Et agnoſcor à meis. Arab. Et cognoſcunt me. S. Epiph. Oues enim meæ cognoſcunt me. Euth. Et cognoſcor à meis.*

Verſ. 15.

Sicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

Nouit. *Euth. Cognoſcit. Orig. Agnoſcit.*
Pater. *Syr. Pater meus.*
Et ego agnoſco. *Theoph. Ita & ego noui. Caiet. Ita & ego agnoſco.*
Pono. *Arab. Do.*
Ouibus meis. *Arab. Ouibus.*

Verſ. 16.

Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili; & illas oportet me adducere: & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus paſtor.

Et alias oues habeo. *Syr. Habeo autem & oues alias. Arab. Et mihi ſunt oues aliæ.*
Ex hoc ouili. *Arab. De hoc ouili. Ar.M. Ex caulâ hac. Caiet. Ex hoc ſtabulo.*
Et illas. *Pagn. Illas quoque.*
Adducere. *Fr.Luc. Ducere,* vel. *Congregare.*
Et fiet. *S. Leo. Et erit. S Aug. Vt ſit. Clem. Alex. Et erunt. Orig. Vt fiat.*
Vnum ouile. *Syr. Grex vnus ouium. S. Leo. Vnus grex. Clem. Alex. Omnes vnus grex.*
Et vnus. *Syr. Vnus.*

Verſ. 17.

Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam.

Propterea. *S.Hil. Propter hoc.*
Pater. *Syr. Pater meus.*
Ego pono. *Euth. Pono.*
Vt iterum ſumam. *Syr. Vt iterum aſſumam. S.Hil. Et iterum ſumam. Ruper. Et iterum ſumo.*

Verſ. 18.

Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo; & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.

Tollit. *S.Hil. Tollet. S.Cypr. Aufert.*
Eam à me. *S. Cypr. Animam meam à me. S.Aug. Eam à meipſo. Orig. A me animam.*
Pono eam. *Mar. Morior.*
A me ipſo. *Syr. Ex mea voluntate. Arab. Voluntate meâ. S.Hil. A me. Mar. Vltrò.*
Et poteſtatem habeo. *Syr. Poſſúmque. Arab. Et mihi poteſtas eſt. Tert. Et.*
Iterum ſumendi. *Syr. Rurſus aſſumere. S.Hil. Iterum accipiendi. S. Greg. Nyſſ. Iterum aſſumendi. Tert. Rurſus recipere.*
Hoc. *Syr. Quia hoc. Arab. Quia hoc eſt. S.Cypr. Hoc enim.*
Mandatum. *Euth. Præceptum.*
Accepi. *Arab. Quod accepi. Pagn. Recepi.*
Patre meo. *Arab. Patre.*

Verſ. 19.

Diſſenſio iterum facta eſt inter Iu-

Diſſenſio. *Syr. Et diſſidium. Arab. Diſſenſio autem. Pagn. Diſſenſio igitur.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

dæos, propter ſermones hos.

Iterum. *Goth. Itàque.*
Facta eſt. *Syr. Factum eſt. Arab. Cecidit. Vat. Orta eſt.*
Sermones hos. *Arab. Iſtos ſermones.*

Verſ. 20.

Dicebant autem multi ex ipſis: Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis?

Dicebant autem. *Arab. Et dixerunt.*
Dæmonium habet. *Arab. Quòd in eo eſſet dæmonium.*
Inſanit. *Syr. Inſaniendo inſanit. Arab. Iam inſaniret.*
Quid. *Arab. Quid ergo.*
Eum auditis. *Arab. Quæritis audire eum.*

Verſ. 21.

Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis: nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

Alij. *Euth. Alij verò.*
Hæc verba. *Arab. Hic ſermo.*
Non ſunt dæmonium habentis. *Syr. Non ſunt dæmoniaci. Arab. Non eſt ſermo dæmoniaci.*
Nunquid. *Theoph. Num.*
Cæcorum. *Syr. Cæci.*

Verſ. 22.

Facta ſunt autem Encænia in Ieroſolymis, & hyems erat.

Facta ſunt. *Syr. Factum eſt autem. Arab. Et facta ſunt.*
Encænia. *Arab. Feſtum encæniorum. Mar. Feſtum dedicationis templi.*
In Ieroſolymis. *Theoph. Ieroſolymis.*

Verſ. 23.

Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis.

In templo in porticu. *Arab. In porticu templi.*

Verſ. 24.

Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm.

Circundederunt ergo. *Syr. Et cinxerunt.*
Animam noſtram. *Syr. Tandem animam noſtram. Mar. Nos.*
Tollis. *Syr. Detines. Arab. Affligis. Pagn. Suſpendis. Mar. Suſpenſes tenes.*
Dic. *Arab. Nuncia.*
Palàm. *Syr. Apertè. Vat. Ingenuè. Cniet. Liberè.*

Verſ. 25.

Reſpondit eis Ieſus: Loquor vobis, & non creditis: Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me:

Reſpondit eis Ieſus. *Arab. Reſpondit Ieſus & dixit eis.*
Loquor. *Arab. Iam dixi. Euth. Dixi.*
Et non creditis. *Syr. Neque credidiſtis. Fr. Luc. Sed non creditis.*
Opera. *Syr. Et opera.*
Quæ ego. *Arab. Quæ.*
In nomine. *Pagn. Nomine.*
Hæc teſtimonium perhibent. *Syr. Ipſa teſtantur. Arab. Ipſa teſtimonium perhibent. Theoph. Hæc teſtimonium reddunt. Tert. Ipſa teſtimonium dicunt.*
De me. *Arab. Mihi.*

Verſ. 26.

Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.

Vos non creditis. *Arab. Non creditis.*
Meis. *Syr. Meis, quemadmodum dixi vobis. Euth. Meis, ſicut dixi vobis. Theoph. Meis, quemadmodum dicebam vobis. M. SS. Meis ſicut ego dixi vobis.*

Verſ. 27.

Oues meæ vocem meam audiunt; & ego cognoſco eas, & ſequuntur me:

Oues meæ. *S. Hil. Qui ſunt ex ouibus meis.*
Cognoſco eas. *Euth. Agnoſco eas. Orig. Præcedo eas.*
Et ſequuntur me. *Syr. Ipſaque poſt me veniunt. Arab. Et ipſa ſequuntur me. Orig. Et ſequuntur me mea.*

Verſ. 28.

Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu meâ.

Do. *Mar. Dabo.*
Et non rapiet eas quiſquam. *Syr. Ac nemo rapiet eas.*
De manu. *Syr. A manu. Vat. E manu.*

Verſ. 29.

Pater meus quod dedit mihi, maius

Pater. *Arab. Quin Pater meus. S. Hil. Pater enim.*
Quod dedit. *Syr. Qui dedit.*

omnibus

Vulgata Editio. — *Lectionum varietas.*

omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei.

Maius. *Syr. Maier.*
Et nemo poteſt. *Syr. Nulluſque poteſt. Arab. Et non poteſt quiſquam.*
Rapere. *Arab. Rapere quicquam.*
De manu. *Vat. E manu.*

Verſ. 30.
Ego & Pater vnum ſumus.

Pater. *Syr. Pater meus.*

Verſ. 31.
Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Reſpondit eis Ieſus.

Suſtulerunt ergo. *Syr. Et ſuſtulerunt rurſus. S. Aug. Tulerunt ergo. Euth. Suſtulerunt igitur rurſus.*
Lapidarent. *Syr. Obruerent.*
Reſpondit eis. *Syr. Dicit. Arab. Reſpondit autem.*

Verſ. 32.
Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis?

Bona. *Syr. Præclara.*
Ex Patre. *Syr. A Patre meo. S. Hil. A Patre.*
Quod eorum opus. *Syr. Quodnam operum illorum. Arab. Quod igitur operum. Pagn. Quod eorum operum.*
Lapidatis. *S. Aug. Vultis occidere.*

Verſ. 33.
Reſponderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemiâ; & quia tu, homo cùm ſis, facis te ipſum Deum.

Reſponderunt ei Iudæi. *Syr. Dicunt ei Iudæi. S. Hil. Reſponderunt autem ei Iudæi. Vat. Reſponderunt ei Iudæi dicentes.*
De bono opere. *Syr. Propter bona opera. S. Epiph. Propter bonum opus. S. Hil. Pro bono opere. Theoph. Ob bonum opus. Ar. M. De pulchro opere.*
Non lapidamus te. *Syr. Lapidibus non petimus te. S. Epiph. Non interficimus te.*
Sed de blaſphemiâ. *Syr. Sed Quoniam blaſphemas. S. Epiph. Sed. S. Hil. Sed pro blaſphemiâ. Vat. Sed ob blaſphemiam. Tert. Sed propter blaſphemiam.*
Et quia tu. *S. Epiph. Quòd. Mar. Id eſt quia tu.*
Homo cùm ſis. *Ar. M. Homo exiſtens.*
Facis. *Fr. Luc. Iactas.*
Te ipſum Deum. *S. Epiph. Te ipſum æqualem Deo. S. Hil. Te Deum.*

Verſ. 34.
Reſpondit eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege veſtrâ: Quia, Ego dixi dij eſtis?

Reſpondit. *Syr. Dixit. Arab. Reſpondit autem.*
Nonne ſcriptum. *Syr. Nónne ita ſcriptum. Ar. M. Non ſcriptum.*
Lege veſtra. *S. Cypr. Lege.*
Quia ego dixi. *Syr. Ego dixi. Arab. Ego dixi quia.*
Dij. *Tert. Dei.*

Verſ. 35.
Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura.

Si illos dixit. *Arab. Et cùm dixerit eos. S. Hil. Si ergo illos dixit.*
Ad quos. *Syr. Propterea quod ad eos. Arab. Quia ad eos.*
Sermo. *Fr. Luc. Ille ſermo. S. Hil. Verba.*
Factus eſt. *S. Hil. Facta ſunt.*
Scriptura. *Pagn. Scriptura de eo.*

Verſ. 36.
Quem Pater ſanctificauit, & miſit in Mundum, vos dicitis: Quia blaſphemas: quia dixi, Filius Dei ſum?

Quem. *Arab. Quantò igitur magis eum, quem. S. Epiph. Et Filium.*
Miſit in Mundum. *Arab. Miſit illum in Mundum? S. Hil. Miſit in hunc Mundum. S. Cypr. Miſit in ſæculum. Vat. Emiſit in Mundum.*
Vos dicitis. *Syr. Dicitis.*
Quia blaſphemas. *Syr. Tu blaſphemas. Arab. Quia blaſphemo. S. Hil. Quia blaſphemaſti.*
Dixi. *Syr. Dixi vobis.*

Verſ. 37.
Si non facio opera Patris mei; nolite credere mihi.

Si. *S. Cypr. Quòd ſi.*
Opera. *S. Cypr. Facta.*
Patris mei. *S. Cypr. Patris.*
Nolite credere mihi. *Syr. Ne credatis mihi. Vat. Ne credatis. Tert. Nolite credere.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 38.

Si autem facio; & ſi mihi non vultis credere, operibus credite; vt cognoſcatis & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre.

Si autem. *S. Cypr. Quòd ſi. Theoph. Sin verò. Tert. Si verò.*
Et ſi mihi. *S.Cypr. Et mihi.*
Vultis credere. *S. Enſeb. Em. Creditis, Pagn. Credatis.*
Operibus. *Syr. Illis operibus. Arab. Operibus meis. S. Cypr. Factis. S.Hil. Vel operibus meis. Tert. Vel propter opera.*
Vt cognoſcatis & credatis. *S. Hil. Vt ſciatis & cognoſcatis. S. Cypr. Et cognoſcite. Tert. Et ſcitote.*
Quia Pater in me eſt. *Syr. Patrem meum in me eſſe. Tert. Quòd ego in Patre ſim.*
Et ego. *Syr. Meque. Tert. Et Pater.*
In Patre. *Syr. In Patre meo. S.Cypr. In illo. Pagn. In eo. Tert. In me.*

Verſ. 39.

Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.

Quærebant ergo. *Syr. Et ſtudebant iterum. Arab. Quaſierunt igitur iterum. Theoph. Quærebant ergo iterum. Caiet. Quærebant rurſus.*
Apprehendere. *Syr. Prehendere.*
Et exiuit. *Syr. Et euaſit.*
De manibus. *Syr. Ex manibus. Pagn. De manu. Vat. E manu. Ar. M. Ex manu.*

Verſ. 40.

Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primùm: & manſit illic.

Et abiit iterum. *Syr. Et abiit.*
Eum locum. *Euth. Locum.*
Vbi erat Ioannes baptizans. *Syr. Vbi fuerat Ioannes priùs, dum baptizaret. Arab. In quo Ioannes baptizabat primùm. Euth. Vbi erat Ioannes baptizans.*
Et manſit illic. *Syr. Fuitque illic. Euth. Et ibi manebat.*

Verſ. 41.

Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum: Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant.

Et multi venerunt. *Syr. Veniebant autem homines quamplurimi.*
Quia Ioannes quidem. *Syr. Ioannem. Arab. Quia Ioannes.*
Signum fecit nullum. *Syr. Ne vnum quidem ſignum ediḍiſſe. Arab. Non fecit nobis ſignum aliquod. Theoph. Signum edidit nullum.*
Omnia autem quæcunque. *Syr. Quæcunque autem. Arab. Et quodcunque. Euth. Omnia verò quæcunque.*
Dixit de hoc. *Syr. Dixerat de viro hoc.*
Vera erant. *Syr. Vera eſſe. Arab. Ipſum verum eſt.*

Verſ. 42.

Et multi crediderunt in eum.

Multi. *Arab. Multi ex illis.*
Crediderunt. *Euth. Crediderunt illi. Pagn. Crediderunt illic.*

CAPVT X.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Vbi humilitas exulat exitium timendum eſt. 1512
Malus præſul aſcenſum cogitat, non curam ouium. 1512
Auditorum infirmitati conſulat, qui docet. 1513
Oſtium ouiū non ouilis cur ſe dixerit Chriſtus. 1513
Nulli Chriſtus denegat miſericordiam. 1514
Amor quid poſſit. 1515
Dei ſeruus vbique lucra ſpiritualia captat. 1516
Vera vita quæ ſecundùm Deum eſt. 1516

Sed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.

ASCENDIT *aliunde.* Aſcenſus iſte, deſcenſus eſt, eſt præcipitium. Vbi humilitas exulat, timendum exitium eſt. *Qui per ianuam intrat,* inquit Sanctus Auguſtinus in Pſal. 95. *humilis eſt: qui per aliam partem aſcendit, ſuperbus eſt. Ideo illum dixit intrare; illum aſcendere: ſed ille intrando recipitur; ille aſcendendo præcipitatur.* 1512.

Aſcendit aliunde. Aſcenſus iſte non tam aſcenſus eſt, quàm præcipitium. Malè de ouibus agitur, eùm, qui illas ſecturus eſt, aſcenſum tantùm cogitat, non curam; & culmen ſpectat, neglectâ ouium ſolicitudine.

Ille fur eſt & latro. Fur, qui ſurripere: latro, qui mactare

mactate oues quærit. *Fur eſt*, inquit Sanctus Auguſtinus, *quia, quod alienum eſt, ſuum ducit : latro, quia, quod eſt furatus, occidit.* Sed cum ouibus etiam ſe : ſicque, dum furatur alienum, perdit ſe : dum occidit ablatum, ſui eſt carnifex.

Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium.

1513. QVi autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Poterat ſtatim ſe verum paſtorem dicere; alios, fures & latrones : at non ita fecit, vt auditorum quoque ſuorum infirmitati conſuleret; hoc enim ſtatim eos offendiſſet, & à fructu abalienaſſet. *Senſim ergo*, inquit bonus ille author, *& generaliter, prius bonum malúmque paſtorem deſcripſiſſe; deinde ad ſe & alios deſcriptiones accommodaſſe: atque ita idem fecit; ſed modeſtius, prudentius, & fructuoſius.*

Ego ſum oſtium ouium.

EGo ſum oſtium ouium. Cur oſtium ſe dixit ouium, & non ouilis? Caietanus ſic nodum ſoluit : *Non dicit oſtium ouilis ſeu ſtabuli; ſed oſtium ouium; vt intelligamus, ipſum eſſe oſtium proprium ouium, hoc eſt prædeſtinatorum; & intelligamus per ipſum tantùm aditum haberi ad oues, hoc eſt prædeſtinatos; nullâque aliâ viâ ingreſſum patere ad eas.*

1514. *Ego ſum oſtium.* Quod ſcilicet neminem reiicit, omnes admittit : *Ego ſum oſtium & ianua. Quare trepidat*, inquit Sanctus Auguſtinus ſerm. 171. *pulſando manus veſtra, & dormitat in mendicitatem conſcientia veſtra? Ego ſum ianua vitæ : non horreſco ſordidum pulſatorem : non pauperem repudio petitorem : tantùm nemo ſuam negligat paupertatem. Pulſate, & aperietur. Stant Angeli ad ianuam, vt introducant, non vt repellant; vt ſuggerant, non vt terreant. Nulla eſt pompa in ianua meâ. Ego ſum ianua, qui ſuſtinet Crucis ignominiam. Quare timeant, potentes, egentiam; cùm nulli aliquando denegauit miſericordiam? Quis ſperauit in Domino & confuſus eſt?*

Omnes, quotquot venerunt, fures ſunt & latrones.

FVres ſunt & latrones. Cur potiùs dixit *ſunt*, quàm *fuerunt*? Vt præſentes carperet : quod tamen etiam ad præteritos porrigendum, qui à ſeipſis venerunt, non à Deo fuere miſſi. Pulchrè Rupertus hîc. *De his*, inquit, *qui tunc erant, eum dixiſſe manifeſtum eſt; quia præſentis temporis verbo, fures ſunt; & non præterito dixit, fures fuerunt. Veruntamen ſiue præſenti ſiue præterito tempore, quotquot venerũt, fures fuerunt, & fures ſunt; quia venerunt à ſemetipſis, neque à Deo miſſi vel vocati ſunt : quod eſt non intraſſe per oſtium. Aliud namque eſt ſimpliciter & abſolutè veniſſe, aliud in nomine Domini vel à Deo veniſſe : vnde prophetæ & ſacerdotes ſancti non tantùm veniſſe, ſed in nomine Domini loquuti eſſe dicendi ſunt. Igitur quotquot venerunt (ſubauditur, quia miſſi vel vocati non ſunt, neque cum verbo Dei venerunt) fures, inquit, ſunt & latrones.*

1515. Ita ne omnes, qui antè venerunt, fures fuere & latrones? Nunquid fur, Moſes? nunquid latrones, prophetæ aut patriarchæ? Nodum ſoluit Maldonatus, dum ait : *Quod dicit omnes, qui ante ſe fuerunt, fures & latrones fuiſſe, non videtur verum eſſe poſſe, niſi de vnico illo promiſſo paſtore intelligatur : multi enim ante Chriſtum venerant, qui non fures & latrones, ſed veri paſtores, id eſt veri prophetæ fuerunt. Cæterùm omnes qui venerunt, fingentes ſe illum verum & vnicum, qui expectabatur, paſtorem, fures fuerunt atque latrones; quia per oſtium ingreſſi non ſunt; id eſt, per Scripturas ſacras miſſionem legationémque ſuam probare non potuerunt.*

Ego ſum oſtium : per me ſi quis introierit, ſaluabitur.

EGo ſum oſtium : per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Oſtium Chriſtus eſt, per quod intratur ad vitam : ſed quiſnam nobis hoc oſtium aperiet? Ipſum ſeipſum. Pulchrè Guilielmus Abbas in Medit. vbi ſic Chriſtum alloquens ait : *Tu ergo es oſtium : & cum dicis : Per me ſi quis introierit, omnibus introire volentibus videris apertum. Sed, ſi oſtium patens in Cælo videmus nos, qui in terrâ ſumus, quid nobis prodeſt, qui illuc aſcendere non poſſumus? Reſpondet Paulus : Qui aſcendit, ipſe eſt, qui & deſcendit. Quis hic eſt? Amor : amor enim ad Te Domine, in nobis illuc aſcendit; quia amor in Te ad nos huc deſcendit : quia enim amaſti nos, huc deſcendiſti ad nos : amando Te, illuc aſcendimus ad Te. Sed Tu ipſe, qui dixiſti : Ego ſum oſtium, per Temetipſum, Te obſecro, aperi nobis Temetipſum, vt oſtendas euidentiùs, cuius domus oſtium ſis, quando & quibus apertum.*

Et paſcua inueniet.

ET paſcua inueniet. Siue egrediatur ſiue ingre- 1516.
diatur. Verus Dei ſeruus vbique lucra ſpiritualia captat, & in negotiis quoque temporalibus inuenit animæ diuitias, Cæleſtes opes. *Magna eſt q commendatio*, inquit hîc Caietanus, *quod indeſinenter dat ingredi & egredi variis occupationibus ſemper cum fructu, ſemper enim inuentioni paſcui proculdubio animæ : hoc eſt ſemper cum inuentione alimenti animæ propriæ; diligentibus ſiquidem Deum, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt Sancti, omnia cooperantur in bonum.*

Vt vitam habeant.

VT vitam habeant. Ouibus ſuis adeò non aufert vitam Chriſtus, vt donet : *vitam* quidem *hic* (vt inquit Euthymius) *eam, quæ ſecundùm Deum eſt; ibi verò beatam.* Alia omnis, vitæ non meretur nomen.

Ego ſum paſtor bonus.

EGo ſum paſtor bonus. Cur non ait? *Quùm in formâ Dei eſſem, meipſum exinaniui.* Rupertus hîc reſpondet : *Hoc exemplum nulli imitabile eſt: bene ergo, dum homines ad imitationem ſui informare intendit, illud omittit, quod nullatenus poſſit imitari; & hoc ſolum, quod imitabile eſt, modò proponit.*

SECTIO II.

Veri paſtoris honor pro ouibus mori. 1517
Paſtor ſe potiùs exhibeat quàm aliena quærat. 1517
Paſtoris & mercenarij diſcrimen. 1518
Paſtori quando liceat fugere. 1519

Malus Paſtor qui commoda ſua tantùm quærit. 1520
Cognitionis verbum etiam dilectionem claudit. 1521
Chriſti mors eius in Patrem amorem indicat. 1521
Paſtor & præſul eandem mentem in proſperis & in aduerſis circumferat. 1521
Pro animarum ſalute mori quanti apud Deum meriti ſit. 1522
Spirituales encænia vt celebranda. 1523
In porticu Salomonis cur dicatur ambulare Chriſtus. 1523
Iudæorum malignitas. 1524
Obedientiam à ſuis ouibus Chriſtus quærit. 1524
Oſtendendi verbo quæ notio ſubſit. 1525
Bona quæ agimus non facilè recenſenda. 1525
Affectus pro actu computatur. 1526
Inuidi aliorum bona minuere ſtudeat. 1526
Ad fidem vt nos Chriſtus alliciat. 1527

Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

1517. B*Onus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.* Nulla hîc honoris mentio, nulla cultus, quo ſui paſtores excipi debent. Veri paſtoris honor eſt pro ouibus mori, & plena merces ſe pro ouibus dare. *Hoc maximè oſtendit principem*, inquit Sanctus Chryſoſtomus in Pſal. 113. *quòd ſcilicet ſuorum curam gerat, eiſque prouideat ac proſpiciat. Ideo dicebat Chriſtus, Paſtor bonus, non dixit honoratur & colitur, ſed animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Hoc eſt principatûs, hoc eſt paſcendi ſcientia, ſua negligere, & eorum, quos regit, curam gerere.*

Bonus paſtor animam ſuam dat. Cùm multa de bono paſtore dixerit, non reperio explicaſſe, quid commodi, quid lucri ab ouibus accipere bonus paſtor cupiat. *Animam ſuam*, inquit, *dat pro ouibus.* Et quid ab ouibus accepturus? Satis eſt, ſi accipiat oues. *Paſtoralis diſciplina* (ſicuti ille ait) *vt optima ſit, non tam in recipiendo, quàm in dando eminet.* Quùm de recipiendo cogitat paſtor, ſtatim boni paſtoris formam amittit.

Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.

1518. MErcenarius videt lupum venientem, & fugit. Quid ille, qui fugit, omnémque curam negligit, licèt lupum non videat? Iſte fugiens, non lupum videns, lupus ipſe videtur, lupus eſt.

Paſtorem mercenarium, lupúmque ita inter ſe diſcriminat Vgo Victorinus lib. 1. Miſcell. tit. c. *Quidam ſunt paſtores, quidam mercenarij, quidam lupi. Paſtores ſunt, qui oues diligunt: mercenarij, qui lanam & lac cupiunt: Lupi, qui carnes comedunt. Paſtores cuſtodiunt in proſperitate, & defendunt in aduerſitate. Mercenarij cuſtodiunt in proſperitate, ſed non defendunt in aduerſitate. Lupi non cuſtodiunt in proſperitate, & occidunt in aduerſitate. Paſtores ſalutem quærunt, mercenarij lucrum appetunt. Lupi peccati materiam vel licentiam ouibus dantes, occidunt. Primi ſunt diligentes, ſecundi negligentes, tertij peſtilentes.*

1519. *Videt lupum venientem.* Adhuc longè poſito lupo, ſibi cauet: non ſinit proximum fieri. Nondum aliquid mali perpeſſus, in fugam ſe conijcit. *Dimittit oues, & fugit.* Non fugiunt oues à mercenario; quia, qui præſunt, etiamſi mali, ferendi à ſubditis ſunt, & ob munus, quod exercent, honorandi.

Et fugit. Mercenarij nota eſt fugere, cùm periculum ouibus imminet: non fugit, qui verus eſt paſtor, niſi contingat fugere, quia ipſe petitur: tunc enim licet fugere, vt ſe ouibus conſeruet, & ſeruare oues poſſit. Præclarè Rupertus hîc. *Sanè, cùm alibi dicat: Si vos perſequuti fuerint in vnâ ciuitate, fugite in aliam. Tunc irreprehenſibiliter paſtor fugit, quando apertâ perſequutione furis Hæretici, ſiue lupi diaboli, per gentilem poteſtatem malitiam ſuam exercentis, paſtor ipſe quæritur, vt oues eius præſidio deſtituantur. Quod Paulus Apoſtolus non ſolùm irreprehenſibiliter, verumetiam laudabiliter feciſſe legitur, quando Damaſci Præpoſito gentis Arethæ regis cuſtodiente ciuitatem, vt eum comprehenderent, à fratribus per murum ſummiſſus eſt in ſportâ; & ſic effugit manus eius: non enim fugit, vt oues deſtitueret, ſed vt ouium ſaluti ſeipſum reſeruaret. Cæterùm omnes, qui abſque eiuſmodi cauſâ fugiunt, qui oues dimittunt, hic paſtor & epiſcopus animarum noſtrarũ meritò excluduntur à numero paſtorũ.*

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt.

MErcenarius autem fugit, quia mercenarius eſt. Quia lucrum potiùs quærit, quàm ouium ſalutem; &, neglectis ouibus, commodum ex ouibus tantùm amat. Hinc illud boni paſtoris, ſcilicet S. Gregorij Magni hom. 14. in Euang. *Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt, ac ſi apertè diceretur. Stare in periculo ouium non poteſt, qui in eo, quòd ouibus præeſt, non oues diligit; ſed lucrum terrenum quærit: dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis lætatur, opponere ſe contra periculum trepidat, ne hoc, quod diligit, amittat.* 1520.

Cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ.

C*Ognoſco meas, & cognoſcunt me meæ.* Priùs Chriſtus cognoſcit ſuas oues, quàm oues illum cognoſcant: Deum quippe cognoſcere nullus poteſt, niſi cognoſcatur à Deo. Deus oues cognoſcit Diuinitatis oculis: oues verò Deum oculis fidei. 1521.

Cognoſco meas. In verbo *cognoſco* non nudam notitiam notauit Rupertus, ſed dilectionis compaſſioniſque. *Cognoſco*, inquit, *id eſt diligo: immò & magnificentiùs charitatem ſuam exprimit dicendo cognoſco, quàm ſi dixiſſet diligo; hoc enim verbum cum ſignificatione dilectionis ſimul ſonat affectum compaſſionis iuxta quod Salomon ait: Nouit ſapiens animas iumentorum ſuorum: viſcera autem impiorum crudelia. Itaque ſicut in Pſalmo: Quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum. Sic & nunc, dum dicit: Et cognoſco meas. Simul dilectionis & operoſæ miſericordiæ ſignat affectum.*

Et animam meam pono pro ouibus meis.

E*T animam meam pono pro ouibus meis.* Rectus ordo, nec myſterio viduus: nec ordo tantùm, ſed illatio quædam. Ex eo quòd Patrem cognoſcat, & à Patre cognoſcatur; Chriſtus infert, ſe animam pro ouibus ponere; *ac ſi patenter dicat* (inquit hîc B. Alcuinus) *in hoc conſtat, quia & cognoſco Patrem, & cognoſcor à Patre; quia animam meam pono pro ouibus meis: id eſt, eâ charitate, quâ*

pro

pro ouibus morior, quantùm Patrem diligam oſtendo.

Vt fiat vnum ouile, & vnus paſtor.

1522. QVilibet præſul vnus eſſe paſtor debet, vt à ſe ipſo non abeat, nec vita diſcrepet à ſermone, vnus ſit paſtor, vnam eandémque & in aduerſis, & in proſperis mentem circumferens. Pulchrè Vgo Victorinus lib. 2. Miſcell. tit. 130. *Sic fiet vnum ouile, & vnus paſtor. Vnus in ſe & vnus cum grege. Vnus in ſe, vt quod docet verbis impleat operibus. Vnus vt non mutetur proſperis vel aduerſis. Vnus cum grege, vt à ſubditis non diuidatur per precioſiorem cibum, vel habitum, dum fit vnus per compaſſionem infirmis, per diſpenſationem cum delicatis, vt dicat cum Apoſtolo: Omnia omnibus factus ſum: non fugientes ea, quæ præcipiunt: non imponentes onera grauia, quæ nec digito volunt mouere.*

Propterea me diligit Pater.

PRopterea me diligit Pater. Et cur diligit? *Quia ego pono animam meam.* Scilicet pro ouibus, & in ouium ſalutem. Cur non potiùs dixit, quia per eum cuncta fecit Pater? Omiſit iſtuc, vt ſignificaret, quanti apud Deum eſſet pro animarum ſalute mori, & animas Deo lucrari. Opportunè rem viget etiam Rupertus hîc. *Poterat ſic dicere: Propterea me Pater diligit; quia, ſicut docuit me, hæc loquor, & à meipſo facio nihil: vel: Quia per me in principio cuncta fecit, & ſine me factum eſt nihil. Verùm hoc loco paſtorem legitimum inſtituere vel erudire intendit, & illud notum facere, quòd lucro animarum charius Deo nihil ſit. Hoc igitur opportunè ſecundùm rem dixit: Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam: ſubauditur, pro ouibus meis: videlicet vt ſciant paſtores animarum, quanti meriti ſit mors pro ſalute earum.*

Et hyems erat.

1523. ET *hyems erat.* Encænia igitur in hyeme facta. Iſtuc idem ad animam transferatur. *Satagas tu quoque*, inquit S. Thomas in Catenâ, *dum hyems imminet (id eſt vita præſens turbinibus iniquitatis concuſſa) ſpirituales encænias tui templi celebrare, ſemper renouando teipſum.*

Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.

ET *ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.* Non in templo, quia id non decebat. In porticu autem ſolebant homines ambulare: *in æſtate quidem* (ait Maldonatus) *vt ſub vmbrâ; in hyeme, vt in apricò eſſent:* & idcircò præmiſit Euangeliſta: *Et hyems erat*, vt cauſam redderet, cur in porticu Salomonis ambulauerit.

Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm.

1524. SI *tu es Chriſtus, dic nobis palàm.* Non à pietate & amore veritatis hæc Iudæorum interrogatio eſt, ſed ab eorum malignitate. Exculpere ab eo hoc volebant: vt diceret, ſe Chriſtum eſſe, & conſequenter regem, vt apud Pilatum eum poſſent accuſare. *Malignè interrogant*, inquit hîc Caietanus: *Si tu es Chriſtus. Audierant ſiquidem ipſum dicentem, ſe miſſum à Deo, & alia huiuſmodi ſpiritualia: ſed nunquam dicentem manifeſtè, ſe Chriſtum: & ſciebant, quòd, dicere ſe Chriſtum erat dicere ſe regem; ac per hoc offendi Cæſarem, & poſſe accuſari apud Pilatum læſæ maieſtatis: & propterea nituntur inducere Ieſum ad hoc, vt liberè dicat, ſe eſſe Chriſtum, tanquam credituri verbo eius, vtpotè qui tantoperè affectant hoc noſſe.*

Oues meæ vocem meam audiunt.

OVes *meæ vocem meam audiunt.* Hoc maximè in ouibus commendatur: quòd vocem audiunt paſtoris, eique obediunt. Non audio laudari, quòd multum lactis offerant, multum lanæ. Hæc præcipuè homines ab ouibus quærunt: Chriſtus verò à ſuis ouibus, vt eius vocem audiant, eique obediant, ac eum ſequantur. Oues nimirum quærit potiùs, quàm quæ ab ouibus. Eodem ſpectare & cæteri paſtores debent.

Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

1525. MVlta *bona opera oſtendi vobis.* Hîc *oſtendere* (vt ſæpè in ſacris Litteris) ſignificat, *facere, exhibere.* Sed cur ſignatè *oſtendendi* verbo eſt vſus? *Habet maiorem emphaſim* (inquit Maldonatus) *quàm ſi dixiſſet: Multa bona opera vobis feci: quia oſtendere ſignificat ita facere, vt is, cui fit, manibus teneat, rêque ipſâ ita experiatur, vt aut negare aut ignorare non queat. Itaque duplex hoc verbo Iudæorum notatur vitium; cæcitas, quòd bona Chriſti in ſe opera non viderent aut intelligerent; & ingratitudo (vtar enim hoc verbo) quòd, cùm tot eius in ſe benefacta eſſent experti, lapidare vellent; docuerat eos, ſanauerat eorum ægrotos, liberauerat à dæmonibus multos.*

Multa bona opera oſtendi vobis. Verbum *oſtendendi*, hîc plus ſignificat, quàm præſeferat: *oſtendere*, enim in Diuinis Litteris ſæpè ſignificat, facere, operari; vnde & Carthuſianus: *Oſtendi id eſt, coram vobis feci.* Bona autem, quæ fecit, non enumerat, nec in genere quidem; ne ſe iactare videretur; nóſque exemplo ſuo doceret, ne facilè bona, quæ egimus recenſeremus.

1526. *Me lapidatis?* Actu non lapidabant, ſed affectu, qui, actus computatur apud Deum. Paulò aliter Caietanus hîc. *Non dicit*, inquit, *vultis lapidare, ſed lapidatis; vt intelligamus, quòd erant in procinctu lapidandi; immò quòd, quantum ex ipſis erat, lapidabant: Diuinâ autem virtute inuiti continebantur à lapidando.*

De bono opere non lapidamus te.

DE *bono opere non lapidamus te.* Vide perfidiam: quàm ſubdolè Chriſti virtutem imminuunt. Ieſus dixerat: *Multa bona opera oſtendi vobis.* Illi reſpondent: *De bono opere non lapidamus te.* Dixiſſent, *de bonis operibus.* Multa erant a Domino virtutum opera oſtenſa; ſed ipſi inuide ad vnum contrahunt; vellent & ad nullum, ſi poſſent.

Quærebant ergò eum apprehendere.

1527. QVærebant *ergo eum apprehendere.* Non ad vitam ſuî, ſed ad illius mortem. *Vtinam apprehenderent*, inquit B. Alcuinus, *ſed credendo & intelligendo, non ſæuiendo & occidendo.*

Et

Et abiit iterum trans Iordanem.

E*T abiit iterum trans Iordanem*: in eum ſcilicet locum, vbi & baptizatos & demonſtratus fuerat à Ioanne. Sed cur potiùs eò ſe contulit, quàm aliò? *Vt loci præſentiâ* (inquit Maldonatus) *in quo demonſtratus declaratuſque à Ioanne fuerat, eos, qui ſeſe ſequuturi erant, commoueret, vt, recordati ex loci conſpectu teſtimonij Ioannis, in ſe crederent; eâdemque ratione Euangeliſtam notaſſe locum. Id ita eſſe euentus declarauit.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XI. IOANNIS.

Verſ. 1.

ERAT autem quidam languens Lazarus à Bethaniâ, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororis eius.

Erat autem quidam languens. *Syr. Erat autem quidam, qui morbo detinebatur. Arab. Erat autem quidam infirmus. Euth. Ægrotabat autem quidam. Fr. Luc. Erat autem quidam ægrotans. Caiet. Erat autem quidam, qui infirmabatur.*

Lazarus. *Arab. Qui erat Lazarus. Euth. Nomine Lazarus. Mar. Eleazarus.*

A Bethaniâ. *Syr. Ex Bethaniâ. Al. Bethanienſis.*

De caſtello. *Syr. Pago. Theoph. A caſtello.*

Mariæ. *Syr. Frater Mariæ.*

Marthæ ſororis eius. *Syr. Marthæ. Quidd. Codd. Marthæ ſororum eius.*

Verſ. 2.

(Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur.)

Maria autem. *Syr. Porrò iſta Maria ea.*

Quæ vnxit. *Ar. M. Vngens.*

Dominum vnguento. *Syr. Aromate pedes ipſius Ieſu.*

Et exterſit pedes eius. *Syr. Abſterſitque. Ar. M. Et extergens pedes eius.*

Cuius frater. *Syr. Erat frater iſtius. Arab. Frater autem huius.*

Infirmabatur. *Syr. Qui morbo laborabat. Arab. Erat infirmus. Theoph. Ægrotabat.*

Verſ. 3.

Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce, quem amas, infirmatur.

Miſerunt ergo. *Syr. Miſerunt autem.*

Sorores eius. *Syr. Ambæ ſorores eius. Ar. M. Sorores.*

Ad eum. *Syr. Ad Ieſum.*

Domine. *Syr. Domine noſter.*

Quem amas. *Syr. Is, quem tu diligis.*

Infirmatur. *Syr. Valetudine laborat. Syr. Infirmus eſt. Theoph. Ægrotat.*

Verſ. 4.

Audiens autem Ieſus, dixit eis: Infirmitas hæc non eſt ad mortem; ſed pro gloriâ Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.

Audiens autem Ieſus. *Syr. Ieſus verò. Euth. Ieſus autem vt audiuit. Pagn. Cùm audiſſet autem Ieſus. Fr. Luc. Poſtquàm audiſſet Ieſus.*

Dixit eis. *Euth. Dixit.*

Infirmitas hæc non eſt. *Syr. Ille morbus non eſt. Arab. Non eſt infirmitas. Vat. Ægritudo hæc non eſt.*

Ad mortem. *Syr. Lethalis. Arab. Mortis. S. Hil. Vſque ad mortem.*

Vt glorificetur. *Arab. Et vt glorificetur. S. Hil. Vt honorificetur.*

Per eam. *Syr. Propter eum.*

Verſ. 5.

Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum:

Ieſus. *Syr. Ipſe Ieſus.*

Sororem eius Mariam. *Syr. Mariam. Theoph. Sororem eius.*

Verſ. 6.

Vt ergo audiuit, quia infirmabatur,

Vt ergo audiuit. *Arab. Cùm autem audiſſet.*

Quia infirmabatur. *Arab. Quia infirmus eſſet. Pagn. Quòd ægrotaret.*

Tunc quidem manſit. *Arab. Manſit. Vat. Tum*

tunc

Vulgata Editio. / *Lectionum Varietas.*

tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus.

quidem temporis manſit.
In eodem loco. *Syr. In eo loco, vbi erat. Arab. In loco in quo erat.*
Duobus diebus. *Syr. Duos dies.*

Verſ. 7.

Deinde poſt hæc dixit diſcipulis ſuis:

Deinde poſt hæc. *Syr. Poſtea verò. Arab. Poſt hæc autem. Euth. Deinde poſt hoc.*
Diſcipulis ſuis. *Theoph. Diſcipulis.*

Verſ. 8.

Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?

Diſcipuli. *Syr. Diſcipuli eius.*
Rabbi. *Syr. Magiſter noſter.*
Nunc. *Syr. Modò.*
Quærebant. *Arab. Volebant.*
Lapidare. *Syr. Lapidibus obruere.*
Vadis. *Arab. Vis ire. Vat. Abis.*

Verſ. 9.

Reſpondit Ieſus: Nónne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die non offendit; quia lucem huius Mundi videt:

Reſpondit. *Syr. Dixit eis.*
Diei. *Syr. In die.*
Si quis. *Syr. Et ſi quis. Arab. Si homo.*
In die. *Syr. Interdiu.*
Offendit. *Syr. Impingit. Arab. Offendet.*
Quia lucem. *Syr. Quippe lucem.*

Verſ. 10.

Si autem ambulauerit in nocte, offendit; quia lux non eſt in eo.

Si autem. *Pagn. Si quis autem. S. Ambr. Qui enim.*
Ambulauerit. *S. Ambr. Ambulet.*
In nocte. *S. Ambr. In tenebris. Vat. Noctu.*
Offendit. *Syr. Impingit. Arab. Offendet. S. Ambr. Scopulum offenſionis incurrit.*
Quia lux. *Syr. Quippe cui lux. Arab. Quia lumen.*
Non eſt in eo. *Syr. Non adſit.*

Verſ. 11.

Hæc ait: & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit: ſed vado, vt à ſomno excitem eum.

Hæc ait. *Syr. Hæc dixit Ieſus. Arab. Dixit hæc verba.*
Et poſt hæc. *Syr. Et poſtea. S. Aug. Et poſt hoc.*
Dicit. *Syr. Subdit.*
Vado. *Syr. Proficiſcor.*
Vt à ſomno excitem. *Syr. Excitaturus. S. Ambr. Vt à ſomno ſuſcitem eum. Orig. Vt ſuſcitem ex mortuis.*

Verſ. 12.

Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit.

Dixerunt ergo. *Syr. Dicunt ei.*
Diſcipuli eius. *S. Aug. Diſcipuli.*
Domine. *Syr. Domine noſter.*
Dormit. *Arab. Eſt dormiens.*
Saluus erit. *Syr. Bene valebit. Arab. Expergiſcetur. Ar. M. Seruabitur.*

Verſ. 13.

Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret.

Dixerat autem. *Syr. Hoc autem dixerat. Arab. Et tantummodò ſignificauit verbo ſuo.*
Illi autem. *Pagn. At illi.*
De dormitione ſomni diceret. *Arab. Significaſſet dormitionem ſomni.*

Verſ. 14.

Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt.

Tunc ergo. *Syr. Tunc.*
Manifeſtè. *Syr. Explicatè. Pagn. Liberè.*

Verſ. 15.

Et gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi: ſed eamus ad eum.

Gaudeo. *Syr. Ego gaudeo.*
Propter vos, vt credatis quoniam non eram ibi. *Syr. Me illic non fuiſſe propter vos, vt credatis.*
Eamus ad eum. *Syr. Illuc proficiſcamini.*

Verſ. 16.

Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymos, ad condiſcipulos: Eamus. Et nos, vt moriamur cum eo.

Qui dicitur. *Arab. Qui vocatur. Euth. Qui cognominatur. Ar. M. Ille dictus.*
Didymus. *Syr. Gemellus.*
Ad condiſcipulos. *Syr. Diſcipulis ſociis ſuis. Vat. Diſcipulis. Caiet. Ad diſcipulos.*
Et nos. *Syr. Nos.*
Vt moriamur. *Goth. Et moriamur.*

Verſ. 17.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 17.

Venit itaque Ieſus: & inuenit eum, quatuor dies iam in monumento habentem.

Venit itaque. *Syr. Venit autem in Bethaniam. Ar. M. Veniens igitur. Fr.Luc. Cùm veniſſet ergo.*
Quatuor dies. *Syr. Quartum diem. Euth. Ante quatuor dies.*
In monumento habentem. *Syr. Agere in domo ſepulchri.*

Verſ. 18.

(Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.)

Iuxta Ieroſolymam. *Syr. Iuxta tumulum Ieruſalem diſtans ab eà. Arab. Prope Ieruſalem.*
Quaſi ſtadiis. *Theoph. Ferè ſtadiis. Ar. M. Quaſi à ſtadiis. Fr.Luc. Circiter à ſtadiis.*

Verſ. 19.

Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo.

Multi autem. *Euth. Multique.*
Ad Martham & Mariam. *Mald. Ad eas quæ circa Martham & Mariam.*
Conſolarentur eas. *Syr. Lenirent corda earum.*
De fratre ſuo. *Syr. Propter ipſarum fratrem.*

Verſ. 20.

Martha ergo vt audiuit, quia Ieſus venit, occurrit illi: Maria autem domi ſedebat.

Quia Ieſus venit. *Arab. Aduentum Ieſu.*
Occurrit illi. *Syr. Exiit ei obuiam. Arab. Exiit, vt occurreret illi.*
Domi ſedebat. *Theoph. Domi reſidebat. Vat. Domi deſidebat. Ar.M. In domo ſedebat.*

Verſ. 21.

Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus:

Dixit ergo. *Syr. Et dixit.*
Ad Ieſum. *Syr. Ipſi Ieſu.*
Domine. *Syr. Domine mi.*

Verſ. 22.

Sed & nunc ſcio, quia, quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus.

Quia. *Syr. Fore vt.*
Quæcunque. *Arab. Quodcunque.*
Popoſceris à Deo. *Syr. Petieris à Deo. Ar.M. Popoſceris Deum.*
Dabit tibi Deus. *Syr. Det tibi. Vat. Daturus ſit tibi Deus. Fr.Luc. Concedet tibi Deus.*

Verſ. 23.

Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus.

Dicit illi. *Arab. Dixit autem illi.*
Reſurget. *Syr. Surrecturus eſt.*

Verſ. 24.

Dicit ei Martha: ſcio, quia reſurget in reſurrectione, in nouiſſimo die.

Scio. *Arab. Ego ſcio.*
Quia reſurget in reſurrectione. *Syr. Reſurrecturum in conſolatione. Goth. Quia reſurget in die reſurrectionis.*
In nouiſſimo die. *Syr. Die illo nouiſſimo.*

Verſ. 25.

Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet:

Reſurrectio. *Syr. Conſolatio.*
Qui credit. *Syr. Et qui crediderit. S.Pac. Qui crediderit.*
Etiamſi mortuus fuerit. *S.Pac. Licèt moriatur.*

Verſ. 26.

Et omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

Et omnis qui. *Syr. Porrò quiſquis.*
Viuit. *Arab. Eſt viuens. Tert. Videt.*
Credit. *Arab. Crediderit.*

Verſ. 27.

Ait illi: Vtique, Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui, qui in hunc Mundum veniſti.

Vtique. *Pagn. Etiam.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Credidi. *Euth. Credo.*
Filius Dei viui. *Theoph. Ille Filius Dei.*
In hunc Mundum. *Pagn. In Mundum.*
Veniſti. *Pagn. Venis. Caiet. Venturus erat. Fr.Luc. Veniens.*

Verſ. 28.

Et, cùm hæc dixiſſet, abiit, & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.

Et, cùm hæc dixiſſet. *Arab. Cùm dixiſſet hoc. Ar. M. Et hæc loquuta.*
Et vocauit. *Syr. Vocatum.*
Silentio. *Arab. Secretò. Vat. Clanculùm.*
Dicens. *Syr. Et dixit ei.*
Magiſter adeſt. *Syr. Magiſter noſter venit. Fr. Luc. Præceptor adeſt.*
Vocat. *Arab. Ipſe vocat.*

Verſ. 29.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 29.

Illa, vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad eum.

Illa, vt audiuit. *Syr. Maria autem cùm audiſſet.*
Sorgit citò. *Arab. Surrexit feſtinans. Pagn. Surrexit citò.*
Venit. *Syr. Veniebat.*

Verſ. 30.

Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha.

Nondum enim. *Syr. Nondum verò. Arab. Et non. Vat. Nondum autem.*
Ieſus. *Syr. Ipſe Ieſus.*
Caſtellum. *Syr. Pagum. Ar. M. Vicum.*
Adhuc in illo loco. *Syr. In eo ipſo loco. Euth. In eo loco. Ar. M. In loco.*

Verſ. 31.

Iudæi ergo, qui erant cum eâ in domo, & conſolabantur eam, cùm vidiſſent Mariam, quia citò ſurrexit & exiit, ſequuti ſunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.

Iudæi ergo. *Syr. Quin etiam illi Iudæi. Arab. Iudæi autem.*
Qui erant. *Ar M. Exiſtentes.*
Domi. *Syr. In Domo.*
Cùm vidiſſent. *Syr. Vt viderunt. Arab. Cùm audiſſent.*
Quia citò ſurrexit & exiit. *Arab. Surrexiſſe feſtinantem.*
Sequuti ſunt eam. *Syr. Abierunt poſt eam.*
Quia vadit. *Syr. Arbitrabantur enim, eam abiiſſe. Vat. Quia abit.*
Ploret ibi. *Syr. Fleret.*

Verſ. 32.

Maria ergo, cùm veniſſet, vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus.

Maria ergo. *Syr. Ipſa verò Maria. S. Aug. Maria autem.*
Vbi erat. *Pagn. Eò, vbi erat.*
Videns. *Syr. Vt vidit. Fr. Luc. Cùm vidiſſet.*
Cecidit. *Euth. Procidit. Theoph. Accidit.*
Ad pedes eius. *Arab. Ad pedes eius adorans. Euth. Ad pedes Ieſu.*
Et dicit ei. *Euth. Dicens illi. Vat. Et dicit.*
Domine. *Syr. Domine mi.*

Verſ. 33.

Ieſus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum eâ plorantes infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum,

Ieſus ergo. *Syr. Ieſus verò.*
Vt vidit. *Syr. Cùm vidiſſet.*
Plorantem. *Syr. Flentem.*
Iudæos. *Syr. Iudæos illos. Arab. Vidiſſet Iudæos.*
Qui venerant cùm ea. *S. Aug. Qui erant cum eâ. Ar. M. Simul venientes ipſi.*
Plorantes. *Syr. Flentes.*
Infremuit. *S. Aug. Fremuit.*
Spiritu. *Syr. Spiritu ſuo.*
Turbauit ſeipſum. *Arab. Commotus eſt in ſeipſo. Vat. Conturbauit ſeipſum.*

Verſ. 34.

Et dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide.

Dicunt. *Syr. Et dicunt.*
Domine. *Syr. Domine noſter.*
Et vide. *Syr. Vide.*

Verſ. 35.

Et lachrymatus eſt Ieſus.

Et lachrymatus. *Syr. Et obuenerunt lachrymæ. S. Aug. Lachrymatus eſt.*
Ieſus. *Syr. Ipſi Ieſu.*

Verſ. 36.

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Dixerunt ergo. *Syr. Itaque dicebant.*
Ecce quomodo. *Syr. Videte quantùm.*

Verſ. 37.

Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, vt hic non moreretur?

Quidam autem. *Arab. Et quidam.*
Non poterat. *Arab. Nónne poterat. Euth. Non potuit.*
Qui aperuit. *Ar. M. Aperiens.*
Cæci nati. *Theoph. Cæci. Fr. Luc. Cæci illius.*
Facere. *Syr. Efficere.*
Vt hic non moreretur. *Arab. Hunc quoque non mori. Pagn. Vt & hic non moreretur.*

Verſ. 38.

Ieſus ergo rurſùm fremens in ſemet-

Ieſus ergo. *Syr. Ieſus verò. Arab. Et Ieſus.*

Volgata Editio. | *Lectionum varietas.*

ipſo, venit ad monumentum: erat aotem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.

Rurſum fremens. *Syr. Cùm infremuiſſet. Arab. Infremuit.*
In ſemetipſo. *Syr. Intra ſemeipſum.*
Veoit. *Syr. Tum venit. Arab. Et venit.*
Spelunca. *Arab. Monumentum, ſpelunca.*
Superpoſitus erat ei. *Syr. Erat eius impoſitus oſtio. Arab. Super illud poſitus. Euth. Impoſitus erat ſuper eam. Fr. Luc. Superiacebat ei.*

Verſ. 39.

Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet: quatriduanus eſt enim.

Ait. *Syr. Et dixit. Arab. Dixit igitur.*
Tollite. *S. Aug. Remouete.*
Lapidem. *Syr. Lapidem hunc. Arab. Lapidem hinc.*
Dicit. *Syr. Dicit ei. Arab. Dixit autem ei.*
Eius, qui mortuos fuerat. *Syr. Ipſius mortui. Fr. Luc. Mortui.*
Domioe. *Syr. Domine mi.*
Fœtet. *Theoph. Olet.*
Quatriduanus eſt eoim. *Syr. Quatuor enim dierum eſt. Arab. Quoniam habet quatuor dies.*

Verſ. 40.

Dicit ei Ieſus: Nonne dixi tibi, quoniam, ſi credideris, videbis gloriam Dei?

Quoniam videbis. *Syr. Fore vt videas. Vat. Quòd viſura eſſet.*

Verſ. 41.

Tulerunt ergo lapidem. Ieſus autem, eleuatis ſurſum oculis, dixit Pater, gratias ago tibi, qooniam audiſti me.

Tulerunt ergo. *Syr. Proinde ſuſtulerunt.*
Lapidem. *Abrab. Illum lapidem de loco, in quo erat mortuus poſitus. Euth. Lapidem à loco, in quo iacebat mortuus. Theoph. Lapidem à loco, vbi is mortuus fuerat poſitus. Pagn. Lapidem à loco, vbi is qui mortuus fuerat, erat poſitus. Vat. Lapidem inde, vbi defunctus erat poſitus. Fr. Luc. Lapidem à ſepulchro ſuperpoſitum, vbi erat mortuus iacens.*
Ieſus autem. *Syr. Et ipſe Ieſus. Orig. At Ieſus.*
Eleuatis ſurſum oculis. *Syr. Eleuauit oculos ſuos ſurſum. Theoph. Attollens ſurſum oculos. Orig. ſuſtulit oculos ſurſum. Ar. M. Extulit oculos Suſum. Al. Tulit ſurſum oculos.*
Quoniam sodiſti. *Syr. Quòd audieris. Tert. Quòd ſemper exaudias.*

Verſ. 42.

Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter popolum, qui circunſtat, dixi: vt credant, quia tu me miſiſti.

Ego aotem. *Euth. Ego verò. S. Hil. Et ego. Orig. Pater.*
Sciebam. *Orig. Scio.* vel. *Noram.*
Quis ſemper. *Syr. Semper.*
Me sudis. *Syr. Me à te exauditum iri. S. Hil. Me exaudis.*
Populum, qui circuoſtat. *Tert. Turbas iſtas circunſtantes.*
Dixi. *Syr. Hæc dixi. Arab. Dixi hoc.*
Quis tu me miſiſti. *Syr. Me à te miſſum eſſe. Vat. Quòd tu me miſeris.*

Verſ. 43.

Hæc cùm dixiſſet, voce magnâ clamauit Lazare, veni foràs.

Hæc cùm dixiſſet. *Arab. Et cùm dixiſſet hunc ſermonem. Pagn. Atque hac cùm dixiſſet. Ar. M. Et hoc dicens.*
Magnâ. *Syr. Altâ.*
Clamauit. *Arab. Exclamauit.*
Veoi foras. *Arab. Exi foràs. Clem. Alex. Egredere.*

Verſ. 44.

Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus,

Statim prodiit. *Syr. Exiit. S. Ambr. Reſurrexit. Euth. Prodiit.*
Qui foerat mortuos. *Syr. Mortuus ille. Ar. M. Mortuus.*
Ligatus pedes & manus. *Syr. Manus & pedes vinctus. Arab. Et manus eius & pedes eius erant ligati. S. Ambr. Et ligatus manibus & pedibus*

ligatus

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

ligatus pedes & manus inſtitis; & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: Soluite eum,& ſinite abire.

exiit foras. Theoph. Manus & pedes habens revinctos. Pagn. Manus & pedes habens,ligatos.
Inſtitis. *Syr. Faſciis. Arab. Linteaminibus. S. Ambr.* omittit. *Theoph. Faſciis ſepulchralibus. Vat. Faſciis funereis.*
Et facies illius. *Syr. Vultúmque.*
Sudario erat ligata. *Syr. Sudario. Arab. Ligata ſudario. Euth. Sudario erat obuincta. Pagn. Sudario erat circunligata.*

Verſ. 45.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant,quæ fecit Ieſus,crediderunt in eum.

Multi ergo. *Arab. Multi autem. Al. Multi.*
Qui venerant. *Ar. M. Venientes.*
Et Martham. *Syr. & ferè omnes* omittunt.
Et viderant. *Orig. Cùm vidiſſent. Ar. M. Et ſpectantes.*
Quæ fecit. *Syr. Quod fecerat. Orig. Quæ feciſſet. Ar. M. Quæcunque fecit.*

Verſ. 46.

Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos,& dixerunt eis,quæ fecit Ieſus.

Quidam autem. *Arab. Et quidam. Euth. Quidam verè.*
Abierunt. *Syr. Profecti ſunt.*
Dixerunt. *Arab. Nunciauerunt.*
Quæ fecit. *Syr. Quicquid fecerat. Arab. Quodcunque fecerat. Orig. Quæ feciſſet.*

Verſ. 47.

Collegerunt ergo pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus,quia hic homo multa ſigna facit?

Collegerunt ergo. *Syr. Et congregati ſunt. S. Aug. Collegerunt. Caiet. Congregauerunt ergo.*
Pontifices. *Syr. Principes ſacerdotum. Arab. Summi ſacerdotum. Fr. Luc. Summi ſacerdotes.*
Concilium. *Syr.* omittit. *Euth. Conſilium. Fr. Luc. Synedrium.*
Dicebant. *Arab. Dixerunt.*
Facimus. *Syr. Agemus. Vat. Agimus. M. SS. Faciemus.*
Hic homo. *Syr. Vir iſte.*
Multa. *S. Baſ. Talia.*
Facit. *Syr. Edit.*

Verſ. 48.

Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum,& venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.

Si dimittimus. *Syr. Quòd ſi ſinamus. Arab. Si enim dimiſerimus. S. Aug. Si relinquimus. Euth. Si reliquerimus. Orig. Si permiſerimus.*
Omnes. *Syr. Omnes homines. S. Aug. Omne ſeculum.*
Credent. *S. Aug. Ibit.*
In eum. *S. Aug. Poſt illum. Pag. Ei.*
Tollent. *Arab. Debellabunt.*
Noſtrum locum & gentem. *Arag. Gentem noſtram & locum noſtrum. S. Aug. Nobis & locum & regnum. Theoph. Tum locum noſtrum, tum gentem.*

Verſ. 49.

Vnus autem ex ipſis Caiphas nomine, cùm eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam:

Vnus autem. *Euth. Vnus autem quidam. Pagn. Vnus autem quiſpiam.*
Caiphas nomine. *Syr. Cuius nomen eſt Caiphas. Arab. Cuius nomen erat Caiphas. Pagn. Caiphas.*
Cùm eſſet pontifex. *Syr. Erat ſummus ſacerdos. Arab. Erat ſummus ſacerdotum. Ar. Mr. Princeps ſacerdotum exiſtens.*
Anni illius. *Arab. In illo anno.*
Dixit. *Syr. Et dixit.*
Neſcitis quicquam. *Syr. Nihil ſcitis. Arab. Non ſcitis quicquam.*

Verſ. 50.

Nec cogitatis, quia expedit vobis, vt

Cogitatis. *Orig. Perpendiſtis.*
Quia expedit vobis. *Arab. Quòd melius eſt nobis. S. Aug. Expedit. Theoph. Quòd expedit nobis.*
Vt vnus moriatur homo pro populo. *S. Aug. Vnum pro omnibus mori.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Et noo tota. *Arab. Quàm vt tota. Pagn. Ac non tota. Orig. Et non vniuerſa.*

Verſ. 51.

Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed, cùm eſſet pontifex anni illius, prophetauit, quòd Ieſus moriturus erat pro gente:

Hoc autem. *Arab. Et hoc.*
A ſemetipſo. *Syr. Ex propriâ voluntate.*
Cùm eſſet pontifex. *Syr. Quia erat ſummus ſacerdos. Arab. Quia erat ſummus ſacerdotum. Ar. M. Princeps ſacerdotum exiſtens.*
Anni illius. *Arab. In illo anno.*
Prophetaoit. *Vat. Vaticinatus eſt.*
Quòd Ieſus moriturus erat. *Syr. Fore vt Ieſus moreretur. Arab. Quod Ieſus erat futurus, vt moreretur. S. Aug. Quia oportebat eum mori.*
Gente. *S. Aug. Pro populo & gente. Euth. Natione. Fr. Luc. Illâ gente.*

Verſ. 52.

Et non tantùm pro gente; ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum.

Gente. *Syr. Illâ gente. Euth. Natione.*
Sed vt. *Syr. Sed etiam vt.*
Filios. *Ar. M. Natos.*
Qoi erant diſperſi. *Ar. M. Diſperſos.*
Coogregaret. *Ar. M. Cogeret.*
Io voum. *Syr. Vnà.*

Verſ. 53.

Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum.

Ab illo ergo. *Syr. Ab illâ itaque. Arab. Et ab illo.*
Cogitauerunt. *Syr. Machinabantur. Arab. Conſuluerant. Euth. Decreuerunt. Theoph. Conſultabant inuicem. Orig. Conſultauerunt vnà. Caiet. Conſultauerunt.*
Vt ioterficerent eum. *Arab. De occiſione eius. Euth. Vt occiderent eum.*

Verſ. 54.

Ieſus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos: ſed abiit in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem; & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.

Ieſus autem. *Syr. Ipſe verè Ieſus. Ar. M. Ieſus ergo.*
Iam non in palàm. *Syr. Non palàm. Theoph. Iam non propalàm. Pagn. Iam non liberè. Fr. Luc. Non amplius palam.*
Apud Iudæos. *Orig. Inter Iudæos. Ar. M. In Iudæis.*
Abiit. *Syr. Profectus eſt illinc. Euth. Abiit inde.*
Iuxta deſertum. *Syr. Quæ eſt prope deſertum. Arab. Propinquam deſerto. Vat. Deſerto vicinam.*
Io ciuitatem, quæ dicitur Ephrem. *Syr. In arcem, quæ vocatur Ephrem. Euth. In ciuitatem, quæ dicebatur Ephraim. Ar. M. In Ephraim dictam vrbem.*
Morabatur. *Orig. Verſabatur.*

Verſ. 55.

Proximum autem erat Paſcha Iudæorum: & aſcenderunt multi Ieroſolymam de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos.

Proximum autem erat. *Arab. Et appropinquauerat. Theoph. Inſtabat autem. Ar. M. Erat autem propè. Caiet. Propinquum autem erat. Fr. Luc. Appropinquabat autem.*
Paſcha. *Arab. Feſtum Paſchæ.*
Et aſcenderunt. *S. Aug. Aſcenderunt ergo.*
De regione. *Syr. Ex vicis. Vat. E regione. Ar. M. Ex illâ regione.*
Ante Paſcha. *Syr. Ante feſtum.*
Sanctificarent ſeipſos. *Orig. Purificarent ſe.*

Verſ. 56.

Quærebant ergo Ieſum: & colloquebantur ad inuicem in templo ſtantes:

Quærebant ergo Ieſum. *Syr. Et quærebant ipſum Ieſum.*
Colloquebantur ad inoicem. *Syr. Dicebant alius ad alium. Arab. Dicebat alter eorum ad alterum. S. Aug. Et loquebantur inter ſe. Euth. Dicebant inter ſe. Theoph. Colloquebantur inter ſeſe.*
Io templo ſtaotes. *Syr. In templo. Arab. Dum ipſi eſſent in templo.*
Putatis. *Pagn. Videtur vobis.*
Quia non venit. *Syr. Non venturum eſſe. Arab.*

Quid

Vulgata Editio.

Quid putatis, quia non venit ad diem feſtum?

Verſ. 57.

Dederant autem pontifices & Phariſæi mandatum, ſi quis cognouerit, vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum.

Lectionum Varietas.

Videtúrne vobis ipſum non venire. Pagn. Quòd non venerit. Fr. Luc. Quòd non veniet.

Ad diem feſtum? *Syr. Ad feſtum? Arab. Ad feſtiuitatem? Quadd. Codd. Ad diem feſtum iſtum.*

Dederunt autem mandatum. *Syr. Præceperant. Vat. Dederant autem præceptum.*

Pontifices. *Syr. Principes ſacerdotum. Arab. Summi ſacerdotum.*

Vt ſi quis. *Arab. Si quis.*

Cognouerit. *Syr. Noſſet. Arab. Sciuerit. Theoph. Cognouiſſet.*

Vbi ſit. *Syr. Vbi eſſet. Arab. Locum eius.*

Indicet. *Syr. Indicaret eis. Arab. Oſtenderet eis illum.*

Apprehendant. *Syr. Prehenderent. Euth. Comprehenderent.*

CAPVT XI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Firmitas in infirmitate. 1528
Obedientia in infirmo commendatur. 1528
Mulieres ferè religioſiores quàm viri. 1528
Quæ victum reſpiciunt, non multi facienda. 1529
Quanti ſit meriti morbo affectis inſeruire. 1529
Chriſti in nos amor. 1530
Non ægrè ferendum ſi Dei amici aliquo morbo laborant. 1531
Vita actiua & contemplatiua vnio. 1531
Studet Chriſtus, ne eius amor in nos ignoretur. 1532
Animorum concordia commendata. 1532
Nemo triſtetur ob amici infirmitatem. 1533
Plerumque dona ſua dare Deus differt, vt maioribus nos oneret. 1533
Affectus ſuos homines plerumque palliant. 1534
Torpor & deſidia Chriſto diſplicet. 1534
Hoſpitalitatis laus. 1535
Mors poſt Chriſtum non timenda. 1535
Noſtra tunc maximè Deus curat, quùm homines putant non curare. 1536
Res ſuas nemo verbis extollat. 1536
Chriſto modeſtia à faſtu aliena. 1536

Erat autem quidam languens Lazarus à Bethaniâ de caſtello Mariæ & Marthæ.

1528. ERAT *autem quidam languens Lazarus.* Licèt Chriſti eſſet amicus, non ob id tamen ab infirmitate fuit immunis. Infirmitas, quinam ſint veri amici Dei, oſtendit: nec tollit amicitiam, ſed roborat, firmatque infirmitas, à quâ nec ſororum ſanctitas Lazarum exemit. Nonnus in ſuâ Paraphr. ſic habet: *Erat quidam vir Lazarus infirmus morbido igne.* Vir in infirmitate eſt, qui virtutem infirmitate correptus, prodit; vt, quò imbecillius eſt corpus, fortior ac vegetior ſit mens.

A Bethaniâ. Nonnus: *Intra celebrem Bethaniam.* Nomen loci interpretare, & vtile habes monitum, Bethania, *domus obedientiæ*, ſonat. Congruens infirmo locus, & ſororibus. quæ vitæ actiuæ & contemplatiuæ exemplar extitere. Benè Bethaniam incolunt, & obedientiæ domum, qui obedientiæ domicilium ſunt.

De caſtello Mariæ & Marthæ. Non quòd Dominæ oppidi eſſent, vt aliqui cenſuere; ſed, quòd in eo habitarent, vt probabilior opinio fert. Sed cur per ſorores Lazarus deſcribitur? Quia ſorores, Chriſti familiaritate notiores vulgo erant, *vt ſolēt mulieres* (inquit ille) *religioſiores eſſe, quàm viri.*

Maria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento.

MAria autem erat, quæ vnxit Dominum vnguento. Mirum, quòd nudum Marthæ nomen apponitur; nec adiicitur, quid in Ieſum præſtiterit, quòd ſæpè exceperit hoſpitio. De Mariâ ea dicuntur, quæ ad eius laudem ſpectant. *Quia inter fideles*, inquit Franciſcus Lucas *plures erant mulieres nomine Maria, deſcribit hanc Euangeliſta ex ſingulari quâdam actione, quòd ſcilicet vnxit aliquoties Dominum.* Huiuſmodi enim opus eam notam celebrémque effecerat. Non dixit de Marthâ, quòd ſolicita circa frequens miniſterium eſſet, & circa ea, quæ victum reſpiciunt; innuens hæc non tanti facienda. 1529.

Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur.

MIſerunt ergo ſorores. Non iuerunt ipſæ; ſed miſerunt nuncium, ſexûs infirmitate (vt ille ait) cohibitæ; neue infirmum desererent: vt vel hinc diſcas, quanti ſit meriti morbo affectis inſeruire: hæ quippe mulieres maluerunt potiùs infirmi fratris habere curam, quàm illo alterius curæ commiſſo, ad Chriſtum, ad quem aliàs auidiſſimè euolaſſent, ſe conferre. Putârunt, ſe Chriſto præſtare, quod fratri præſtabant, quem Chriſtus diligebat; nam & dixerunt: *Ecce, quem amas, infirmatur.* ac ſi eorum obſequia Lazarum reſpicerent; vt amatum à Chriſto, & conſequenter Chriſto inſeruirent in Lazaro. Denique miſerunt *ob fiduciam* (inquit Sanctus Chryſoſtomus) *ac familiaritatem, quam tum eo habebant.*

Miſerunt ad Dominum, vt, ſi dignaretur, veniret, ac eum ab ægritudine liberaret. Sed in hoc defecerunt in fide, *quòd* (vt ille ait) *nunciandum putauerint morbum fratris Ieſu tanquam ignoranti.* Non erat, quòd nunciarent morbum ei, qui ſciebat 1530.

omnia: non eas tamen reprehendit, cùm id non à perfidiâ ortum, vt in Iudæis; ſed à nondû ignorantiâ, quam ab eis eluere in ſequentibus colloquiis ſtuduit.

Ecce, quem amas, infirmatur. Non dicunt *Lazarus*, nec *frater noſter*, ſed *quem amas*, vt non Lazari nec ſua merita, ſed tantùm Chriſti in Lazarum amorem ob oculos ſe habere ſignificarent: nihil enim efficaciùs ad opem ferendam mouere Ieſum poteſt, quàm amor ille, quo nos proſequitur: ſic non auſæ fratrem commendare ob amorem, quo in Chriſtum hæ ſorores æſtuabant; quia exiguum tepidúmque cenſebant. Hoc amori proprium, vt, licèt maximè amore ardeat, tepidum ſe tamen in amando credat.

Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem eius Mariam & Lazarum.

1531. D*Iligebat autem Ieſus Martham.* Et cum ipſa ſororem eius & fratrem ob egregias eorum virtutes; & quia maximè hoſpitales. Dilexit eos amore ſingulari. *Frequenter autem dicit*, inquit S. Chryſoſtomus, *amabat Lazarum & ſorores eius, erudiens nos non ægrè ferendum, ſi boni viri & Deo amici aliquo morbo laborent.* Tantùm, vt creſcat iſte amor, amentur morbi, qui à Deo mittuntur: ametur Deus, qui mittit; morbúſque adeò amoris non ſoluat nexum, vt fortiorem firmioremque reddat.

Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem eius Mariam. Cur Martham Mariæ præponit? *Quia Chriſtus* (inquit Salmeron tom. 6. tract. 43.) *hîc potiùs agebat vitam actiuam, quàm contemplatiuam.* An, quia actiua vita contemplatiuam antecedit? Sed priùs, Maria priùs eſt nominata, quàm Martha. Promiſcuus iſte ordo fortè indicat, aliquando actiuam vitam contemplatiuæ præferendam; aliquando actiuæ contemplatiuam, pro perſonarum officiorúmque varietate.

1532. *Diligebat autem Ieſus.* Dilectionis hîc facta mentio, quâ Ieſus Martham, Mariam, Lazarúmque complectebatur: cur? *Ne putares* (inquit hîc Caietanus) *quòd Ieſus ex minore erga has mulieres aut Lazarum amore tardauerit ire ad curandum ſeu reſuſcitandum Lazarum, excludit huiuſmodi cauſam Euangeliſta, narrans amorem Ieſu erga ſingulos.*

Diligebat Ieſus hanc familiam; non quia non alias etiam diligeret, ſed quia hanc præcipuè & amore ſingulari. Sed cur ita diligebat? Quia fide nobilem nouerat, & *inter ſe concordem* (vt ille ait) reperérat. Inſignis inter has ſorores & fratrem, concordia fecit, vt erga omnes peculiari quodam affectu Chriſtus afficeretur. Diceres animorum pacem, domorum concordiam, magnetem quendam Diuini amoris eſſe.

1533. *Diligebat autem Ieſus Martham.* Cur tam frequenter meminit dilectionis? Nos erudit *non triſtari* (inquit S. Bonauentura) *ſi aliqua infirmitas fuerit circa amicos.* Infirmus amicus ſit, non eſt infirmus amor, quo nos proſequitur, qui mittit infirmitatem.

Manſit in eodem loco duobus diebus.

M*Anſit in eodem loco duobus diebus.* Cur non ſtatim ſequutus eſt nuncios, &, antequàm moreretur, non ſanauit Lazarum? Vt maius miraculum faceret, quàm Lazari ſorores ab ipſo poſtularent. Illæ enim poſtulabant, vt ægrotantem ſanaret: ipſe volebat mortuum, iam ſepultum, iam quatriduanum, iam fœtentem ſuſcitare. Nimirum plerunque dona ſua concedere Deus differt, vt maioribus nos oneret.

Nunc quærebant Te Iudæi lapidare.

N*Vnc quærebant Te Iudæi lapidare.* Quò eos fert timor! *Nunc*, inquiunt, *Te quærebant Iudæi lapidare*; id eſt paulò antè: aliquot enim interceſſerant dies; ſed adeò ea res eorum mentes inuaſerat, vt recens, immò & præſens, eſſe videretur. Loquuntur autem ita, quaſi ſolius Chriſti curam habeant; quamuis non tantùm illi, ſed multò etiam magis ſibi timerent, vt notauit Sanctus Chryſoſtomus. Plerunque ita accidit, vt affectus ſuos homines pallient; & de aliis ſoliciti eſſe videantur, cum interim ſint ſui, ſubque Dei obſequio ſuis affectibus obſequantur. 1534.

Lazarus amicus noſter dormit.

L*Azarus amicus noſter dormit.* Non meretur, Amor meus, amicus tuus eſſe, qui dormit, qui torpet, & altæ indormit ſegnitiei. At non de hoc ſomno loqueris; ſed de mortis ſomno, à quo Tu ſolus potes amicum excitare. Somnus mortis non diſplicet Chriſto: diſplicet ſomnus, quem torpor & deſidia gignit. *Dormit.* Nullus verus Ieſu amicus mortuus eſt; ſed dormit tantùm, etiamſi reſpectu aliarum perſonarum ſit vitâ functus. Mortuus erat Lazarus, vt frater Marthæ & Mariæ: vt Chriſti amicus, dormit, excitandus à Chriſto.

Lazarus amicus noſter. Nonnus: *Amiciſſimus noſter hoſpes.* Vt multa hic frater, hæque ſorores laude digna præſtiterint, maximéque Chriſto chara; hoc tamen præcipuum fuit, quòd hoſpitalitatis laude inſignes extitere. 1535.

Lazarus amicus noſter dormit. Poſt Chriſti aduentum mors iam non videtur mors, ſed ſomnus. *Docet* (verba ſunt S. Chryſoſtomi homil. 32. in Matth.) *non timendam mortem, cùm ad conditionem ſomni iam redacta ſit.* Mors, ſomnus, dicitur; ſed in ſomno quoque mors cogitanda.

Sed vado, vt à ſomno excitem eum.

V*Ado, vt à ſomno excitem eum.* Non dixit: *Eamus, vt à ſomno excitemus eum.* Sicuti ſuperiùs dixerat: *Eamus in Iudæam iterum.* Quia nimirum comites eos & ſpectatores miraculi eſſe voluit, non ſocios. Videre miraculum debebant, non edere. Potuiſſet ſine diſcipulis ire; ſed oportebat, vt illi præcipuè tam magni miraculi teſtes eſſent, quò & firmiores in fide eſſent, & ad fidem alios incitarent.

Sed vado. Quùm exiſtimari poterat, eum Lazari oblitum, eiúſque vitam aliis rebus poſthabere; 1536.
tunc maximè de eo excitando cogitat, ſeque in viam dat, vt mortuo det vitam. Noſtra tunc maximè Deus curat, quùm homines putant non curare.

Vado, vt à ſomno excitem eum. Opus, quod acturus erat, extenuat: non exaggerat: excitationem à ſomno, vocat reſuſcitationem. Abeunt ab hoc more, qui res ſuas attollunt, vt extollant ſe; & verbis reddunt maiora, quæ ſunt præſtaturi.

De morte Lazari loquitur ſub ſomni dormitioniſque vocabulo. Sed cur adeò obſcurè loquutus eſt, vt putarent diſcipuli eum de vero

ſomno

ſomno loqoi? Modeſtiæ causâ id fecit; *quia à faſtu alienus erat* (vt ait Theophylactus) ne arrogantiùs ſe iactare videretur, ſi diceret ad mortuum reſuſcitandum ſe ire; *vtque pluribus ſermonibus* (addit bonus Author) *faceret diſcipulos ad miraculum attentiores*; & maiorem ex illo elicerent fructum, meliores ab illo irent.

SECTIO II.

Sua nemo iactet. 1537
A lateris contactu quantas vires ebiberit Sanctus Thomas. 1537
Iudæorum odium in Chriſtum & eius diſcipulos. 1538
A Dei ſenſu hominum cenſiones quantum abeant. 1538
Hominum indignatio, Chriſti amore non timenda. 1539
Alas Chriſti amor amanti addit. 1539
Clam parentibus ad Chriſtum eundum quùm impedire itionem noſtram poſſunt. 1540
Negotiorum quoque tractatione duci ad Chriſtum poſſumus. 1541
Lachryma vt coërcenda in charorum morte. 1541
Mulieris opprobrium vt auferre ſtuduerit Chriſtus. 1542
Euagationis diſcrimina vitanda. 1543
Aduerſa Chriſti amore fortiter ferenda. 1543

Mortuus eſt.

1537. MOrtuus eſt. Vide hîc Chriſti humilitatem ab omni faſtu immunem, ab omni iactantiâ. Quùm dixit: *Dormit*, addit: *Vado, vt à ſomno excitem eum.* Hîc verò, cùm dixerit: *Mortuus eſt.* non adiecit: *Vado, vt à morte exſuſcitem eum*: quod cohærenter addendum videbatur. Abſtinuit, ne ſe ſuámque virtutem videretur efferre. Iſtud acutè expendebat etiam S. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus Orat. 40. in hæc verba: *Quùm diceba: Dormit, addidit: Vado, vt à ſomno excitem eum. Quùm verò dixit: Mortuus eſt: non id adiecit: Vado, vt exſuſcitem eum. Quæ enim re comprobaturus erat, verbis ante dicere noluit; à vanâ gloriâ vbique docens alieniores eſſe.*

Eamus & nos, vt moriamur cum eo.

EAmus & nos, vt moriamur cum eo.* Timor à Thomâ has voces excuſſit. Sed mirum: qui adeò timet ante Chriſti mortem, poſt ipſam omnibus animoſior eſt viſus, quùm maximè diſſitas barbaraſque gentes adiuit, Euangelium in Indias inuehens. Potuit & à lateris contactu has vires bibere. Sanctus Baſilius Seleucienſis Orat. 40. hæc habet ad verba producta: *Vox illa pauoris eſt. Poſteà tamen omnibus fortior euaſit & inculpatus. Hoc enim mirabile eſt: quòd ante Crucem tam infirmum, poſt Chriſti paſſionem fidemque acceptam de reſurrectione valentiorem omnibus videamus. Tanta eſt Chriſti vis: nam, qui cum Chriſto Bethaniam comitari auſus non erat, hic Chriſto iam oculis ſubtracto orbem percurſat vniuerſum, ac in medijs verſatur populis cædem anhelantibus.*

1538. *Eamus & nos, vt moriamur cum eo.* Et non poterant ire cum ipſo abſque eo, quòd obiret ipſe & qui cum ipſo? Et à quibus mors timenda, à quibus expectanda? A Iudæorū odio. *Hoc dicit*, inquit Euſebius ſerm. in fer. 6. poſt Domin. 4. quadrageſ. *Thomas, quia tanto odio aduerſus Ieſum, & diſcipulos eius Iudæos inflammatos eſſe ſciebat, vt nihil niſi mortem & pœnam ab eis expectaret* Moriamur cum eo. Felices, qui non cum ipſo tantùm moriuntur; ſed pro ipſo; nam & ipſe pro nobis mortuus eſt.

Eamus & nos, vt moriamur cum eo: Nam magiſtrum tanquam ad certam mortem ire putabant, nec ideo eſſe deſerendum; vnde inquit: *Eamus & nos*; &, ſi neceſſe ſit, moriamur cum eo, quod ſingularis amoris erat indicium. Sed hîc vide, quàm à Dei ſenſu hominum cenſiones abeant: adeò Chriſtus non eſt mortuus, vt mortuum ſuſcitauerit: nec diſcipuli mortui in illo ſunt, ſed vitæ reſtitutum Lazarum, iam defunctum, videre.

Vt conſolarentur eas.

VT conſolarentur eas*, diſcutientes earum dolo- 1539.
rem, quo ob fratris mortem afficiebantur. Sed quæri hîc poteſt, quî Iudæi has ſorores ſolabantur à Chriſto dilectas. *Vel quia nobiliores reuerebantur*, inquit Sanctus Chryſoſtomus: *vel quia non omninò mali erant.* Addit Dionyſius Richelius: *Et fortè multò plures veniſſent ad ipſas, niſi tam familiares fuiſſent Chriſto; propter quod multorum indignationem incurrerunt.* Felices, quæ indignationem hominum non timent incurrere, dummodò dignæ Chriſti familiaritate ſint.

Martha ergo, vt audiuit, quia Ieſus venit, occurrit illi.

OCcurrit illi.* Chriſto obuiam iuiſſe dicitur Martha: accurrit & magiſtro Maria, & ad eius pedes ſe proiecit: quin celeritatem in eâ commendauit Euangeliſta, dum ait: *Illa, vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad eum.* Alas nimirum amor addiderat. Qui Dei amore magis æſtuat, in eius cultu & obſequio promptior, alacrior & perfectior eſt. Bene Appollinarius in Catenâ Græcâ: *De Marthâ non dixit, quòd ad pedes eius acciderit, ſed occurrerit duntaxat: neque dicit eam celeriter ac diligenter accurriſſe; hoc namque Mariæ Euangeliſta tribuit, de Marthâ ſolùm dicens, eam ſimpliciter occurriſſe: occurrere autem quid minus eſt, quàm venire: vt vel inde pateat, Mariam plurimis titulis Dominum magis dilexiſſe.*

Iit ad Chriſtum Martha, & it ſola: *cur* (inquit 1540.
Sanctus Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ) *non aduocat ſororem, cùm obuiam Chriſto proficiſcitur? Vult ſola occurrere, & rem nunciare; at, cùm ſpem bonam habere iuberetur, tunc abit, & Mariam vocat, eique luctu repullulante fit obuiam.*

Occurrit illi. Sed cur nihil ſorori ſignificauit? An, ne & illa exire obuiam vellet, omnéſque eam Iudæi ſequerentur; *& nimius tumultus*, vt ait Maldonatus, *excitaretur?* Addit: *Vero etiam ſimile videtur, voluiſſe Martham laudem illam præripere, quòd prior excepiſſet Chriſtum.* Claudit: *Sancta eſt prudentia clam fratribus, clam parentibus ad Chriſtum ſeſe conferre.* Maximè ſi itionem noſtram impedire aut differre poſſunt: quod tamen à Mariâ timere Martha non poterat.

Martha audiens, quia Chriſtus aduenerat, illi 1541.
occurrit. Scilicet aduenitſe priùs venit ad aures Marthæ, quàm Mariæ: hæc quippe contemplationi & ſolitudini magis dedita ſeſe ſubduxerat: Martha de re familiari ſolicita *aut domi* (vt ille ait) *obambulabat, aut extra domum fortè occupata agebat*

negotium aliquod : nec enim torpebat otio, nec ſegnitiei indormiebat. Feliciter negotia pertractantur, quùm Chriſti citiùs inueniendi nobis occaſionem præbent. Quàm falluntur. qui negotiorum tractatione ſe à Chriſto abduci queruntur, non duci. Hoc non negotiis tribuendum, ſed illorum torpori, qui illa pertractant, & nimiâ diſtractione, nimioque affectu, quo res terrenas verſant, & verſantur in terrenis rebus.

Martha, vt audiuit venire Ieſum, ſepoſitâ calamitate, & oblita luctus, occurrit ad eum ; idem præſtitit & Maria eius ſoror, ſuo ſexu etiam in hoc maiores, quæ, vt Chriſtum honorent, muliebres ſeponunt lachrymas, nec in lamenta erumpunt. Id quod expendens S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, hæc in harum mulierum laudem habet. *Conſiderate mulierum ſapientiam, quamuis imbecilla eſſent : viſo enim Chriſto, non ſtatim in planctus & lamenta proruperunt, vti nobis uſuuenit, cùm mœrore aliquo affecti à notis viſitamur ; ſed continuò magiſtrum venerantur, & in Chriſtum crediderunt.* Coërcere aliorum lachrymas debent dum coërcent ſuas. *Domine ſi fuiſſes hîc* inquit Martha; nuntiat fratris mortem non lachrymas effundit, quod eſt fœminarum in fœminis non notatur. Quod expendebat Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus Orat. 40. his verbis : *Videte, quanta mulierum ſapientia, licèt mens earum plerunque debilior. Chriſtum enim intuitæ, non mox effuſa ſunt in lamenta, gemitus, vlulatus (quod nobis euenit vbi nobis lugentibus notos ſuperuenire conſpicimus) ſed properè magiſtrum deuenerata ſunt.*

1542. *Occurrit illi.* Non expectat Martha aduenire Chriſtum, domumque ipſam ſubire ; ſed occurrit illi, nec ſeruum præmittit. Sed cur non ſtatim ſe Chriſtus ad ſepulchrum contulit ? Cur diu cum Marthâ loquitur ? Non hæc fuere myſterio vacua. Sanctus Petrus Chryſologus ait id factum, vt à muliere opprobrium, quod contraxerat auferretur. Sic ille rem verſat ſerm. 64 *Occurrit illi. Sic ſeruus non fuit, non proximus, non amicus certè qui aderat conſolator, vt mulier ſola medias per turbas per caſtrum totum extra ciuitatem, & luctûs tempore, venienti occurreret Saluatori. Fratres, in his perſonis non cauſa currunt, ſed ſacramenta ſignantur. Mulier currit pro morte, quæ cucurrit ad mortem: feſtinat ad veniam, quæ feſtinauit ad culpam : ad Redemptorem pium peruenit, ſeductor peſſimus quam præuenit : reſurrectionem quærit, quæ quæſiuit ruinam ; & ipſa, quæ mortem viro attulit. vt vitam viro referat, hac anhelat. Hinc eſt, quòd in loco Chriſtus reſtitit, expectauit Chriſtus ; quòd non intrauit turbas ; quòd non contendit ad domum ; quòd non ad ſepulchrum diuertit ; quod non ad Lazarum, propter quem venerat, non feſtinauit : ſed mulierem ſuſtinet, mulierem remoratur, mulierem primam ſuſcepit, quam primam ſuaſor infecit. A muliere perfidiam fugat, ad mulierem reuocat fidem ; vt, quæ fuit perditionis obſequium, ſalutis eadem ſit miniſtra; & ſit tandem per Deum viuentium mater; quæ per diabolum diu mater extitit mortuorum. Et quia mulier fuerat mali caput, cauſam mortis agit ; vt antè crimen diluat, quàm veniam largiatur ; antè cauſam tollat, quàm ſententiam ſoluat : & cauet, ne vir mulierem, per quam ſemel deceptus eſt, participem refugeret ad vitam, ac ne multus periiſſet mulier, ſi antè ad virum Chriſtus Dominus perueniſſet. Hinc eſt, fratres, quòd per mulierem nuſcitur Chriſtus. Hinc eſt, quòd viuos mulier ſemper ventris ſui ſuſcitat de ſepulchro, vt doloribus reuocet, quem depulit blandimentis ; vt flendo reparet, quem perdidit manducando.*

Maria autem domi ſedebat.

M*Aria domi ſedebat.* A ſe ipſa didicit euagationis vitare diſcrimina ; domi ſedebat, vt 1543.
commodiùs Dei ſui domus efficeretur, quæ vagans dæmoniorum euaſerat ſpelunca. Adeo verò ſilentij amica effecta erat, vt & ſoror ad eius guſtum non niſi cum ſilentio eam vocauerit ad magiſtrum.

Domine, ſi, fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus.

D*Omine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus.* Non eſt conqueſta, quòd non venerit, quandò ad eum miſit, qui nunciarent Lazarum infirmum decumbere. Tacuit iſtuc, & in tanti magiſtri reuerentiam, & ne verbulo quidem dilectionem læderet. Qui verè Ieſum amat, de Ieſu non queritur, quicquid illi accidat aduerſi : nam aduerſa, Ieſu diligente, ſecunda ſunt ; ſecunda, ſine Ieſu, ſunt aduerſa. Benè hîc cadunt Ruperti verba ad hæc verba : *Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. Non auſa eſt conqueri, cur non fuiſſet hîc, vel cur non veniſſet mox, vt ipſi nunciatum eſt à dicentibus : Domine, ecce, quem amas, infirmatur. Sed reuerentiam Domino ſeruans, & dilectionem lædere cauens, tantùm humili fide in confractione cordis omnipotentiam confitetur amantis ; nam ſequitur: ſed & nunc ſcio, quia, quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus.*

SECTIO III.

Silentij vtilitas. 1544
Externum opus ad Chriſtum nos inuitet. 1544
Cunctatio quùm ad Chriſtum eundum, amolienda. 1545
Inuidia à Chriſti ſeruis exulet. 1545
Chriſti præſentia vocatio quadam eſt. 1546
Quùm ad Chriſtum eundum, minimè conſulendi qui Mundi tuentur partes. 1546
Ea præcipuè perficienda, quæ Dei honorem maximè ſpectant. 1547
Mundani ad terrenarum voluptatum ſepulchra facilè eunt. 1548
Quàm facilè in aliis iudicandis homines falluntur. 1549
De bonorum laboribus malè mali iudicant. 1549
Humilitas, pœnitentium conſignatio. 1549
In Chriſti cultu hominum cenſiones ſpernenda. 1549
Peccatorum memoria. 1550
Ad Chriſti pedes cur Maria Magdalena ceciderit. 1550
Lachrymæ quantas habeant vires. 1551
Preſſiùs loquitur qui ardentiùs diligit. 1551

Vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio.

V*Ocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio.* Cur 1544
ſilentio vocat ? An, ne Iudæi, ſi id ſcirent, ad ſolita conuiciorum arma decurrerent, & tam ſanctum colloquium impedirent ? Huc flectebat Rupertus hîc : *Silentio vocat ſororem ſuam. Quare ſilentio, niſi propter Iudæos, qui multi (vt antè dictum eſt) venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarentur*

ventur eas de fratre ſuo? non enim ignorabant, quia nuper eum lapidare voluerant. Ne ergo irreuerentes inimici magiſtrum ſolitis pulſarent iniuriis, vel ne currentes impedimento eſſent ſibi cupientibus eius colloquio frui, ſilentio ſororem ſuam vocauit.

Vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio. Martha, actiuæ vitæ figura eſt: Maria, contemplatiuæ. Scilicet operibus ita vacandum, vt mens à Chriſto non auocetur, ſed vocetur ad Chriſtum. Rectè externum opus exercetur, quàm externa operatio inuitatio quædam eſt ad Chriſtum, quædam mentis vocatio ad Deum.

Et vocat te.

1545. V*Ocat te.* Vocatam ſe à magiſtro audiens, non moras nectit; quin nec audimus dixiſſe: *Iam venio.* Sed ſtatim ſe in viam dedit; nam ſubditur: *Illa, vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad eum*; adeò vt audiuiſſe & ſurrexiſſe idem penè in illâ fuerit. Nonnus rem ita deſcribit: *Et celerior erat verbo, cùm illa audiuiſſet, ac veloci pede exiliebat: impetuoſa autem ad Chriſtum vicinum habebat celerem viam.* Alas addebat amor, & inuitantis iniuriam putauiſſet, ſi vel minimum quid cunctata fuiſſet, digna res, quæ in exemplum eat, vt moras non nectamus, quùm nos Chriſtus, aut illi, qui Chriſti loco ſunt, ad aliquod præſtandum vocant.

Vocat te. Non quærit à ſorore, quid ab ipſâ Chriſtus velit: ſatis fuit, ſe vocatam ab eo ſcire ad hoc, vt ſtatim ad illum accurreret. Vocata eſt, vt miraculo adeſſet, & Chriſti verbis erigeretur, bearetur præſentiâ. Veræ ſororis munus Martha exercuit, quùm Mariam ad Chriſtum inuitauit; nec vllâ inuidiâ tacta fuit, quòd ſororem per ſororem vocauerit: quod non fecerat in Marthâ; nec enim inuitata aut vocata à Chriſto, ad Chriſtum iuit.

1546. *Et vocat te.* Non apparet ex ſacro textu à Ieſu vocatam fuiſſe Mariam, niſi quòd hoc afferat Martha; ſed vnde Martha collegit, quòd Mariam Ieſus vocaſſet? An ab eius præſentia? ſatis efficaciter vocat Chriſtus, ſi ſe videndum exhibeat; *ipſam Chriſti præſentiam*, inquit Sanctus Thomas *vocationem reputauit*; adeo humana corda allicit, trahitque præſens Chriſtus.

Surgit citò.

S*Vrgit citò.* Statim ſe ad Chriſtum contulit, nec rem iis, qui aderant, Iudæis patefecit; innuens, cùm eundum ad Chriſtum, eos minimè conſulendos, qui Mundi tuentur partes. Peritè Maldonatus hîc: *Haud dubium eſt, quin voluerit Euangeliſta amorem in Chriſtum Mariæ ſtudiúmque declarare: quòd ſimulatque audiuerit adeſſe, ſeque ab eo vocari, non communicato conſilio cum iis, qui aderant Iudæis, oblita luctûs, oblita vrbanitatis, oblita decoris, ſurrexerit, & feſtinatò ad eum venerit. Illius factum, documentum debet eſſe noſtrum. Quùm a Chriſto vocamur, quid cunctamur? quid deſidemus? quid moras nectimus? quid nimiùm ſapientes videri volumus? quid cum parentibus, cum amicis, cum mundanis hominibus conſilia noſtra impediturís communicamus? id ipſum fortaſsè quærentes, vt aliquem, qui nos ab illis reuocet ſpecie prudentiæ, reperiamus: Rem eſſe difficilem, non temerè ſuſcipiendam: quod ſemel facturus ſis, diu multúmque cogitandum. Quin tacitè ſurgimus, & ad Dominum currimus.*

1547. *Surgit citò.* Non moras nectit, non cunctatur, ſtatim ſurgit Maria, vt ſe conferat ad Chriſtum. Neſcit verus amor tarda molimina. *Quàm primùm*, inquit hîc Theophylactus, *audiuit adeſſe Ieſum, non ſegnis fuit Maria; ſed ſurgit, & ad eum venit: vnde manifeſtum, quòd non præueniſſet illam Martha, ſi quidem cognouiſſet iſta Ieſum venturum.*

Erat adhuc in illo loco.

E*Rat adhuc in illo loco*: illic expectans Mariam & comites eius; & docens omnes, qui ſecum erant, *ne accedere videretur* (quod ait Euthymius) *tanquam gloriam à miraculo captans*; adeò vbique modeſtiæ & humilitatis ſemina relinquebat. Nec ante miraculum iuit ad refocillandum ſe: ſed priùs perfecit id, cuius gratiâ venerat, & quod in Dei gloriam erat futurum; exhibens nobis exemplum, vt ea præcipuè ſtudeamus perficere, quæ ſunt præcipua, & Dei honorem maximè ſpectant.

Conſolabantur eam.

C*Onſolabantur eam.* Cur iſtud de Mariâ dictum 1548.
non de Marthâ? Quia Maria plus fratrem diligebat; &, plus diligens, plus dolebat. Tenerior erat, teneriorémque affectum Spiritus ſancti virtus ſolidauit; adeò vt vehementi in Dominum amore ferretur. Rem ſic Rupertus hîc expendebat: *Prætereundum non eſt maiorem circa Mariam, quàm circa Martham, conſolantium eſſe diligentiam: nam, quando Martha ſurrexit, vt Domino occurret, non ſequuti ſunt Iudæi: quando verò Maria exiuit, vocante Marthâ; non Martham vocantem, ſed Mariam ſolam ſunt ſequuti, dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploraret ibi. Cur hoc? niſi quia Maria tenero magis affectu fratrem diligebat; &, plus diligens, ampliùs dolebat: Non ergo mirum, quòd accedente gratiâ Spiritus ſancti, & tam hac naturali pietate ſuperno munere communito, Dominum Ieſum tanto amore dilexit, quem & plorans ad monumentum prima omnium mortalium videre, & Apoſtolis æternam conſolationem nunciare digna extitit.*

Sequuti ſunt eam.

S*Equuti ſunt eam.* Quia nimirum putabant eam ire ad monumentum: non tam facilè promptéque ituri, ſi à Chriſto vocatam ad Chriſtum ſe conferre credidiſſent. Hæc mundanorum hominum expreſſa figura, qui amicos facilè ſequuntur, ſi ad voluptatum terrenarum ſepulchra, & (vt magis propriè loquar) ad corruptibilis pulchritudinis cadauer ſe conferant: contrà, ab illis abeunt, ſi adeant Chriſtum, Dei ſe obſequio mancipent.

Quia vadit ad monumentum.

Q*Via vadit ad monumentum.* Quàm facilè in 1549.
aliis indicandis falluntur homines. Non ad monumentum iuit Maria, quod eſt domus mortis; ſed ad Chriſtum, qui eſt fons vitæ. *Vt ploret ibi.* Credebant enim doloris ſtimulo actam ad ſepulchrum pergere, vt faciliùs in lachrymas ſolueretur, cadaueris præſentiâ. Amici autem ſequuti ſunt eam, vt eius luctum coërcerent, ne modum excederet: ſed hoc, cùm Chriſtus adeſſet, non opus fuit, qui adeò eius lachrymas non damnauit, vt ipſe quoque lachrymas fudiſſe legatur.

Vt

Vt ploret ibi.

V*T ploret ibi.* Malè ferè de bonorum operibus, laboribúſque mali ſentiunt, ad luctũ vel mœſtitiam ire eos putant, dum aliquò ſe cõferunt, cùm potius ad gaudia eant, quid enim aliud à Chriſto, Chriſtique præſentia eſpectes? *Vocat*, inquit hîc Ferus, *Chriſtus Mariam non ad plorandum, ſed ad conſolationem. Verùm hoc neſciebant Iudæi. Atque hîc pulchrè deſcripta eſt opinio mundi de Sanctorum operibus. Opinantes enim Sanctos non niſi ad luctum tendere, quandoquidem plerúmque affliguntur, cùm tamen interim per luctum, & afflictiones ad ſummam conſolationem, & liberationem ab oculis mundi abſconditam penetrant. Hinc Paulus: Quaſi morientes & ecce viuimus: quaſi dolentes ſemper autem gaudentes.*

Cecidit ad pedes eius.

C*Ecidit ad pedes eius*, ad quos ſcilicet *veniam peccatorum* (vt ille ait) *obtinuerat*. Cecidit nimirum corpore, vbi eius anima erecta fuerat. Non lego id Martham præſtitiſſe. Maius obſequium præſtitit, quæ amabat ardentius; & humiliorem habitum præſefert, quæ ſe lapſam cogitabat. Vera hæc pœnitentium conſignatio, vt eò ſe dimittant humiliùs, quo peccauerunt fœdiùs.

Cecidit. Bonus caſus, qui cadentem erigit. *Non turbam verita eſt* (inquit S. Chryſoſtomus) *ſed omnem humanum affectum expulit, magiſtro præſente; & hoc vnum curabat, vt magiſtrum veneraretur*. Nimirum quùm de cultu Ieſu exhibendo agitur, hominum cenſiones ſpernendæ ſunt; & contemptus omnis contemnendus, dummodò Chriſtus honoretur.

1550. *Cecidit ad pedes eius*, quos lachrymis irrigauit: nam (vt ait hîc Nonnus) *fletu madefecit Diuinos pedes*, fors peccatorum ſuorum recordata; vt non minùs Lazari mors, quàm peccatorũ ſuorum memoria ab ea lachrymas expreſſerit: præſertim cùm recoleret, ſe ad eoſdem pedes anteà ſtetitiſſe veniam impetraturam. Sanctorum virorum mos eſt, lachrymis pondus addere, & virtutem, peccatorum memoriâ, etiamſi ex aliâ causâ fundantur.

Cecidit ad pedes eius. Caſus iſte non eſt caſus: eſt erectio. Cecidit, quia non minùs eam dolor in fratrem, quàm amor in magiſtrum ſauciauerat. *Cecidit ad pedes eius*, inquit Rupertus, *dolore fratris pariter, & amore Chriſti ſaucia*. Reſurgit, qui ita cadit. Felix Maria, quùm amore ſaucia cadit ad pedes magiſtri, ab Angelis poſtea eleuanda poſt magiſtri mortem.

Cecidit ad pedes eius. Maria, quæ ad Chriſti pedes animo menteque ſurrexerat; corpore ad eius pedes cecidit. *Agnoſcebat pedes*, inquit ille, *quos vnxerat; & lachrymis rigans, ſuorum obtinuerat remiſſionem peccatorum.*

Domine, ſi fuiſſes hîc, non eſſet mortuus frater meus.

1551. N*On eſſet mortuus.* Eandem habens cum ſorore opinionem, eadem cum eâ verba protulit, vt veriſimile ſit, hac de re non ſemel inter ſe, cùm eſſent domi, loquutas, inque eandem ſententiam iuiſſe, eadem dixiſſe verba. Porrò Maria breuiùs loquuta conticuit: dedit ſe lachrymis, rata nullam orationem lachrymis efficaciorem eſſe. Marthæ lachrymas non legimus: legimus in ſermone effuſiorem fuiſſe: ſed paucæ lachrymæ quocumque ſermone potentiores ſunt.

Domine; ſi fuiſſes hîc, non fuiſſet mortuus frater meus. Eadem ferè, quæ Martha Chriſto dixerat, eidem dixit & Maria; niſi quòd paucioribus vtitur verbis, preſſiùs loquitur, quæ ardentiùs diligebat. *Linguâ conticuit* (inquit Rupertus) *cætera lachrymis vberiùs peregit*. quæ maiorem, quàm verba, vim habuere. Vnde & ſequitur: *Ieſus videns eam plorantem, fremuit ſpiritu.* Non dixit: *Audiens loquentem*, ſed, *Videns plorantem*; vt in eo plus lachrymas potuiſſe Mariæ oſtenderet, quàm verba.

SECTIO IV.

Phariſæorum inuidia. 1552
Chriſti turbatio quò ſpectarit. 1552
Qui Chriſtum amat, de illo, & de his quæ ab illo, facilè loquitur. 1553
In aliena non facilè ſe quiſpiam ingerat. 1554
Vitæ huius miſeria quàm magna. 1554
Lachrymarum vis & potentia. 1555
Luctus coercendus. 1556
Peccatis mortui præſtare quid debeant. 1556
Effuſus Chriſti amor amorem eius prodit. 1557
Ad calumnias vt mali feſtinent. 1557

Turbauit ſeipſum.

T*Vrbauit ſeipſum.* Turbatio iſta ſine turbatio- 1552.
ne (vt ita loquar) fuit. Seipſum turbauit: *quis enim alius* (inquit Rupertus) *niſi ipſe turbaret ipſum?* Sed cur fremuit, cur turbauit ſeipſum? An, quia præuidebat miraculo, quod facturus erat, pontifices & Phariſæos adeò inuidiâ corripiendos, vt de illius nece ſtatim inciperent cogitare? Huc flexit Rupertus hîc, dum ait: *Quare turbauit, aut quid intendens fremuit, & ſic ſeipſum turbauit? Magna & cum timore conſideranda res, hoc fremitu & iſtâ turbatione præſignata eſt. Reſpiciamus, quid poſt hoc, vel maximè, poſt hoc miraculum, factum ſit: ſcilicet propter hoc, quod Lazarum reſuſcitauit. Denique propter hoc ſignum pontifices & Phariſæi intolerabiliter, cõſummatâ inuidiâ permoti, collegerunt concilium, & ab illo die cogitauerunt: vt interficerent eum. In ipſâ autem eius interfectione, humana quidem infirmitas turbata eſt valde: ſed Diuina fortitudo, comminans morti ſempiternæ, tanquam leo rugiens & fremens, ad prædam aſcendit, & Infernum ſpoliauit. Igitur, quia per occaſionem huius miraculi illud futurum erat, fremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum Chriſtus, Dei virtus, & Dei ſapientia: cuius dicta, quædam opera; cuius quodammodo verba, facta ſunt.*

Turbauit ſeipſum. Turbatio iſta pietatis eius, indicium extitit. Præclarè de hac turbatione Vgo Victorinus libello de quatuor voluntat. *Turbauit ſemetipſum. Quomodò turbauit? Quæ fuit iſta turbatio, qua ſemetipſum turbauit Ieſus? Pietas ipſa, miſeratio ipſa, fuit turbatio. Bona turbatio; bene turbabatur, qui pietate mouebatur. Turbauit ſemetipſum. Miſeratio turbauit eum, & ipſe ſemetipſum turbauit, qui miſerationem ſponte ſuſcepit. Sicut tradidit ſemetipſum, quando Iudas tradidit eum: Sic turbauit ſemetipſum quando miſeratio turbauit eum. Notum eſt hoc, & frequenti vſu probatum. Dicitur homini, quando aliquid patitur: tu teipſum turbaſti: tu tibi feciſti malum hoc. Sic Ieſus ſemetipſum turbauit,*

turbauit, quando miſeratio turbauit eum, quam ſponte ſuſceperat: & ſemetipſum tradidit, quando ille tradidit, cui ad tradendum poteſtatem conceſſerat.

1553. Nihil reſpondit Mariæ, nec ſermones cum eâ de reſurrectione habuit, vt habuerat cum Martha. Sed cur negatur Mariæ, quod conceſſum Marthæ? An, quia Iudæi aderant. *Nihil ad eam* (Mariam) *loquitur Chriſtus*, inquit Sanctus Chryſoſtomus, *vt ad ſororem: turba aderat, neque verborum illud tempus erat.* Sed præſtandi re ipsâ id, quod Marthæ fuerat pollicitus. Addit Euthymius: *Tum etiam, quòd ſciret futurum eſſe, vt per otium eadem ab illâ diſceret.* Hæc verè amantium nota: de illis loqui, quæ vel à Ieſu dicta, vel de Ieſu; adeò vt alter alteri communicet, quod de ipſo vel ab ipſo audiuit.

Vbi poſuiſtis eum?

VBi poſuiſtis eum? Quærit, quod non ignorabat, vt hac interrogatione ille ſplendor minueretur, qui ex mortui reſuſcitatione micare debuerat. *Splendor Diuinitatis* (verba ſunt Sancti Hieronymi) *in tanta operationis coruſcatione ignorantiam mortalitatis obducit; vt cùm poſſit, in ſuſcitando Lazaro Deus adorari, homo in ſepulchri eius ignoratione vileſcat.*

1554. Interrogat, quod iam ſciebat, vt nos ſciremus, quod neſcire videmur, dum non præſtamus: neminem ſcilicet debere ſe in alienâ ingerere, niſi rogetur. Rectè Ammonius in Catenâ Græca. *Vbi poſuiſtis eum? non enim vult ipſe ſe ingerere, ſed omnia ab iis rogatus facere, vt miraculum omni ſuſpicione liberaret.* Addit idem author: *Hoc autem interrogat, vt prætextu loci oſtendendi, plures eò conuenirent; atque miraculum cernerent. Tanquam minimè iactabundus id dixit; & propter humanæ naturæ humilitatem ſe ignorare diſſimulabat, cùm vt Deus omnia ſciret.* Interrogat prætereà tanquam ignorans, vt omnis oſtentationis ſignum vitaret: id quod notabat Theodorus Mopſueſtenus in Catenâ Græcâ, quam Corderius edidit additâ latinâ interpretatione *Rogat*, inquit, *Vbi poſuiſtis? non vt ignorans (quonammodò enim ignoraret, qui dicebat eum mortuum, cùm adhuc procul eſſet?) ſed vt certo quodam ordine, & non ad oſtentationem miraculum hoc facere videretur.*

Et lachrymatus eſt Ieſus.

ET lachrymatus eſt Ieſus: vt, quàm vero affectu dolentibus ſe condolere, oſtenderet; & vt vitæ iſtius miſerias, ad quas vocare amicum Lazarum debebat, ſic innueret, aliorum fidei firmandæ: nam huc aliqui haſce lachrymas flexere, & inter alios Rupertus hîc, dum ait. *Vſque ad lachrymas quoque vera dolentibus condeſcendit humanitas; & eidem, quem vt Deus ſuſcitaturus erat, pias vt homo amicè impendit lachrymas; fortaſſis non tam pro eo, quòd mortuus erat; quàm pro eo, quòd propter ædificandam viuentium fidem reuocari illum oportebat ad tolerandas rurſus huius vitæ miſerias.*

1555. *Et lachrymatus eſt Ieſus.* Chriſti humanitatem teſtantur hæ lachrymæ, ſicut Diuinitatem reſuſcitatio Lazari. Hæ lachrymæ Chriſti, lachrymarum vim, quas Maria fudit, & cum eâ quilibet Chriſti ſeruus, exertè teſtantur. Hinc illud Radulphi inclamantis: *O potentia lachrymarum, quæ ipſum fontem lætitiæ lachrymare feciſti!* Altiùs clamant hæ lachrymæ, quid lachrymæ poſſint, quàm cuiuſlibet ad miraculum eloquentis verba.

Fleuit Lazarum ſuſcitaturus, vt lachrymarum oſtenderet vim. Pulchrè Arnoldus Carnotenſis tract. de operibus ſex dierum; *Diues in miſericordia Deus magna voce quatriduano iam fœtido clamat, Lazare veni foras. Infremuit, clamauit, & fleuit, intimans rationalibus animis, quàm ſit efficax fletuum pluuia, & pœnitentiæ tremor, & confeſſionis clamor: qua ſupplicatio non repellitur, immo obtinet veniam ſcelerum, & ſtatim qui reſurgit, vbi ſoluitur, cognoſcitur.*

Fudit lachrymas ſed parcè, non effusè; vt nimium in nobis luctum coërceret. *Chriſtus*, inquit Iſidorus in Catenâ Græcâ, *qui nobis quaſi norma quædam philoſophiæ extitit, ſuper Lazaro lachrymatus eſt; maximè quidem, vt & in hoc, ſicut & cæteris, regulas quaſdam & terminos luctûs præſcriberet, ne exorbitemus.* 1556.

Quæ Chriſtus agit Lazarum ſuſcitaturus, debemus & nos præſtare, quùm, peccatis mortui, reſurgere cupimus. Appoſitè rem verſat S. Eligius in Cœnâ Dom. hom. 4. vbi ait: *Ipſe, vt doceret his mediis à morte ad vitam nobis fore redeundum, antè ſuam paſſionem Lazarum ſuſcitaturus quatriduanum, fleuit mortuum, infremuit ſpiritu, & volens turbauit ſeipſum: vt nobis ſignificaret quomodo flere, fremere & turbari debeamus, quùm, peccatis mortui, eorum nimiâ mole premimur, reuiuiſcere deſideramus.*

Ecce quomodo amabat eum.

ECce quomodo amabat eum. A paucis lachrymis amorem in Lazarum collegere: quàm iuſtiùs nos colligemus à rorinis ſanguinis fuſu? Certè in horto (vt ait Sanctus Bernardus) *toto corpore fleuiſſe* viſus eſt, quùm factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. 1557.

Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati facere, vt hic non moreretur?

NOn poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, vt hic non moreretur? Cùm efferre eum deberent, quòd cæci nati oculos aperuerit, calumnias in eum euomunt; quòd ſiuerit mori Lazarum, ac ſi non potuiſſet mortis vim coërcere. Quàm præcipiti iudicio in Chriſti facta feruntur. Nequeunt tantiſper expectare, vt miraculum ederet. *Fatentur*, inquit Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſcopus Orat. 41. *aperuiſſe cæci oculos; &, cum ob eam cauſam Chriſtum ſuſcipere debuiſſent, ex eâdem miraculum iſtud ita traducunt, ac ſi non euenisſet. Neque hac re dumtaxat ſe perditos planum faciunt; ſed, quòd, antequàm ad monumentum adeat, aut virtutem expromat, non expectato rei exitu, calumnias in eum iacere properant.*

SECTIO V.

Paulatim ad ſumma eundum. 1558
Mortuorum memoria in viuentibus quàm facilè deleatur. 1558
Grauis mortuorum odor ad vitam. 1559
Inanis gloria vitanda. 1559
Sedulitas in gratiis agendis quid poſſit. 1560
Ad noua beneficia viam ſternit, qui de præteritis gratias agit. 1560

Lazari

Lazari nomen cur in eius ſuſcitatione Chriſtus expreſſerit. 1560

E conſcientia ſua latebris euocandus peccator. 1561

Feminarum familiaritas vitanda. 1561

Mors bonus magiſter: optima ſchola ſepulchrum. 1562

Maria Magdalena humilitas ad Lazari ſuſcitationem Chriſtum inuitauit. 1563

Quò morti viciniores, eò illuſtriora virtutum exempla edenda. 1563

Tollite lapidem.

1558. TOlli lapidem iuſſit, & ſolui mortui vincula, vt paulatim fides viueſceret; vtque paulatim & veluti per quoſdam gradus ad ſummum credulitas iret. Rem egregiè verſat S. Ambroſius lib. 1. Hexamet. cap. 7. vbi ait: *Suſcitaturus Lazarum Dominus, iuſſit, vt Iudai remouerent lapidem de ſepulchro, vt, mortuum videntes, poſteà reſuſcitatum crederent. Deinde vocauit Lazarum, & reſurrexit; & ligatis manibus & pedibus exiit foràs. Nonne poterat remouere lapidem, qui poterat mortuum ſuſcitare? Et, qui potuit defuncto vitam reddere, non potuit nexus ſoluere vinculorum? Cui vinctis pedibus greſſum dedit, huic non potuit, ruptis vinculis, inceſſum reddere? Sed vtique aduertimus, quòd voluit primò demonſtrare mortuum, vt oculis ſuis crederent; deinde ſuſcitare, tertiò iubere, vt vincula funeris ſoluerent, vt inter iſta fides infunderetur infidelibus, & per gradus quoſdam naſceretur.*

Dicit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fuerat.

D*Icit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fuerat.* Et non ſatis erat nudum Marthæ nomen afferre, cùm ſatis conſtaret mortui Lazari ſororem hæc verba dixiſſe, & quæ ſcire potuiſſet, quatuor iam dies in ſepulchro Lazarum fuiſſe: nam, quùm de aliorum morte agitur, tam facilè à memoriâ ſolet excidere, vt mirum ſit aliquem poſſe vel paucos ab eius obitu dies numerare, niſi in eâdem domo fuerit, niſi mortuo valdè ſanguine iunctus. Mortui nimirum funerei dies in viuentium memoriâ frequenter (vt ita loquar) moriuntur. In hanc mentem Rupertus hìc, dum ait: *Dicit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet: quatriduanus eſt. Quare non contentus eſt Euangeliſta dixiſſe? Dicit ei Martha Sed addidit: ſoror eius, qui mortuus fuerat. Videlicet, vt omnes auditores huius gloria Dei non dubium arbitrentur, quòd mortuus iſte quatriduanus fuerat: Dixit enim non quiuis, ſed Martha; neque alia mulier aquiuoca, ſed Martha eadem, qua iam ſæpè nominata eſt, ſoror eius, qui mortuus fuerat; videlicet, qua vulneratâ mente, & ideo vigilante, nec dormitare valente memoriâ funereos fratris ſui dies neſcire non poterat.*

Iam fœtet.

1559. I*Am fœtet.* Malè olet. Grauem odorem ſpirat. Tolli tamen lapidem iubet Saluator, vt odor ille mortui ad vitam eſſet. Volebat, fœtorem ad nares adſtantium peruenire, & vt maior miraculi eſſet certitudo, & mortis cogitatio viuacior in illorum memoriâ extaret. Meliora vitæ odorem homines emitterent, ſi frequentiùs grauis iſte ſepulchri odor ad mentis (vt ita loquar) nares perueniret.

Videbis gloriam Dei.

V*Idebis gloriam Dei.* De ſe loqui Chriſtum aliqui putant in hunc ſenſum: Videbis opus inſigne & admirandum, ex quo agnoſcat Deus, Filius Dei. Ita inter alios Franciſcus Lucas. Sed de Patre interpretanda hæc verba probat lectio apud Ammonium; loco enim, *Dei*, habet, *Patris*, qui author in Catenâ Græcâ addit ad explicatum: *Patris gloriam appellat propter auditorum imbecillitatem, &, ad euitandam inanem gloriationem, non dixit: Videbis gloriam meam; ſed, Patris.*

Pater, gratias ago tibi.

G*Ratias ago tibi.* Miraculo gratiarum actionem præmittit, vt innueret, magna quælibet à nobis poſſe obtineri, ſi ſeduli in gratiis referendis ſimus. Præclarè Euthymius hìc: *O maximum ac duplum miraculum! Non ſolùm, quia iam olebat, reſurrexit; ſed etiam, qui obuinctus erat, exiuit à monumento. Itaque gratiarum actio, diſpenſationis erat iuſſio, ac opus authoritatis.* 1560.

Gratias ago tibi. Nimirum viam ſibi ad noua beneficia ſternit, qui gratias pro acceptis agit. *Facturus miraculum Chriſtus*, inquit Ferus, *prius gratias agit de præteritis, erudiens nos, & de acceptis beneficiis gratias agere, vt ad maiora ſuſcipienda reddamur idonei*, alioquin accipere maiora non meretur, imò nec alia, qui ingratitudinis correptus vitio, gratias pro iam acceptis non agit.

Voce magnâ clamauit: Lazare, veni foras.

V*Oce magnâ clamauit.* Clamore, non ſilentio mortuum reuocauit ad vitam, vt proderet, ſe miraculi authorem eſſe. Addit Ammonius in Catenâ Græca. *Domini clamor, typus erat magnaſſima tuba, qua in vniuerſali reſurrectione reſonabit.*

Lazare, veni foras. Quid erat opus, ſuſcitandi hominis nomen exprimere, & proprio eum vocabulo appellare? *Ne alius* (inquit Sanctus Ambroſius orat. de Fide reſurrect. *reſuſcitatus pro alio videretur; aut fortuita magis reſurrectio, quàm imperata.*

Veni foras. Cur non dixit potiùs? Reuiuiſce. Vt peccatori hoc maximè congruat, peritè explicat Sanctus Eligius homil. 11. in die Cœnæ Domini. *Hinc ipſi mortuo Lazaro nequaquam dicitur: Reuiuiſce. Sed: Veni foras. Omnis quippe peccator intra conſcientiam abſcondit ſe, introrsùs latet, in ſuis penetralibus occultatur: ſed mortuus venit foras, dum peccator nequitias ſuas ſponte confitetur. Lazaro ergo dicitur: Veni foras, ac ſi apertè cuilibet mortuo in culpâ diceretur: Cur reatum tuum intra conſcientiam abſcondis? Foras iam per confeſſionem egredere, qui apud te interiùs per negationem lates. Veniat itaque iam foras mortuus: id eſt, culpam confiteatur peccator: venientem verò foras ſoluant diſcipuli, vt paſtores Eccleſia pœnam amoueant, quam meruit: quia non erubuit confiteri, quod fecit.* 1561.

Lazare, veni foras. Adoleſcentem & puellam ad vitam reuocaſſe legimus: eorum nomina protuliſſe non legimus: cur hìc iſtuc factum? Apollinarius in Catenâ Græcâ: *Defunctum ſuo nomine compellari, ſymbolum erat amicitia: iuuenem enim, quem ſuſcitauerat, adoleſcentem, vocabat dicens: Adoleſcens, tibi dico: ſurge, & puellam ſimiliter. Amicum verò, & conſuetudine ſibi familiarem, nomine ſuo compellat; vt in ſignum eſſet amicorum Dei in reſurrectione*

rectione à Domino nominandarum. Puellæ nomen non edixit, vt tectè innueret, fœminarum familiaritatem adeò vitandam, vt & earum ignoretur nomen; & mortuæ, in viuentium virorum memoriâ viuere non videantur.

Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus.

1562. AD homines rediit Lazarus, meliorem mentem afferens, quàm detulerit. Non legimus, illi aliquid dixiſſe Chriſtum, nec vtile aliquod monitum eius menti inſtillauiſſe: ſcilicet, vt, nouæ vitæ donatus, nouam inſtitueret vitam; culpas omnes, iuxta vires, deuitaret; à rerum terrenarum affectu liber viueret, aut ſimilia. Non erat hoc neceſſe Lazaro intimari, cùm & à præteritâ morte & ab ipſo ſepulchro hæc omnia ille ebibiſſet. Bonus magiſter, mors eſt; & bona ſchola, ſepulchrum.

Lazari reſuſcitatio, quædam reſuſcitationis figura fuit, quæ in extremo iudicij die fiet. Sed cur terram non excuſſit, Lazarum ad vitam vocans, id facturus omnes à tumulis reuocans? *Poterat ibidem fremendo* (inquit Rupertus hîc) *nunc terræ motum facere, quamuis adhuc mortalis Chriſtus: ſed oportebat, vt cum ſuauitate & morâ fides præſentium ad ſpectaculum gloriæ Dei aduocaretur. Necdum enim ſciebant, quid facere vellet; quia nec eis dixerat manifeſtè, quòd illum reſuſcitare intenderet. Præterea, cùm per homines lapis ille tolli poſſet, ſine causâ videretur actum, ſi Diuinâ virtute locum illum propelleret. Vt ergo nihil curioſè fieret, ſimúlque ſciens & prudens fidei præſentium gloriam Dei præcurreret, Tollite, inquit, lapidem.*

1563. Multa fuerunt, quæ ad Lazari ſuſcitationem Chriſtum prouocarunt & inuitarunt: inter alia fuit Mariæ Magdalenæ humilitas. Quæ ſe in sê demiſerat ad conuiuium Phariſæi, erecta eſt in fratris ſuſcitatione. Chriſtus ipſe apud ſanctam Brigittam lib. 4. Reuelat. cap. 72. *Quatuor*, inquit, *erant, quæ me ad reſuſcitandum Lazarum mouebant. Primum, quia amicus meus erat, dum viueret. Secundùm dilectio ſororum. Tertium, quia humilitas Mariæ tantum meruit in lotione pedum meorum, vt, ſicut in conſpectu conuiuantium ſe deiecit propter me, ſic in conſpectu multorum lætaretur & honoraretur. Quartum, vt gloria humanitatis meæ manifeſtaretur.*

Inter magna quæ fecit Dominus, ſigna, hoc maximum fuit: quùm ſcilicet quatriduanum Lazarum ad vitam reuocauit. Nimirùm, quò magis morti appropinquabat, hòc excellentiora edebat ſigna; ne quiſquam humanæ infirmitati tribueret quòd in Cruce pro nobis penderet: vtque nos ſuo exemplo doceret, quò magis morti viciniores ſumus, eò illuſtriora virtutum exempla nobis edenda, maiora bonorum operum ſigna cæteris exhibenda.

SECTIO VI.

Mortis memoria quàm vtilis. 1564
Peccatores vt ſoluendi. 1564
Spiritualis reſurrectio qualis. 1565
Laudis & plauſûs fuga. 1565
Mortis cogitatio quid poſſit. 1565
Gloriatio vana vitanda. 1565
A ſepulchro quis diſcere poteſt quàm cautè inter homines viuat. 1566.
Quæ humanis viribus fieri poſſunt, non temerè à Diuina omnipotentiâ expectanda. 1566
Damnum ſpirituale potiùs timendum quàm temporale. 1567
Perſtricti qui ad terram ſpectant, Cæli Deique obliti 1568
Specie vtilitatis publicæ inuidiam ſuam plerique velant. 1568
Locus templum ſignificat. 1569

Ligatus pedes & manus inſtitis.

LIgatus pedes & manus inſtitis. Faſciis ſepulchralibus vinctus exiit à ſepulchro, vt miraculum eſſet inſignius, addo & vtilius. Mortis inſignia ſecum defert è ſepulchro, vt mortis quoque memoriam in videntibus excitaret, & reſuſcitationis miraculo ita admirarentur Chriſti potentiam, quò etiam mortem cogitarent; ac ſi Diuina omnipotentia in hominum conuerſione nihil congruentius ſibi in conſortium aſſumat, quàm mortis inſignia & inuolucra. 1564.

Soluite eum, & ſinite abire.

SOluite eum. Viuentem ſoluunt, non mortuum. Nimirum, ſi res ad peccatorem transferatur, ille à ſacerdotibus ſolui debet, quem Chriſtus per ſuam gratiam reſuſcitauerit. Peritè S. Eligius homil. 11. in Cœnâ Domini: *Ecce illum iam viuentem diſcipuli ſoluunt, quem magiſter reſuſcitauerat mortuum. Si enim diſcipuli Lazarum mortuum ſoluerent, fœtorem magis oſtenderent, quàm virtutem. Ex quâ conſideratione intuendum eſt, quòd nos debemus per paſtoralem authoritatem eos ſoluere, quos agnoſcimus authorem noſtrum per reſuſcitantem gratiam viuificaſſe: quæ nimirùm viuificatio ante operationem rectitudinis in ipsâ iam cognoſcitur confeſſione peccati.*

Sinite abire. Non reuixit tantùm ſed vegetus 1565.
validúſque reuixit quod inceſſus & ambulatio firmare poterat. Res ad ſpiritualem reſurrectionem transferatur. Qui ſpiritualiter reſurgit, non vitæ duntaxat ſignum debet exhibere: ſed ingentibus viribus in Dei obſequium incedere, ac in probâ vitâ, ad quam tranſlatus eſt, ambulare.

Abiit; ſed non ſtatim, vt opinor. Credi poteſt, Ieſum, tanquàm vitæ ſibi reſtitutæ authorem, adoraſſe, gratias egiſſe, ſorores amicóſque ſalutaſſe, & præcipuè Apoſtolos, qui miraculo aderant. *Sinite abire* Ieſu comitem non fuiſſe Lazarum, quùm domum ſe contulit, probi authores notarunt. *Sinite abire*, inquit Euthymius, *ne cum eo ambulans laudis ac plauſûs cauſa fiat; vtque per otium perfectiùs ſcrutentur eum, qui voluerint.*

Soluite. Nam ſepulchrales faſcias à ſepulchro ſecum detulerat. Volebat, Lazarum ſolui, vt, qui ſoluebant, immo & ſpectatores ligarentur. Nimirum mortis cogitatio apprehendere omnes debebat, dum in reſuſcitato mortis ſigna ſpoliáque videbant; ſicque meliora ſaperent, ad meliorem adſpirarent vitam.

Sinite abire. Cur non dixit? *Sinite mecum ambulare.* Ne videretur ad gloriæ ſuæ oſtenſionem id feciſſe, ac ſe de miraculo iactare. *Ait: Sinite abire.* inquit hîc S. Bonauentura. *quod non ad gloriationem fecit. Non autem ait: ſinite mecum ambulare vt monſtretur.*

Solutus Lazarus abiit; ſed quò? Nunquid cu- 1566.

rioſè huc illuc vagans ſe contulit, videndum ſe omnibus exhibens? Poterat. Sed aliò ſe contuliſſe non lego quàm domum. *Domum*, inquit Nonnus, *ſecundo venit conſueto pede.* A morte ſuâ didicerat ab hominum ſe conſortio, quantum illi fas erat, ſubducere, vt vel leues culpas defugeret, & culpæ leuis leuem occaſionem. Explicari non poteſt, quàm vtilem ſapientiam ſepulchrum inhalauerit eius menti, & quàm cautior inter homines viueret, qui ſemel abierat ab hominibus.

Soluite eum. Cur non ipſe virtute ſuâ vincula diſcidit? Cur, qui mortis vincula ſoluerat, non ſoluit & funerea linteamina? An, vt innueret, ea, quæ fieri humanis viribus poſſunt, non eſſe temerè à Diuinâ omnipotentiâ expectanda? *Notandum*, inquit Rupertus, *quòd, cùm item, ſaltem poſtquàm prodiit, imperio ſuo Dominus noſter pedum vel manuum eius vincula rumpere, ſudariumque; immò & lapidem, quem tolli iuſſerat, inuentum potuiſſet excutere; & tunc maluit dicere: Tollite lapidem, & nunc ſoluite eum, & ſinite abire. Cur enim in huiuſmodi, verbum virtutis Dei ſuum faceret miraculum, cùm per præſentium hominum poſſent fieri miniſterium? Procul à ſapiente & natura eius omnipotentis omnis curioſitas: decet namque, vt in his tantùm fortitudinem ſuam vtiliter exhibeat, in quibus operari humana non valet infirmitas. Hoc ſeruis quoque eius prudenter & diſcretè obſeruandum eſt, vt ibi tantùm Diuinam præſtolentur potentiam, vbi humanam conſtat deficere induſtriam: alioquin contra illud facere videbuntur præceptum: Non tentabis Dominum Deum tuum.*

Omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.

1567. OMnes credent in eũ. Quid hinc mali ô Iudæi? Pergunt: *Et venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.* Rerum temporalium iacturam timent, non ſpiritualium. Rectè eos premit doctus quidam doctor: *Perpende hoc: aut enim exiſtimabant veram eſſe hanc fidem, eſſeque verum Chriſtum; aut non. Si vera fides veruſque Chriſtus erat, elegerunt magis conſeruare temporale regnum, quàm credere, & quàm veram fidem in Chriſtum habere; nam verborum hic eſt ſenſus: Ne tollant Romani locum noſtrum, faciamus, ne credant in eum. Si autem non exiſtimant eſſe veram fidem, potiùs dicendum erat: ſi dimittimus ſic, credent omnes in eum, & religio vera deſtruetur, & fideles peribunt, maius enim erat damnum ſpirituale, quàm temporale. At hi non curarunt ſpiritualia, ac ſi diceret inter nos princeps aliquis: Impediamus hæreſim, ne pereat iuriſdictio mea & poteſtas: quaſi hoc eſſet, quod ante omnia ſe conſeruare proponeret. Profectò non ſic dicendum eſt, ſed: Ne Diuinus cultus tollatur, & ne pereant animæ, Ethnicorum eſt, res fidei & religionis accommodare rebus religionis & ſpiritualibus, quarum detrimento omne temporale poſtponendum damnum eſt.*

Et tollent noſtrum locum & gentem. Locum auferre potuerint Romani & gentem, Cælum Cælique Conditorem auferre niſi volenti non valebant. Iudæi tantùm ad terram ſpectant, Cæli Deique obliti. Iurè eos vellicat & perſtringit S. Auguſtinus in Pſal. 52. *Dixerunt: ſi dimiſerimus eum, venient Romani, & tollent nobis & locum & regnum. O ſtultitia & imprudentia dicens in corde ſuo: Non eſt Deus. Timuiſti perdere terram, & perdidiſti cælum. Timuiſti, ne venirent Romani, & tollerent tibi locum & gentem: nunquid tollerent Deum? Quid ergo reſtat? Quid? niſi vt iam fatearis, quia tenere voluiſti, & tenendo malè amiſiſti: perdidiſti enim & locum & gentem occidendo Chriſtum; & perdidiſti & locum & gentem & Chriſtum.* 1568.

Tollent noſtrum locum. Loci nomine præcipuè templum intelligitur; ac ſi nullibi ſit, qui templo deſtituitur; & extra ſuum locum ſit, qui extra templum. In hoc religionem aliquam præſeferunt, quòd templum timent amittere: ſed hoc ex verâ religione minimè faciunt, cùm in eum ſæuiant, qui in templo debet coli. *Ne*, inquit bonus, ille author, *vereor ego, ne aliqui etiam nunc alicubi Phariſæi ſint, qui & ſpecie vtilitatis publicæ inuidiam ſuam velent; & locum gentémque ſuam præferant Chriſto.*

Tollent noſtrum locum. Locum præripi ſibi timent, qui nullũ pietati ac religioni locum dabant. De loco & Dei templo videbantur ſoliciti, vt ſe innuerent templi antiſtites & cuſtodes, cùm verè Diuini cultûs eſſent temeratores, & violatores templi. *Locum* (inquit hîc Maldonatus) *Chryſoſtomus & Theophylactus ciuitatem aut totum regnum interpretantur. Mihi probabile videtur, templum, ſic appellari, in quo illi magnoperè confidebant; & locum ſuum vocant, quaſi curæ commiſſum ſua, quaſi ſignificantes ſe antiſtites eſſe; cuſtodéſque templi, ſacrorum, omniſque religionis.* 1569.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XII. IOANNIS.

Verſ. 1.

IEſvs ergo ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus.

Ieſus ergo. *Syr. Ieſus verò. Arab. Ieſus autem.*
Ante ſex dies Paſchæ. *Syr. Sex ante Paſcha diebus.*
Lazarus fuerat mortuus. *Syr. Erat Lazarus ille. Ar.M. Erat Lazarus mortuus.*
Suſcitauit Ieſus. *Syr. Suſcitauerat à mortuis ipſe Ieſus. Euth. Suſcitauit à mortuis.*

Verſ. 2.

Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Mar-

Fecerunt autem. *Syr. Et fecerunt. Euth. Fecerunt autem illi. Caiet. Fecerunt igitur.*
Miniſtrabat. *Syr. Poſuit ſe ad miniſtrandum.*
Lazarus verò. *Syr. Lazarus autem. Arab. Et La-*
tha

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

tha miniſtrabat: Lazarus verò vnus erat, ex diſcumbentibus cum eo.

zarus. Euth. Lazarus. Ar. M. At Lazarus.
Ex diſcumbentibus. *Arab. Diſcumbentium. Theoph. De numero diſcumbentium. Ar. M. Recumbentium.*

Verſ. 3.

Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & extersit pedes eius capillis ſuis: & domus impleta eſt ex odore vnguenti.

Maria ergo. *Syr. Maria autem. S. Aug. Maria verò, altera ſoror Lazari.*
Accepit libram. *Euth. Sumptâ librâ. Ar. M. Sumens libram.*
Nardi. *Arab. Nardici.*
Piſtici. *Syr. Præſtantiſſima. Arab. Optimi. Pagn. Piſtica. Ar. M. Fidelis.*
Pretioſi. *Syr. Multi pretij. Arab. Plurimi pretij. Pagn. Pretioſa.*
Et vnxit. *Arab. Et vnxit eo. Ar. M. Vnxit.*
Extersit pedes eius. *Syr. Extersit. Arab. Extersit eos.*
Et domus. *Vat. Domus autem. Ar. M. At domus.*
Ex odore vnguenti. *Syr. Odore aromatis. Arab. Fragrantia vnguenti. Vat. Odore vnguenti.*

Verſ. 4.

Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes, qui erat eum traditurus:

Dixit ergo. *Syr. Et dixit.*
Ex diſcipulis. *Arab. Diſcipulorum.*
Iudas. *Euth. Iudas Simonis.*
Qui erat. *Arab. Qui futurus erat. Ar. M. Ille futurus.*
Traditurus. *Arab. Vt traderet. Theoph. Proditurus. Ar. M. Tradere.*

Verſ. 5.

Quare hoc vnguentum non væniit trecentis denariis, & datum eſt egenis?

Hoc vnguentum. *Syr. Illud vnguentum. S. Ant. Vt quid vnguentum iſtud.*
Egenis. *Syr. Pauperibus.*

Verſ. 6.

Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; ſed, quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.

Dixit autem. *Arab. Et tantummodò dixit.*
Non quia de egenis pertinebat ad eum. *Syr. Quòd de pauperibus curam haberet. Arab. Ob curam eius in pauperes. S. Ant. Quia de pauperibus illi curæ erat. Euth. Quòd de egenis ſolicitus eſſet. Pagn. Quòd pauperes illi curæ eſſent. Caiet. Quia de egenis illi cura eſſet.*
Sed quia. *S. Epiph. Quoniam.*
Loculos habens. *Arab. Erant loculi apud ipſum. S. Epiph. Loculos portabat. Pagn. Marſupium habebat.*
Ea quæ mittebantur. *Syr. Et quicquid conijciebatur in illud. Arab. Et, quod veniebat in illos. Vat. Eaque quæ conferebantur. Ar. M. Et iniecta.*
Portabat. *Syr. Ipſe portabat. S. Euth. Exportabat.*

Verſ. 7.

Dixit ergo Ieſus: Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.

Dixit ergo. *Syr. Dixit ergo. S. Aug. Dixit ergo ei. Al. Dixit.*
Sinite. *Syr. Omitte. Caiet. Sine.*
Vt in diem. *Syr. In diem. Quidd. Codd. In die.*
Seruet. *Syr. Seruauit. Ar. M. Conſeruauit. Mar. Obſeruet.*

Verſ. 8.

Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum: me autem non ſemper habetis.

Semper. *Arab. Omni tempore.*
Habetis vobis. *Arab. Sunt apud vos. Goth. Habebitis vobiſcum. Ar. M. Habetis cum vobis ipſis.*
Me autem. *Syr. Me verò. Arab. Ego autem.*
Semper. *Arab. Omni tempore.*
Habetis. *Arab. Sunt. Goth. Habebitis.*

Verſ. 9.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis,

Cognouit ergo. *Syr. Et audierunt. Arab. Et cognouit.*
Turba multa. *Syr. Cœtus multi. Arab. Turba magna.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

quia illic eſt: & venerunt, non propter Ieſum tantùm; ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis.

Illic eſt. *Arab. Ieſus eſſet ibi.*
Sed. *Syr. Sed etiam. Euth. Verumetiam.*
Lazarum. *Syr. Lazarum illum.*
Suſcitauit. *Syr. Excitauerat. S. Aug. Suſcitauit Ieſus. Pagn. Suſcitauerat.*
A mortuis. *Arab. De medio mortuorum. Vat. E mortuis. Ar. M. Ex mortuis.*

Verſ. 10.
Cogitauerunt autem principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent:

Cogitauerunt autem. *Syr. Et conſilium inierunt. Arab. Et conſuluerunt. Theoph. Conſultabant. Caiet. Conſultauerunt.*
Principes ſacerdotum. *Arab. Summi ſacerdotum. Euth. Pontifices.*
Et Lazarum. *Arab. Lazarum.*

Verſ. 11.
Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

Quia multi. *Syr. Siquidem plurimi.*
Abibant. *Arab. Veniebant. Ar. M. Subibant.*
Ex Iudæis. *Ar. M. Iudæorum.*

Verſ. 12.
In craſtinum autem turba multa quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent, quia venit Ieſus Ieroſolymam.

In craſtinum autem. *Syr. Caterùm poſtero die. Arab. Et in craſtinum. Orig. Poſtero die.*
Turba. *Syr. Turba illa.*
Multa. *Arab. Magna.*
Quæ venerat. *Ar. M. Veniens.*
Diem feſtum. *Syr. Feſtum.*
Audiſſent. *Orig. Audiſſet.*
Quia venit. *Arab. Quia veniſſet. Orig. Quòd veniret.*
Ieroſolymam. *Syr. Ad Ieruſalem. Arab. In Ieruſalem.*

Verſ. 13.
Acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei, & clamabant: Hoſanna: benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſraël.

Acceperunt. *Syr. Tulerunt.*
Proceſſerunt. *Syr. Exierunt.*
Et clamabant. *Syr. Clamabántque ac dicebant.*
Benedictus. *Syr. Benedictus ille.*

Verſ. 14.
Et inuenit Ieſus aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt.

Et inuenit. *Arab. Inuenit autem. Pagn. Nactus autem.*
Aſellum. *Syr. Aſinum. Theoph. Aſellam.*
Et ſedit ſuper eum. *Theoph. Sedit ſuper eam. Pagn. Sedit ſuper eum. Orig. Inſedit ei.*

Verſ. 15.
Noli timere, filia Sion: ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ.

Noli timere. *Arab. Ne timeas. Orig. Ne metue.*
Venit. *Arab. Venit ad te.*
Sedens. *Syr. Et equitat.*
Pullum. *Syr. Pullum filium.*

Verſ. 16.
Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm: ſed, quando glorificatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt, quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fecerunt ei.

Hæc non cognouerunt. *Syr. Hæc autem neſciebant. Vat. Hæc autem non intellexerunt.*
Primùm. *Syr. In illo tempore. Euth. Primò.*
Sed quando. *Euth. Sed poſtquàm.*
Recordati ſunt. *Arab. Recordati ſunt diſcipuli eius.*
Hæc erant ſcripta. *Arab. Hoc ſcriptum erat.*
Hæc fecerunt ei. *Arab. Hæc facta ſunt pro eo.*

Verſ. 17.
Teſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis.

Teſtimonium ergo perhibebat. *Euth. Teſtimonium igitur perhibebat ei. Theoph. Teſtabatur igitur. Vat. Teſtificabatur igitur.*
Turba quæ erat. *Ar. M. Turba exiſtens.*
Quando Lazarum vocauit. *Syr. Quòd vocaſſet Lazarum. Arab. Quia vocauerat Lazarum.*
De monumento. *Syr. E ſepulchro. Ar. M. Ex monumento.*
Suſcitauit. *Syr. Suſcitaſſet. Arab. Suſcitauerat. Euth. Excitauit.*
A mortuis. *Vat. E mortuis. Ar. M. Ex mortuis.*

Verſ. 18.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 18.

Propterea & obuiam ei venit turba: quia audierunt, eum feciſſe hoc ſignum.

Propterea &. *Syr. Ac propterea. Euth. Propterea etiam. Ar. M. Propter hoc &.*
Venit ei turba. *Syr. Exierunt ei cœtus multi. Arab. Exierunt ei turba.*
Quia audierunt. *Syr. Qui audierant.*
Feciſſe. *Syr. Edidiſſe.*
Signum. *Vat. Miraculum.*

Verſ. 19.

Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: Videtis, quia nihil proficimus? ecce Mundus totus poſt eum abiit.

Ergo dixerunt. *Syr. Verò dixerunt. Arab. Poſuerunt autem dicere.*
Ad ſemetipſos. *Syr. Alius ad alium. Arab. Intra ſeipſos. Pagn. Inter ſe.*
Quia nihil proficimus. *Syr. Vos nihil proficere. Arab. Quia non proficitis quicquam. Euth. Quòd nihil proficitis.*
Ecce. *Syr. Ecce enim.*
Mundus totus. *Theoph. Mundus. Mar. Turba magna.*
Poſt eum abiit. *Arab. Sequitur illum.*

Verſ. 20.

Erant autem quidam Gentiles ex his, qui aſcenderunt, vt adorarent in die feſto.

Gentiles ex his qui aſcenderant. *Syr. Ex gentibus, qui aſcenderant. Ar. M. Græci ex aſcendentibus. Fr. Luc. Græci ex his, qui aſcendunt.*
Vt adorarent. *Euth.* omittit.
Die feſto. *Pagn. Feſto. Fr. Luc. Hoc feſto.*

Verſ. 21.

Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaidâ Galilææ; & rogabant eum dicentes: Domine, volumus Ieſum videre.

Hi ergo acceſſerunt. *Syr. Illi, cùm veniſſent acceſſerunt. Arab. Hi venerunt.*
Ad Philippum. *Ar. M. Philippo illi.*
Qui erat à Bethſaidâ. *Syr. Qui erat è Bethſaidâ. Ar. M. A Bethſaidâ.*
Rogabant. *Arab. Rogauerunt.*
Dicentes. *Syr. Ac dicunt ei.*
Volumus. *Syr. Vellemus.*

Verſ. 22.

Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rurſùm & Philippus dixerunt Ieſu.

Venit Philippus. *Syr. Venit autem ipſe Philippus. Arab. Et venit Philippus.*
Andreas rurſùm. *Syr. Andreas verò. Arab. Et venerunt Andreas.*
Dixerunt. *Arab. Et dixerunt.*

Verſ. 23.

Ieſus autem reſpondit eis dicens: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis.

Ieſus autem. *Euth. Ieſus verò. Ar. M. At Ieſus.*
Venit. *Arab. Iam venit.*
Hora. *Euth. Tempus.*
Vt clarificetur. *Syr. Quâ glorificetur. Arab. In quâ glorificabitur. S. Gaud. Vt glorificetur.*

Verſ. 24.

Amen, amen dico vobis: niſi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit; ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

Niſi granum. *Arab. Quia granum.*
Cadens in terram. *Syr. Ceciderit. Arab. Si non ceciderit in terram. Pagn. Deiectum in terram. Fr. Luc. Proiectum in terram.*
Mortuum fuerit. *Syr. Et mortuum fuerit in terrâ. S. Ambr. Moriatur.*
Ipſum ſolum. *S. Epiph. Solum. Orig. Fructum.*
Manet. *Arab. Manebit. Orig. Non affert.*
Si autem. *Syr. Sin autem. Arab. Et ſi. Theoph. Si verò.*
Multum fructum. *Syr. Multos fructus. S. Epiph. Grana multa. Orig. Fructum plurimum.*
Affert. *S. Epiph. Parit.*

Verſ. 25.

Qui amat animam ſuam, perdet eam: &, qui odit animam ſuam in hoc Mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

Qui amat. *Ar. M. Amans,*
Suam. *S. Cypr. & Lucif. Suam in iſto ſeculo.*
Et qui odit. *Syr. Qui verò odit. S. Aug. Et qui perdiderit. Ar. M. Et odio habens.*
Animam ſuam. *S. Amb. Eam propter me.*
In hoc mundo. *S. Cypr. In hoc ſeculo. Lucif. Propter me.*
Cuſtodit. *S. Cypr. & Lucif. Conſeruabit. S. Val. & S. Aug. Inuenit. Caiet. Cuſtodiet.*

Vulgata Editio.

Verſ. 26.

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur:&, vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

Verſ. 27.

Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater, ſaluifica me ex hac horâ: ſed propterea veni in hanc horam.

Verſ. 28.

Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.

Verſ. 29.

Turba ergo, quæ ſtabat & audierat, dicebat, tonitruum eſſe factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus eſt.

Verſ. 30.

Reſpondit Ieſus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, ſed propter vos.

Verſ. 31.

Nunc iudicium eſt Mundi: nunc princeps huius Mundi eiicietur foras.

Verſ. 32.

Et ego, ſi exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipſum.

Verſ. 33.

(Hoc autem dicebat, ſignificans, qua morte eſſet moriturus.)

Verſ. 34.

Reſpondit ei turba: Nos audiuimus ex

Lectionum varietas.

Si quis. *Arab. Si eſt quis, qui.*
Mihi miniſtrat. *Eutb. Mihi miniſtrauerit. Mar. Se meum miniſtrum eſſe profitetur.*
Me ſequatur. *Syr. Poſt me veniat. Arab. Adhæreat mihi.*
Si quis. *Syr. Qui.*
Honorificabit. *Syr. Honorabit. Pagn. Honore afficiet. Vat. Cohoneſtabit.*
Pater meus. *Syr. Pater.*

Turbata. *Syr. Ecce turbata.*
Saluifica. *Syr. Libera S. Leo. Salua. Theo. Serua. Tert. Saluum fac.*
Ex hac. *Syr. Ab hac. Tert. Ex iſtâ.*
Horâ. *Fr.Luc. Horâ?*
Sed propterea. *Tert. Atqui propter hoc.*
In hanc horam. *Arab. Et propter hanc horam.*

Pater. *Tert. Verum Pater.*
Clarifica. *Vat. Illuſtra. S.Gaud. Glorifica.*
Venit ergo. *Syr. Et audita eſt. S. Gaud. Statimque veniens.*
De cælo. *Syr. E cælo. S.Gaud. De cælo ait. Tert. De cælo dicens.*
Clarificaui, & iterum clarificabo. *Syr. Glorificaui & iterum glorificaturus ſum. S. Hil. Honorificaui, & honorificabo. S.Gaud. Glorificaui & iterum glorificabo. Vat. Illuſtraui & rurſum illuſtrabo. Fr.Luc. Glorificaui & poſthac glorificabo.*

Turba ergo quæ ſtabat & audierat. *Syr. Turba autem, quæ adſtabat, audiit. Euth. Cùm audiſſet ergo turba, quæ adſtabat.*
Dicebat. *Syr. Et dixit. Arab. Et dixerunt.*
Tonitruum. *Arab. Tantummodò tonitruum.*
Alij dicebant. *Syr. Alij autem dicunt.*
Angelus. *Arab. Immò Angelus.*
Loquutus. *Syr. Colloquutus. Arab. De cælo loquutus.*

Dixit. *Syr. Dixit eis.*
Venit. *Syr. Extitit. S.Hil. Venit de Cælo. Vat. Edita eſt. Ar.M. Facta eſt.*

Nunc iudicium eſt. *Arab. Iam præſens eſt nunc iudicium.*
Mundi. *Arab. Mundi huius.*
Mundi eiicietur. *Syr. Mundi eiicitur. S. Proſp. Mundi miſſus eſt. S. Paul. Harum tenebrarum eiicitur. Orig. Mundi expelletur.*
Foras. *S.Proſp. Deorſùm.*

Et ego ſi exaltatus. *Syr. Et ego cùm ſublatus. S. Epiph. Si enim exaltatus. S. Cypr. Cùm exaltatus. Fr.Luc. Et ego ſi eleuatus.*
Fuero à terra. *S.Epiph. Fuero.*
Omnia. *Arab. Vnumquemque. S. Epiph. Omnes. Ar.M. Omnem.*
Ad meipſum. *Arab. Ad me. S.Aug. Poſt me.*

Hoc autem dicebat. *Arab. Et non dixit hoc.*
Significans. *Syr. Vt indicaret. Arab. Niſi vt nunciaret.*
Quâ. *Vat. Quali.*
Eſſet moriturus. *Arab. Moreretur. Ar.M. Futurus eſſet mori.*

Reſpondit. *Syr. Dicunt. Arab. Reſpondit autem.*
Ex lege. *Arab. In lege.*

lega

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

lege,quia Chriſtus manet in æternum : & quomodo tu dicis : oportet exaltari Filium hominis ? quis eſt iſte Filius hominis?

Manet. *Arab. Durabit.*
Et quomodo tu dicis. *Syr. Quomodo dicis.*
Oportet exaltari Filium. *Syr. Fore vt tollatur Filius. Arab. Quia exaltabitur Filius. Mar. Vic. Quod oportet altificare Filium.*

Verſ. 35.

Dixit ergo eis Ieſus : Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate, dum lucem habetis,vt non vos tenebræ comprehendant : &,qui ambulat in tenebris, neſcit,quò vadat.

Dixit ergo. *Syr. Dixit.*
Adhuc. *Syr. Ad tempus. Arab. Tempore.*
Modicum. *Arab. Modico. Theoph. Breue tempus. Pagn. Ad breue tempus. Mar. Vic. Paululum tempus. Vat. Breui tempore. Caiet. Modicum tempus.*
Lumen in vobis. *Arab. Lumen vobiſcum. Caiet. Lux vobiſcum.*
Ambulate. *Arab. Ambulate ergo in lumine. S.Epiph. Nolite verſari. S.Aug. Ergo ambulate. Mar. Operamini ſalutem.*
Dum lucem habetis. *Arab. Dum perdurat vobis lumen. S.Proſp. Dum lumen habetis. S.Epiph. In nocte. S. Aug. Dum diem habetis. Euth. Donec lucem habetis. Mar. Dum ego vobiſcum ſum.*
Vt non vos tenebræ. *S. Epiph. Ne dies illa vos in tenebris.*
Comprehendant. *Syr. Deprehendant. S. Epiph. Occupet. Theoph. Occupent.*
Et qui. *Syr. Etenim qui. Arab. Quia qui.*
Neſcit, quò vadat. *Arab. Non comprehendit, quò vertatur.*

Verſ. 36.

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt Ieſus:& abiit,& abſcondit ſe ab eis.

Dum. *Mar. Vic. Quandiu.*
Lucem habetis. *Arab. Perdurat vobis lumen. Mar. Vic. Lumen habetis.*
Credite in lucem. *Mar. Vic. Credatis in lumen.*
Lucis. *Mar. Vic. Luminis.*
Sitis. *Mar. Vic. Efficiamini. Arnob. Fieri poſſitis. Ar. M. Fiatis.*
Et abiit. *Syr. Et profectus. Arab. Deinde abiit. Pagn. Et digreſſus. Ar. M. Et abiens. Fr. Luc. Et, cùm abiiſſet.*
Et abſcondit. *Syr. Occultauit. Pagn. Abſcondit. Fr. Luc. Abſconditus eſt.*

Verſ. 37.

Cùm autem tanta ſigna feciſſet coram eis,non credebant in eum:

Cùm autem tanta. *Syr. Cùmque hæc omnia. Arab. Et cùm hæc multa. Vat. Cùm autem tam multa. Ar. M. Tot autem. Fr. Luc. Cùm autem tot tantáque. Caiet. Cùm autem tot ſua.*
Signa. *Arab. Mirabilia.*
Feciſſet. *Syr. Edidiſſet. Ar. M. Eo faciente.*
Credebant in eum. *Arab. Crediderunt.*

Verſ. 38.

Vt ſermo Iſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit : Domine , quis credidit auditui noſtro ? & brachium Domini, cui reuelatum eſt ?

Vt ſermo. *Arab. Vt verbum. Quidd. ap. Mar. Sic factum eſt, vt ſermo.*
Impleretur. *Euth. Compleretur.*
Quem dixit. *Syr. Dicentis. Arab. Cùm dixerit. Vat. Quo dixit.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Auditui noſtro. *Mar. Verbis, quæ à nobis audiuit. Al. Sermoni noſtro.*

Verſ. 39.

Propterea non poterant credere , quia iterum dixit Iſaias:

Propterea. *Arab. Et propterea. Ar. M. Propter hoc.*
Poterant. *Arab. Potuerunt.*
Credere. *S.Puſ. Credere in Ieſum.*

Verſ. 40.

Excæcauit oculos eorum , & indurauit

Excæcauit oculos. *Syr. Obcæcati ſunt oculi. Arab. Excæcati ſunt oculi.*
Et indurauit. *Syr. Et tenebris offuſi ſunt. Arab. Et indurati ſunt. Epiph. Sed obdurauit. Fr. Luc. Et obdurauit.*

Vulgata Editio.

cor eorum: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos.

Verſ. 41.

Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo.

Verſ. 42.

Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, vt è ſynagogâ non eiicerentur.

Verſ. 43.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.

Verſ. 44.

Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me; ſed in eum, qui miſit me.

Verſ. 45.

Et, qui videt me, videt eum, qui miſit me.

Verſ. 46.

Ego, lux in Mundum veni; vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.

Verſ. 47.

Et, ſi quis audierit verba mea, & non cuſtodierit, ego non iudico eum: non enim veni, vt iudicem Mundum; ſed vt ſaluificem Mundum.

Verſ. 48.

Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet, qui iudicet eum: ſermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo die.

Verſ. 49.

Quia ego ex me ipſo non ſum loquutus; ſed, qui miſit me, Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.

Verſ. 50.

Ego ſcio, quia mandatum eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

Lectionum varietas.

Cor. *Syr. Corda.*
Oculis. *Syr. Oculis ſuis.*
Corde. *Syr. Cordibus ſuis.*
Conuertantur. *Arab. Conuertantur ad me.*

Hæc. *Arab. Hoc.*

Veruntamen &c. *Arab. & . Pagn. Veruntamen enim.*
Principibus. *Syr. Proceribus.*
Confitebantur. *Arab. Confirmauerunt hoc.*
Vt è ſynagogâ non eiicerentur. *S. Aug. Ne expellerentur de ſynagogis. Euth. Ne extra ſynagogam eiicerentur. Vat. Ne è ſynagogâ excluderentur. Ar. M. Vt non extra ſynagogam fierent. Fr. Luc. Ne Apoſynagogi fierent.*

Dilexerunt enim. *Arab. Quia amabant. S. Aug. Amauerunt enim.*
Magis. *Syr. Potiùs. Arab. Plus.*

Ieſus autem. *Syr. Ieſus verò. Euth. Ieſus ergo.*
In me. *Arab. In me tantùm.*
In eum, qui miſit. *Arab. Et in eum, qui miſit. Tert. In eum credit, qui miſit. Ar. M. In mittentem.*

Qui videt. *Ar. M. Spectans.*
Videt. *Ar. M. Spectat.*
Eum, qui miſit. *Ar. M. Mittentem.*

Lux in Mundum. *Arab. Lux Mundi.*
Omnis qui credit. *Syr. Quiſquis crediderit.*

Si quis. *Syr. Qui.*
Verba mea. *Syr. Sermones meos.*
Cuſtodierit. *Syr. Cuſtodierit eos. Theoph. Crediderit.*
Iudico. *Euth. Condemno.*
Iudicem. *Euth. Condemnem.*
Saluificem. *Arab. Viuificem. Pagn. Seruem. Fr. Luc. Saluem.*

Qui ſpernit. *Arab. Et qui ſpreuerit. Vat. Qui reiicit.*
Accipit. *Syr. Recipit. Arab. Acceperit.*
Verba mea. *Syr. Sermones meos. Arab. Sermonem meum.*
Qui iudicet eum. *Syr. Qui condemnet eum. Euth. Qui iudicet ipſum. Ar. M. Iudicantem eum.*
Sermo quem. *Arab. Verbum, quod.*
Ille iudicabit eum. *Syr. Ille iudicaturus eſt ipſum. Arab. Ipſum iudicabit eum. Euth. Ille condemnabit eum.*
In nouiſſimo. *Syr. Vltimo illo. Pagn. In nouiſſimo.*

Ego ex me. *Arab. Ex meipſo.*
Loquutus. *Arab. Loquutus illud.*
Sed qui miſit. *Arab. Quia qui miſit. Ar. M. Sed ille mittens.*
Pater. *Syr. Pater meus.*
Mandatum. *Euth. Preceptum.*

Quæ ergo ego loquor. *Syr. Quæ igitur loquor. Arab. Et quod loquor.*
Sicut dixit. *Syr. Prout dixit.*
Pater. *Syr. Pater meus.*
Sic loquor. *Arab. Tantummodò loquor illud. Tert. Ita & loquor.*

CAP. XII.

CAPVT XII.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Vitæ actiuæ nota, ſemper laborare, otio non torpere. 1570
Patienti Chriſto compati quanti ſit. 1571
Noſtra in Chriſtum obſequia quantos fructus referant. 1571
Iudæ in egenos pietas ſimulata. 1472
Marſupium cur habuiſſe legatur Iudas. 1572
Pecuniarum cuſtodia cur Iudæ commiſſa. 1573
Pauperum cura qualis. 1573
Curioſitas vitanda. 1574
Inuidiæ cæcitas. 1574
Stare impiorum malitia neſcit. 1575
Inuidis ſemper apparent maiora aliorum lucra. 1575
Amor in Chriſtum & reuerentia commendata. 1576
Sponte vt mortem ſubierit Chriſtus. 15;6
Chriſti mors ad vitam & ad fructum. 1577
Quem fructum attulerit Chriſtus in terram cadens. 1577

Martha miniſtrabat.

1570. MARTHA *miniſtrabat.* Vix reperias Marthæ mentionem in Diuinis Litteris fieri, quin in bono aliquo opere occupata dicatur: vt vel hinc cognoſcas, non otio torpuiſſe; & ita actiuæ vitæ exemplar extitiſſe, vt bene operandi occaſionem non prætermiſerit. *Miniſtrabat.* Non famulis aut ancillis miniſterium commiſit: ſed per ſeipſam exhibuit; contra illorum morem, qui mala per ſeipſos faciunt, per alios verò bona. *Attende mulieris fidelitatem*, inquit S. Thomas in Catenâ: *non enim famulabus imponit miniſterium, ſed ipſamet ſuſcepit*, docens, quæ in Dei obſequium præſtare nos ipſi poſſumus, non eſſe facilè aliis committenda.

Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu.

1571. VNguento Chriſti ſui pedes perunxit Maria Magdalena: extulit eam magiſter, & à Iudæ calumniâ liberauit. Ad menſam quoque Phariſæi idem præſtitit officium; ſecum enim attulit alabaſtrum vnguenti. Sed aliquis hîc requirat: cur non iſtuc idem præſtitit Maria Virgo & Mater, quæ in Chriſtum ſuum magis religioſa extitit? An pretioſius effudit vnguentum, cùm patienti compatiebatur, quàm morienti commoriebatur? Præſtat hîc implâtare Guilielmi verba in cap. 1. Cant. Cantic. *Quod habuit Maria Magdalene, hoc fecit, præuenit enim vngere corpus Domini in ſepulturam: & tunc nardus eius, nardus illa piſtica fracto alabaſtro effuſa, dedit odorem ſuum; quia (vt ſcriptum eſt) Domus impleta eſt ex odore vnguenti. At Virgo Mater multò plus habuit, & de multò pretioſiore alabaſtro multo pretioſiorem nardum in Filium iam mortuum ſepultúmque effudit: de alabaſtro ſcilicet materni pectoris nardum maternæ pietatis, de tota alabaſtro ſuo totam nardum ſuam, in dilectum effudit, tota illi commoriendo, & ſe totam illi per maternum conſepeliendo affectum.*

Pedes ſui Ieſu Maria vnxit, & capillis extérſit. Maius accepit, quàm exhibuerit. Vnxit ille ſupereâ ſuâ gratiâ Mariæ mentem, & ab eâ maculas abſterſit. Hinc & Theodorus Heracleota in Catenâ Græcâ: *Vnguento quidem vnxit, capillis verò ſuis extérſit pedes eius, vt hoc quaſi ſymbolo eius pro nobis futuræ ſepulturæ preluderet. Nec hoc tantùm, ſed vt etiam ex attactu pedum eius aliquam referret benedictionem: non enim tantum impendit, quantum inde fructum retulit.*

Et datum eſt egenis.

ET *datum eſt egenis.* Pietatis ſpeciem hæc habent verba; ſed ſpeciem duntaxat. Quî enim 1572.
miſericors in egenos eſſe poterat, qui ipſum pauperum adiutorem, ipſum egenorum (vt ita loquar) miſericordiam de medio tollere cogitabat, ſcilicet Chriſtum ipſum? Pulchrè eum percellit Rupertus. *Teterrimus nebulo nequiſſimam inuidiam, quâ de bono magiſtro malè ſentiebat; & profundam auaritiam, quâ Dominicis loculis non parcens furtum inferebat, honeſto nomine, id eſt egenorum palliauit curâ. Quis non miretur, quòd talem conſcientiam tali hypocriſi contegebat, quòd inſidiator miſericordiæ de neceſſariâ pauperibus miſericordiâ tractabat? Magnificè S. Euangeliſta huius homicidæ atrocitatem percutit dicendo: Non, inquit, cura hæc pertinebat ad eum; etenim longè exceſſerat animus eius, trucidator pietatis, vltra omnes terminos humanarum miſerationum, tanquam alieni pectoris erat, vt ipſam poſſet ad mortem tradere miſericordiam pauperum.*

Loculos habens.

L*Oculos habens*, marſupium quippè deferebat. *Occurrit quæſtio*, inquit hîc Caietanus; *quomodo Ieſus diſcipulos mittebat ad prædicandum ſine marſupio, & ipſe per Iudam marſupium portabat; Ieſus enim non ſolùm verbo, ſed exemplo inſtruebat diſcipulos. Solutio eſt: quòd alia eſt ratio vnius collegij ſeu multitudinis, & alia eſt ratio duorum: Ieſus, mittens diſcipulos binos ad prædicandum, noluit, quòd ferrent pecuniam; facile eſt enim inuenire hoſpitem pro duobus: ſed vnum collegium, vnam multitudinem tot diſcipulorum euntium cum Chriſto, honeſtas morum non habet, mitti ſeu ire ſine pecuniâ in grauamen notabile hoſpitis. Quocirca non fecit Ieſus contrarium eius, quod præcepit diſcipulis.*

Loculos habebat Iudas, qui locum beneficentiæ neſciebat dare, immò nolebat. Sed cur pecu- 1573.
niæ tam malo cuſtodi creditæ? *Loculos pecuniarum* (inquit S. Ambroſius 1. Offic. cap. 16.) *quas pauperibus erogaret, commiſſos habebat, ne videretur aut quaſi inhonoratus, aut quaſi egenus Dominum prodidiſſe: & ideo: vt iuſtificaretur in eo Dominus, hæc ei contulit, vt non quaſi iniuriâ exaſperatus, ſed quaſi præuaricatus gratiam maioris eſſet offenſæ obnoxius.*

Sinite illam.

S*Inite illam.* Syrus & aliqui Latini codices habent, *ſine.* Vnde ſic ad Iudam loquitur, falſum pauperum aduocatum: poſteà verò dicens: *Pauperes enim ſemper habetis.* ad omnes ſermonem dirigit. Sed quid (iuxta hanc lectionem) ſibi hæc

numeri

numeri variatio vult? An circa idem oſtendit eorum diuerſam intentionem? Rem ſic expendebat Rupertus hîc: *Dixit ergo Ieſus; ſine illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud: pauperes enim ſemper habetis vobiſcum; me autem non ſemper habebitis. Verba ſua reſponſionis Dominus in ſingularem & pluralem numerum diſperſit, dicendo ſingulariter: ſine illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud: & addendo pluraliter: Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum; me autem non ſemper habebitis. Vnde datur intelligi, quia re verâ ſecundùm Matthæum & Marcum cæteri quoque diſcipuli indignati ſunt dicentes: Vt quid perditio hæc? ſed diuersâ intentione: videlicet, vt alij verè propter curam egenorum hoc dixerint: Iudas autem propter auiditatem furti ſui. Bene ergo, vbi erat intentio diuiſa, Dominus noſter ſua diuiſit verba, ſingulis partibus reddens conuenientia.*

Venerunt non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lazarum viderent.

1574. V*Enerunt, non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lazarum viderent.* Sic ſæpè accidit, vt curioſitas religionem inficiat. *Curioſitas eos adduxit,* inquit S. Auguſtinus tract. 50. *non charitas,* adeò ſe hoc vitium per omnia miſcet & inſinuat. Meliores abiiſſent hi, ſi propter Ieſum ſolum veniſſent; nec eos videndi Lazari curioſitas traxiſſet, ſed eius amor, qui Lazarum ſuſcitauerat.

Vt & Lazarum interficerent.

V*T & Lazarum interficerent.* In quo Lazarus deliquerat, vt occidere eum vellent? An, quòd reuixerat? ſed hoc crimen nullum eſt. Inuidia huc eos adegit, Lazari interfectione putantes, ſe poſſe tanti miraculi memoriam delere. Cæca ſemper inuidia, inſana ſemper eſt; ac ſi *Chriſtus* (inquit S. Auguſtinus tract. 50.) *qui ſuſcitare potuit mortuum, non potuerit occiſum.*

1575. *Vt & Lazarum interficerent.* Stare impiorum malitia neſcit: in malo proficiunt: peccata peccatis addunt, & (quod maius) maiora. Initio verbis tantùm homines auertebant à Chriſto. *Sex,* inquiunt in S. Lucâ 13. 14. *dies ſunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini; & non in die ſabbati.* Temporis proceſſu cæcum è ſynagogâ eiecerunt; quia Chriſti partes tuebatur. Nunc eò illorum malitia creuerat, vt de occidendo Lazaro cogitarent: vt videas malitiam, niſi coërceatur & eradicetur, magnis incrementis adoleſcere.

Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos.

P*Hariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos.* Quid dixerunt? *Videtis, quia nihil proficimus.* Nihil de profectu in Dei obſequio curant, de profectu ſoliciti ſunt, qui non eſt profectus, ſed defectus. Se non proficere dicunt, quia Ieſu profectum in animarum ſalute nequeunt impedire; nam ſubdunt: *Ecce mundus totus poſt eum abiit.* Mundus totus, ſed non ipſi. Vtinam iret totus Mundus: ſed inuidis maiora ſemper apparent aliorum lucra.

Hi ergo acceſſerunt ad Philippum.

1576. H*I ergo acceſſerunt ad Philippum.* Cur acceſſerunt? *Rogabant eum dicentes: Domine, volumus Ieſum videre.* Quanta hîc illorum humilitas elucet, quantus in Chriſtum amor ac reuerentia! Bene rem expendit Rupertus hîc. *Vt verè pauperes ad magnam magnorum diuitum ianuam acceſſeram, cupientes ſaturari de micis, quæ de menſâ illorum cadebant; immò & tanquam catelli ſub menſâ dominorum reſidua fragmenta colligere venerant. Quantam enim redolet humilitatem, quod dicitur quaſi ſtantes à longè! Domine, volumus Ieſum videre. Quomodo confractum cor habebant erga Dominum dominorum, cùm intercederent ambientes, ſeruum Domini vocarent Dominum?*

Niſi granum frumenti cadens in terram.

N*Iſi granum frumenti cadens in terram.* Grano ſe Chriſtus comparat in terram potiùs cadenti, quàm in terram proiecto; vt vel hinc ſe ſponte mortem ſubiiſſe oſtenderet, non ſuorum hoſtium vi. De hoc grano hæc habet hîc Rupertus: *O granum frumenti noſtræ ſpei reſiduum, noſtræ inopiæ ſolatium de terrâ tuâ, quàm benedixiſti, Domine, feliciter exortum! Etenim ſecundùm naturam, quàm de terrâ ſumpſit Virgineâ, rectè grano frumenti ſe aſſimilauit is, qui de Cœlo venit; Filius Dei, qui beatos Angelos immortaliter paſcit. Vnde autem ſibi neceſſitati teſtatur eſſe cadendi in terram vel moriendi? Inde videlicet, quia niſi cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ergo non idcirco moriturus eſt Filius hominis, quia peccati vel mortis debitor eſt; ſed ob hoc; vt vna mors eius multorum vitam fructificet: ſicut granum frumenti non idcirco proiicitur in terram, quia vitioſum eſt; ſed quia ſic proiectum, cùm fuerit mortuum, id eſt à ſolido vigore ſuo, per humorem terræ, defectum, rurſus germinando reſurget, & multa ſecum grana referet.*

Niſi granum frumenti. Cur mortem ſuam grani frumenti, quod in terram proiicitur, ſimilitudine explicauit? An, vt innueret eius mortem non eſſe ad mortem, ſed ad vitam ad fructum? An, vt, quùm Euchariſticum panem, quod ex frumento fit, accipimus, ſtatim paſſionis Chriſti mortiſque eius recordatemur? 1577.

Multum fructum affert.

M*Vltum fructum affert.* Sed quem fructum Chriſtus in terram cadens attulit? Inter alios, humani generis reſurrectionem, quæ immortalis beatæque vitæ auſpicium eſt. Scitè S. Macarios Epiſcopus Hieroſolymitanus: *Ipſe Ieſus erat ſpiritualiter granum frumenti, quod pro nobis cadens in terram, & carne moriens, per ſuæ Diuinitatis potentiam corporale ſuum templum ſuſcitauit ſecundùm Scripturas, fructum afferens totius humani generis reſurrectionem.*

SECTIO II.

Poſt Chriſti paſſionem nullus otio torpeat. 1578
Chriſtus in quo præcipuè imitandus, 1578
Ad omnia miniſteria promptus Dei ſeruus. 1579
Seruorum Dei honor inexplicabilis. 1579
Cur turbari ſe coram diſcipulis Chriſtus permiſerit. 1580
Nullus nimium ob futuram mortem turbetur. 1581

Quanti

Quanti referat qualis ille ſit, qui Dei verba excipit. 1582

Chriſti modeſtia & in loquendo moderatio. 1582

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.

1578. S*I quis mihi miniſtrat, me ſequatur.* De morte ſuâ egerat: nunc ſe imitatores ſui velle ſignificat; ne torpore & inutili otio marceſcere ſe poſſe aliquis crederet poſt Chriſti paſſionem & mortem. Appoſitè Rupertus hîc. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Cùm, inquit, ego in horâ, quæ nunc venit, eâ viâ vel ordine clarificandus ſim, vt priùs ponam animam meam pro ſalute multorum; ſicut granum frumenti cadit in terram & moritur, vt multum afferat fructum; non æquum eſt, vt is, qui meum ſe profitetur miniſtrum, & ad hoc tendit, quò particeps meæ ſit clarificationis, animam ſuam nimium diligens, à proximorum vtilitate ſe abſcondat, & illuc peruenire velit ſterili otio, quò laborioſâ ſanctificatione peruenturus ſum ego. Non ita fiat: ſed, qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Quis autem mihi miniſtrat, niſi qui meum in fronte vexillum, qui meum in ore ſuo verbum portat, qui mea manibus & ore conficit vel tractat ſacramenta?*

Me ſequatur. Scilicet, me imitetur: ſed *in quo?* (reſpondet Rupertus hîc) *In eo videlicet, vt, ſi talis illi hora ingruerit, qualis nunc mihi, de quâ & paulò antè dixi: Venit hora, vt clarificetur Filius hominis, malit propter me cadere in terram & emori, ſicut ſeminatur granum frumenti, vt bono exemplo ſit proximis ſuis; quàm negando fidem miniſterij ſui cedere perſecutori, & ſic palea potius eſſe, quàm granum; & leui vento circumferri. Si autem defuerit tempeſtas perſecutionis, tunc quoque oderit animã ſuam, abneget voluntatem propriam, abhorreat & ſuffocet concupiſcentiam ſuam; talémque ſe, qualem fuiſſe meminit, odio habeat, & in profunda pœnitentiæ foſsâ abſcondat.*

Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.

1579. S*I quis mihi miniſtrauerit.* Non explicat, in quo quis debeat illi miniſtrare. Verus Dei miniſter & ſeruus eſt, qui nullum (quantum in ſe) obſequium reiicit; omni eſt officio paratus, vt Deum honorificet. Hoc tamen miniſterium maximè ſitum eſt in ſuâ ipſius, aliorúmque ſalute procurandâ; vt, qui Chriſto miniſtrat, miniſter etiam ſuorum ſit.

Honorificabit eum Pater meus. Non explicat quo honore ſit ille à Patre honorificandus, qui fidelis extiterit miniſter; quia id explicari verbis nequit. *Quem maiorem honorem*, inquit S. Auguſtinus, *accipere poterit adoptatus, quàm vt ſit, vbi eſt vnicus; non æqualis factus Diuinitati, ſed conſociatus æternitati, ne vnquam deficiat felicitas eius?* Honorificabit eum Pater: quùm Pater, eius honor erit, erit & Filius.

Nunc anima mea turbata eſt,

1580. N*Vnc anima mea turbata eſt.* Scilicet ex conſideratione & horrore mortis. Turbata eſt non inordinatè affecta: turbata eſt, non conturbata. Sed quare animam ſuam turbari voluit; idque coram diſcipulis, quibus potiùs fortis & imperterriti animi exemplum præbendum erat? *Ne dicerent* (inquit S. Chryſoſtomus) *ipſum, cùm humanis careret doloribus, facilè de ſubeundâ morte philoſophari, & in tuto nobis perſuadere; oſtendit, quòd, licet eam formidet, cùm tamen vſus poſcat, non recuſat: hæc enim diſpenſationis ſunt, non Diuinitatis.*

Turbatur Chriſtus, ne nos, quùm infirmitate turbamur, nimium conturbemur. Conſolatur itaque nos iſta turbatio, non deiicit. *Nam quòd tu tantus, tua charitatis voluntate, turbaris*, inquit S. Auguſtinus, *multos in corpore tuo, qui ſua infirmitatis neceſſitate turbantur, ne deſperando pereant, conſolaris.* Quare, *ſi rectè conſideraueris*, ait Theophylactus, *inuenies, quòd turbari ipſum adhortatio ſit ad contemptum mortis.*

Anima mea turbata eſt. Moriturus Chriſtus turbatur, ne nos in morte noſtrâ nimiùm turbaremur ac frangeremur. Audiendus hîc S. Auguſtinus ſerm. 26. ex 40. qui nuper prodierunt. *Nos*, inquit, *in ſe transformauit, nos vidit, nos inſpexit, nos fatigatos ſuſcepit & fouit, ne fortè, quando veniret alicui membro eius vltimus dies, quo iſta eſſet vita finienda, turbaretur per infirmitatem; & deſperaret ſalutem, & diceret ſe ad Chriſtum non pertinere, quoniam non ſic præparatus eſſet ad mortem, vt nulla in illo perturbatio exoriretur, nulla triſtitia mentem deuotiſſimam nubilaret. Quoniam ergo periclitarentur membra eius deſperatione, quando propinquante morte aliquis turbaretur, nolens finire miſeram vitam, piger inchoare nunquam finiendam: ne ergo deſperatione frangeremur, ipſos infirmos ſuos intendit, ipſa membra ſua vltima non valde fortia collegit in ſinum ſuum, ipſa non valde fortia tanquam gallina texit pullos ſuos, & tanquam alloquitur eos: Nunc anima mea turbata eſt. Agnoſcite vos in me, &, quando fortè turbati fueritis, non deſperetis; ſed ad caput veſtrum reuocetis aſpectum, & dicatis vobis: Quando Dominus dicebat: Anima mea turbata eſt: nos in illo eramus, nos ſignificabamur. Turbamur, ſed non perimus.* 1581.

Venit ergo vox de Cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.

V*Enit ergo vox de Cælo.* Patrem ſcilicet cæleſtem loquentem ad Filium repræſentans. Sed hæc eadem vox alij viſa eſt eſſe tonitruum, quia confuſum ſonum exceperat, quem diſtinctè Deus protulerat: alij putarunt Angeli vocem eſſe, Angeli ſcilicet miniſterio formatam: tanti refert, qualis ille ſit, ad quem Dei voces feruntur. Tam diuerſam de eâdem voce ſententiam ferunt: quia inter ſe diuerſi diuerſâque ratione excepere. Rem ad Euangelium ita flectit Rupertus hîc: *Sicut vnam eandémque vocem alij putauerunt fuiſſe tonitruum, ſonum videlicèt horrificum, in quo nihil eſt intelligibile; alij loquutionem Angelicam, in quâ vtique cum ſenſu rationis dignitas eſt natura: ſic vnum idemque clarificationis Chriſti Euangelium alij ſicut ſtultitiam, alij accepturi erant vt Dei ſapientiam. Vnde Apoſtolus: Nos autem prædicamus Ieſum Chriſtum Crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum Gentibus autem ſtultitiam; ipſis autem vocatis Iudæis & Gentilibus Chriſtum, Dei virtutem & ſapientiam. Item: Verbum enim Crucis, inquit, pereuntibus quidem ſtultitia eſt; his autem qui ſalui fiunt, ideſt, nobis, virtus Dei eſt. Bene ergo diuiſis ſenſibus alij crepuiſſe tonitruum, alij dicebãt loquutũ fuiſſe Angelum.* 1582.

Et clarificaui, & iterum clarificabo. De Filio hoc dictum authores interpretantur: ſed cur non de Patre, cùm dixerit Filius? *Pater clarifica nomen tuum.* An, vt Filij gloriam, gloriam eſſe Patris intelligeremus

telligeremus ; & in alterum reſilire, quòd in alterum præſtatnt? Modeſtiam quandam moderationemque in hoc ſermone notabat Maldonatus hîc, cuius hæc ſunt verba: *Notanda verò eſt orationis vtriuſque, & Patris & Filij, moderatio. Cùm idem eſſet clarificari Filium, & clarificari nomen Patris; tamen Filius non dicit: Clarifica me; ſed: Clarifica nomen tuum. Et Pater contrà, non dicit: Clarificaui, & iterum clarificabo nomen meum. Sed: Clarificaui, & iterum clarificabo te. Neuter ſibi, vterque alteri gloriam attribuens.*

SECTIO III.

Dæmon cur tanquam princeps eiectus dicatur. 1583
Hominum infirmitas diabolum mundi principem fecit. 1583
Diabolus per peccatum imperium in homines exercet. 1584
Quàm diues terrenorum contemptus. 1584
Homines Chriſtus attrahit vt magnes ferrum. 1585
Cur trahere nos Chriſtus dicatur. 1585
Omnia quæ Chriſti fuerunt alliciendi vim habent. 1585
In Cruce vt Chriſtus omnia traxerit. 1586
Per Chriſti mortem omnia obſequi Chriſto debent, omnia ſeruari. 1586
Omnia traxiſſe Chriſtus dicitur quia traxit electos. 1586
Quicquid eſt in homine Dei obſequio mancipetur. 1587
Iudæorum malitia. 1587
Mala conſcientia interpretis vicem ſubit apud malos. 1587

Nunc princeps huius Mundi eiicietur foras.

1583. *NVnc princeps huius Mundi eiicietur foras.* Tanquam princeps eiectus eſt, non tanquam tentator aut ſeductor. *Non dicit, diabolus*, inquit hîc Caietanus, *non tentator, non ſeductor Mundi huius, ſed princeps; quia non eiicitur à ſeducendo à calumniando, ſed à principatu; non particulari huius vel illius hominis, ciuitatis aut patriæ; ſed Mundi huius. Principabatur enim, & adorabatur vt princeps Mundi huius diabolus ante mortem Chriſti communiter à Mundo: hoc eſt colebatur in omnibus diis Gentium, & ab hoc principatu eiectus eſt, ſublato, per Chriſtum cultu deorum, ablatâ ex Mundo (quamuis non ex ſingulis partibus ſimul) idololatriâ.*

Nunc princeps huius Mundi. Satanæ hîc titulus eſt, quem ei hominum infirmitas obtulit: non eum ille iuſtè acquiſiuit. Princeps dicitur Mundi, non quia ſit legitimus hominum Dominus; ſed quia homines, quos per peccatum ſeduxit, ita ſibi fecit eſſe ſubiectos, vt pro ſuo libito, non ſecùs ac eorum princeps, in omnem peccati ſceleriſque ſpeciem impellat. Non habet ille ius in homines; ſed hi promptè dum ſatanæ parent, imperium ipſi quodammodo deferunt.

1584. *Eiicietur foras.* Peccato ſcilicet abolito, per quod imperium in homines exercet. Sed dicat hîc aliquis: Adhuc ſatan tyrannidem ſuam in homines porrigit, hominibus dominatur. At hoc ex hominum quâdam electione eſt, non iure id fit vt neque anteà fiebat. Eiectus eſt foras ſatan; ſed intùs eum vocat, qui intùs peccatum admittit.

Si exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipſum.

SI exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipſum. Quod Chriſtus de ſe dixit Cruci affigendus, poteſt cuilibet Chriſti diſcipulo aptari: nimirum, omnia trahit, qui terrena omnia contemnit; ferè enim ita fit, vt, qui Cæleſtibus inhiant, tanquam nihil habentes, omnia poſſideant. Præclarè rem verſat Sanctus Bernardus ſerm. 21. Cant. dum ait: *Arbitror illum ſermonem, quem dixit de ſe Vnigenitus, videlicet, ſi exaltatus à terrâ, omnia traheret ad ſeipſum, cunctis quoque eius fratribus poſſe eſſe communem; his vtique, quos Pater præſciuit & prædeſtinauit, conformes fieri imagini Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Et ego igitur, ſi exaltatus fuero à terrâ (audacter dico) omnia traham ad meipſum: nec enim temerariè vſurpo mihi fratres mei vocem, cuius me induo ſimilitudinem. Quod ſi ita eſt, non putent diuites huius ſæculi, fratres Chriſti ſola poſſidere cæleſtia; quia audiunt dicentes: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum. Non eos, inquam æſtiment ſola cæleſtia poſſidere; quia ea ſola audiunt in promiſſione: poſſident & terrena, & quidem tanquam nihil habentes, ſed omnia poſſidentes.*

Omnia traham. Cadunt hîc optimè verba, quæ 1585.
ad S. Birgittam dixit Chriſtus ipſe, extántque lib. 1. Reuelat. cap. 3. *Attraham te ad me per charitatem, ſicut magnes attrahit ſibi ferrum; & collocabo te in brachio meo.* Quod vni Birgittæ dixit, præſtabit in omnes, ſi eiuſdem omnes mentis erunt.

Omnia traham. Homines ſcilicet, ex quibus Mundi huius princeps eiectus eſt. *Trahendi* verbo quædam vis notatur, quâ vis alia oppoſita vincenda. Ad ſe nos trahit Chriſtus, ad ſe *tanquam à ſatana detentos*, inquit Sanctus Chryſoſtomus. Torpor quoque noſter, noſtra imbecillitas ſatanæ vim reddit maiorem, vt maiori difficultate à Chriſto trahamur ad Chriſtum: trahimur tamen, quia omnino fortior eſt Chriſtus verus princeps, quàm ſatanas tyrannus.

Omnia traham. Omnia, quæ in Ieſu fuere, alliciendi vim habent, & trahendi virtutem; ſed maximè Crucis humilitas. Pulchrè Gillebertus in Allegor. Tilm. *Omnia, quæ in te ſunt, Ieſu bone, quandam habent alliciendi efficaciam, & cogitantes ſolicitant in affectum. Sed ad omnia non poſſumus omnes attingere: ſublimia ſolis ſublimibus ſunt: humilia omnibus. Quæ maior humilitas, quàm exaltari in Cruce? & de hac ait: Cùm exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad meipſum. Efficax ad trahendum humilitas iſta.*

Omnia traham. Quî in Cruce omnia Chriſtus 1586.
traxerit, exponit S. Leo ſerm. 6. de Paſſion. *Cùm exaltatus fuero, omnia ad me traham; id eſt, totam cauſam humani generis agam, & olim perditam in integrum reuocabo naturam. In me omnis infirmitas abolebitur: in me omnis plaga ſanabitur. Exaltatum autem Ieſum ad ſe traxiſſe omnia non ſolùm noſtræ ſubſtantiæ paſſione, ſed etiam totius Mundi commutatione, monſtratum eſt: pendente enim in patibulo Creatore, vniuerſa creatura congemuit, & Crucis clauos omnia ſimul elementa ſenſerunt. Nihil ab illo ſupplicio liberum fuit: hoc in communionem ſui & terram traxit & cælum: hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſerauit, & denſarum horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonium ſuo Mundus authori, vt in occaſu Conditoris ſui vellent vniuerſa finire: ſed patientia Dei ſeruat*

nat rebus atque temporibus ordinem ſuum; nóſque in illum potiùs vocat affectum, vt eorum ſalutem petamus, quorum crimen horremus.

Omnia traham. Cur potiùs *omnia* dixit, quàm *omnes?* Quia nimirum per Christi mortem omnia obſequi Chriſto debent, eiúſque obſequio ſacrari, etiam quæ Mundo offerebantur. Sanctus Gaudentius ad Neoph. tract. 12. ad ea, quæ idolis ſacrabantur ſic rem flectit: *Quòd ait: Omnia traham ad meipſum, & non, omnes, illud ſignificari existimo, quòd omnia creaturarum genera, quæ idolis vel immolabantur vel dedicabantur, Chriſtus ad ſuam benedictionem reuocanda promiſerit, ſuoque nomini conſecranda.*

Omnia traham. Et quî omnia traxit? Nunquid Iudam traxit, traxit Iudæos, qui in ſuâ malitiâ obdurtuerant? An traxit omnia, traxit omnes; quia traxit amatores ſuos, ſuos electos, quaſi reliqua, quaſi reliqui, nihil ſint? Sanctus Petrus Damianus epiſt. 13. ita ſcribit: *Non enim ad ſe Iudam proditorem traxit, non ſibi latronem impium ſociauit; ſed omnia, id eſt omnes duntaxat electos ad proprij contubernij culmen, erexit.*

1587. *Omnia traham.* Cur potiùs, *omnia*, dixit, quàm *omnes?* Non eſt alienum, quod aliqui notauere: ſignificare ſcilicet voluiſſe, non hominem tantùm ſe ad ſe tracturum; ſed quicquid eſt hominis, animam, corpus, potentias; vt quicquid in homine eſt, Dei ſit obſequio mancipatum, & homo Deo ſuo hæreat, Deo ſuo dicet & quicquid eſt, & etiam quicquid habet.

Quomodo tu dicis? Oportet exaltari Filium hominis.

Q*Vomodo tu dicis? Oportet exaltari Filium hominis.* Non hoc tantùm dixerat Chriſtus, ſe exaltandum ſcilicet in Crucem, ſed etiam ad ſeipſum omnia tracturum: hoc tamen Iudæi omittunt, illud producunt. Sed iſtud mirum: cur tam facilè intellexerit turba Chriſti verba, & exaltatione eius mortem ſignificatam, cùm priùs ſimilia verba audiens, nec obiecerit, quod nunc obiicit; & ſe minimè intellexiſſe ſignificauit, dum tacuit. Nodum ſoluit hîc Rupertus, qui ad hæc verba de ſuo hæc affert. *Nonne ergo, ſicut cæci, ita & monoculi eſtis ô Iudæi, & in vnam ſolam partem videtis? Nunquid enim hoc ſolùm dixit, quòd exaltandus eſſet à terra? & non addidit, quòd omnia traheret ad ſeipſum? Quare ergo hoc ſolum aduertiſtis, quòd ſignificaret, ſe eſſe moriturum; & contuliſtis cum eo, quod teſtificatur lex, Chriſtum manere in æternum? Sed & vnde nunc vel hoc ipſum tam citò aduertiſtis, quomodò dixiſſet? Oportet exaltari Filium hominis. Denique alio tempore cum item dixiſſet: Cùm exaltaueritis Filium hominis à terrâ, tunc cognoſcetis, quia ego ſum: nihil tale, quale nunc, obiiciſtis; ſed vel nullo modo, quid diceret, vos intellexiſſe ſignificaſtis. Vnde ergo? niſi quia, paulò ante collecto concilio, pontifices & Phariſæi conſilium vobiſcum definierant, non ſolùm vt interficerent, ſed hoc etiam, vt exaltatione Crucis interficerent eum. Itaque non mirum, vos illud in verbis eius intellexiſſe, quod inſidiantes in abſcondito conſcientiæ cubili cogitabatis facere.*

Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum.

MIrum, quòd Iudæi, aliàs obtuſi, obſcurum arcanumque Chriſti ſermonem potuerint intelligere. At malâ conſcientiâ, interpretis loco, vſi fuere; vt in ſuis cordibus manifeſtè legerent, quod ſubobſcurè Chriſtus dixerat? *Mirum fuit,* inquit Galfridus in Allegor. Tilm. *quòd intellexere eum Iudæi, vnde & reſponderunt: Nos audiuimus ex lege, quòd Chriſtus manet in æternum: & quomodo tu dicis? Oportet exaltari filium hominis. Non eos docuit infuſa ſapientia, ſed ſtimulata conſcientia: & dicere eum intelligebant, quod ipſi facere diſponebant.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIII. IOANNIS.

Verſ. 1.

ANTE diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc Mundo ad Patrem cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos.

Ante. *Arab. Et ante. Theoph. Ante autem.*
Diem feſtum. *Theoph. Feſtum. Tert. Solennitatem.*
Sciens. *Arab. Sciebat.*
Quia venit. *Arab. Quia iam veniſſet. Euth. Quòd veniſſet.*
Hora eius. *Arab. Hora. Euth. Hora ipſius.*
Tranſeat. *Syr. Diſcederet. Arab. Tranſiret.*
Ex hoc. *Arab. De hoc.*
Cùm dilexiſſet ſuos. *Syr. Et dilexit ſuos. Ar. M. Diligens proprios.*
Qui erant in Mundo. *Syr. Qui erant in hoc Mundo. Ar. M. Qui in Mundo.*
In finem. *Syr. Et vſque in finem. Pagn. Vſque ad finem. Caiet. Ad finem. Mar. Summopere.*

Verſ. 2.

Et, cœnâ factâ, cum diabolus iam miſiſſet

Et cœnâ factâ. *Syr. Cùmque facta eſſet cœna. Arab. Et cùm veniſſet hora cœnæ. Mar. Et cœnâ paratâ.*
Cùm diabolus. *Syr. Satanas. Arab. Diabolus. Iſyc. & Ar. M. Diabolo.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotæ.

Iam miſiſſet. *Syr. Iniecerat ſe. Arab. Immiſit. Tert. Iam immiſiſſet. Iſyc. Immittente. Ar. M. Iaculato.*
Cor. *Syr. Cor Iudæ filij Simonis Iſcariotæ. Arab. Cor Iudæ Simonis Iſcariotis.*
Traderet eum Iudas Simonis Iſcariotæ. *Syr. Proderet eum. Arab. Traderet eum.*

Verſ. 3.
Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus; & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit:

Sciens *Syr. Ipſe autem Ieſus cùm ſciret. Arab. Et cùm vidiſſet Ieſus. Orig. Sciens Ieſus.*
Quia omnia. *Orig. Omnia.*
Dedit ei. *Arab. Poſuit. Orig. Dediſſe ſibi. Tert. Sibi tradita eſſe.*
Pater. *Orig. Patrem. Tert. A Patre.*
Manus. *Arab. Manus eius.*
Quia à Deo exiuit. *Pagn. Quòd à Deo exiſſet. Orig. Se à Deo exiſſe. Tert. Se ex Deo eſſe.*
Vadit. *Pagn. Iret. Orig. Abire. Tert. Vadere.*

Verſ. 4.
Surgit à cœnâ, & ponit veſtimenta ſua: &, cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe.

Surgit. *Arab. Surrexit.*
Ponit. *Arab. Depoſuit.*
Veſtimenta ſua. *Pagn. Veſtimenta.*
Et cum accepiſſet linteum. *Syr. Acceptâque ſindone.*
Se. *Syr. Lumbos ſuos. Arab. Se eo. Ar. M. Seipſum.*

Verſ. 5.
Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

Deinde mittit. *Syr. Et iniecit. Arab. Et infudit. Quidd. Cod. Mittit.*
Lauare. *Syr. Abluere.*
Diſcipulorum. *Syr. Diſcipulorum ſuorum.*
Extergere. *Syr. Abſtergere. Arab. Extergere eos.*
Linteo. *Syr. Sindone.*

Verſ. 6.
Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes?

Venit ergo. *Syr. Cùm autem veniſſet. Arab. Et cùm veniſſet. S. Aug. Venit.*
Simonem Petrum. *Al. Petrum.*
Et dicit ei. *Syr. Dixit ei.*
Petrus. *Syr. Simon. Euth. Ille.*
Domine, tu. *Syr. Tu Domine mi. Arab. Tu Domine.*
Lauas pedes? *Syr. Pedes meos lauabis? Arab. Lauas pedes meos.*

Verſ. 7.
Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio, tu neſcis modò: ſcies autem poſteà.

Reſpondit. *S. Aug. Sed reſpondit.*
Ego facio. *Arab. Facio.*
Tu neſcis. *Arab. Non ſcis illud. Mar. Modò non intelligis.*
Scies autem. *Syr. Cognoſces verò. Arab. Sed ſcies illud.*
Poſteà. *Ar. M. Poſthac.*

Verſ. 8.
Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Dicit ei Petrus. *Arab. Dixit autem Simon Petrus.*
Non lauabis. *Orig. Nequaquam laueris.*
Mihi pedes. *Syr. Mihi pedes meos. Orig. Pedes meos.*
Reſpondit Ieſus. *Arab. Et reſpondit Ieſus & dixit: Amen, amen dico tibi.*
Lauero te. *Arab. Lauero eos. S. Epiph. Lauero pedes tuos.*
Habebis partem. *Arab. Erit tibi pars. Iſid. Clar. Habes partem.*

Verſ. 9.
Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, ſed & manus & caput.

Domine. *Syr. Ergo Domine mi.*
Pedes meos. *Syr. Pedes meos laues mihi. Arab. Lauabis mihi pedes meos. S. Epiph. Pedes.*
Manus & caput. *Syr. Manus meas ſed & caput meum. S. Epiph. Caput. S. Aug. Caput & totum.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 10.

Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus: Et vos mundi eſtis, ſed non omnes.

Qui lotus eſt. *Syr. Is qui lotus eſt. Arab. Qui mundus eſt. SS. Epiph. & Opt. Qui lotus eſt ſemel. Tert. Qui ſemel lauit.*
Non indiget. *S. Epiph. Non opus habet, vt caput lauet. Theoph. Non opus habet. Vat. Nihil opus habet. Tert. Non habet neceſſe rursùm. S. Opt. Non habet neceſſitatem.*
Niſi vt pedes lauet. *Syr. Niſi vt pedes ſuos tantùm lauet. Arab. Niſi lotione pedum ſuorum. S. Epiph. Sed pedes duntaxat. S. Opt. Iterum lauandi. Vat. Præterquam pedes lauare.*
Sed eſt. *S. Epiph. Eſt enim. Arab. Quia ipſe eſt.*
Omnes. *Arab. Omnes vos.*

Verſ. 11.

Sciebat enim, quiſnam eſſet, qui traderet eum; propterea dixit: Non eſtis mundi omnes.

Sciebat enim. *Syr. Nouerat enim Ieſus.*
Quiſnam eſſe, qui traderet eum. *Syr. Eum qui ipſum prodebat. Arab. Qui traderet eum. Orig. Quiſnam eſſet proditor ipſius. Ar. M. Tradentem ſe. Fr. Luc. Tradentem ipſius.*
Propterea. *Arab. Et propterea. Ar. M. Propter hoc.*
Non eſtis. *Arab. Et non eſtis.*
Omnes. *Arab. Vos omnes.*

Verſ. 12.

Poſtquàm ergo lauit pedes eorum, & accepit veſtimenta ſua, cùm recubuiſſet iterùm, dixit eis: Scitis, quid fecerim vobis?

Poſtquam ergo lauit. *Syr. Cùm autem abluiſſet. Pagn. Poſtquàm ergo lauiſſet.*
Et accepit. *Syr. Aſſumit. Orig. Receptiſque.*
Veſtimenta ſua. *Orig. Veſtibus ſuis.*
Cùm recubuiſſet iterum. *Syr. Et diſcubuit. Pagn. Accubuiſſet. Orig. Iterum accubuit.*
Dixit. *Syr. Dixitque. Pagn. Iterum dixit.*

Verſ. 13.

Vos vocatis me, Magiſter & Domine: & bene dicitis; ſum etenim.

Magiſter & Domine. *Syr. Magiſter noſter & Domine noſter. S. Greg. Nyſſ. Dominum & magiſtrum. Ar. M. Magiſter & Dominus.*
Et bene. *S. Greg. Nyſſ. Bene quidem. Ar. M. Et pulchrè. Fr. Luc. Et rectè.*
Sum etenim. *Arab. Etenim ille ſum.*

Verſ. 14.

Si ergo ego laui pedes veſtros, Dominus & Magiſter; & vos debetis alter alterius lauare pedes:

Si ergo ego. *Arab. Cùm ergo ego.*
Laui. *Syr. Ablui vobis. Arab. Lauerim.*
Pedes veſtros. *S. Aug. Vobis pedes.*
Dominus & Magiſter. *Syr. Dominus veſter & Magiſter veſter. Arab. Magiſter veſter & Dominus veſter.*
Et vos debetis. *Syr. Quantò magis vos debetis. Arab. Quantò vobis conuenientius eſt. Orig. Vos quoque debetis.*
Alter alterius. *Syr. Alij aliorum. Arab. Alterum veſtrûm alterius. Theoph. Inuicem alij aliorum. Orig. Alterutrum.*

Verſ. 15.

Exemplum enim dedi vobis, vt, quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Exemplum. *Syr. Hoc exemplum.*
Dedi. *Euth. Præbui.*
Ego feci. *Syr. Feci.*
Ita & vos. *Syr. Vos etiam. Vat. Vos quoque.*

Verſ. 16.

Amen, amen dico vobis: non eſt ſeruus maior domino ſuo, neque apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum.

Apoſtolus. *S. Aug. Diſcipulus. Pagn. Legatus.*
Maior eſt. *S. Aug. Eſt ſuper.*
Qui miſit illum. *S. Cypr. Eo, qui ſe miſit. Pagn. Eo, qui legauit ipſum. Ar. M. Mittente illum. S. Aug. Magiſtrum.*

Verſ. 17.

Si hæc ſcitis; beati eritis, ſi feceritis ea.

Si hæc ſcitis. *Arab. Si vos ſciueritis hæc. S. Cypr. Hæc ſcientes. Caiet. Si hæc noniſtis.*
Eritis. *Caiet. Eſtis.*
Si feceritis ea. *Arab. Quando feceritis illud.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

Verſ. 18.

Non de omnibus vobis dico ; ego ſcio, quos elegerim : ſed, vt adimpleatur Scriptura : Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum.

Non de omnibus vobis. *Syr. Non de vobis omnibus dico. Arab. Et non ſignifico ſermone meo omnes vos. Theoph. Non de omnibus vobis loquor.*
Ego ſcio quos. *Syr. Scio enim quos. Arab. Quia ſciens ſum, quem.*
Adimpleatur. *Euth. Compleatur. S.Aug. Impleatur. Orig. Impleretur.*
Qoi manducat. *Syr. Is, qui edit. Orig. Qui edit.*
Mecum. *S.Ambr. Mecum.*
Leuabit. *S.Ambr. Leuauit. Orig. Suſtulit.*
Coorra me. *S. Ambr. Super me. Orig. Aduerſùm me.*
Calcaneom ſuum. *S.Ambr. Calcaneum.*

Verſ. 19.

A modò dico vobis, priuſquàm fiat ; vt, cùm factum fuerit, credatis, quia ego ſum.

Amodò. *Syr. Iam nunc. Orig. Nunc.*
Priuſquàm fiat. *Ar.M. Ante fieri.*
Quia ego ſum. *Syr. Me eum eſſe. Theoph. Quod ego ſim.*

Verſ. 20.

Amen, amen dico vobis : qui accipit, ſi quem miſero, me accipit : qui autem me accipit, accipit eum, qui me miſit.

Qui accipit. *Syr. Quiſquis recipit. Arab. Siquis acceperit. Orig. Qui recipit.*
Si quem miſero. *Syr. Quem ego miſero. Abrab. Vnum ex illis, quem mittam. Orig. Quencunque ego miſero.*
Accipit. *Arab. Accipiet. Orig. Recipit.*
Qui autem me accipit. *Syr. Et qui me recipit. Arab. Et qui accipiet me. Orig. Qui autem me recipit.*
Accipit. *Arab. Ipſe accipiet. Orig. Recipit.*
Qui me miſit. *Ar.M. Mittentem me.*

Verſ. 21.

Cùm hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt & Dixit : Amen, amen dico vobis : quia vnus ex vobis tradet me.

Cum hæc dixiſſet. *Arab. Dixit hoc. Ar.M. Hæc dicens.*
Turbatus eſt. *Syr Et infremuit. Arab. Et commotus eſt.*
Proteſtatus. *Pagn. Teſtificatus. Caiet. Teſtatus.*
Tradet. *Pagn. Prodet. Vat. Proditurus eſt.*

Verſ. 22.

Aſpiciebant ergo ad inuicem diſcipuli, hæſitantes, de quo diceret.

Aſpiciebant ergo. *Syr. Intuebantur autem. Arab. Aſpexerunt.*
Ad inuicem. *Syr, Alius alium. Arab. Alter eorum alterum. Euth. Se inuicem. Orig. Seſe mutuè.*
Hæſitantes. *Syr. Quippe qui non noſſent. Arab. Quoniam non ſciebant. Orig. Dubitantes.*
De quo diceret. *Syr. De quonam dixiſſet. Arab. Quem ſignificaret ſermone ſuo. Orig. De quonam diceret.*

Verſ. 23.

Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus.

Erat ergo recumbens. *S. Euth. Diſcumbebat autem. Euth. Recumbebat autem. Orig. Erat autem recumbens.*
Vnus ex diſcipulis eios. *S. Euch. Diſcipulus. Orig. Vnus ex diſcipulis Ieſu.*
Sino Ieſu. *S. Euch. Super pectus Domini. Orig. Sinus ipſius.*
Quem. *Arab. Et erat ille, quem. Pagn. Nimirum is, quem.*
Diligebat. *Syr. Amabat. S. Euch. Amabat plurimum.*

Verſ. 24.

Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei : Quis eſt, de quo dicit?

Innuit ergo. *Syr. Innuit.*
Et dixit ei. *Syr. Vt ſciſcitaretur ab eo. Arab. Vt interrogaret eum. Theoph. Vt ſciſcitaretur. Fr. Luc. Vt interrogaret.*
Quis eſt. *Syr. Quiſnam eſſet. Arab. Quis eſſet ille.*
Dicit. *Syr. Diceretur. Arab. Dixit. Theoph. Loqueretur.*

Verſ. 25.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 25.

Itaque cùm recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine, quis eſt?

Itaque cùm recubuiſſet. *Syr. Incubuit itaque. Arab. Et cecidit. Euth. Cùm ergo ille recumberet ita.*
Ille. *Arab. Ille diſcipulus.*
Supra pectus. *Syr. Pectori.*
Dicit. *Syr. Et dicit.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Quis. *Syr. Quiſnam iſte.*

Verſ. 26.

Reſpondit Ieſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et, cùm intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Iſcariotæ.

Ieſus. *Syr. Ieſus ait.*
Cui ego. *Arab. Cui.*
Intinctum. *Arab. Intingam. S. Aug. Tinctum. Orig. Intinctam.*
Panem. *Orig. Offulam. Caiet. Bucellam. Fr. Luc. Panis particulam. Mar. Offam.*
Porrexero. *Syr. Dedero. Arab. Et porrexero.*
Et cùm intinxiſſet. *Syr. Proinde intinxit Ieſus. S. Aug. Et cùm tinxiſſet.*
Panem. *Orig. Offulam. Caiet. Bucellam. Fr. Luc. Fruſtum.*
Dedit. *Syr. Deditque. Arab. Et dedit illum. Orig. Dedit illam.*
Iudæ Simonis. *Syr. Iudæ filio Simonis. Orig. Simoni.*

Verſ. 27.

Et poſt buccellam introiuit in eum ſatanas. Et dicit ei Ieſus: Quod facis, fac citiùs.

Buccellam. *Syr. Panem. Pagn. Offulam. Orig. Hac.*
Introiuit. *Syr. Tunc ingreſſus eſt. Arab. Tunc intrauit. S. Aug. Intrauit. Quidd. Codd. Tunc introiuit.*
In eum ſatanas. *S. Aug. Diabolus in cor eius.*
Et dicit. *Theoph. Dicit igitur.*
Facis. *Arab. Es facturus.*
Citiùs. *Arab. Illud citiùs. S. Ambr. Celeriùs. S. Aug. Velociter. Vat. Ocyùs. Fr. Luc. Citò.*

Verſ. 28.

Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei.

Nemo ſciuit. *Arab. Non ſciuit aliquis. Euth. Nemo intellexit. Orig. Nemo intelligebat.*
Diſcumbentium. *Arab. Ex illis diſcumbentibus. Ar. M. Recumbentium.*
Ad quid. *Syr. De quâ re.*
Dixerit ei. *Syr. Dixerat ei. Arab. Dixerit. Orig. Et dixiſſet.*

Verſ. 29.

Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut, egenis vt aliquid daret.

Putabant. *Syr. Ex eis putabant. Arab. Ex eis putauerunt.*
Quia loculos. *Syr. Propterea quòd marſupium. Arab. Quia propter loculos.*
Habebat Iudas. *Syr. Ad latus eſſent ipſius Iudæ. Arab. Qui erant penes Iudam.*
Quòd dixiſſet ei Ieſus. *Syr. Præcipiendo præcepiſſe ei Ieſum.*
Eme ea. *Syr. Vt emeret. Arab. Vt emeret id.*
Quæ opus ſunt nobis. *Syr. Quod requirebatur. Arab. Quo indigebant. Euth. Quæ nobis neceſſaria ſunt. Ar. M. Quorum opus habemus. Fr. Luc. Quibus opus habemus.*
Diem feſtum. *Syr. Feſtum. Arab. Pro feſtiuitate.*
Aut egenis vt aliquid daret. *Syr. Aut vt daret quidpiam pauperibus. S. Aug. Vt aliquid præpararet, quod daret egenis.*

Verſ. 30.

Cùm ergo accepiſſet ille buccellam,

Cùm ergo accepiſſet ille. *Syr. Ipſe verò Iudas accepit. Arab. At ille, cum accepiſſet. Ar. M. Accipiens ergo ille.*
Buccellam. *Syr. Panem eò momento. Orig. Offulam.*
Exiuit continuò. *Syr. Et exiuit foras.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

exiuit continuò. Erat autem nox.

Erat autem. *S. Ambr. Erat enim.*
Nox. *Syr. Nox, cùm exiit. Theoph. Nox, cùm exiiſſet.*

Verſ. 31.

Cùm ergo exiiſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo.

Cùm ergo exiiſſet dixit. *Syr. Porrò dixit. Theoph. Dixit.*
Nunc clarificatus. *S. Hil. Nunc glorificatus. Fr. Luc. Hactenus glorificatus.*
Clarificatus eſt in eo. *Vat. Glorificatus eſt per eum.*

Verſ. 32.

Si Deus clarificatus eſt in eo; & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuò clarificabit eum.

Si. *Euth. Quòd ſi.*
Clarificatus eſt in eo. *Euth. Glorificatus eſt per eum.*
Et Deus. *Syr. Deus quoque.*
Clarificabit in ſemetipſo. *Syr. Glorificat in ſeſe. Euth. Glorificabit per ſeipſum. Orig. Glorificabit per ſe.*
Clarificabit. *Euth. Glorificabit.*

Verſ. 33.

Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. Quæretis me: &, ſicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non poteſtis venire; & vobis dico modò.

Filioli. *S. Hil. Filioli mei Clem. Alex. Pueli.*
Adhuc modicum. *Arab. Tempore modico. S. Hil. Adhuc puſillum. Pagn. Adhuc pauliſper.*
Quæretis. *Syr. Et quæretis.*
Et ſicut. *Syr. Sed quemadmodum.*
Quò. *Arab. Ad locum, ad quem.*
Vado. *Orig. Adeo.*
Et vobis. *Euth. Etiam vobis. Theoph. Ita & vobis. Mar. Et ita vobis.*
Dico modò. *Orig. Dico nunc.*

Verſ. 34.

Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

Mandatum. *Arab. Quia mandatum. Pagn. Præceptum.*
Nouum. *Mar. De nouo.*
Diligatis inuicem. *Syr. Diligatis alius alium. Arab. Diligat alter veſtrum alium. Pagn. Diligatis vos mutuò. Fr. Luc. Diligatis alij alios.*
Sicut. *Syr. Prout ego. Arab. Quemadmodum.*
Vt & vos diligatis. *Syr. Vos quoque diligatis.*
Inuicem. *Syr. Alius alium. Arab. Alter alterum. Pagn. Vos mutuò.*

Verſ. 35.

In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

In hoc. *S. Greg. Nyſſ. Ex eo. Theoph. In hoc enim. Vat. Per hoc.*
Cognoſcent omnes. *Syr. Nouerit vnuſquiſque. S. Greg. Nyſſ. Intelligent omnes.*
Dilectionem habueritis. *Syr. Dilectio fuerit in vobis. S. Greg. Nyſſ. Vos amore complectimini. Pagn. Charitatem habueritis.*
Ad inuicem. *Syr. Vnus ad alium. Arab. Alterius in alterum. S. Greg. Nyſſ. Mutuò. Theoph. Inter vos. Pagn. Inter vos mutuam.*

Verſ. 36.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Reſpondit Ieſus: Quò ego vado, non potes me modò ſequi: ſequeris autem poſtea.

Domine. *Syr. Domine noſter.*
Vadis. *Euth. Abis.*
Ieſus. *Syr. Ieſus & dixit ei.*
Ego vado. *Syr. Vado. Euth. Ego abeo.*
Me modò ſequi. *Syr. Nunc venire poſt me.*
Sequêris autem poſtea. *Syr. Tandem verò venias. Arab. Sed venies poſtea. Euth. Poſt modum me ſequeris.*

Verſ. 37.

Dicit ei Petrus: Quare non poſſum te ſequi modò; animam meam pro te ponam.

Petrus. *Syr. Simon Petrus.*
Quare. *Syr. Domine mi quare. Euth. Et quare. Goth. Domine quare.*
Te ſequi modu. *Syr. Poſt te ire nunc. Theoph. Sequi.*
Animam. *Arab. Et nunc animam.*

Verſ. 38.

Vulgata Editio.

Verſ. 38.

Reſpondit ei Ieſus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges.

Lectionum Varietas.

Reſpondit ei. *Syr. Dixit ei. Arab. Reſpondit. S. Aug. Reſpondit ergo.*
Pones. *Arab. Tu pones.*
Non cantabit. *Pagn. Non canet. Vat. Nequaquàm cantet.*
Donec. *Fr. Luc. Vſque quò.*
Ter me. *Syr. Tribus vicibus.*
Neges. *Syr. Abnegaueris. Theoph. Negaueris.*

CAPVT XIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

In diem mortis non differenda qua præſtare poſſumus ante illam. 1588
Horam ſuam cur Chriſtus vocauerit quâ ſuam vitam daturus erat pro nobis. 1588
Quàm libenter pro ſuis pateretur Chriſtus. 1589
Chriſti amor erga animas, quæ in Purgatorio torquentur. 1589
Per puritatem eundum ad Euchariſtiæ Sacramentum. 1590
Iudas cur diabolum præſidem inuenerit. 1590
Euchariſtiæ excellentia. 1591

Ante diem feſtum Paſcha ſciens Ieſus, quia venit hora eius.

1588. ANte diem. Cur non in ipſo die? Vtile hîc monitum delitescit. Docere voluit in diem mortis non differenda, quæ præſtare ante illud tempus poſſumus. *Hæc porrò omnia*, inquit Marcus Vigerius Chordâ. 7. cap. 18. *ante diem feſtum Paſcha facta ſunt, ne in die Paſcha, cùm tranſeundum & tranſcendendum erat ſpatium tam immenſum, fierent minùs commodè. Non enim bene monet, qui iam tranſit: non commodè docet qui tranſuolat: non aptè teſtatur, qui iam moritur. Vt diſceremus non differre ad diem mortis, quæ viuentes, ſcientes & prudentes facere nos conuenit.* Abeunt ab hac mente, qui, quod præcipuum, & à quo ſalus æterna dependet, in diem vltimum, horámque poſtremam coniiciunt; pœnitentiam ſcilicèt, & animæ vitæque æternæ negotium.

Quia venit hora eius. Horam ſuam vocat quâ vitam erat pro nobis daturus, aditum facturus æternitati. *Perpende*, inquit Salmeron tom. 9. tr. 5. *quàm diuerſa ſint hominum atque Dei iudicia. Nemo enim noſtrum horam vocaret ſuam, in quâ ſibi vita eripienda eſſet: Chriſtus tamen ob illuſtrandam Dei gloriam, & electos à damnatione æternâ liberandos, horam ſuam vocat; vt tu, ſi ſapis, eam, in quâ ſpoliaberis peccato & cunctis miſeriis, & in quâ æternis diuitiis impleberis, horam tuam vocare non dubites. Erat poſtremò hora eius; quia præfixa ſibi à Patre, & à ſeipſo decreta, & in figuris veteris Teſtamenti ad opus redemptionis deſignata: ſicut vocamus horam noſtram illam, in quâ aliquid dicturos vel acturos nos promiſimus.*

Quia venit hora eius. Paſſionis mortiſq; pro no-
1589. bis ſubeundæ tempus, horam ſuam vocat; vt, quàm libenter pateretur & moreretur, innueret. Hora ſua fuit, quùm ſuis dedit ſe, mortuus pro ſuis eſt; aliâ à mundanorum ſenſu prorſus mente, qui tempus ſuum vocare potiùs ſolent; in quo luxui & voluptatibus vacant.

Qui erant in Mundo.

QVi erant in Mundo. Omnes dilexit: non qui in Iudeâ duntaxat, ſed qui in Mundo: vt nec ij excludantur, qui purgatricibus flammis erant addicti. Hinc illud Caietani ad hæc verba. *Qui erant in Mundo. Non, qui erant in Iudæâ aut Galilæa, ſed in Mundo. Immò non qui erant in hoc tranſitorij ſtatûs Mundo, ſed in Mundo: vt comprehendantur etiam ſui exiſtentes in Limbo ſeu Purgatorio, eſt enim ſenſus: Cùm dilexiſſet in totâ vitâ ſuâ continuâ vera charitatis dilectione ſuos electos exiſtentes per diuerſas Mundi partes.*

Cœnâ factâ, cùm diabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum Iudas.

ALiquorum cenſio fuit, Chriſtum in cœnâ 1590.
vltimâ inter Virginem Matrem, virginémque diſcipulum recubuiſſe, vt de medio virginitatis virgineus fructus ſurgeret, perque puritatem eundum ad Euchariſtiæ Sacramentum, quod ibi inſtitutum, colligeremus. Ita Marcus Vigerius Chordâ. 7. cap. 43. *Exiſtimo inter Matrem Virginem & Ioannem virginem Virginis Filium & totius integritatis exemplar in illâ cœnâ medium recubuiſſe, vt virginitatis fructus, quo iam frui per Sacramenta Eccleſiæ incipiebat genus humanum de medio virginitatis ſurgeret: ita, inquàm, reclinans Ioannes caput & os ſuum auri Ieſu proximans, cùm recubuiſſet; ideſt reclinaſſet ſe ſupra pectus Ieſu. Certè ſupra eſt, quod non tangit: non tangens ergo pectus, ſed illi appropinquans tantiſper, vt ad aurem loqueretur.*

Cùm diabolus iam miſiſſet in cor. Miſit in cor diabolus, quia Iudas admiſit. *Qualem habuit mentem*, inquit S. Leo ſerm. 5. de Paſſ. *talem inuenit & præſidem.* Morum æqualitas diabolum ad Iudam inuitauit.

Omnia dedit ei Pater in manus,

DEdit ei omnia Pater in manu, etiam eos, qui manus ei iniecerant. Sciît S. Gregorius lib. 3. Moral. cap. 11. *Ecce, in manus perſequentium iturus, ſciebat, quòd in manu ſuâ ipſos etiam peccatores acceperat. Qui enim omnia accepiſſe ſe nouerat, conſtat, quia & ipſos, à quibus tenebatur, tenebat; vt ipſe in ſe ad vſum pietatis intorqueret, quicquid eorum contra ſe malitia ſæuiret.*

Ponit veſtimenta ſua; &, cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe

POnit veſtimenta, qui vitiorum veſtes non depoſuit. *Et ponit veſtimenta ſua, non quidem* 1591.

omnia(inquit Vigerius Chordâ.7.cap.13.) *ſed ſuperiora ſiue exteriora, quæ magiſtri ſpeciem præferebant: quaſi miniſtri perſonam habitu ipſo profeſſus eſt. Et primus Adam, quandò peccauit, non omnino nudatus eſt; quia ſolam iuſtitiam originalem, & quæ illum gratum Deo faciebant, amiſit.*

Præcinxit ſe, tanquam ſeruus, cœpitque diſcipulorum pedes lauare. Cur tam humiliter ſe demittit Dei Filius? An gratiâ Sacramenti hoc fecit? ſed id in aliis Sacramentis inſtituendis non fecit. *Equidem*, inquit bonus ille author, *inter Eccleſiæ ſeptem pignora Euchariſtia potiſſimum obtinet locum, Sacramentorum Rex eſt, quemadmodum Phœbus ſeptem inter planetas. Quoniam verò dominatus & monarchiæ indicium humilitas eſt, tum Filius Dei ſe maximè demittit, quùm princeps Sacramentum conſtituit; vt ex ipſo inſtituentis habitu diuerſo, quàm in aliorum inſtitutione Sacramentorum, qui totus ſpiraret humilitatem, colligerent facilè diſcipuli, quantum præcelleret aliis Sacramentis illud, in quo inſtituendo Seruator tantum ſe exinaniret. Igitur, quòd in Euchariſtiâ fundandâ humilis apparet Dei gnatus, principatus indicandi causâ accidit.*

SECTIO II.

In Apoſtolorum ablutione plures pelues adhibitæ. 1592
Cur ſuorum pedes lauerit Chriſtus non manus. 1592
Quanta puritate ad Euchariſticam menſam accedendum. 1592
Chriſtus Apoſtolorum pedes abluens oſculum adiecit. 1493
Apoſtolicorum pedum ablutio expenditur. 1593
Humilitatis virtus. 1594
Quò morti quis proximior eò maiora humilitatis dee exempla. 1594
In Chriſti ſchola magnus eſt qui ſe demittit. 1595
Cur pedes tantùm diſcipulorum Chriſtus abluerit. 1596
Cur frequentiùs à diſcipulis, Domini nomine Chriſtus appellaretur quàm Magiſtri. 1597

Mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum

1592. *Mittit aquam in peluim.* Plures huic rei pelues adhibitas cenſent aliqui. Firmari id poteſt ex B. Veronicâ, quæ Diuinitùs hoc didicit, addiditque has pelues etiam peractâ ablutione in cœnaculi latere poſitas. Hæc eius verba apud Iſidorum de Iſolanis lib.4. cap. 15. *Aiebat Veronica, cœnaculum illud eximiæ fuiſſe pulchritudinis, in cuius parte parata erat menſa quadrato margine non multùm à terrâ eleuata: altero verò cœnaculi latere pelues poſitæ conſpiciebantur, quibus vſus eſt Saluator in pedum lotione.*

Cœpit lauare pedes. Aptauit ſe humili huic officio magiſter humilitatis; nam, qui dicunt incœpiſſe lauare, non lauiſſe, vereor, ne Chriſti humilitati detractum eant. Lauit pedes potiùs, quàm manus; *quia in lauandis pedibus affectuoſior eſt geſtus humilitatis* (inquit Rupertus) *& propinquior ſignificatio charitatis quâ nos lauat in ſanguine ſuo à peccatis noſtris.*

Suorum pedes abluit, ſuum corpus ſuis daturus, non legitur iſtuc illum feciſſe, cùm tres diſcipulos ad montem Thabor duxit, eiſque gloriam ſuam oſtendit, vt vel hinc colligeremus quanta puritate ad Euchariſticam menſam debeamus accedere. Pulchrè rem verſat Ioannes Euſebius lib.3.cap.11. *Tanta decet, & conuenit ô amator Chriſti, huic myſterio, vt magis deceat curare puritatem, quàm ſi ſtatim moriturus eſſes. Plus optes, plus te ſollicites præparare ad Euchariſtiam, quàm ad mortem: imò quadam fructuoſâ ratione, pluſquam ſi in gloriam Dei ingreſſurus eſſes. Ieſus lauit pedes diſcipulorum, etiamſi mundi iam eſſent, cùm corpus ſuum conceſſurus erat illis, & tamen cum eos miſit ſicut agnos in medio luporum, inſtantibus mortis periculis, & cùm aſſumpſit in Thabor ad gloriam transfigurationis, non ita curauit lauari, nec cùm manducauit cum illis poſt reſurrectionem glorioſus.*

Diſcipulorum ſuorum pedes lauit Chriſtus: non lauit tantùm, ſed (quod ingentis humilitatis & affectus ſignum fuit) etiam oſculatus eſt. Diuinitùs edocta B. Veronica (vt habetur in eius vitâ lib.4.cap 15.) *Ablutos ſingulorum pedes deoſculabatur Saluator.* 1593.

De hac pedum Apoſtolicorum lotione hæc habet Apollinarius in Catenâ Græcâ: *Pedum hac lotio, quid arcanum hîc inſinuat: quale verbi gratiâ videtur eſſe præparatio pedum Apoſtolicorum ad opus Apoſtolicum: mundatis ſiquidem illos pedibus miſit, conceſſâ iis puritate conſpicuos, vt ſic Orbem terrarum peragrare poſſent, ſalutis nuncia promulgantes: iuxta quod legitur: Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem! Eos igitur toto puros corpore, cæterùm pedum emundatione opus habere dixit, id eſt, ne videlicet duntaxat in ſeipſis puri eſſent; ſed etiam in curſu ac conuerſatione ſuâ aliis hominibus puritatem afflarent.*

Diſcipulorum pedes lauit. Humilitatem exercuit, non derogauit Diuinitati. Humilitatis virtutem egregiè hinc colligit S. Ambroſius in Pſalm. 118.octon.20. *Factus eſt miniſter, omnium Dominus, & author omnium vapulauit, pedes lauit, crucifixus eſt, mortuus eſt: ſed in his omnibus detrimentum nullum video Diuinitatis eius: profectum operationis agnoſco. Qui nihil habebat, quod ad poteſtatem ſuam adderet, habuit, quod ad cultum ſuæ maieſtatis adiungeret. Audeo dicere: operationis ſuæ munus amiſerat, niſi id humilitas recepiſſet. Itaque nos quidem redemit, ſed etiam ſibi acquiſiuit. Nihil ergo humilitas affert diſpendij. Ille, qui ſe exinaniuit, plenus eſt.* 1594.

Lauit ſuorum diſcipulorum pedes. Nimirum, quò morti proximior, eò maiora humilitatis dedit exempla, vt nos quoque daremus. *Imitentur Dominum*, inquit S. Cyprianus Epiſt. 6. *qui ſub ipſo tempore paſſionis non ſuperbior, ſed humilior fuit: tunc enim Apoſtolorum ſuorum pedes lauit dicens: ſi ego laui pedes veſtros magiſter & Dominus, & vos debetis aliorum pedes lauare; exemplum enim dedi vobis, vt, ſicut ego feci, & vos faciatis aliis.*

Diſcipulorum pedes Chriſtus lauit & in humilitatis exemplum, & vt eos expeditos in bonum quodcunque opus redderet. Quod innuebat S. Proclus Orat.10. *Ipſe Dominus in ſeruili ſchemate diſcipulorum pedes lauit, vt expeditos expromptóſque redderet ad curſum.* 1595.

Tu mihi lauas pedes?

Tu mihi lauas pedes? Illum, quem Filium Dei viui confeſſus fuerat, ad tam vile miniſterium demiſſum videns, Petrus, ſtupore quodam correptus, expauit. Non cognouerat adhuc in Chriſti ſcholâ magnum eſſe, qui ſe demittit; non

qui

qui ſe erigit. *Adhuc non plenè*, inquit hîc Rupertus, *cognouerant huius magiſtri ſui diſciplinam: ſcilicet, quòd in ſcholâ eius ille maior, qui humilier eſſet; quódque maximè ipſe Dominus omnium in ſummâ humilitatis arce regnaret. Hoc, inquam, non bene cognouerant; vnde etiam nunc ſecundùm Lucam facta fuerat contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.*

1596. *Tu mihi lauas pedes?* Summam redolent hæc verba modeſtiam. Non dixit: *Tu nobis lauas pedes?* ne alios videretur carpere & arguere. Ad ſeipſum mentem verbaque conuertit: alios non diſcutit.

Mihi lauas. Nondum lauare Petri pedes Chriſtus inceperat: dixit tamen, *lauas*; quia lauare volebat, ac iam iam ad eorum ſe pedes demittere debebat.

Sed & manus & caput.

SEd & manus, & caput; Manuum, capitiſque meminit præter pedes; cur non & membrorum aliorum? nodum ſoluit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 9. cap. 7. in hunc modum: *Cur Petrus non alia corporis membra cum pedibus præter manus & caput obtulit: niſi quia per hæc, opera corporis & cogitationes mentis expreſſit? caput enim pro mente, manus verò pro totius ponitur corporis actione.*

Vos vocatis me, Magiſter & Domine.

1597. *VOs vocatis me, Magiſter & Domine.* Poteſt, *Magiſter & Dominus*, rectè verti. *Et bene dicitis: ſum etenim.* Non ex iactantiâ hoc dicit, ſed ex veritate: non ſe enim effert, qui omni eſt laude maior. *Periculoſum eſt ſibi placere*, inquit S. Auguſtinus, *cui cauendum eſt ſuperbire. Ille autem, qui ſuper omnia eſt, quantumcunque ſe laudet, non ſe extollit excelſius.*

Magiſter & Domine. Vterque titulus illi conuenit: ſed iſte ſuauior dulciórque præ illo eſt; atque adeò frequentiùs à diſcipulis Domini nomine appellabatur quàm Magiſtri: hoc enim Iudaicum quid potiùs ſapit. Feſtiuè Rupertus in cap. 7. Matth. ad illud: *Magiſter, ſequar te*, ait quippe: *Primùm ipſa appellatio inſuauis eſt, quùm dicit, Magiſter; & non, Domine. Inſuauis, inquam & ſine dilectione: nam, ſi rectè recolis, eorum appellatio, qui cum dilectione appellauerunt, talis erat, vt dicerent, Domine: exempli gratia vt appellatio Petri dicentis: Domine, ſi Tu es, iube me venire ad Te. Talis appellatio, Magiſter ſiue Rabbi, Phariſaica extitit, quibus delectabile erat vocare & vocari ab hominibus, rabbi. Et quidem bonum eſt & ſuaue vtrunque dicere ſimul, Magiſter & Domine; vnde & dicit ipſe: Vos vocatis me, Magiſter & Domine: & bene dicitis; ſum etenim. Sed ſolùm hoc dicere, Magiſter ſiue Rabbi; & non dicere, Domine, cordis eſt longinqui; ideſt longè remoti à familiaritate dilectionis.*

SECTIO III.

In proximos obſequia Chriſti amore præſtanda. 1598
Alter alterius pedes quâ ratione abluat. 1598
Homini nullus fidat. 1599
Mali in patientia exercitium ferendi. 1600
Qui Deum amat ad maiora ſemper aſpiret. 1600
Iudas in conuiuio perit in quo alij ſaluati. 1601
Impiorum conſuetudo vitanda. 1602
Fidelium ſalutē quàm auidè Chriſtus quæreret. 1603
Malorum obedientia qualis. 1603

Et vos debetis alter alterius lauare pedes.

ET vos debetis alter alterius lauare pedes. Non 1598.
dicit, *meos*: nec enim cupit ſibi vicem rependi; ſatis erat, ſi id in ſuis fiat; ſibi enim factum reputat, quod ſuî amore in ſuos fit. Non de ſolâ pedum ablutione hîc eſt ſermo, ſed omnia humanitatis obſequia intelliguntur vt aliqui notarunt. *Alter alterius lauet pedes*, inquit Theophylactus: *hoc eſt omni miniſterio vobis inuicem ſeruiatis: id enim vult per lotionem, quæ eſt miniſteriorum infima, vt alia longè honeſtiora non detrectemus.*

Et quî alter alterius pedes lauare poteſt? *Inuicem nobis*, inquit S. Auguſtinus, *delicta donemus & pro noſtris delictis inuicem oremus atque ita quodammodo inuicem noſtros pedes lauemus.* Et Dionyſius Carthuſianus: *Spiritualiter implendum eſt quotidiè; vtpotè vt vnus ſtudeat affectum alterius purificare orando, docendo, hortando, increpando, exemplariter conuerſando.*

Exemplum enim dedi vobis.

EXemplum Chriſti ſuorum diſcipulorum pe- 1599.
des abluentis quî exprimi à nobis poſſit, egregiè docet S. Eligius hom. 11. in Cœnâ Domini, vbi ait: *Hac die diſcipulorum ſuorum pedes abluit, exemplum dans nobis, vt, ſicut ipſe fecit illis, ita & nos alterutrum faceremus: id eſt, ſi quiſquam nos læſerit, memores præcepti ipſius, vt corde dimittamus; & vt Pater noſter, qui eſt in Cælis, dimittat nobis.*

Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum.

QVi manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum ſuum. Amicum ſe extimè oſtendens, hoſtilem animum Iudas circunferebat. Ab amico tradi Chriſtus voluit, ne deinceps aliquis homini fideret, ſpem ſuam in homine locaret. Bene Vgo in Pſalm. 40. *Chriſtus tradi voluit ab eo, qui videbatur amicus illius, ne homo ponat ſpem in homine.*

Vnus ex vobis tradet me.

TRaditoris malitia nobis bonum aliquod par- 1600.
turiet, ſi diſcamus ab eâ, malos in patientiæ exercitium ferendos eſſe; viuendum inter malos, vt mali non ſimus. Audiendus hîc S. Auguſtinus, qui in Pſalm. 34. rem ita verſat: *Ille* (Chriſtus) *videbat traditorem ſuum, & elegit illum magis ad opus neceſſarium. Illius malo magnum bonum operatus eſt; & tamen inter duodecim electus eſt, ne ipſe duodenarius, tam exiguus numerus, eſſet ſine malo. Hoc ad exemplum noſtræ patientiæ: quoniam neceſſe erat, vt malos ſiue ſcientes ſiue neſcientes toleraremus. Exemplum patientiæ præbuit, ne deficias, cùm cœperis inter malos viuere. Et quia illa ſchola Chriſti in duodecim non defecit; quantò magis nos firmi eſſe debemus, quùm implentur in Eccleſia magna, quæ de malorum permixtione prædicta ſunt?*

Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu.

ALij diſcipuli in menſâ recumbebant, Ioannes pro menſâ pectus Domini habet; *Ille auidiſſimus*

auidiſſimus epulator Ioannes, (verba Eonodij ſunt opiſt. 144.) *cur non ſufficiebat ipſa menſa Domini, niſi diſcumberet ſuper pectus Domini.* Ad maiora ſemper adſpirat, qui amat : nec contentus adeptis, tendit ad excelſiora.

Domine, quis eſt?

1601. D*Omine, quis eſt ?* nempe, qui tradet Te. Interrogant : non vllis credunt coniecturis. Nullus tantum ſcelus attribuit Iudæ : rem Ieſu committunt, qui omnia ſcit. *Admirari in his oportet*, inquit S. Cyrillus Alexandrinus, *religionem diſcipulorum : nam, cùm neque conſcij ſibi eſſent, nec coniecturis dare ſe vellent, interrogare maluerunt.* Hoc exemplo docentes, non eſſe facilè malum de proximo cogitandum.

Introiuit in eum ſatanas.

I*Ntroiuit in eum ſatanas.* Introiuit, quia dedit illi locum, fores aperuit non cuſtodiuit. *Diabolus in cor eius intrauit*, inquit S. Ambroſius lib. de Tobià cap. 14. *fecit illi tenebras, vt lucis non videret authorem. Ibi miſer periit, in illo conuiuio, in quo alij ſaluantur*, cùm aditum ſalutis hoſti præbuerit, clauſerit verò ſaluti.

Quod facis, fac citiùs.

1602. F*Ac citiùs.* Ægrè nimirum ferebat, improbum diſcipulum cum probis ſtare, ne noxia illis eius conſuetudo eſſet ac conſortium ; néve, diſcipuli ſi proditorem noſſent, non tutò ille poſſet diſcedere, cùm vellet. Scitè hæc Marcus Vigerius Chordâ. 6. *Videns Ieſus Iudam animo fluctuantem, ſeque manifeſtari timentem; & idcirco diſcedendi occaſionem captantem ; &, ſi nulla daretur, iam omnino ſine licentiâ abiturum, ſeque per hunc ipſum receſſum proditorem manifeſtaturum ; ne ſe detegeret, & ne diſcipuli illum diſcedere prohiberent, quaſi emittens eum dixit : Quod facis, fac citiùs. Sed quid citiùs fieri voluit ? Segregationem perditi hominis, & penitùs deſperati à puris & innocentibus. Fuit ergo ſenſus verborum Domini Ieſu : Quoniam horum diſcipulorum conſuetudinem aſpernaris, refugis, horres : quoniam ad ſceleratos ire feſtinas ; & idcirco recedere vis, vt reprobus ſepareris à bonis ; quod facis, idmque te moues, vt diſcedas, fac citiùs. Tu lapſus, agnos deſere : fuge me paſtorem : has meas oues, hos agnos, hunc gregem iam purga. Omnes, boni viri ſunt: tu, ſceleratus. Purga ergo per tuum diſceſſum collegium meum. Ita, quod facis, fac citiùs : non meam proditionem, non tuam deſperationem ; ſed gregis huius purgationem. Lupus, exi citiùs ab ouili meo: exi, inquam, citiùs, ne te diutiùs morantem diſcipuli mei proditorem agnoſcant. Matura citiùs diſceſſum tuum, ne Ioannes (quamuis monitus ſilere, quod nouit) te aperiat proditorem. Dominus Ieſus Iudæ occaſionem præbere voluit, præbuitque tutò diſcedendi. Et qui iam docuerat, malum pro malo non eſſe reddendum ; ſed malum in bono vinci oportere, facta comprobauit quod docuit.*

1603. *Fac citiùs.* Non præcipit, ſed prædicit: nec enim vrgeret ad facinus, à quo eum tot modis ſtudebat reuocare. Citò ire cupiebat Iudam, vt ipſe citò ad illud feſtinaret, à quo noſtra ſalus pendebat. *Prædixit facinus*, inquit S. Auguſtinus in Catenâ, *non tam in perniciem perfidi ſæuiendo, quàm ad ſalutem fidelium feſtinando.*

Quod facis, fac citiùs. Fecit, nec longas traxit moras. *In hoc tantùm ad præſens obediuit magiſtro* (inquit Origenes in Catenâ S. Thomæ) cùm alia eius verba ſurdus non audierit.

SECTIO IV.

Bonorum conſortium ſuis diabolus timet. 1604
Pœnitentiam impedire diabolus ſtudet. 1604
Noctis tenebras habet qui à Chriſto diſcedit. 1605
Gloria eſt peccatoris conſortio carere. 1605
Ex Dei voluntate aliquid facere glorioſum & clarum reddit, etiamſi alioquin non ſit. 1606
In Apoſtolis vt fuerit clarificatus Chriſtus. 1606
Iudæ diſceſſu cur Chriſtus clarificatus dicatur. 1607
Dilectionis præceptum cur nouum dicatur. 1608
Proximi dilectionem vt exemplo commendauerit Chriſtus. 1608
Mutua dilectio diſcipulorum Chriſti character. 1609
Dilectio, quinam veri Chriſti diſcipuli ſint oſtendit. 1609
Vbi dilectio eſt, cæteræ etiam virtutes ſunt. 1610
Charitas, non miracula, veros Dei ſeruos probat. 1610
Boni latronis prærogatiua. 1611
Cauendum ne in peccatum quis labatur. 1611
Galli cantus cur negationis Petri terminus. 1611

Exiuit continuò. Erat autem nox.

E*Xiuit continuò.* Cur tam citò abit ? An, quia 1604.
introiuit in eum ſatanas, qui eum excitauit, vt abiret ? Timebat hic, ne Chriſti præſentiâ, ſermonibus, diſcipulorum conſortio mentem peſſimam, quam conceperat, deponeret ; & bonus eſſe inciperet, quia inter bonos, præſertim acceptâ buccellâ, quæ boni authorem continebat. *Timet, vt credo*, (inquit S. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in Ioan. cap. 19.) *diabolus, ne morando locus pœnitentiæ detur, & quaſi à temulentiâ homo rectè cogitans mentem ſuam eripiat. Hac de causâ feſtinat & impellit: nam, etiam Iudam cùm poſt panem omnino ſeparauerit, tum moram, tum benedictionis virtutem timens, ne ſcintillam in animo eius accenderit, ac inde illuminauerit, & ad meliora retraxerit, præcipitem egit celeritate.*

Exiuit continuò. Et vnde tanta celeritas, & tam cita diſceſſio ? A dæmone præcipuè, qui timebat ne morâ longiori pœnitentiæ illi tempus tribueretur, quam maximè in peccatore ſtudet impedire; Pulchrè Sanctus Cyrillus Alexand. lib. 9. cap. 19. in Ioann. *Timet (vt credo) diabolus ne morando locus pœnitentiæ detur, & quaſi à temulentia mentem ſuam rectiùs cogitans Homo eripiat ; hac de cauſa feſtinat, ac impellit.*

Erat autem nox. Nox iſta noctem ſignificabat, 1605.
quam in ſuâ mente Iudas circunferebat, cùm à Chriſto diſcederet. *Non ſolùm exiuit* (verba ſunt S. Ambroſij lib. 2. de Cain & Abel cap. 4.) *ſed continuò & nocte exiit. Nec mirum, ſi noctis tenebras habebat, qui Chriſtum deſerebat.* Vt ſummâ luce perfunditur, qui Chriſtum ſequitur : ſic denſis tenebris inuoluitur, qui ab eo abit.

Nunc clarificatus eſt Filius hominis.

N*Vnc clarificatus eſt Filius hominis.* Quando ſcilicèt (vt ille ait) *exiit, qui tradat ; imminent, qui teneant & occidant. Glorificatur, quùm humiliatur*

militatur. Vberem humiliationis ſegetem, gloriam arbitratur; modo homo peccator abeat, & iniquo vacuum eſſe ſodalitium, liceat. Gloria eſt, tam inglorio peccatore carere.

1606. *Nunc clarificatus eſt.* Græcè ἐδοξάσθη. *Glorificatus eſt.* ſcilicet miraculorum magnitudine inquit S. Cyrillus. De Chriſti paſſione hæc verba intelligit S. Chryſoſtomus in Catenâ Græcâ, vbi ait: *Hîc paſſionem ſuam, gloriam appellat; erudiens nos, nihil adeò turpe, adeò exoſum eſſe, quod non clarum reddat eum, qui id pro Dei facit voluntate.*

Clarificatus eſt, quia, ſcilicet in Apoſtolis membris ſuis erat clarificandus. Beatus Laurentius Iuſtinianus in Faſcic. amor. cap. 1. *Cùm in vltimo ſua cœna conuiuio iam diabolus in proditorem introiſſet; illeque acceptâ intincti panis buccellâ, vt facinus perpetraret, de cœnaculo exiſſet; idem mediator in ſpiritu exultans inquit: Nunc clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Vniuerſos, qui tunc aderant, ex quo perditionis ſeceſſerat filius, ſuos eſſe cognoſcens, in ipſis, tanquam in veriſſimis membris, ſe eſſe clarificandum aſſeruit: in Verbo ſiquidem immutabili, facienda, velutè iam facta, affirmat. Quod enim ſe clarificatum dicit, futurum erat, & tamen ait: Nunc clarificatus eſt Filius hominis: quatenus tam præterita, quam futura in Verbo eſſe præſentia inſinuaret. Nec abs re per diſcipulos clarificandum dicit: magna ſiquidem & prorſus ſtupenda claritas homini Chriſto aucta eſt, cùm per eos, quos de Mundo ipſe elegit, veritatem fidei, & Diuinitatis amorem in corda fudit credentium.*

1607. *Nunc clarificatus eſt Filius hominis.* Quùm ſcilicet abiit Iudas, qui noctem eſferebat. *Ipſe, qui exiuit erat nox*, ait S. Auguſtinus tract. 62. *Cùm ergo exiſſet nox, ait Ieſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis.* Et tract. 63. eodem ſpectans inquit idem ſanctus doctor: *Exiit Iudas, & clarificatus eſt Ieſus: exiit filius perditionis, & clarificatus eſt Filius hominis; ille quippe exierat, propter quem dictum erat eis: Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. Exeunte itaque immundo, omnes mundi remanſerunt, & cum ſuo mundatore manſerunt. Tale aliquid erit, cùm victus à Chriſto tranſierit hic Mundus; & nemo in populo Chriſti remanebit immundus, cùm zizaniis à tritico ſeparatis, iuſti fulgebunt ſicut ſol in Regno Patris eorum.*

Quî poſt Iudæ diſceſſum clarificatus Filius hominis fuerit, explicat in hunc modum Marcus Vigerius Chordâ. 7. cap. 45. *Nunc, quod abiit Iudas, clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Cùm, ſagenâ miſsâ in mari, & aggregatis omnifariam piſcibus, boni mittuntur in vaſa, mali excluduntur piſces, purgantur nauis & retia: & emiſſa vitiorum ſentinâ, fœtoréque proditorio ab Apoſtolico cœtu, purgatus eſt & clarificatus totus ordo diſcumbentium. Clarificatus in primis Chriſtus caput, quando in membrum iam putridum deſiit influere. Clarificatum ſanctum illud collegium, Matris Chriſti & vndecim Apoſtolorum, in quo Deus per gratiam reſidebat. Clarificatus eſt igitur Dominus Ieſus Iudæ diſceſſu; quia ſuorum commenſalium cœtus omni fæce criminum liberatus eſt.*

Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

1608. MAndatum nouum do vobis. Nouum, dilectionis præceptum vocat; quia deſuetudine antiquatum Chriſtus in vſum renocauerit. Aut *nouum* appellat, quoad dilectionis modum; quia nouo ſpiritu promulgatum erat, & perfectiori obſeruandum modo. Aut denique *nouum* dicit, tanquam omnium præſtantiſſimum.

Sicut dilexi vos. Proximi dilectionem commendans & mandans, exemplo præit. Suos quoque ſe diligere affirmat, ne infirmius præceptum redderetur, exemplo deſtitutum. quod tangebat B. Laurentius Iuſtinianus in Faſcic. amor. cap. 2. *Ille prorſus ſolus eſt, qui gratis dilexit te, & ſine te fecit te: qui, in ſæculorum vltimâ generatione dum præcepta vitæ ſuis dare decreuiſſet, diſcipulis, inquit: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Commendaturus nempe mandatum charitatis, mandati ipſius voluit prius iura ſeruare. Nouerat facilè contemptui haberi, quod præcipitur, ſi non operis atteſtatione muniatur. Mandatum dilectionis inſtituit, & ipſius dilectionis iuſſa perfecit. Fecit & docuit, ideo maximus vocatur in vtroque Regno Cælorum. Nemo quicquam ille obiicere in huiuſmodi valet lege mandati; quando, quod præcepit, præ cæteris perfectius adimpleuit. Impleuit vtique in ſe, & de ſe formam exhibuit. Docuit verbo, inſinuauit exemplo, qualiter proximum diligere debeamus.*

In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

NOn à miraculis Chriſti diſcipuli cognoſ- 1609.
cuntur, ſed à mutuâ dilectione, quæ eſt veluti quidam illorum character. *Alia munera mea*, inquit hîc S. Auguſtinus tract. 65. in Ioann. *habent vobiſcum etiam non mei, non ſolùm naturam, vitam, ſenſus, rationem, & eam ſalutem, quæ hominibus pecoribúſque communis eſt, verumetiam linguas, Sacramenta, prophetias, ſcientiam, fidem, diſtributionem rerum ſuarum pauperibus, & traditionem corporis ſui, vt ardeant: ſed, quoniam charitatem non habent, vt cymbala increpant, nihil ſunt, nihil illis prodeſt. Non ergo in illis (quamuis bonis) muneribus meis, quæ habere poſſunt etiam non diſcipuli mei; ſed in hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.*

Dilectio, quinam veri Chriſti diſcipuli ſint, indicat, non miracula. Scitè rem expendit S. Gregorius lib. 20. Moral. cap. 9 *Quia vera virtus in amore eſt; non autem in oſtenſione miraculi, veritas demonſtrat, quæ ait: In hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Qui enim non ait: In hoc cognoſcetur, quia mei diſcipuli eſtis, ſi ſigna feceritis. Sed ait: Si dilectionem habueritis ad inuicem, apertè iudicat, quia veros Dei famulos, non miracula, ſed ſola charitas probat.*

Si dilectionem habueritis ad inuicem; Dilectio 1610.
nota diſcipulorum Chriſti eſt, & vbi ipſa eſt, cæteræ etiam virtutes adſunt. Benè Rupertus hîc: *Non inquit, in hoc cognoſcent, ſi exterminaueritis facies veſtras, vel ſi longas orationes feceritis, aut certè ſi tuba præcinente multam eleemoſynam dederitis, quæ & omnia iis ſimilia facere poſſunt hypocritæ, coaſcia ſiniſtra ſua; ſed in hoc cognoſcent, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Quod profectò non niſi bono poteſt eſſe fieri; nec enim aliquod malum, vel alicuius violatio præcepti poteſt in eodem corde cohabitare dilectioni.*

In hoc cognoſcent omnes. Non miracula profert in medium, ſed charitatem. Quod expendens S. Gregorius lib. 10. Mor. cap. 9. hæc habet: *Non ait: In hoc cognoſcetur, quia mei diſcipuli eſtis, ſi ſigna feceritis, ſed ait: ſi dilectionem habueritis ad*

inuicem

inuicem apertè indicant, quia veros Dei famulos, non miracula, ſed ſola charitas probat.

Non potes me modò ſequi.

N*On potes me modò ſequi.* In hoc Petro latro præfertur: nec enim huic dicenti: *Memento mei, dum veneris in Regnum tuum*, reſpondit: *Me*
1611. *poſteà ſequeris*; ſed: *Hodiè mecum eris in Paradiſo.* Erat nimirum in Cruce latro, cùm hæc diceret; non erat Petrus. Petitè de hac latronis prærogatiuâ S. Maximus hom. 2. de Petro Apoſt. vbi rem ipſius fidei tribuit: *Petro dicitur à Chriſto: Non potes me modò ſequi: ſequeris poſteà; & huic dicitur: Hodiè mecum eris in Paradiſo. Tanquam diſcipulus, ille differtur, & hic, tanquam ſocius, inuitatur. Ille adhuc reſeruatur ad præmium: etiam ad conſortium iſte diligitur. Non potes, inquit, me modò ſequi. Impoſſibile eſt Petro ſequi Dominum: etiam facilè latroni eſt eſſe cum Domino. Hodiè mecum eris in Paradiſo. Non in aliud differtur tempus, non in diem alteram reſeruatur. Ipſa hora, quâ Paradiſus Deum ſuſcepit, ſuſcepit & latronem. Vnus paſſus eſt pro ſalute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reſerabatur. Sed hanc totam gloriam latroni fides præſtitit: fides enim eſt, quæ peccata cooperit, quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes.*

Non cantabit gallus.

N*On cantabit gallus.* Cur galli cantum negationis Petri terminum eſſe voluit? Vt multæ huius rei congruentiæ afferri poſſint, illa non eſt aliena: id nimirum factum, vt deinceps galli cantus nos redderet ſolicitos, & quotidiè galli cantus cautio nobis eſſet, ne cum Petro labente laberemur; ſicque galli cantus continua quædam eſſet admonitio. *Non dubium*, inquit Ferus hîc, *quin Chriſtus Galli cantum perpetuam nobis admonitionem eſſe voluerit, vt cautè & humiliter agamus, ne ſimiliter cadamus.* Poterat Chriſtus alio ſigno vti, quod ſe vltra illud tempus non extenderet: ſed hoc elegit, quod perennat, vt perennaret & fructus; & à cadente Petro diſcerent alij non cadere gallo monitore.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIV. IOANNIS.

Verſ. 1.

NON turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite.

Verſ. 2.

In domo Patris mei, manſiones multæ ſunt: ſi quò minùs, dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum.

Verſ. 3.

Et, ſi abiero, & præparauero vobis locum; iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum; vt, vbi ſum ego, & vos ſitis.

Verſ. 4.

Et, quò ego vado, ſcitis, & viam ſcitis.

Verſ. 5.

Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus, quò vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire?

Verſ. 6.

Dicit ei Ieſus: Ego ſum via & veritas & vita: nemo venit ad Patrem niſi per me.

Non. *Pagn. Et ait diſcipulis ſuis: Non.*
Creditis. *S.Hil. Credite.*

In domo. *Arab. Quia in domo.*
Manſiones. *S.Cypr. Habitationes.*
Si quò minùs. *Syr. Alioqui. Vat. Quod ſi ſecùs eſſet. Caiet. Sin minùs. Fr.Luc. Si autem non.*
Dixiſſem. *Ar.M. Non dixiſſem.*
Parare. *Theoph. Paratum.*

Et ſi. *Mar. Poſtquam.*
Abiero. *Syr. Proficiſcor.*
Et præparauero. *Syr. Paraturus. S. Ambr. Et parauero. Fr.Luc. Vt parem.*
Iterum venio. *Arab. Profectò veniam.*
Accipiam. *Syr. Aſſumam. S.Amb. Accerſam.*
Ad me ipſum. *Syr. Ad me.*
Et vos. *Syr. Et vos quoque.*

Ego vado. *Syr. Vado. Vat. Ego abeam.*
Scitis. *Vat. Noſtis.*
Viam ſcitis. *Vat. Viam noſtis.*

Domine. *Syr. Domine noſter.*
Neſcimus. *Tert. Non ſcimus.*
Vadis. *Vat. Abeas. Tert. Eas.*
Scire. *Arab. Cognoſcere. Vat. Noſſe.*

Via. *Mar. Vie. Ianua.*
Et veritas. *S. Cyp. Veritas. Fr.Luc. Et illa veritas. Mar. Vera & recta.*
Et vita. *Mar. Et quæ ducit ad vitam.* vel. *Viuificans.*
Nemo venit *Arab. Non venit quiſpiam. S.Epiph. Ingrediuntur.*
Patrem. *Arab. Patrem meum. S.Hil. Nemo vadit.*
Niſi per me. *S.Epiph. Per me.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Si cognouiſſeris me, & Patrem meum vtique cognouiſſeris: & amodò cognoſcetis eum, & vidiſtis eum.

Si cognouiſſetis. *Syr. Si noſſetis. Arab. Et ſi cōgnouiſſetis. S. Aug. Si cognouiſtis.*
Et Patrem meum vtique cognouiſſetis. *Syr. Etiam Patrem meum noſſetis. Tert. Et Patrem meum cognouiſſetis.*
Amodò. *cognoſcetis. Syr. Iam nunc cognoſcitis. Tert. Sed abhinc noſtis. Lr. Luc. Ex nunc cognoſcetis. Caiet. Amodò cognoſcite.*
Eum. *Arab. Eum etiam.*

Verſ. 8.

Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.

Domine. *Syr. Domine noſter.*
Patrem. *S. Epiph. Patrem tuum.*

Verſ. 9.

Dicit ei Ieſus: Tanro rempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem: Quomodo tu dicis, oſtende nobis Patrem?

Dicit ei Ieſus. *Tert. Et Dominus.*
Tanto tempore. *Arab. Toto hoc tempore. Tert. Philippe tanto tempore. Ar. M. Tantum tempus.*
Sum. *Arab. Fui.*
Cognoſcitis me. *S. Hil. Noſtis me. S. Aug. Noſtis Patrem. Euth. Cognouiſti me.*
Philippe. *Tert.* omittit hîc.
Qui videt me. *Arab. Qui viderit me. S. Greg. Nyſſ. Qui vidit Filium. Orig. Qui enim intellexerit Filium. Fr. Luc. Conſpicatus me.*
Videt & Patrem. *Goth. Vidit & Patrem. S. Greg. Nyſſ. Vidit Patrem. Orig. Intelliget & Patrem.*
Quomodo. *Pagn. Et quomodo. Fr. Luc. Quomodo igitur.*

Verſ. 10.

Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor: Pater autem in me manens, ipſe facit opera.

Creditis. *S. Hil. Credis mihi. Theoph. Cognoſcis.*
Quia ego in Patre. *Syr. Me in Patre meo.*
Pater in me eſt. *Syr. Patrem meum in me eſſe.*
Verba. *Syr. Porrò verba illa. Arab. Hic ſermo.*
Quæ ego loquor vobis. *Arab. Quem loquor.*
A me ipſo. *S. Hil. A me. Tert. Mea.*
Non loquor. *Arab. Non eſt. Tert. Non ſunt vtique, quæ Patris.*
Pater autem. *Arab. Sed Pater meus. S. Hil. Sed Pater.*
Manens. *Arab. Qui eſt manens. S. Hil. Qui manet.*
Facit opera. *Syr. Facit opera iſta. Arab. Operatur hæc opera. S. Hil. Facit opera ſua.*

Verſ. 11.

Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Alioquin propter opera ipſa credite.

Non creditis. *Arab. Credite. S. Hil. Non creditis mihi. Pagn. Credite mihi.*
Quia ego in Patre. *Syr. Me eſſe in Patre meo.*
Pater in me eſt. *Syr. Patrem meum in me.*
Alioquin. *S. Hil. Sin autem.* vel. *Tert. Si quominùs.*
Propter opera ipſa. *Syr. Saltem opera. Arab. Propter opera. Vat. Propter ipſa facta. Tert. Vel propter opera.*
Credite. *Arab. Credite in me. Pagn. Credite mihi.*

Verſ. 12.

Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet; & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.

Maiora horum. *Euth. Maiora his.*
Ad Patrem vado. *Syr. Ad Patrem meum proficiſcor. Vat. Ad Patrem meum abeo.*

Verſ. 13.

Et, quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam; vt glorificetur Pater in Filio.

Quodcunque. *S. Aug. Quæcunque. Theoph. Quicquid.*
Patrem in nomine meo. *Theoph. In nomine meo. Pagn. Nomine meo. Mar. Patrem per me.* vel. *Per merita mea.*
Hoc. *S. Aug. Hæc.*
Faciam. *Arab. Faciam vobis. Caiet. Ego faciam.*
In Filio. *Syr. In Filio ſuo. Euth. Per Filium.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 14.

Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

Si quid. *Syr. Quòd ſi.*
Petieritis me. *Syr. Petieritis à me. Ar. M. Petieritis.*
In nomine meo. *Pagn. Per nomen meum.*
Hoc faciam. *Syr. Ego faciam. Arab. Faciam vobis, quod volueritis.*

Verſ. 15.

Si diligitis me, mandata mea ſeruate:

Si diligitis. *Arab. Et ſi diligitis. S. Epiph. Si enim diligitis.*
Mandata. *Euth. Præcepta.*
Seruate. *S. Epiph. Seruabitis.*

Verſ. 16.

Et ego rogabo Patrem, & alinm Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum:

Et ego rogabo Pattem. *Syr. Et ego poſtulabo. Tert. Rogabo enim Patrem. Syr. A Patre meo. S. Hil. Patrem meum.*
Alium Paraclitum. *S. Ambr. Alium Paraclitum mittet vobis. S. Hil. Alium aduocatum mittet vobis ſpiritum Paraclitum. Vat. Alium conſolatorem dabit vobis. Tert. Alium aduocatum dabit vobis.*
Vt maneat vobiſeum. *S. Ambr. Qui vobiſcum ſit. S. Hil. Vt ſit vobiſcum.*

Verſ. 17.

Spiritum veritatis, quem Mundus non poteſt accipere; quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

Spititum. *Lucif. Spiritus.*
Accipere. *Arab. Recipere.*
Videt. *Arab. Viderunt.*
Scit. *Arab. Cognouerunt. Lucif. Agnoſcit. Theoph. Nouit. Fr. Luc. Cognouit.*
Vos autem. *Lucif. Vos.*
Cognoſcetis. *Lucif. Agnoſcitis. Theoph. Cognoſcitis.*
Quia apud vos. *Lucif. Quoniam vobiſcum.*
Manebit. *Arab. Stans eris. Lucif. Manet.*
Erit. *Arab. Erit permanens. Lucif. Eſt.*

Verſ. 18.

Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

Relinquam. *Arab. Relinquo.*
Veniam. *Syr. Venturus ſum enim. Arab. Quia veniam. Phil. Carp. Sed vado & venio. Ar. M. Venio.*

Verſ. 19.

Adhuc modienm, & Mundus me iam non videt: vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis.

Adhuc modicum. *Syr. Paulò pòſt. Pagn. Adhuc puſillum.*
Mundus. *S. Hil. Hic Mundus.*
Iam non videt. *Syr. Non videbit. Fr. Luc. Non ampliùs videbit.*
Videtis. *Arab. Vidiſtis. Mar. Videbitis.*
Ego viuo. *Arab. Viuus ſum. Mar. Ego viuam.*
Viuetis. *Arab. Viuetis propter me.*

Verſ. 20.

In illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

In illo die. *Vat. Illo die.*
Vos cognoſcetis. *Arab. Scietis vos.*
Patre meo. *Arab. Patre.*

Verſ. 21.

Qui habet mandata mea, & ſeruat ea; ille eſt, qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo; & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.

Qui habet. *Syr. Apud quem ſunt. Lucif. Qui audit.*
Mandata. *Lucif. Præcepta.*
Seruat. *Syr. Qui cuſtodit. Lucif. Cuſtodit.*
Ille eſt. *Syr. Is eſt ille.*
Qui autem diligit. *Syr. Is autem qui diligit. Ar. M. At diligens.*
Manifeſtabo ei meipſum. *Arab. Manifeſtabor ei. Lucif. Oſtendam illi meipſum. Theoph. Aperiam ei meipſum. Caiet. Inſinuabo ei meipſum.*

Verſ. 22.

Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes: Do-

Ille Iſcariotes. *Euth. Iſcariotes.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Quid factum eſt, quia. *Syr. Quare. Arab. Quæ eſt ſignificatio ſermonis tui, quia. Euth. Et quid factum eſt, quòd. Vat. Quid accidit, quòd. Fr.*

mine,

Vulgata Editio.

mine, quid factum eſt, quia manifeſtaturoses nobis te ipſum, & non Mundo?

Verſ. 23.

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veoiemus, & maoſionem apud eum faciemus:

Verſ. 24.

Qui non diligit me, ſermones meos noo ſeruat. Et, ſermonem quem audiſtis, non eſt meus; ſed eius, qoi miſit me, Patris.

Verſ. 25.

Hæc loquutos ſum vobis apud vos maneos.

Verſ. 26.

Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, qoæcunque dixero vobis.

Verſ. 27.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: noo quomodo Mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor veſtrum, neqoe formidet.

Verſ. 28.

Audiſtis, quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem; quia Pater maior me eſt.

Lectionum Varietas.

Luc. Et quid accidit, qaia.

Manifeſtaturns es. *Arab. Manifeſtaberis. Lucif. Manifeſtas Vat. Palàm factarus es. Orig. Incipis manifeſtare. Ar.M. Futurus es manifeſtare.*

Nobis teipſum. *Arab. Nobis Lucif. Te nobis.*

Et nnn. *Syr. Non autem.*

Mundo. *Orig. Huic mundo.*

Siquis. *Syr. Qui.*

Sermoneiu meum. *Arab. Verba mea. S. Hil. Et verbam meum. Didym. Et verbum meum.*

Seruabit. *Syr. Seruat. Didym. Caſtodit. Tert. Cuſtodiet.*

Manſinnem faciemus. *Lucif. Manebimus:*

Apud eum. *S.Greg.Nyſſ. In ipſo.*

Qui non diligit. *Syr. Is autem, qui non diligit. Arab. Et qai non diligit.*

Sermones meos. *Syr. Sermoaem meum. Arab. Verba mea.*

Seruat. *Lacif. Caſtodit.*

Sermonem. *Syr. Sermo ille. Arab. Verbum. S. Aug. Sermo.*

Audiſtis. *Syr. Audiſtis.*

Meus. *Arab. Meam.*

Eius qui miſit. *Ar.M. Mittentis.*

Vobis. *Syr. Vobiſcum.*

Apud vns manens. *Syr. Cùm apud vos eſſem Arab. Quia apad vos ſtans ſum.*

Paraclitus autem. *Syr. Ipſe verò conſolator.*

Spiritus ſanctus. *Syr. Spiritus ille ſanctitatis. S. Gaud Ille Spiritus ſanctus. Theoph. Ille qui eſt Spiritus ſaactus. Fr. Luc. Qui eſt Spiritus ille ſanctus Dei.*

Quem, *Al. Quem Spiritum.*

Mittet Pater. *Syr. Miſſurus eſt Pater meus. S. Aug. A Patre mittam.*

In nomine meo. *Pagn. Nomine meo. Mar. Loco mei. S. Aug. Ego vobis.*

Suggeret vobis. *Arab. Ipſe memoria redacet vobis. S. Aug. Commonebit vos.* vel. *Commemorabit vobis. S. Gaud. Admonebit vos. Clem. Alex. In memoriam redacet. Orig. Et commonebit.*

Omnia quæcunque dixero. *Arab. Quodcanque dixi. Orig. Omnia qaa dixi. S. Gaud. Quæ ego dixi.*

Pacem relinquo. *S. Cypr. Pacem dimitto.* vel. *remitto. Orig. Meam pacem relinquo.*

Meam. *Arab. Meam propriam.*

Quumndo. *Syr. Prout. S. Leo. Qaemadmodum. Orig. Sicut.*

Mundus dat. *Orig. Hic mandus dat pacem.*

Nnn turbetur. *Arab. Ne commoaeatur. Vat. Ne turbetur.*

Neqne fnrmidet. *Syr. Nec expaueſcat. S. Hil. Neqae trepidet.*

Audiſtis. *Arab. Iam audiſtis.*

Quia ego dixi. *Euth. Qaòd dixerim.*

Vadn & venio. *Syr. Abeo & redeo. Arab. Quia vadens ſam & veniens. S. Aug. Quia ego vado & venio.*

Diligeretis. *S.Cypr. Dilexiſſetis.*

Gauderetis vtique. *S.Cypr. & S.Nil. Gaudetis.*

Quia vado. *Syr. Me abire. Arab. De progreſſu meo. Paga. Quòd dixerim: Vado. Tert. Quia eo.*

Pater. *Euth. Pater meus.*

Vulgata Editio.

Verſ. 29.

Et nunc dixi vobis priuſquam fiat; vt, cùm factum fuerit, credatis.

Verſ. 30.

Iam non multa loquar vobiſcum: venit enim princeps Mundi huius, & in me non habet quidpiam.

Verſ. 31.

Sed, vt cognoſcat Mundus, quia diligo Patrem; &, ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio: ſurgite, eamus hinc.

Lectionum Varietas.

Et nunc. *Syr. Nunc autem ecce.*

Priuſquam fiat. *Ar. M. Ante fieri. Fr. Luc. Priuſquàm factum ſit.*

Iam non. *Arab. Non enim. Pagn. Poſthac non. Fr. Luc. Amplius non.*

Loquar vobiſcum. *Arab. Loquor vobis.*

Venit enim. *Arab. Quia venit. Mar. Iam venturus eſt.*

Princeps. *Fr. Luc. Ille princeps.*

Mundi huius. *Arab. Mundi.*

Non habet quidquam. *S. Epiph. Suum nihil inuenit. S. Hil. Habet nihil. S. Euſeb. Em. Nihil inuenit. S. Greg. Nyſſ. Nihil inuenit ex propriis. S. Ambr. Inueniet nihil. Orig. Non inuenit quicquam.*

Cognoſcat. *Syr. Sciat.*

Quia diligo. *Syr. Me diligere. Arab. Quia ego diligo.*

Patrem. *Syr. Patrem meum.*

Sicut. *Syr. Prout.*

Mandatum dedit. *Syr. Præcepit. Theoph. Præceptum dedit. Fr. Luc. Mandauit.*

Pater. *Syr. Pater meus.*

Sic. *Syr. Similiter.*

Eamus. *Syr. Abeamus.*

CAPVT XIV.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Voluptates triſtitia auertenda inepta. 1612

Superæ manſiones cur multæ dicantur eſſe. 1612

In Cælum ire quanto ſtudio contendere quiſque debeat. 1613

Cæleſtis gloria manſioniſque nobilitas & excellentia. 1613

Vnuſquiſque beatorum putat ſe accepiſſe quod alter accepit. 1614

Cæleſtis gloriæ gaudia firma & manentia. 1614

Mortis cogitatio quàm vtilis. 1615

Via cur prius dicatur Chriſtus quàm vita. 1615

Quicquid fecit, quicquid fuit Chriſtus, via fuit. 1616

Non itur ad Chriſtum niſi per Chriſtum. 1616

In me credite.

1612. IN *me credite.* Diſcipulos fide armat: *hæc enim ſeruabit vos inſuperabiles*, addit Euthymius. Turbationi timorique auertendo, qui Apoſtolorum cor inuaſerat, fidem fiduciamque commendat; non terrenas opes, non corporis voluptates: hæ quippe triſtitiam potiùs nutriunt, quàm auertant.

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.

MAnſiones multæ ſunt. De ſuperis manſionibus ita philoſophatur B. Laurentius Iuſtinianus in Faſcic. amor. cap. 4. *Turbabantur non mediocriter eorum mentes de humanitatis Domini futurâ abſentiâ, Verbi delectationum inexpertes: propterea promiſſione Cæleſtium manſionum conſolabatur eos inquiens: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Vnam tantùm eſſe non dixit, ſed multas, ne ſolum propriam nominaſſe videretur. Habet nanque ſapientia etiam ipſa manſionem ſuam, ſicut cæteri ſuas, aliis nihilominùs longè diſſimilem: ſinus nanque Patris, coæternitas, conſubſtantialitas, paritas, æqualitas, maieſtas, Diuinitaſque Genitoris, vnigeniti Verbi ineffabilis ſpiritualis eſt manſio; ad quam nemo Angelorum ſiue Archangelorum attingit; & in quam nullus prædeſtinatus ingreditur. Cognitio verò Diuinitatis, Patris limpida & facilis viſio, immortalitatis ſtola, ſtabilis & quieta Cælorum inhabitatio, incorruptio reſurrectionis, Gloriæ Cæleſtis perfecta adeptio, Angelorum æqualitas, ſocietas ciuium ſupernorum, electorum perpetua eſſe noſcuntur manſiones. Ad has ſperandas capeſcendaſque debilium animos hortabatur Dominus, vtpotè ſciens, quod diceret: nolebat enim quos paternaliter diligebat elegeratque, vt habitarent in ſummis, luteas & temporales appetere manſiones.*

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. Dixerat Chriſtus in Cælum ſe, relictis Apoſtolis, iturum: ne ergo nimis turbarentur, manſiones ibi multas futuras aſſerit. Putabant enim poſt Chriſti itionem in Cælum tanto ardore ac ſolicitudine homines laboraturos, vt in Regnum illud admitterentur, vt loca omnia ab aliis interim, dum illi differunt, occuparentur: ait igitur: In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: nullus ex vobis excludetur: locus omnibus erit, & ſuus cuique ſeruabitur: nec timendum eſt, vt, qui vnius eſt, occupetur ab alio. Hinc interim vides, quanto ſtudio quiſque debeat contendere, vt in Cælum eat, poſtquàm illuc abiit noſter Amor, Ieſus. 1613.

Cæleſtis porrò manſionis excellentiam, ſuperæque gloriæ nobilitatem ſic expendebat, ſic colligebat Ioannes Euſebius lib. 4. cap. 6. *Si admiramur ea, quæ fecit Deus in vſum hominis, cælum, ſiderum*

rum motus, animalium naturam: quale erit, quod fecit Deus ad oſtentationem ſuæ maieſtatis? Si vnius oculi artificium etiam fœdiſſimi pecoris aut iumenti ſtupemus: quid erit, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit? Si hunc Mundum, tuguriolum Adami, ergaſtulum peccatorum, caueam brutorum tàm admirabiliter fecit Deus, vt ad eius conſiderationem extra ſe aliqui ethnici in ecſtaſim raperentur: quid erit domus propria & aula Dei? quantum diſtat ſtabulum fœtidiſſimum à palatio maximi regis ornato lacunaribus aureis, pauimentis ex lapidibus pretioſis, parietibus locupletiſſimè bracteatis, immò quantum diſtat pulchritudo cælorum ab horrido & tetro carcere, plùs crede diſtare ſedes Beatorum ab elegantiâ huius vniuerſi, quæ horror erit reſpectu illius. Plus diſtat tota hæc pulchritudo huius Orbis à ſede Beatorum, vt tota hæc venuſtas, ad quam præ admiratione ſtupuerunt philoſophi, horror ſit & deformitas. Si cælum & natura, quam Deus velut repentè fecit; & tam facilè, ac eſt dici, talia ſunt, quale erit, quod præparauit ab æterno diligentibus ſe? In natura donis, vt Dominus, ſe habuit Deus: imperando Mundum fecit. At in gloriâ, vt ſeruus tranſiens, & diligens, miniſtrando quaſi placere cupiens. Si pulchritudo Mundi viſibilis, in quâ non adeò ſtuduit Deus, placere tantoperè placet: quomodo placebit, in quo Deus affectauit placere & obſequi? Vniuerſus Orbis nullius ſumptûs Deo fuit, niſi vnius vocis: verbo fecit illum. At gloria ſeruitio & obſequio ſuo diligentiſſimum & ſolicitum habuit; immò opprobriis, paſſione & morte patientiſſimum.

1614. Manſiones diuerſæ in Cæleſti patriâ ſunt, quarum vna eſt maior aliâ; nec tamen ibi ſuperioribus creabit inuidiam; quia nimirum amor faciet, vt quiſque ſe putet accepiſſe, quod acceperit alter. *In ipſis manſionibus*, inquit S. Gregorius lib. 3. Moral. cap. 31. *erit aliquo modo ipſa diuerſitas concors; quia tanta vis amoris in illâ pace nos ſociat, vt, quod in ſe quiſque non acceperit, hoc ſe accepiſſe in alio exultet.*

Manſiones multæ. Cur Cæleſtes ſedes gaudiaque *manſionis* vocabulo ſignificauit? Vt vera adſtrueret & manentia: cætera omnia citò abeunt & diſpareant; non conſiſtunt. *Illic*, vt aiebat S. Iſidorus Peloſiota lib. 1. Epiſt. 65. *verè manſio eſt: nam præſens vita tentorium vile eſt, quod ſimul atque compactum & fixum eſt, omne eodem temporis puncto ſoluitur.*

Iterum venio, & accipiam vos ad meipſum, vt, vbi ſum ego, & vos ſitis.

1615. I*Terum venio.* Significat hac formulâ reditus celeritatem, & certam promiſſionis fidem. Quod intelligitur (vt probæ notæ authores notauere) de Chriſti aduentu ad mortem ſingulorum. Benè præparaturum ſe locum in Cælo diſcipulis dicit, & iam iam futuræ ipſorum mortis meminit, vt mortis impendentis memoriâ meliores fierent; ac ſi factura aliquo pacto in terris mortis cogitatio eſſet, quod in Cælis facturus pro diſcipulis Chriſtus eſſet.

Vbi ſum ego, & vos ſitis. Futuros cum Chriſto diſcipulos Chriſtus aſſerit; nec explicat quâ gloriâ, quâ beatitudine eſſent donandi, nec quanto tempore futuri cum illo. Sed hoc non erat neceſſe; quia vera beatitudo non eſt, ſi æterna non ſit; & cum Chriſto in Cælis futuri, eiuſdem beatitudinis participes ſint futuri, licèt non æqualis.

Ego ſum via & veritas & vita.

E*Go ſum via & veritas & vita.* Priùs, *via*, dicitur, quàm *vita*: quia (vt ille ait) *qui per eum ambulat, vt eſt via, perducitur ad illum, vt eſt vita, cùm ſcilicet eius Gloria apparuerit.* Non eſt ordo inuertendus, vt priùs quæratur Chriſtus, vt eſt vita, quàm vt eſt via.

Ego ſum via. Quicquid fecit Chriſtus, immò 1616.
quicquid fuit, via fuit, quâ ad Patrem itur. *Non nos*, inquit S. Hilarius lib. 7. de Trinit. *in erraticâ atque inuiâ deducit ille, qui via eſt; neque illudit per falſa, qui veritas eſt; neque in mortis relinquit errore, qui vita eſt.*

Ego ſum via; ſed ad quem via eſt? etiam ad ſeipſum. Merito inquit S. Leo ſerm. 16. de paſſione *Dominus ipſe factus eſt via, quia niſi per Chriſtum non itur ad Chriſtum. Per ipſum autem ad ipſum tendit, qui per ſemitam patientiæ, & humilitatis eius incedit; in quo planè itinere, nec æſtus deeſt laboris, nec procella formidinis. Ibi ſunt inſidiæ iniquorum, perſequutiones infidelium, minæ potentium, quæ Dominus rex gloriæ ideo omnia infirmitatis noſtræ formæ percurrit, vt inter præſentis vitæ pericula, non tam optandum ſit nobis declinando ita effugere, quàm tolerando ſuperare.*

Ego ſum via. Deuiat maximè, qui per hanc viam non incedit. *Fruſtra* (inquit S. Leo ſerm. 5. in ſolemnit. Natiu. Dom.) *appellamur Chriſtiani, ſi imitatores non ſimus Chriſti, qui ideo ſe viam dixit eſſe, vt conuerſatio magiſtri, forma eſſet diſcipuli; & illam humilitatem eligeret ſeruus, quam ſectatus eſt Dominus.*

Ego ſum via. Viam ſe vocat, quâ ad ipſum eatur. Mirum: cùm alibi aliquis profecturus ad viam ſe conferat, in viam ſe det, hìc via ad nos venit. Pulchrè S. Auguſtinus tract. de Epicur. & Stoic. cap. 7. *Dominus, Ego, inquit, ſum via. Piger viator; venire nolebas ad viam, ad te venit via. Quærebas quò ires: ego ſum veritas & vita. Non errabis, quandò is ad illum per illum.*

SECTIO II.

Maiora quàm Chriſtus Chriſti ſeruus qui præſtare dicatur. 1617
Gentium ad fidem conuerſio quàm ingens miraculum. 1617
Dei locus, Dei ſeruus vt eſſe poſſit. 1618
Quàm defæcatus Dei amor eſſe debeat. 1618
Amanti omnia facilia. 1619
Dei verba non ſolà memoriâ ſeruanda. 1619
Deum non diligere gehennâ ipsâ grauiùs. 1619
Solus Deus implere mentis ſinum poteſt. 1620
Mentis domus Deo paranda. 1620
Veri amoris nota. 1621
Magnum pacis donum. 1621
Diſcrimen pacis quàm Mundus dat ſuis, & ſuis Chriſtus 1622
Variis modis vt loquatur cum ſuis Chriſtus. 1622
Chriſti pœna contra diabolum arma. 1623
Attentè ſua verba excipi cupit Chriſtus. 1628

Maiora horum faciet.

MAiora faciet: non tamen erit maior, cùm 1617.
per illum fiant maiora, qui eſt ſummus. Quî autem maiora, quàm Dominus, ſeruos præſtiterit, explicat B. Laurentius Iuſtinianus in Faſcic.

amot.cap.... *Hoc veridicè incarnati Verbi lingua ſpoponderat quando dicebat: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet. Nuſquàm de Domino legitur, quòd ægrotos ſuâ liberauit umbrâ prout de ipſius Apoſtolo euidentiſſimè comprobatur. Quod promiſerat, implere curauit: nec erubuit vniuerſitatis Dominus maiora per diſcipulos ſuos prodigia fieri, quàm per ſe. Fauoribus non indigebat hominum, neque ſuam propter ſe oſtentare cupiebat Diuinitatis gloriam; ſed propter nos, vt credendo in eum ſalui per illum efficeremur.*

Præterea inter hæc maiora recenſet, prædicationem ad Gentes, Gentiumque, ad fidem conuerſionem. Sic idem author eodem capite: *Quædam mirabiliora per Apoſtolos ſuos in ipſius tamen nomine acta fuiſſe minimè dubitamus: nam populi Iudæorum limites Dominum prædicando legimus non tranſiſſe; dixerat enim: Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierant domûs Iſrael. Et poſt illius ad Cælos aſcenſum vniuerſa gentium multitudo ad fidem conuerſa eſt: quod gratulabundus Propheta Apoſtolorum voce pronunciat dicens: ſubiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris. Propterea cordis ſui ardorem non ſuſtinens, inquit: Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Nihil prorſus ſibi derogauit Dominus, quandò & miraculis & prædicatione honorauit ſuos: nam diſcipulorum commendatio, laus magiſtri eſt; & eorum prædicatio, Diuina ſapientia perfecta beatificatio eſt.*

In illa die vos cognoſcetis quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

1618. *IN illo die vos cognoſcetis, quia ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* Verba iſta ſic verſat, Deum ſuum alloquens, Guilielmus abb. in Medit. *Locus ergo tuus Pater eſt, & Tu Patris; & non ſolùm, ſed etiam nos locus tuus ſumus, & Tu noſter. Quùm ergo, ô Domine Ieſu, Tu es in Patre, & Pater in Te, ô ſumma & indiuiſa Trinitas, Tu Tibi locus es: vtique Tu Tibi locus es, Tu Tibi Cælum es; ſicut non habens ex quo, ſic non indigens in quo ſubſiſtas, niſi ex Teipſa in Teipſo. Quùm autem nos inhabitas, Cælum tuum ſumus vtique: ſed non quo ſuſtenteris, vt inhabites; ſed quod ſuſtentes, vt inhabitetur; Tu quoque Cælum nobis exiſtens, ad quem aſcendamus, vt inhabitemus. Noſtra ergo (vt video) in Te, vel tua in nobis habitatio, nobis Cælum eſt. Cælum verò Cæli tua æternitas tibi, quà es, quod es in Teipſo.*

Si diligitis me manda mea ſeruate.

SI diligitis me. Et non diligebant Apoſtoli Chriſtum? Diligebant: ſed amor, qui corporali amati præſentiæ nimis eſt addictus, vix amoris meretur nomen. Pulchrè Eucherius ſerm. in Dominic. Pentecoſt. vbi hæc verba expendens ait: *Diligebant eum Apoſtoli, ſed nondum ſpirituali perfectoque amore, dum ſolam carnis præſentiam ſe amittere dolebant. Hoc enim non fecit Ioannes Baptiſta, neque corporaliter cum eo conuerſatus eſt, quem ſecundum Diuinitatem apud ſe ſemper habebat, ſemperque mentis oculis inſpiciebat.*

Sermonem meum ſeruabit.

1619. *SErmonem meum ſeruabit.* Quùm ſermo eſt de eo, qui diligit, *ſermonis* vſurpatur vocabulum: de eo, qui non diligit, *ſermones*, inquit, *meos non ſeruat.* Quorſum hæc numeri variatio ſpectat? Eò nimirùm, quòd amanti omnia facilia, & plura vnum videntur: non diligenti verò difficilia omnia & plura (vt ita dicam) quàm re ipsâ ſint. Bene bonus ille author: *Hîc valde notandum eſt, quod loquens Dominus de ſuâ Diuina lege, quam ille, qui eum diligit, debet obſeruare, ſermonem illum appellat, dicens: ſi quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit. Cùm verò de illo, qui non diligit, loquitur ait: Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Non dicit ſermonem in ſingulari: in quibus verbis inter ipſum, qui non diligit, & qui diligit, vnum diſcrimen ex præcipuis aſſignat: nam ei, qui diligit, tota lex vnum verbum videtur, & vnum tantum præceptum; quia hæc eſt proprietas amoris; facere omnia ſuauia.*

Sermonem meum ſeruabit. Non plenè ſeruat, qui nudâ memoriâ Dei verba ſeruat. Pulchrè S. Bernardus ſerm. 5. in Aduent. hûc ſpectans, & verba iſta verſans, licet legat: *ſermones meos.* ait enim: *An ſufficit ſolâ eos ſeruare memoriâ? At verò ſic ſeruanti dicet Apoſtolus: Quoniam ſcientia inflat. Denique & memoriam facilè delet obliuio.*

Ad eum veniemus.

A*D eum veniemus.* Et quid prætereà? *Manſionem apud eum faciemus.* Veniet cum Patre, non abituri, niſi reiiciantur. Sed cur Angelorum non fit mentio vlla? *ſi Deus venit* (inquit ille) *ſimul & Cæleſtis curia venit.* Explicat, quod præcipuum. Hæc amantis merces & præmium, præmiantis præſentia frui. Sed quare, ſicut diligentis exprimitur hîc præmium, non diligentis pœna non explicatur? *Tam grande malum* (inquit ille) *eſt ſummum bonum non diligere, vt hoc gehennâ ipsâ ſit grauius*, vt grauiſſimas pœnas ſubeat, qui Deum non amat, etiamſi aliquâ pœnâ careret.

Ad eum veniemus. Venturum ſe dicit; nec 1620.
explicat, quid ſecum allaturus ſit, quo animam, quam ſubit, ditet. Quid aliud ferat? Satis eſt, ſi deferat ſe. Solus ipſe cum Patre & ſpiritu ſancto implere mentis ſinum poteſt: cætera etiamſi, magna videantur, nulla præ illo ſunt. Audiendus hîc S. Chryſoſtomus hom. 27. in Epiſt. ad Hebr. *Quænam nobis promiſit Chriſtus? Non fore vt ſolem, ſiſtamus, neque Lunam, neque Solis retrogradationem. Sed quid? Veniemus, inquit, ad ipſum ego & Pater meus, & manſionem apud eum faciemus. Quid mihi opus eſt Sole & Lunâ & his miraculis, cùm ipſe omnium Dominus ad me deſcendat, & apud me firmus maneat & ſtabilis?*

Et ad eum veniemus. Magna iſta promiſſio, quæ & magna à nobis rectè exigit: vt nempè mentis domum paremus, ad quam venire Deus debet. Pulchrè S. Auguſtinus ſerm. 12. de diuerſ. *Attende paululum ad cor tuum. Oſtende, inquit, mihi Deum tuum. Attende, inquio, paululùm ad cor tuum. Quicquid ibi vides, quòd diſplicet Deo, tolle inde. Venire ad te vult Deus: Dominum ipſum Chriſtum audi: Ego & Pater meus veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus. Ecce quid promittit Deus. Si ergo promittentem me venturum in domum tuam, mundares eam. Deus in cor tuum venire vult, & piget te ei domum mundare? Non amat habitare cum auaritiâ, cum muliere immundâ & inſatiabili, cui tu iubenti ſeruiebas, & Deum videre quærebas.*

Ad

Ad eum veniemus. Nihil prætereà aliud Dei di-
1621. lectoribus promittitur : noo regnum, non cælum,
non gloria. Verus amor nihil aliud quærit præ-
ter Deum : cætera omnia illi vileſcunt. Amanti
ſatis eſt, ſi ad eum veoiat ille, quem amat & cum
illo maneat.

Ad eum veniemus. Non explicat, quæ Filius cum Patre allatori ſint in eius cordis ſinum, à quo diliguntur. Nudi aduentûs meurio fit manſioniſque; non bonorum, quibus illius mentem ditant, qui illos exeipit. Quid bona exprimat, quid ſuperas opes referat, quibus Dei dilectores ooetantur io Dei aduentu? Amaotis iniuria fit, aliquid illi obiicere, quàm quem amat. Satis dat Deus, quùm dat ſeipſum.

Pacem meam do vobis : non, quomodò Mundus dat ego do vobis.

P*Acem meam do vobis.* Magnum pacis donum, & inter alia primum, quod vltimò ſe daturum Domious pollicetur. *Legimus in Euangelio,* inquit S. Auguſtinus ſerm. 166. de Temp. *quòd Saluator & Dominus noſter, cùm appropinquaret paſſioni, & tranſitum ſuum de hoc Mundo ad Patrem diſcipulis inſinuaret, inter alia verba, quæ ob ſui commemorationem dilectis comitibus ſuis impenderat, maximè pacis bonum & vnitatem, quaſi ſpeciale munus illis commendauit, dicens : Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis : ac ſi diceret : In pace vos dimiſi : in pace vos inueniam. Proficiſcens voluit dare, quæ deſiderabat rediens in omnibus inuenire. Hanc ſuis hæreditatem dedit : dona omnia ſuæ pollicitationis & præmia in pacis conuerſatione promiſit : atque ideo, fratres, ſi hæredes Chriſti eſſe volumus, in eius pace eſſe & manere debemus. Pacem nobis (ſicut audiuis) Chriſtus dedit : concordes atque vnanimes eſſe præcepit: dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atque inuiolata mandauit.*

1622. *Non, quomodò Mundus dat, ego do vobis.* Etiam
Mondus ſuis dat pacem : ſed aliter Chriſtus dat ſuis, ac Mundus. Peritè hîc Caietanus : *Non dicit, non quam, non qualem Mundus dat; ſed, non quomodò Mundus dat : vt intelligamus, quòd de differentiâ in modo dandi loquitur. Modus, quo Mundus dat pacem, eſt exteriùs tranquillè ſe habendo verbo & factis: dat enim Mundus, hoc eſt, communis hominum curſus, pacem imprecando, conueniendo, non lædendo, & reliqua huiuſmodi exteriora ſeruando. Ieſus autem non ſic dat pacem tam ex parte dantis, quàm ex parte diſcipulorum, quibus datur : nam dat interiùs, operando in animus hominum : dat exteriùs, tollendo vitam propriam, & res, filios, vxorem, & demùm propriam vitam ſingulorum, quibus dat. Ecce modus dandi pacem contrarius modo, quo Mundus dat pacem.*

Iam non multa loquar vobiſcum.

I*Am non multa loquar vobiſcum.* Cur potiùs *vobiſcum* dixit, quam *vobis*? Quia multa illis loquuturus, licèt non multùm cum illis futurus eſſet. Suis Chriſtus variis modis loquitur, etiamſi ſuis non adſit corporali præſentiâ. Quod tetigit etiam Rupertus hîc, dum ait : *Notandum, quod non dixerit : Iam non multa loquar vobis : ſed, non multùm loquar vobiſcum, inquit : vobiſcum, enim quùm dixit, ſubaudiendum eſt, manens præſentiâ corporali : multa quippe & illis tunc loquutus eſt, & nobis nunc loquitur; ſed neque cum illis manens multa loquutus eſt, neque nobiſcum corporaliter manens nunc loquitur, videlicet præſentiâ locali vel conuerſatione viſibili. Vnde & poſt aliqua dicturus eſt: Pater, cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos, quos dediſti mihi. Igitur, iam non multa, inquit, loquar vobiſcum: ſubauditur, corporaliter manens.*

In me non habet quidquam.

I*N me non habet quidquam.* Cur non potiùs 1623.
dixit? *In me non poteſt quicquam*; quàm : *In me non habet quidquam.* Caietanus hîc inquit : *Non dicit : Et in me non poteſt quicquam, ſed dicit; Non habet: hoc eſt, nihil mei eſt eius; in me namque nullum eſt peccatum. Ipſæ quoque pœnalitates meæ non ſunt eius, immò ſunt contra eum: nam ſunt arma aduerſus eum. Vt hinc intelligamus, quòd princeps Mundi venit ad congrediendum cum eo, nullum ius habens in ipſo.*

Surgite : eamus hinc,

S*Vrgite : eamus hinc.* Cur ſermonem abrumpit, & alio ſe cum diſcipulis ſuis Ieſus confert? Vt in tutiorem locum ducat, attentiúſque eius verba audiant : quod ne facerent, timor, qui eos inuaſerat, impediebat. Sententiam verſat S. Thomas hîc. *Vos autem ſurgite, & eamus hinc. Videbat enim eos formidare & propter tempus, quia nox profunda erat; & propter locum, quia in villâ manifeſtè ſiſtebant; ita vt ſemper circumuoluerent ad oſtium oculos, quaſi expectando hoſtes, eos inuadentes; & propter hoc non attendentes his, quæ dicebantur : & ideo, vt meliùs verba, quæ dicturus erat, intelligerent, ducit eos in locum alium ſecretum, vt, æſtimantes ſe ſecuros eſſe, attentiùs audiant, quæ diceret eis.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XV. IOANNIS.

Verſ. 1.

EGo ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.

Vitis vera. *Syr. Vitis illa veritatis. Caiet. Vitis illa vera. Mar. Vitis pracipua.*
Agricola eſt. *Tert. Agricola.*

Verſ. 2.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Omnem palmitem. *S. Hil. Omnis propago. Orig. Omnem enim ramum.*
In me. *S. Hil. In me manens. Orig. In me manentem.* vel: *Qui in me non manet.*
Non ferentem fructum. *Syr. Qui fructus non edit. Arab. Qui non affert fructum. S. Hil. Neque ferens fructum.*
Tollet eum. *Syr. Tollit. S. Hil. Eradicabitur. Arnob. Excidet. Orig. Excidet illum Pater meus.*
Et omnem. *Syr. Eum autem. Arab. Et eum. S. Hil. Et omnem propaginem. Orig. Et.* vel: *Qui autem.*
Qui fert fructum. *Syr. Qui edit fructus. Arab. Qui affert fructum. S. Hil. In me manentem. Orig. Afferentem fructum.* vel: *Manet in me.*
Purgabit eum. *Syr. Purgat. S. Hil. Emundabit Pater meus. Orig. Pater meus mundat.*
Fructum plus. *Syr. Fructus plurimos. Arab. Fructum multum. S. Hil. Fructum ampliorem. Pagn. Fructum copioſiorem. Orig. Fructum plurimum.* vel: *Fructus maiores. Caiet. Fructus plus. Fr. Luc. Plurem fructum.*
Afferat. *S. Hil. Ferat.*

Verſ. 3.

Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis.

Iam vos. *Arab. Vos.*
Sermonem. *Arab. Hunc ſermonem. S. Petr. Dam. Verbum.*
Quem. *S. Petr. Dam. Quod.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*

Verſ. 4.

Manete in me; & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite; ſic nec vos, niſi in me manſeritis.

Manete. *Arab. Firmi eſtote.*
Sicut. *Syr. Quemadmodum. Arab. Sicut enim.*
Non poteſt. *Theoph. Nequit.*
Ferre fructum. *Syr. Edere fructus.*
A ſemetipſo. *Arab. A ſeipſo. Theoph. De ſe.*
Manſerit. *Arab. Firmatus fuerit. Theoph. Maneat.*
Sic nec vos. *Arab. Sic vos non poteritis. Theoph. Ita neque vos poteritis.*
Manſeritis. *Syr. Permanſeritis. Arab. Firmi fueritis.*

Verſ. 5.

Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere.

Ego. *Fr. Luc. Ego enim.*
Vos. *Arab. Et vos. S. Hil. Vos eſtis. Theoph. Vos autem.*
Palmites. *S. Hil. Propagines. S. Aug. Sarmenta.*
Qui manet. *Syr. Qui permanet. Arab. Et qui manet.*
Hic fert. *Syr. Iſte adfert.*
Fructum multum. *Syr. Fructus quamplurimos. Arab. Fructum plurimum.*
Quia ſine. *Arab. Et ſine. Orig. Quia extra.*
Nihil poteſtis. *Arab. Non poteſtis quicquam.*

Verſ. 6.

Si quis in me non manſerit, mittetur

Si quis in me non manſerit. *Syr. Niſi verò quis in me permanſerit. Arab. Et ſi non manſerit aliquis in me.*
Mittetur. *Syr. Proiicitur. Arab. Expellitur. Euth.*

foras,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

foras, ſicut palmes; & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.

Eiicitur. Ar.M. Eiectus eſt. Caiet. Miſſus eſt.
Sicut palmes. *Syr. Inſtar palmitis.*
Et areſcet. *Syr. Areſcentis. Arab. Qui areſcit. Euth. Et exareſcet. Theoph. Et aruit. Pagn. Et exaruit.*
Et colligent eum. *Syr. Et collectores. Arab. Accipient enim illum. Euth. Et colligent eos. Theoph. Et congregant eos. Pagn. Et colligunt eum.*
Et in ignem mittent. *Syr. Coniiciunt eum in ignem. Euth. Et in ignem coniiciunt. M.SS. Et in ignem mittunt.*
Et ardet. *Syr. Vt comburatur. Arab. Et ardebit. Euth. Ardebunt. Theoph. Et ardent.*

Verſ. 7.

Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint; quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.

Si manſeritis. *Syr. Sed ſi permanſeritis. Arab. Si vos manſeritis.*
Verba mea. *Syr. Sermones mei. Arab. Sermo meus.*
Manſerint. *Syr. Permanſerint. Arab. Manſerit.*
Quodcunque volueritis petetis. *Syr. Quicquid volueritis poſtulare. Arab. Quodcunque petieritis.*
Et fiet vobis. *Syr. Fiet vobis. Arab. Fiet. Vat. Et obtinget.*

Verſ. 8.

In hoc clarificatus eſt Pater meus; vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli.

In hoc. *Arab. Et in hoc.*
Clatificatus eſt. *Arab. Glorificabitur. Pagn. Glorificatus eſt.*
Patet meus. *Syr. Pater.*
Fcuctum plucimum. *Syr. Fructus multos. Theoph. Fructum copioſum. Caiet. Fructum multum.*
Efficiamini. *Syr. Eritis. Fr. Luc. Efficiemini.*

Verſ. 9.

Sicut dilexit me Pater; & ego dilexi vos. Manete in dilectione meâ.

Sicut. *Syr. Prout.*
Patet. *Syr. Pater meus.*
Ec ego. *Arab. Ita. Pagn. Ita & ego. Vat. Ego quoque. Fr. Luc. Sic & ego. Mar. Sic ego.*
Manete in dilectione. *Syr. Permanete in charitate.*

Verſ. 10.

Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione meâ: ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

Si. *Arab. Si enim.*
Setuaueritis. *Syr. Cuſtodieritis.*
Mea. *Syr. Meipſum.*
Sicut &. *Syr. Quemadmodum. S.Cyr. Hier. Sicut.*
Patris mei. *Arab. Patris.*
Pcæcepta ſetuaui. *S. Cyr. Hier. Mandata cuſtodiui.*
Maneo. *Syr. Permaneo. Arab. Ego maneo. S. Cyr. Hier. Obedio illi.*
In eius dilectione. *S.Cyr. Hier. In dilectionè.*

Verſ. 11.

Hæc loquutus ſum vobis; vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur.

Hæc. *Arab. Hoc.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*
Gaudium meum in vobis ſit. *Euth. Gaudium meum in vobis maneat. Clem. Alex. Gaudium meum.*
Et gaudium veſtcum impleatur. *Euth. Et gaudium veſtrum compleatur. Clem. Alex. Impleretur.*

Verſ. 12.

Hoc eſt præceptum meum: Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

Hoc eſt. *Clem. Alex. Hoc autem eſt.*
Pcæceptum. *Lucif. Mandatum. Vat. Illud præceptum.*
Diligatis. *Arab. Diligat. Clem. Alex. Vos diligatis.*
Inuicem. *Syr. Alius alium. Arab. Alter veſtrûm alterum. Clem. Alex. Vos inuicem. Fr. Luc. Vos mutuò.*
Sicut. *Syr. Prout ego.*

Verſ. 13.

Maiorem hac dilectionem nemo ha-

Maiorem hac dilectionem. *Charitas maior iſta. Arab. Inter dilectiones maior hac. Lucif. Ma-*

bet,

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

bet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

iorem hanc charitatem. Orig. Maiorem hac charitatem. Phil.Carp Maiorem charitatem.
Nemo habet. *Syr. nulla eſt. Arab. Non eſt.*
Vt animam. *Syr. Quâ animam. Orig. Quàm vt animam. Phil.Carp. Quàm animam.*
Ponat quis. *Lucif. Ponat. Phil.Carp. Qui ponit.*

Verſ. 14.

Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis.

Vos. *Arab. Et vos.*
Quæ ego. *Syr. Quidquid ego. Arab. Quodcumque. Lucif. Quod. Theoph. Quæcunque ego.*
Præcipio. *Arab. Præceperim. Lucif. Mando.*

Verſ. 15.

Iam non dicam vos ſeruos; quia ſeruus neſcit, quid faciat dominus eius: vos autem dixi amicos; quia omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.

Iam non. *Arab. Et nunc non. Caiet. Non poſthac. Fr.Luc. Non ampliùs.*
Dicam. *Syr. Vocaturus ſum. Arab. Nominabo. Lucif. Dico.*
Seruos. *Lucif. Seruos, ſed amicos.*
Neſcit. *Arab. Non ſcit.*
Quid faciat. *S.Hil. Quid velit. Orig. Quæ ſit voluntas.*
Dominus eius. *Syr. Herus ipſius. Orig. Domini ſui.*
Vos autem dixi amicos. *Syr. Amicos autem meos vocaui vos. Arab. Vos autem nominaui amicos meos. S.Hil. Sed vos dixi amicos. Orig. Sed vos dico amicos.*
Omnia quæcunque. *Syr. Quicquid. Arab. Quodcunque. Euth. Omnia quæ.*

Verſ. 16.

Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat: vt, quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Ego. *Syr. Ego ipſe.*
Et poſui. *Syr. Atque poſui. Theoph. Et conſtitui.*
Vt eatis. *Syr. Vt & vos abeuntes. Arab. Ire. Theoph. Vt abeatis.*
Et fructum afferatis. *Syr. Afferatis fructus. Arab. Vt afferatis fructum. Lucif. Et fructificetis.*
Fructus veſter maneat. *Syr. Fructus veſtri permaneant.*
Vt quodcumque. *Syr. Vt quicquid. Lucif. Et quodcumque.*
Petieritis Patrem. *Syr. Rogaueritis Patrem. Arab. Petieritis. Lucif. A Patre meo petieritis.*
In nomine meo det. *Arab. Det vobis Pater meus. Euth. Nomine meo det. Theoph. Sub nomine meo dem.*

Verſ. 17.

Hæc mando vobis: vt diligatis inuicem.

Hæc. *Arab. Hoc.*
Mando. *Euth. Annuncio. Pagn. Præcipio.*
Diligatis. *Arab. Diligat.*
Inuicem. *Syr. Alius alium. Arab. Alter alterum. Goth. Inuicem ſicut dilexi vos. Euth. Vos inuicem. Pag. Vos mutuò. Mar. Alij alios.*

Verſ. 18.

Si Mundus vos odit; ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit.

Si. *Syr. Quod ſi.*
Mundus. *S.Cypr. Sæculum.*
Odit. *Syr. Oderit.*
Scitote. *S.Cypr. Mementote. Vat. Scitis.*
Quia me priorem vobis. *Vat. Quod me priuſquam vos. Caiet. Quòd me primum veſtrûm.*
Odio habuit. *S. Cypr. Odit. Vat. Odio habuerit.*

Verſ. 19.

Si de Mundo fuiſſetis, Mundus, quod ſuum erat, diligeret: quia verò de Mun-

Si. *Syr. Ac ſi.*
De mundo. *Syr. Ex Mundo. Vat. E Mundo. Ar. M. Ex Mundo hoc.*
Fuiſſetis. *Arab. Eſſetis.*
Quod ſuum erat. *Arab. Quod eſt ex eo. Ar. Mont. Proprium.*
Diligeret. *Syr. Amaret.*
Quia verò. *Syr. Sed. Arab. Sed quia.*

do

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

do non eſtis, ſed ego elegi vos de Mundo, propterea odit vos Mundus.

De Mundo. *Syr. Ex mundo. Vat. E Mundo.*
Sed ego. *Syr. Ego enim.*
Elegi. *Pagn. Selegi.*
De Mundo. *Syr. Ex Mundo. Vat. E Mundo.*
Propterea. *Ar. M. Propter hoc.*

Verſ. 20.

Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſequuti ſunt, & vos perſequentur: ſi ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt.

Mementote ſermonis mei. *Arab. Mementote ſermonis. Fr. Luc. Memores eſtis ſermonis.*
Domino. *Syr. Hero.*
Perſequuti. *Syr. Inſectati.*
Et vos. *Arab. Profectò vos. Vat. Vos quoque.*
Perſequentur. *Syr. Inſectabuntur.*
Si. *Syr. Quod ſi.*
Et vos. *Arab. Profectò veſtrum. Vat. Veſtrum quoque.*

Verſ. 21.

Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia neſciunt eum, qui miſit me.

Hæc omnia. *Arab. Hoc totum.*
Facient vobis. *Syr. Agent in vobis. Arab. Non facient vobis.*
Propter. *Arab. Niſi propter.*
Neſciunt. *Arab. Non cognoſcunt. Theoph. Non nouerunt.*
Eum qui miſit. *Ar. M. Mittentem.*

Verſ. 22.

Si non veniſſem, & loquutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.

Si non. *Syr. Niſi ego.*
Loquutus fuiſſem eis. *S. Greg. Nyſſ. Eos alloquutus eſſem.*
Non haberent. *Arab. Non eſſet eis. Iſyc. Non habuiſſent.*
Excuſationem non habent. *Syr. Nullus eſt illis prætextus. Arab. Non eſt eis excuſatio. Euth. Non habent quod prætexant. Pagn. Non habent prætextum.*
De peccato ſuo. *Syr. Pro peccatis ſuis. Arab. De peccato eorum. Euth. Peccato ſuo.*

Verſ. 23.

Qui me odit, & Patrem meum odit.

Qui me odit. *Syr. Is qui me odit. Ar. M. Me odio habens.*
Et Patrem. *Arab. Patrem. Theoph. Is & Patrem.*
Odit. *S. Greg. Nyſſ. Dedecorat.*

Verſ. 24.

Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt & oderunt & me, & Patrem meum.

In eis. *Syr. Ante oculos eorum. Pagn. Inter eos.*
Nemo alius. *Arab. Non alius.*
Non haberent. *Arab. Non eſſet eis.*
Et viderunt. *Arab. Ipſi viderunt.*
Et me. *Arab. Me. Pagn. Non ſolum me. Vatab. Tum me.*
Et Patrem. *Arab. Et oderunt Patrem. Pagn. Verumetiam Patrem. Vat. Tum Patrem.*

Verſ. 25.

Sed, vt adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me gratis.

Sed vt impleatur. *Syr. Vt impleatur. Arab. Vt adimpleretur. Euth. Sed compleatur. Vat. Sed hoc accidit, vt impleatur.*
Sermo. *Syr. Sermo ille.*
Quia odio habuerunt. *Syr. Oderunt.*
Gratis. *Syr. Immeritò. Mar. Sine cauſâ.*

Verſ. 26.

Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me:

Cùm autem. *S. Hil. Cùm.*
Paraclitus. *Syr. Ille conſolator. S. Hil. Aduocatus ille. Fr. Luc. Ille Paracletus.*
Ego mittam. *Syr. Ego miſſurus ſum. Arab. Mittam.*
Patre. *Syr. Patre meo.*
Spiritum. *Syr. Spiritus ille. Theoph. Spiritus.*
Patre procedit. *Syr. Patre meo prodit. S. Hil. Patre meo procedit. Mar. Vic. Patre adueniet.*
Ille teſtimonium perhibebit. *S. Hil. Ipſe teſtificabitur. Ar. M. Ille teſtabitur.*

Verſ. 27.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 27. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.	Et vos. *Pagn. Quin & vos. Ar. M. Et vos autem. Fr. Luc. Sed & vos.* Teſtimnnium perhibebiris. *Syr. Teſtamini. Pagn. Teſtes eſtis. Caiet. Teſtimonium perhibete. Fr. Luc. Teſtimonium perhibetis.* Quia ab initin. *Syr. Quippe qui à principio.* Eſtis. *Syr. Sitis. Arab. Fuiſtis.*

CAPVT XV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Per fidem Chriſto homo adhæret. 1624
Tentationum vtilitas. 1624
Deus nos tribulationibus afficit, vt ſanet. 1624
Bonorum operum fructus ſemper ferendi. 1625
Puritas quàm fœcunda. 1625
In hac vitâ mundus quiſque mundior fieri debet. 1626
Sui exitij quiſque cauſa eſt. 1626
In bono proficere ſemper Dei ſeruus debet. 1627
Verum gaudium quale. 1627

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum; & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.

1624. OMNEM *palmitem in me.* Qui mihi ſcilicet per fidem vnitus eſt: homo quippe per fidem Chriſto adhæret: vt palmes viti. Nam alij à Chriſto alieni, vt ſterilis vitis palmites ſunt: ſicque nullus ab eis fructus ſperari poteſt: gratiæ quippe ſucco & vitis deſtituta & palmites.

Purgabit eum. Græcè, καθαίρει, *amputat.* Superflua reſecabit, ne nimiùm excreſcant; ſicque copioſiorem fructum producat, cohibito gratiæ ſucco intra limites anguſtiores. Plerumque res maximè charas, à nobiſque plùs quàm par eſt amatas, à nobis aufert Cæleſtis agricola, vt virtutum impedimenta ſic abſcecet. *Purgat per tentationes,* inquit Euthymius: *illæ enim maiorem virtutum fertilitatem acceſſunt.* Ne nimiùm palmites luxurient, aduerſitatis & tribulationis falce vtitur Deus.

Vt fructum plus afferat. Fructum igitur à nobis expectat dum nos tribulationibus exercet. *Manifeſtè vides,* inquit hîc Ferus, *quòd Dominus non affligit vt perdat, ſed vt ſanet, quemadmodum agricola putat palmitas, non vt totum abſcindat, ſed vt purget ad copioſiorem fructum ferendum.*

1625. *Vt fructum plus afferat.* Scilicet, non tantùm virtutum fructus afferendi ſunt; ſed ſemper copioſiores. Terrenæ vitis palmites plurium annorum incipiunt fructu deficere. In ſpiritualibus aliter accidit: quò plùs operantium creſcit ætas, eò vberior eſſe fructus debet, Hinc nulla hîc annorum exceptio fit, nulla durationis mentio, & (quod mireris) nec ætatis adhuc teneræ. Nimitum Chriſti amor ætatum diſcrimina vix neſcit: ſenes iuuenum fortitudinem ac robur habent: nouitij iuueneſque ſenum maturitatem.

Purgabit eum. Et cur? *Vt fructus plus afferat.* Vt nimirum (quod notabat S. Thomas) *tantò ſint fructuoſiores, quantò ſunt mundiores:* vbi enim maior mundicia eſt; ibi maior eſt fœcunditas. *Purgabit eum, etiamſi* (addit idem S. doctor.) *purus exiſtat; quia nullus eſt adeò purus in hac vitâ, vt non ſit magis magiſque purgandus,* atque adeò maximè impurus, qui purum ſe ità putat, vt purgatione non indigeat.

Iam vos mundi eſtis.

IAm vos mundi eſtis. Nullus eſt mundus, qui mundari adhuc quærere non debeat. *Mundi eſtis,* inquit S. Auguſtinus, *atque mundandi; neque enim, niſi mundi eſſent, fructum ferre potuiſſent: & tamen purgantur adhuc, vt plus fructûs afferant. Quis enim eſt in hac vitâ ſic mundus, vt non ſit magis magiſque mundandus?* Incipit immundus eſſe, qui mundatione ſe cenſet non egere: & amputanda ab illo multa qui nihil ſe habere putat, quod amputetur. 1626.

Ego ſum vitis, vos palmites.

EGo ſum vitis, vos palmites. Vitæ ſe comparauit, cuius eſt non accipere aliquid à palmite, ſed quidquid palmes habet, palmiti conferre; ille igitur, qui à Chriſto ſeparat & abſcindit ſe ſui exitij cauſa eſt, viti Chriſto nihil deperit; hunc locum periré expendit ſanctus Auguſtinus tract. 81. in Ioannem, dum ait: *Manete inquit, in me & ego in vobis. Non eo modo illi in ipſo, ſicut ipſe in illis; vtrumque autem prodeſt non ipſi, ſed illis; ita quippè in vite ſunt palmites, vt viti non cõferant, ſed inde accipiant vnde viuant, ita verò vitis eſt in palmitibus, vt vitale alimentum ſubminiſtret eis, non ſumat ab eis, ac per hoc & manentem in ſe habere Chriſtum, & manere in Chriſto diſcipulis prodeſt vtrumque non Chriſto; nam præciſo palmite poteſt de viua radice alius pullulare; qui autem præciſus eſt ſine radice non poteſt viuere; denique adiungit & dicit, ſicut palmes non poteſt fructum ferre à ſemetipſo niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis; Magna gratiæ commendatio fratres mei, cor inſtruit humilium, ora obſtruit ſuperborum.*

Et efficiamini mei diſcipuli.

ET efficiamini mei diſcipuli. Licet eſſent, effici tamen adhuc potuere, immò debuere; vt non tantùm perſeuerarent in eius obſequio, ſed etiam creſcerent. Non eſt diſcipulus Chriſti, qui bonus npetibus eſſe non contendit, ac ſi non eſſet. *Et bene nota,* inquit hîc Caietanus, *quòd de exiſtentibus iam diſcipulis ſuis dicit: Et efficiamini mei diſcipuli: quod eſt alterum hîc ſignificatum; vt intelligamus, perſeuerantiam manendi in Ieſu conſiſtere in continuo officio eius diſcipulum, hoc eſt continuo profectu* 1627.

ſub

Digitized by Google

ſub diſciplinâ eius , quod eſt continuè proficere in charitate : nam ſuperiùs dixit : In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Vt gaudium meum in vobis ſit.

VT *gaudium meum in vobis ſit.* Gaudium Domini eſt gaudere de Domino, deque iis rebus, quibus ipſe gaudet: nam de rebus terrenis gaudere, vt gaudij quædam vmbra ſit, verum gaudium non eſt. Pulchrè S. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. cap. 21. *Gaudium meum in vobis ſit*, id eſt : *vt illis ſolummodo lætari rebus velitis , quibus ego gaudeo.* Et paucis interiectis : *Hanc lætitiam ſi vos habebitis, ſincero ac integro afficiemini gaudio : veram enim ſolidamque lætitiam illam tantummodò, quæ in Deo eſt, appellamus, quâ etiam Ieſus gauiſus eſt. Hæc verò mundana, vmbra ſolummodò eſt , more ſomnij deuolans.*

SECTIO II.

Dilectionis vis & virtus. 1628
Dilectionis præceptum cur nouum dicatur. 1628
Mutua dilectio quàm Chriſto chara. 1629
Amor plenè docet quid in proximorum obſequium præſtandum. 1629
Anima pro amicis cur ponenda dicatur. 1630
Dilectio ſi vera, Mundi preſſuras & calumnias facilè fert. 1631
Pro Chriſti nomine pati quàm ſuaue. 1631

Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.

1628. HOc eſt *præceptum meum.* Qui ſuprà tanquam de multis dicebat : *ſi præcepta mea ſeruaueritis.* Hîc , tanquam vnum tantùm illius eſſet præceptum, *Hoc eſt*, inquit, *præceptum meum.* An omnia præcepta vnum ſunt in vnâ dilectionis radice? Peritè hîc Rupertus. *Dixi paulò ſuprà : ſi præcepta mea ſeruaueritis , manebitis in dilectione meâ , ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui , & maneo in eius dilectione. Et quaſi quæreres , quæ ſunt illa præcepta ; quorum obſeruatio nos efficit manentes in ſuâ vel Patris dilectione , ecce ſubſequutus ait. Hoc eſt præceptum meum , vt diligatis inuicem. Dilectio namque in inuicem, amor proximi eſt , per quem peruenitur ad amorem Dei ; & talis eſt ordo charitatis, vt diligere non poſſis Deum , niſi diligas proximum: qui enim non diligit fratrem ſuum , quem videt; Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere? Ergo præceptum meum , inquit , de quo dicebam vobis : ſi præcepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione meâ. Præceptum, inquam meum hoc eſt , vt diligatis inuicem. Quare autem illic pluraliter, præcepta mea, hîc verò ſingulariter, Hoc eſt, inquit, præceptũ meum? Videlicet , quia omne mandatum de ſolâ dilectione eſt , & omnia vnum præceptum ſunt: multa per diuerſitatem operis, vnum in ratione dilectionis.*

Hoc eſt præceptum meum. Quomodo ſuum , & quomodo nouum ? nam hoc quoque titulo alibi donatur, cùm vetus hoc præceptum ſit , & naturæ ipſius lege ſancitum. An nouum , quoad modum dilectionis? Rem ſic verſat S. Cyrillus Alexandrinus : *Quomodo mandatum iſtud nouum eſt, quod in veteri legi conſtitutum eſt ? Sed vide , quæſo, quod ſequitur : ſicut dilexi vos, ita & vos diligatis inuicem. Vt ergo nouitatem præcepti facilè intelligamus, rimemur diligenter quomodo nos Chriſtus amauit. Cùm igitur in formâ Dei eſſet, factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem , mortem autem Crucis. Ita , cùm eſſet diues , factus eſt pauper , vt ipſe Paulus rurſus teſtatur. Vides nouum & inauditum dilectionis modum : lex enim fratrem diligendum eſſe ait ſicut ſeipſum : Chriſtus autem magis nos quàm ſeipſum amauit.*

Hoc eſt præceptum meum. Tanquam alia manda- 1629.
ta non haberet. Habet etiam alia : ſed hoc , quod de mutuâ dilectione eſt , ſuum peculiariter vocat, tanquam ſuper alia maximè illi charum ; & quod maximè vult obſeruari , & in quo alia etiam quâdam ratione contineantur.

Vt diligatis inuicem. Apoſtolos alloquens, alloquitur omnes. Non explicat , quid in amoris ſignum in proximos præſtandum ſit. Amor ipſe plenè docebit, quid in proximorum obſequium ſit faciendum.

Sicut dilexi vos. Similitudinem amoris ſignificat, non æqualitatis. Sui amoris exemplar præbet, quod in proximi amore quiſque imitetur. *Modum definiens*, inquit Rupertus , *Deo placitæ & meritò coronandæ dilectionis , adiecit : ſicut dilexi vos.* Licèt non poſſimus eſſe pares Chriſto; eius tamen exemplum exprimere , quantum nobis per eum datum eſt, debemus.

Vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

VT *animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* 1630.
Cur non dixit , *pro inimicis ſuis :* quod grandior ſublimiorque dilectionis gradus eſſe videtur? An, pro amicis, dixit; quia eos, pro quibus erat moriturus , amicos ſuos eſſe volebat ? Vel ipſum inimici nomen omiſit, ne infauſto hoc vocabulo dilectionis ſuauitatem quodammodo inficeret. Verè pro amicis eſt mortuus; quia inimicitiæ cauſam in eis moti (quantum ex ſe erat) ſtuduit, qui ob peccata ſua inimici erant. Ille animam poſuit, vt qui inimici erant , inimicitiam ponerent , fierent amici. Huc faciunt Ruperti verba ad hunc locum : *Nec illud prætereundum eſt: quòd, cùm dicere potuiſſet, pro inimicis ſuis; dicere maluit, pro amicis ſuis ; videlicet, vt ſuauitate loqutionis dulcedinem in auditoribus ſenſim infunderet eiuſdem , quam illis mandabat, dilectionis. Verè enim dicere poterat pro inimicis ſuis, teſtante Apoſtolo , qui ait : Commendat autem ſuam charitatem Deus in nobis; quoniam, cùm adhuc peccatores eſſemus , Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò magis igitur nunc , iuſtificati in ſanguine eius, ſalui erimus ab irâ per ipſum : ſi enim cùm inimici eſſemus , reconciliati ſumus Deo per mortem Filij eius ; multò magis reconciliati nunc ſalui erimus in vitâ ipſius. Ergo , non quia iam erant amici, ſed quia nunc eo patiente fiebant amici, dixit , pro amicis ſuis.*

Vos amici mei eſtis.

VOs *amici mei eſtis.* Satis erat, ſi, *ſeruos*, eos diceret. Amicos vocat, vt familiari titulo Apoſtolos ad maiora pro illo præſtanda animaret & excitaret. *Si feceritis*: non ſi dixeritis tantùm. Operum potiùs ratio apud Chriſtum habetur , quàm verborum. Sub conditione loquitur (licèt ſciret

factoros Apoſtolos, quæ Chtiſtus ptæeiperet) ne extollantut, ſeque puient ſecuros; atque vt res ad cæteros etiam traducator.

Si mundus vos odit.

1631. SI *Mundus vos odit.* Vix de dilectione ptoximi verba finietat, quùm de Muodi odio, Mondíque preſſuris ſubintulit dieeos: *Si mundus vos odit.* Et paulò pòſt: *Et vos perſequentur.* Quid myſterij claodit ordo iſte? Ao, vt innoetet, dilectionem eſſe veluti fundamenium, quod ferre Mondi preſſuras calomniáſque & poteſt & debet, ſi vera? Præclatè Rupertus hîc: *Præmiſſo dilectionis mandato, de quo plurimùm diſſeruit, rectè nunc demùm preſſuras prænunciat electis & dilectis ſuis, quas in Mundo reprobo & odibili ſint habituri: præpoſita namque, velut in fundamento, dilectionis firmitas, pondus preſſurarum portat; ita vt euntes, à conſpectu concilij gaudere poſſint, quòd digni habeantur pro nomine Ieſu contumeliam pati.*

Hac omnia facient vobis propter nomen meum.

HÆc *omnia facient vobis propter nomen meum.* Ac ſi diceret: quia Chriſti nomen odio habebunt, io vos, qui ſerui mei eſtis, ſæuient. Proh quàm dulce, qoam ſuaue, dura quæque Chriſti causâ pati! Chriſti oomen, oomioiſque dignitatem maledicta ipſa *ſanctificare*, opprobria *condecorare*, & damna in *lucra* vertete docebat Rupertus hîc: *Ecce quanta eſt conſolatio dicentis: ſed hac omnia facient vobis propter nomen meum, id eſt propter nominis mei odium. Magna planè, & diligentibus ad formandam patientiam ſufficiens. Nam dilectorem Chriſti angant quidem hominum odia, fatigant opprobria, moleſtant maledicta, affligunt rerum damna vel etiam corporis tormenta: ſed hac omnia temperat, & leuia reddit, feſtina præmiorum ſecuritas; glorioſa namque nominis Chriſti dignitas, propter quod hac patiuntur, opprobria condecorat, maledicta ſanctificat, damna in lucra, tormenta in magna ſpei vertit delicias.*

CAPVT XVI. IOANNIS.

Verſ. 1.

HÆc loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.

Hæc. *Arab. Hoc.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*
Vt noo ſcandalizemini. *Euth. Ne quid offendamini. Fr. Luc. Vt ne impingatis.*

Verſ. 2.

Abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur, obſequium ſe præſtare Deo.

Abſque ſynagogis facient. *Syr. Eiicient enim è ſynagogis ſuis. Arab. Quoniam expellent à ſynagogis ſuis. S. Aug. Extra ſynagogas. Euth. Extra ſynagogas ſuas eiicient. Theoph. Alienos à ſynagogis facient. Vat. A ſynagogâ excludent. Ar. M. Apoſynagogos facient. Mar. Anathematizabunt.*
Sed venit hora. *Syr. Veniétque hora. S. Cypr. Veniet hora. Pagn. Sed veniet tempus. Mar. Sed & venit tempus.*
Vt omnis qui. *Syr. Cùm quiſquis. Arab. In quâ omnis qui. Mar. Cùm omnis, qui.*
Interficit. *Lucif. Occiderit.*
Arbitretur. *Syr. Putabit. Goth. Arbitrabitur. Euth. Videatur. Lucif. Putet. Caiet. Exiſtimet. Fr. Luc. Videatur.*
Obſequium ſe præſtare. *Syr. Oblationem ſe offerre. Arab. Offerre ſacrificium. Iſid. Clar. Cultam ſe præſtare. Lucif. Se officium facere. Fr. Luc. Cultum offerre.*

Verſ. 3.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.

Et hæc facient vobis. *Syr. Hac autem facient. Arab. Et tantummodò facient hoc. S. Cypr. Sed & hac facient vobis. Euth. Et hac facient. Lucif. Sed hoc faciunt.*
Non nouetuot. *S. Cypr. Non cognouerunt. Lucif. Neſciunt.*
Patrem. *Syr. Neque Patrem meum. Lucif. Neque Patrem.*
Neque me. *Lucif. Neque vnicum Filium eius.*

Verſ. 4.

Sed hæc loquutus ſum vobis; vt, cùm

Sed hæc. *Arab. Sed hoc. S. Cypr. Hac autem.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*
Venerit. *Euth. Aduenerit.*
Hora. *Syr. Tempus eorum. Euth. Tempus illud.*
Eorum reminiſcamini. *Syr. Reuocetis in memo-*

venerit

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

venerit hora, eorum reminiſcamini, quia ego dixi vobis.

riam ea. S. Cypr. Eorum memores ſitis.
Quia ego dixi. *Syr. Quæ dixi.*

Verſ. 5.

Hæc autem vobis ab inirio non dixi, quia vobiſcum eram: & nunc vado ad eum, qui miſit me; & nemo ex vobis interrogat me: Quò vadis?

Hæc autem. *Arab. Et hoc.*
Vobis ab initio. *Syr. A principio. Arab. Vobis priùs. Ar. M. Vobis ex initio.*
Dixi. *Arab. Nunciaui.*
Et nunc. *Goth. At nunc. S. Aug. Nunc autem.*
Vado. *Arab. Pergens ſum. Vat. Abeo.*
Eum qui miſit. *Ar. M. Mittentem.*
Nemo ex vobis. *Syr. Nemo. Arab. Non eſt aliquis ex vobis.*
Vadis. *Arab. Vadam. Euth. Abis.*

Verſ. 6.

Sed, quia hæc loquutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.

Sed quia hæc. *Syr. Hæc enim. Arab. Quia hoc. Quidd. Ap. Mar. Quia de meo. diſceſſu.*
Luquutus ſum vobis. *Quidd. ap. Mar. Dixi.*
Triſtitia. *Syr. Et venit ægritudo. Arab. Venit triſtitia. Pagn. Mæſtitudo. Vat. Mæſtitia. Quidd. ap. Mar. Præ triſtitia.*
Impleuit. *Syr. Impleuitque. Quidd. ap. Mar. Nil loquimini.*
Cor veſtrum. *Syr. Corda veſtra. Quidd. ap. Mar. Vos.*

Verſ. 7.

Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.

Ego veritatem. *Arab. Veritatem.*
Expedit vobis. *Syr. Satius fuerit. Arab. Quia bonum eſt. S. Hil. Expedit enim vobis.*
Ego vadam. *Syr. Ego abeam. Arab. Vadam.*
Si enim non abiero. *S. Epiph. Niſi ego abiero. Phil. Carp. Niſi abiens.*
Paraclitus. *S. Epiph. Ille. Phil. Carp. Spiritus Paraclitus. Pagn. Paracletus ille. Vat. Ille conſolator.*
Si autem abiero. *Syr. Sin autem abiero. S. Hil. Si iero. Tert. Si autem ego abiero.*
Eum ad vos. *S. Hil. Vobis aduocatum.*

Verſ. 8.

Et, cùm venerit ille, arguet Mundum de peccato, & de iuſtitiâ & de iudicio.

Cùm venerit. *Ar. M. Veniens.*
Arguet. *Arab. Ipſe arguet. Fr. Luc. Conuincet.*

Verſ. 9.

De peccato quidem, quia non crediderunt in me:

Peccato quidem. *Arab. Peccato autem.*
Credid. *Theoph. Credunt.*

Verſ. 10.

De iuſtitiâ verò; quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me.

Patrem. *Pagn. Patrem meum.*
Vado. *Arab. Pergens ſum.*
Iam non videbitis. *Arab. Non videbitis. Theoph. Poſthac non videtis. Ar. M. Non ampliùs videtis.*

Verſ. 11.

De iudicio autem; quia princeps huius Mundi iam iudicatus eſt.

Iudicio autem. *Euth. Iudicio verò.*
Iam iudicatus. *Euth. Iudicatus.*

Verſ. 12.

Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò.

Adhuc multa. *Arab. Multa verba. Pagn. Ad hæc multa.*
Habeo vobis dicere. *Syr. Sunt mihi vobis dicenda. Arab. Sunt mihi, quæ volo dicere vobis. S. Epiph. Habeo dicenda. S. Hil. Habeo quæ dicam vobis. Tert. Habeo vobis loqui.*
Non poteſtis. *Tert. Nondum poteſtis.*
Portare modò. *Syr. Capere nunc. Arab. Portare ea modò. Vat. Ferre nunc Orig. Illa modò audire. Tert. Ea baiulare.* vel: *Suſtinere.*

Verſ. 13.

Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non

Cùm autem venerit. *Orig. Veniet autem. Tert. Cùm venerit.*
Ille ſpiritus. *Euth. Ille Paracletus, qui eſt ſpiritus. Orig. Spiritus.*
Docebit vos omnem veritatem. *Arab. Ille ipſe do-*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

enim loquetur à ſemetipſo; ſed, quæcunque audiet, loquetur; &, quæ ventura ſunt, annunciabit vobis.

cebit vos omnem veritatem. S. Epiph. Inducet vos in omnem veritatem. S. Hil. Ille vos diriget in omnem veritatem. S. Cyr. Hier. Ediſſeret vobis omnem veritatem. Euth. Ducet vos in omnem veritatem. Orig. Et ille vobis indicabit omnia. Tert. Deducet vos in omnem veritatem. S. Leo. Diriget vos in omnem veritatem. Mar. Vic. Praibit vobis in veritate omni.

A ſemetipſo. *Syr. Ex mente ſui ipſius. S. Hil. A ſe. S. Cyr. Hier. A ſeipſo.*

Quæcunque audiet. *Syr. Quicquid audierit ipſe. Arab. Quodcunque audiet. Goth. Quacunque audierit.*

Quæ ventura ſunt. *Arab. Ea qua venient. S. Epiph. Ventura. S. Cypr. Futura. Pagn. Qua futura. Tert. Superuenientia.*

Annunciabit. *Syr. Nota faciet. Arab. Nunciabit. Tert. Renunciabit.*

Verſ. 14.

Ille me clarificabit; quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Ille me clarificabit. *Arab. Ipſe glorificabit me. S. Hil. Ille me honorificabit. S. Cyr. Hier. Ille me glorificabit.*

Quia. *Syr. Quippe qui.*

De meo. *Arab. De eo, quod eſt mihi. Fr. Luc. Ex meo.*

Accipiet. *S. Hil. Sumet. Fr. Luc. Accipit.*

Annuntiabit vobis. *Syr. Renunciabit vobis. Arab. Nunciabit vobis ea, qua venient. S. Epiph. Omnia nunciabit.*

Verſ. 15.

Omnia, quæcunque habet Pater, mea ſunt: propterea dixi: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Omnia quæcunque. *Syr. Quicquid. S. Hil. Omnia que. Tert. Omnia.*

Habet Pater. *Syr. Habet Pater meus. Arab. Sunt Patri. S. Hil. Patris ſunt. Tert. Patris.*

Mea ſunt. *Syr. Meum eſt. Arab. Sunt mihi.*

Propterea. *Ar. M. Propter hoc.*

Dixi. *Syr. Dixi vobis.*

De meo. *Syr. Ex meo. Arab. De eo, quod eſt mihi.*

Annunciabit. *Syr. Annunciabit. Arab. Nunciabit.*

Verſ. 16.

Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me; quia vado ad Patrem.

Modicum. *Syr. Pauliſper. S. Aug. Puſillum. Euth. Puſillo tempore. Fr. Luc. Paruum.*

Iam non videbitis. *Vat. Non videtis. Mar. Tunc non videbitis.*

Iterum modicum. *Syr. Iterum pauliſper. Arab. Modicum. S. Aug. Iterum puſillum. Euth. Rurſum puſillo tempore.*

Videbitis. *Arab. Videbitis iterum.*

Quia vado. *Syr. Quippe qui abeam. Arab. Quia pergens ſum. Euth. Quia ego abeo.*

Patrem. *Syr. Patrem meum.*

Verſ. 17.

Dixerunt ergo ex diſcipulis, eius ad inuicem: Quid eſt hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & quia vado ad Patrem?

Dixerunt. *Syr. Dicebant.*

Ex diſcipulis. *Syr. Diſcipuli. Theoph. Quidam ex diſcipulis.*

Ad inuicem. *Syr. Alius ad alium. Arab. Alter ad alterum. Theoph. Inter ſe.*

Modicum *Syr. Pauliſper. Euth. Puſillo tempore. Pagn. Puſillum.*

Videbitis. *Pagn. Videtis.*

Iterum modicum. *Syr. Iterum pauliſper. Euth. Rurſum puſillo tempore. Pagn. Rurſus puſillum.*

Vado. *Arab. Pergens ſum. Pagn. Ego vado. Vat. Ego abeo.*

Patrem. *Syr. Patrem meum.*

Verſ. 18.

Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod

Eſt hoc. *Syr. Illud eſt.*

Modicum. *Syr. Pauliſper. Euth. Puſillo tempore.*

dicit,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

dicit, Modicum? neſcimus, quid loquitur.

Pagn. Puſillum.
Neſcimus. *Arab. Non intelligimus.*
Loquitur. *Iſid. Clar. Loquatur.*

Verſ. 19.

Cognouit autem Ieſus, quia volebant eum interrogare; & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.

Cognouit autem. *Syr. Sciens autem. Orig. Cùm intellexiſſet ergo.*
Quia volebant. *Orig. Qui vellent.*
Et dixit. *Orig. Dixit.*
Quæritis. *Arab. Contenditis.*
Inter vos. *Arab. Alter cum altero. Ar. M. Cum alij aliis.*
Quia dixi. *Syr. Quod dixerim vobis.*
Modicum. *Syr. Pauliſper. Euth. Puſillo tempore. Pagn. Puſillum.*
Videbitis. *Pagn. Videtis.*
Iterum modicum. *Syr. Iterum pauliſper. Euth. Rurſum puſillo tempore. Pagn. Iterum puſillum.*

Verſ. 20.

Amen, amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos, Mundus autem gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Plorabitis. *Arab. Flebitis vos. S. Aug.* omittit.
Flebitis vos. *Arab. Vlulabitis. S. Cypr. Plangetis vos. S. Aug Vos triſtes eritis. Orig. Lamentabimini.*
Mundus autem. *Arab. Et Mundus. S. Cypr. Seculum autem. Pagn. Mundus contrà. Tert. Seculum. Ar. M. At Mundus.*
Gaudebit. *Syr. Lætabitur.*
Vos autem. *Syr. Voſque. S. Cypr. & Tert. Vos.*
Conſtriſtabimini. *Syr. Ægritudine afficiemini. Orig. Mœrore afficiemini. Pagn. Mœſtitiâ afficiemini. S Cypr. & Tert. Triſtes eritis.*
Triſtitia veſtra. *Syr. Ægritudo veſtra. Orig. Mœror veſter.*
Vertetur. *Syr. Euadet. Arab. Reſultabit. S. Cypr. Veniet. Ar M. Fiet. Fr. Luc. Erit.*

Verſ. 21.

Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem pepetit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in Mundum.

Mulier cùm parit. *Syr. Sicut mulier cùm præſens eſt partus eius. S. Greg. Nyſſ. Propinquante partus cruciatu mulier. S. Ambr. Mulier quùm parturit.*
Triſtitiam habet. *Syr. Ægritudine afficitur. Arab. Triſtatur. S. Greg Nyſſ. Eſt in dolore. Vat. Dolorem habet.*
Hora. *Syr. Dies partûs. S. Ambr. Dies.*
Peperit. *Syr. Pepererit. Ar. M. Genuerit.*
Puerum. *Syr. Filium. Euth. Puerulum. Vat. Püellum.*
Iam non. *Syr. Non. S. Greg. Nyſſ. Poſtea verò. Fr. Luc. Non ampliùs.*
Non meminit. *S. Greg. Nyſſ.* omittit.
Preſſuræ. *Syr. Angoris ſui. Arab. Preſſuræ ſuæ. S. Greg. Nyſſ. Gaudium. S. Ambr. Triſtitiæ. Euth. Anguſtia. Pagn. Anxietatis. Ar. M. Tribulationis. Fr. Luc. Illius afflictionis.*
Propter gaudium. *Syr. Propter gaudium illud. S. Greg. Nyſſ. Gaudet. Euth. Propter gaudium hinc ortum. Theoph. Propterea quòd gaudeat.*
Quia natus eſt homo. *Arab. Quia peperit hominem. S. Ambr Quia natus eſt puer. Theoph. Hominem natum eſſe. Ar. M Quia genitus eſt homo.*
Mundum. *S. Ambr. Hoc Mundo. Pagn. Mundo.*

Verſ. 22.

Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Et vos igitur. *Syr. Et vos. Arab. Vos autem. S. Ant. Sic & vos.*
Triſtitiam habetis. *Syr. Ægritudine affecti eſtis. Arab. Triſtes eſtis. Theoph. Mœrorem habetis. Vat. In mœrore eſtis.*
Iterum autem. *Arab. Sed. Pagn. Sed iterum.*
Gaudebit. *Syr. Lætabitur. Arab. Gaudebunt.*
Cor veſtrum. *Arab. Corda veſtra.*
Nemo tollet. *Arab. Non tollet aliquis. S. Greg. Nemo auferet. Caiet. Nemo tollit.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 23.

Et in illo die me non rogabitis quicquam. Amen, amen dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Rogabitis. *Pagn. Interrogabitis.*
Si quid. *Syr. Quicquid. Arab. Quodcumque. Euth. Quæcunque.*
Petieritis. *Syr. Rogabitis Fr. Luc. Tandem petieritis.*
Patrem. *Syr. Patrem veſtrum. Vat. A Patre.*
In nomine. *Theoph. Sub nomine. Vat. Nomine.*

Verſ. 24.

Vſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

Vſque modo. *Syr. Adhuc vſque. Arab. Et vſque modò. Euth. Hactenus.*
Non petiſtis quidquam. *Syr. Nihil petiſtis.*
In nomine. *Theoph. Sub nomine. Vat. Nomine.*
Accipietis. *Arab. Donabimini.*
Plenum. *Theoph. Perfectum.*

Verſ. 25.

Hæc in prouerbiis loquutus ſum vobis: venit hora, cùm iam non in prouerbiis loquar vobis; ſed palàm de Patre annunciabo vobis.

In prouerbiis. *Syr. In parabolis. Arab. Prouerbia. Euth. Per prouerbia. Theoph. Per parœmias. Orig. In parœmiis. Mar. Obſcurè.*
Loquutus ſum. *Euth. Dico.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*
Venit hora. *Syr. Venit autem hora. Pagn. Veniet tempus. Orig. Aduentat hora.* vel: *Veniet hora. Caiet. Sed venit hora.*
Cùm iam non. *S. Hil. Vt iam non. Fr. Luc. Quando non ampliùs.*
In prouerbiis. *Syr. In parabolis. Euth. Per prouerbia. Orig. In parœmiis.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*
Palàm. *Caiet. Manifeſtè. Mar. Apertè.*
Patre. *S. Aug. Patre meo.*
Annunciabo. *Arab. Nunciabo. S. Hil. Nunciem. Orig. Annuntiem. Fr. Luc. Renunciabo.*

Verſ. 26.

In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis:

In nomine *Vat. Nomine.*
Et non dico. *S. Hil. Non dicam.*
Quia ego rogabo. *Syr. Poſtulaturum. Vat. Quòd ego rogaturus ſum.*
Patrem de vobis. *Syr. A Patre pro vobis. Caiet. Patrem pro vobis.*

Verſ. 27.

Ipſe enim Pater amat vos; quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo exiui.

Amat. *S. Ambr. Diligit.*
Quia. *Syr. Quippe qui.*
Amaſtis. *Syr. Dilexeritis. S. Hil. Amatis. S. Ambr. Diligitis. Clem. Alex. Dilexiſtis.*
Credidiſtis. *Syr. Credideritis. S. Hil. Creditis.*
Quia ego à Deo exiui. *Syr. Me à Patre exiſſe.*

Verſ. 28.

Exiui à Patre, & veni in Mundum: iterum relinquo Mundum, & vado ad Patrem.

Exiui. *Syr. Prodij.*
A Patre, & veni. *S. Hil. Ex Patre & à Patre veni.*
Iterum. *Syr. Et iterum. Arab Et ego.*
Vado. *Syr. Proficiſcor. Vat. Abeo.*

Verſ. 29.

Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis.

Dicunt ei. *Arab. Dixerunt. S. Hil. Dicunt ergo.*
Palàm. *Euth. Apertè.*
Et prouerbium nullum. *Syr. Nec parabolam vllam. Arab. Neque quidem prouerbium vnum.*

Verſ. 30.

Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo exiſti.

Scimus. *Arab. Certè ſcimus. S. Hil. Ergo ſcimus.*
Scis. *Arab. Sciens es. Goth. Noſti.*
Et non opus eſt tibi. *Syr. Nec indiges. Arab. Et non es indigens. S. Hil. Et non habes neceſſitatem. Ar. M. Et non vſum habes.*
Quis. *S. Hil. Aliquis.*
In hoc. *Pagn. Per hoc.*
Exiſti. *Goth. Veniſti.*

Verſ. 31.

Reſpondit eis Ieſus: Modò creditis?

Reſpondit eis. *Syr. Dixit eis. Arab. Reſpondit ei.*
Modò creditis. *Syr. Credite. Arab. Modò credite.*

Verſ. 32.

Vulgata Editio.

Verſ. 32.

Ecce venit hora, & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: & non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt.

Lectionum Varietas.

Ecce. *Syr. Ecce enim.*

Venit hora. *Syr. Veniet hora. Theoph. Inſtat tempus.*

Venit. *Arab. Venit nunc. Caiet. Adeſt. Fr. Luc. Aduentauit.*

Vt diſpergamini. *Syr. Cùm diſpergemini. Arab. Diſpergetur in eá. S. Hil. Vt diſpergatur. S. Auguſt. Vt eat.*

Vnuſquiſque. *Arab. Vnuſquiſque ex vobis. S. Hil. Vnuſquiſque veſtrum.*

In propria. *Syr. Ad locum ſuum. Arab. In locum ſuum. S. Aug. In viam ſuam.*

Relinquatis. *Arab. Relinquetis.*

Et non ſum. *Goth. Sed non ſum. S. Epiph. Ego autem non ſum. Theoph. Et tamen non ſum.*

Quia Pater mecum eſt. *S. Epiph. Sed eſt mecum, qui genuit me, Pater.*

Verſ. 33.

Hæc loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. In Mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego vici Mundum.

Hæc. *Arab. Hoc. Theoph. Hæc autem.*

Loquutus ſum. *Syr. Dixi. S. Auguſt. Loquor.* vel, *Dico.*

In me. *Arab. Mecum.*

Pacem habeatis. *Arab. Sit vobis pax.*

In Mundo. *S. Cypr. In ſæculo. S. Leo. In Mundo autem.*

Preſſuram habebitis. *Syr. Vobis futura eſt oppreſſio. Arab. Erit vobis preſſura. S. Cypr. Tribulationem habebitis. Vat. Afflictionem habetis. Ar. M. Tribulationem habetis. Caiet. Preſſuram habetis.*

Confidite. *Arab. Fortes eſtote. S. Paul. Conſtantes eſtote. S. Leo. Nolite timere quia. Euth. Bono ſitis animo. S. Auguſt. Gaudete. Fr. Luc. Bono animo eſtote.*

Ego vici Mundum. *S. Cypr. Quoniam ego vici ſeculum. S. Aug. Ego vici ſeculum. S. Paul. Quia ego vici Mundum.*

CAPVT XVI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Fortes animos Euchariſtia inhalat. 1632

Seruorum Dei eſt aduerſa fortiter ferre. 1632

Obſequium malis bonis præſtant, dum in eos ſæuiunt. 1633

Præſens hæc vita itio quædam ad Deum eſt. 1633

Commoda & vtilitatem noſtram vt ſpectauerit Chriſtus. 1633

Spiritus Sanctus cur à Chriſto mitti dicatur. 1634

Hæc loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.

1632. HÆc *loquutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.* Præmuniuntur Apoſtoli, dum præmonentur de iis malis, quæ illis à malis Iudæis imminebant; ne, cùm multos incredulos perſequenteſq; viderent, animos deiicerent. Prædicit Chriſtus, quæ paſſuri, vt cautiores eos redderet & fortiores: quod enim ſubitò & non expectatum irruit, dituit plerunque animos etiam magnos.

Dura non veretur prædicere ſuis, cùm eos Euchariſtico pane muniret, qui fortes animos iis à quibus ſumitur inhalat. Pulchrè ille. *Euchariſtia planè cibus eſt fortium, eam ex quo tradidit Chriſtus; iam non dubitat diſcipulis aſpera quoque prædicere. Terrere eos poſſe non credit, tali aduerſus metum omnem amuleto munitos, generoſum vinum Deo dignos reddidit ſpiritu.*

Vt non ſcandalizemini. Ne impingatis, à fide excidatis, & à munere prædicandi Euangelij deſiſtatis. Prædicit quippe mala, non vt vitarent, ab illiſque ſe ſubducerent; ſed fortes eſſent in illis ſuperandis. Seruorum Dei eſt, non vitare aduerſa, & iniurias effugere; ſed fortiter illa ferre, æquo animo excipere iſtas.

Abſque ſynagogis facient vos.

ABſque *ſynagogis facient vos.* A ſynagogis vos eiicient tanquam homines perditos & execrabiles prorſuſque indignos, qui cum aliis communicarent. Non explicat, à quibus è ſynagogis exturbandos, nec ſignatum certumque tempus adiicit. Satis erat, rem vniuerſim ſignificaſſe, vt ab omnibus & omni tempore eſſent parati iniuriis excipiendis.

Arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.

ARbitretur *obſequium ſe præſtare Deo.* Præſtant
(licèt non eo, quo putant, ſenſu) obſequium 1633.
Deo, qui Dei ſeruos iniuriis afficiunt & contumeliis, & occidunt; quia martyrum numerum augent: quod in ſummum Dei honorem cedit. Quid?

obſequium illis ipſis præſtant, quos interficiunt. Mali nimirum, dum bonis nimis blandiuntur, in illos ſæuiunt: dum ſæuiunt in illos, illis blandiuntur.

Vado ad eum, qui miſit me.

V*Ado ad eum, qui miſit me.* Non ait: *Vadam*; ſed: *Vado*, ac ſi actu præſtaret, quod paulò pòſt erat præſtaturus. *Hoc idem* (vt bonus ille author habet) *vnuſquiſque dicere debet. Vado, & non: Vadam, id eſt: Iam nunc ad mortem me preparo: nec dicere debet: Me preparabo.* Aut dicat ſibi quilibet: *Vado*, vt præſens hæc vita ſit continua quædam ad Deum itio.

Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.

E*Xpedit vobis, vt ego vadam.* Non dixit: *Expedit mihi.* Verè enim expediebat, vt iret ad Patrem; & qui tot tantaque erat paſſus in cælum ſe reciperet, ad dexteram Patris ſederet. Expediebat & Cœleſtibus ſpiritibus, quos ſua præſentia donare debebat. Et tamen tantùm ait: *Expedit vobis*: vt non tam ſuæ gloriæ quàm vtilitatis noſtræ causâ ſe omnia inſtituiſſe colligeremus.

1634. *Niſi ego abiero Paraclitus non veniet.* Egregiè hunc locum verſat Vgo Victorinus lib. 1. Miſcell. tit. 101. *Chriſtus*, inquit, *diſcipulis corporalem præſentiam ſubtraxit, vt eum ſpiritaliter amare diſcerent. Erat quippe & ipſe priùs ſecundum eandem corporalem preſentiam Paraclitus id eſt conſolator, & hoc conſolatio quaſi lac erat de carne manans paruulis. Propterea ſubtractum eſt lac, vt ad perfectionem ſpiritualis amoris conualeſcerent. Aſcendens in cœlum, vt corda poſt ſe traheret, & dilectio pergeret poſt dilectum. Vſque hodie Chriſtus amicos ſuos in Scriptura ſacra, & Sacramentis Eccleſiæ, atque aliis viſibilibus virtutum exercitiis quaſi quodam corporali preſentia conſolatur, quorum vſum dum aliquando ſecretâ diſpenſatione ſubtrahit, quaſi quandam humanitatem ſuam ab oculis intuentium ſubducit, vt ſpiritualis amoris dulcedinem tantò purius percipiant, quò minus foris habent etiam de opere virtutis, ad quod mentem ſuam per intentionem effundant.*

Si autem abiero, mittam eum ad vos. Cur potius dixit: *Mittam*; quàm: *Veniet*; præſertim cùm id orationis ſeries exigat; ſuprà enim dixerat: *Veniet ad vos*. Dixit: *Mittam, non quod* (inquit bonus ille author) *Spiritus Sanctus ſponte non eſſet venturus; ſed, ne dubitarent diſcipuli, quin eſſet venturus. Deinde Spiritum Sanctum maiorem Chriſto exiſtimarent; eò quòd, Chriſto digreſſo, eius eſſet aduentus neceſſarius.*

SECTIO II.

Peccatorum dementia, qui peccatis onuſti liberos à peccatis ſe putant. 1635

Spiritualia bona ſpernere quàm graue, 1635

Amoris in Chriſto magnitudo. 1636

Gaudium quod à nobis tolli poteſt non verum gaudium. 1637

Tanquam exigua habenda, quæ putantur ſumma. 1637

Arguet Mundum de peccato & de iuſtitiâ.

S*Piritus Sanctus de peccato Mundum arguet, & conuincet rationibus & argumentis. Hoc extremæ malitiæ eſt, peccatis onuſtum eſſe; & à peccatis ſe liberum exiſtimare: vt Spiritus ſancti munus ſit, peccatores conuincere peccatis obnoxios. 1635.

Arguet Mundum. Conuincet, vt nullus tergiuerſationi detur locus. Arguet autem & per ſe, conſcientiæ flagellis homines Mundi torquens, & per Apoſtolos, per quos in vniuerſum Mundum virtutem ſuam diffundet.

De iuſtitiâ. Etiam de iuſtitiâ Mundum arguet Spiritus ſanctus: ſed de quâ? *De iuſtitia* (inquit ille) *non obtentâ, ſed etiam ſpretâ.* Non ſpernendum malum, cùm bona adeò non obtinentur, vt etiam ſpernantur.

Modicum, & iam non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me.

M*Odicum, & iam non videbitis me.* Quia ſcilicet (vt ait S. Auguſtinus) *poſt paulum paſſus eſt, & non viderunt eum: rurſum poſt paululum reſurrexit, & viderunt eum.* Ita paſſionis, mortis, & ſepulturæ tempus, *modicum*, vocat? Nunquid vna paſſionis hora patienti non videri poterat tempus valde diuturnum? Poterat, & etiam ſolet; ſed non amanti. *Licèt mors illius*, inquit bonus quidam author, *atrox fuerit, & dolores acerrimi, & fluctus procellarum ingentes; modicum tamen ei eſſe videtur pro amoris magnitudine, ſicut Iacob dies pauci videbantur quatuordecim anni, quos laborauit, vt Rachel ſponſam haberet. Patitur Chriſtus pro ſponſâ ſuâ, vt exhibeat ſibi glorioſam Eccleſiam: ideo modicum dicit.* 1636.

Modicum Chriſtus vocat tẽpus, quo pro nobis patitur: homines plerumque aliter in eum affecti, quùm aliquid laboris ſubeunt, aliquid moleſti patiuntur, nimis longum cenſent, nimis diuturnum; licèt aliquando nec horæ vnius limites excedat: tanti refert, quo amore quis in aliquem feratur, dum aliquid pro illo fert.

Et iterum modicum, & videbitis me. Tempus, quo non videbitur, modicum erit, erit breue: tempus, quo videbitur, non determinat, an diuturnum ſit futurum, an breue. Fuit dierum quadraginta: quia verò ex ſuorum diſcipulorum conſpectu ablatus eſt, ipſis non triſtitiâ affectis, ſed lætitiâ, cúmque ſummâ ſpe eum in Cælo paulò pòſt videndi, ita loquitur, ac ſi promiſſa viſio nullis terminis coërceatur, quia æterna futura eſt.

Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

1637. G*Audium veſtrum nemo tollet à vobis*; Gaudium quod à nobis tolli poteſt, noſtrum non eſt, imò nec verè gaudium eſt; gaudij tantùm circumfert nomen. Pulchrè hîc Rupertus: *Et gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum certum, & verum nemo tollet à vobis. Quòd ſi corpus occiderint, ſic quoque cor veſtrum gaudebit, quia gaudium veſtrum non in carne, quæ poteſt occidi, ſed in corde vel anima, quam perſecutor occidere non poteſt, repoſitum erit. Veſtrum igitur gaudium nemo tollet à vobis.*

Non petiſtis quidquam.

N*On petiſtis quidquam.* Vt aliquid poſtulauerint, nihil eſſe omne putandum, quod non ſummum,& à pleno gaudio abiunctum. *Non petiſtis quicquam:quia,*inquit S. Thomas in Catenâ, *in comparatione rei,quam petere debuiſtis,pro nihilo habendum eſt,quod petiſtis.Vt igitur in nomine eius, non nihil,ſed gaudium plenum petam, ſubdit:Petite, & accipietis,vt gaudium veſtrum ſit plenum.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

CAPVT XVII. IOANNIS.

Verſ. 1.

HÆc loquutus eſt Ieſus: &, ſubleuatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora: clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te:

Hæc. *Arab. Hoc.*
Subleuatis oculis. *Syr. Suſtulit oculos ſuos. Arab. Eleuauit oculos ſuos.*
Pater. *Syr. Pater mi.*
Venit hora. *Syr. Venit hora illa. Arab. Iam præſens eſt hora. Fr.Luc. Adeſt illa hora.*
Clarifica. *Euth. Glorifica.*
Filium tuum. *Marc. Vic. Filium.*
Filius tuus. *Pagn. Et Filius tuus. Mar.Vic.Filius.*
Clarificet. *Mar. Vic. Glorificet.*

Verſ. 2.

Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis; vt omne, quod dediſti ei, det eis vitam æternam.

Sicut. *Syr. Quemadmodum.*
Poteſt. *Ar.M. Authoritatem.*
Omnis carnis. *Syr. Super omnem carnem. Arab. Super omne corporeum. Mar. Vic. Vniuerſæ carnis. Mar. In omnes homines.*
Omne quod. *Arab. Quem. Theoph. Quotquot.*
Det eis. *Arab. Donet, donet vnicuique.*

Verſ. 3.

Hæc eſt autem vita æterna: vt cognoſcant te ſolum Deum verum, &, quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.

Hæc eſt autem vita æterna. *Marc. Vic. Eſt autem in æternâ vitâ.*
Cognoſcant. *S.Hil. Sciant.*
Solum Deum verum. *Syr. Eſſe Deum veritatis ſolum. Arab. Eſſe Deum verum ſolum. S. Cypr. Solum & verum Deum. S. Aug. Vnum Deum verum. Fr. Luc. Illum ſolum verum Eeum. S. Marc.Vic. Vnum & verum Deum.*
Et quem miſiſti. *Mar.Vic. Quem præmiſiſti.*

Verſ. 4.

Ego te clarificaui ſuper terram: opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam.

Te. *S.Epiph. Nomen tuum.*
Clarificaui. *Arab. Iam glorificaui. S.Epiph. Glorificaui. S.Hil. Honorificaui.*
Super terram. *S.Epiph. In terrâ.*
Opus. *Arab. Illud opus. S.Hil. Opere.*
Conſummaui. *Syr. Abſolui. Arab. Iam conſummaui.S.Hil. Conſummato. Tert. Perfeci.*
Dediſti mihi vt faciam. *Syr. Mihi dederas faciendum. Tert. Dediſti mihi.*

Verſ. 5.

Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipſum claritate, quam habui, priuſquam Mundus eſſet apud te.

Et nunc. *Syr. Nunc itaque.*
Clarifica. *S. Cyr. Hier. Glorifica. Tert. Honorifica.*
Tu pater. *Syr. Tu Pater mi. S. Cyr. Hier. Tu. Orig. Pater ſancte. S.Gaud. Pater.*
Apud temetipſum. *Arab. Apud te. S. Cyr. Hier. Super. Tert.* omittit.
Claritate. *Syr. Eâ gloriâ. S. Hil. Eâ claritate. S. Cyr. Hier. Super Gloriam. S. Gaud. Eâ gloria. Orig. Illâ gloriâ.* vel. *Eo honore. Tert. Gloriá.*
Quam habui. *Arab. Qua erat mihi apud te.S.Hil. Quam habui apud te. Orig. Quem habui. Tert. Quam habebam apud te.*
Priuſquam Mundus eſſet apud te. *Syr.. Priuſquam fieret Mundus. Arab. Ante Mundum. S. Hil. Priuſquam Mundus eſſet. S. Cyr. Apud te ante Mundi huius conſtitutionem. S. Gaud. Apud te, priuſquam hic Mundus eſſet.*

Verſ.6.

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
Verſ. 6. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de Mundo: tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermonem tuum ſeruauerunt.	Manifeſtaui. *Syr. Patefeci. S.Hil. Pater manifeſtaui.* Tuum. *Mar.Vic. Tui.* Hominibus. *Syr. Hominibus illis.* De Mundo. *Syr. E Mundo. Fr. Luc. Ex Mundo. Mar.Vic. Ex iſto manifeſtum.* Tui erant. *Arab. Ipſi erant tibi. Mar. Vic. Quòd non omnes tui erant.* Sermonem tuum. *Quidd. Codd. Sermonem meum. Mar.Vic. Verbum tuum.* Seruauerunt. *Mar.Vic. Cuſtodierunt.*
Verſ. 7. Nunc cognouerunt, quia omnia, quæ dediſti mihi,abs te ſunt:	Cognouerunt. *Syr. Noui.* Quia omnia quæ. *Syr. Quicquid. Vat.Omnia quacunque.* Abs te ſunt. *Syr. A te eſſe. Mar. Abs te proficiſcuntur.* vel: *Tua ſunt.*
Verſ. 8. Quia verba, quæ dediſti mihi, dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui; & crediderunt, quia tu me miſiſti.	Verba,quæ. *Syr.Sermonem quem. Caiet.Verba quacunque.* Dedi. *Vat. Tradidi.* Acceperunt. *Syr. Receperunt.* Cognouerunt. *Syr. Norunt.* Exiui. *Arab. Veni.*
Verſ. 9. Ego pro eis rogo: non pro Mundo rogo; ſed pro his,quos dediſti mihi, quia tui ſunt.	Ego. *Syr. Ego verò. Arab. Et ego.* Mundo. *Mar. Reprobis.* vel: *Mundanis.*
Verſ. 10. Et mea omnia, tua ſunt; & tua, mea ſunt: & clarificatus ſum in eis.	Et mea omnia. *Arab. Et omnia, qua ſunt mihi. S.Greg.Nyſſ. Omnia enim mea.* Tua ſunt. *Arab. Sunt tibi.* Tua,mea ſunt. *Arab. Qua ſunt tibi ſunt mihi.* Clarificatus. *Arab. Ego glorificatus. Theoph. Glorificatus.*
Verſ. 11. Et iam non ſum in Mundo; & hi in Mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi; vt ſint vnum, ſicut & nos.	Et iam non ſum. *Syr.Ampliùs non ſum. Mar.Citò non ero.* Et hi. *Syr. Illi autem. Vat. At hi.* Et ego. *Vat. Ego autem.* Pater ſancte. *S.Epiph. Pater, Domine cœli & terra. Iſid. Clar. Pater iuſte.* Serua. *S.Leo. Conſerua.* In nomine tuo. *Syr. In nomine tuo illo. Euth.Pater nomen tuum.* Quos. *Syr. Quod. Euth. Quo.* Dediſti mihi. *Euth. Donaſti me.* Et nos. *Euth. Nos.*
Verſ. 12. Cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui; & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis, vt Scriptura impleatur.	Cùm eſſem. *S. Epiph. Cùm eram.* Eis. *S.Epiph. Ipſis. Pagn. Eis in Mundo.* Seruabam. *S. Hil. Cuſtodiebam.* In nomine tuo. *Euth. Per nomen tuum. Pagn Nomine tuo.* Cuſtodiui. *Pagn. Ego cuſtodiui. Mar. Vic. Cuſtodiui nomine tuo.* Nemo. *Arab. Non vnus. S.Hil. Neminem.* Periit. *Goth. Peribit. S.Hil. Perdidi.* Filius perditionis. *Theoph. Filius ille perditus.Vat. Filius perditus.* Impleatur. *Syr. Impleretur. S. Aug. Adimpleatur. Theoph. Compleretur.*
Verſ. 13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in Mundo, vt habeant gaudium	Nunc autem. *Arab. Et nunc.* Hæc. *Arab. Hoc.* In Mundo. *Arab. In Mundo, & illos relinquo in Mundo.* Habeant. *Syr. Sit.* Repletum. *Syr. Plenum. Ar.M. Impletum.*

meum

Vulgata Editio.

meum impletum in ſemetipſis,

Verſ. 14.

Ego dedi eis ſermonem tuum:& Mundus eos odio habuit, quia non ſunt de Mundo,ſicut & ego non ſum de Mundo.

Verſ. 15.

Non rogo, vt tollas eos de Mundo;ſed vt ſerues eos à malo.

Verſ. 16.

De Mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de Mundo.

Verſ. 17.

Sanctifica eos in veritate: ſermo tuus veritas eſt.

Verſ. 18.

Sicut tu me miſiſti in Mundum;& ego miſi eos in Mundum.

Verſ. 19.

Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.

Verſ. 20.

Non pro eis autem rogo tantùm; ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me,vt omnes vnum ſint.

Verſ. 21.

Sicut tu Pater in me, & ego in te,vt & ipſi in nobis vnum ſint: vt credat Mundus,quia tu me miſiſti.

Verſ. 22.

Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis; vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.

Verſ. 23.

Ego in eis & tu in me, vt ſint conſummati in vnum:& cognoſcat Mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos,ſicut & me dilexiſti.

Verſ. 24.

Pater, quos dediſti mihi, volo, vt, vbi

Lectionum Varietas.

In ſemetipſis. *Syr. In eis. Quidd. Codices. In ſemetipſum.*

Dedi. *Pagn. Tradidi.*
Quia noo ſunt. *Syr. Quippe qui non ſint.*
De Mundo. *Syr. Ex Mundo. Vat. E Mundo.*
Et ego. *Arab. Ego.*
De Mundo. *Syr. Ex Mundo. Vat. E Mundo.*

De Muodo. *Syr. Ex Mundo. Pagn. E Mundo.*

De Mundo. *Syr. Ex Mundo enim. Arab. Quia de Mundo. Vat. E Mundo.*
Et ego. *Caiet. Ego.*
De Muodo. *Syr. Ex Mundo. Vat. E Mundo.*

Sanctifica. *Syr. Pater ſanctifica.*
In veritate. *Syr. In veritate tuâ. Pagn. Per veritatem tuam.*
Sermo. *Syr. Quia ſermo. Arab. Sermo enim.*
Veritas. *Arab. Propriè veritas.*

Sicut tu. *Syr. Prout.*
Et ego. *Arab. Ego etiam. Euth. Ita & ego.*

Ego ſanctifico. *Arab. Sanctifico. Mar. Ego offero in ſacrificium.*
Meipſum. *Syr. Animam meam.*
Et ipſi. *Arab. Ipſi.*
In veritate. *Pagn. Per veritatem tuam. Vat. Per veritatem.*

Non pro eis aotem. *Syr. Neque pro eis. S. Hil. & S. Cypr. Non pro his autem.*
Tantùm. *Syr. Tantummodo. S. Cypr. Solis.*
Sed &. *Pagn. Sed.*
Eis qui credituri ſunt. *Ar. M. Credentibus.*
Verbum. *Theoph. Sermonem.*
Eorum. *S. Cypr. Ipſorum.*
Omnes. *Arab. Omnes ipſi.*

Sicut tu Pater io me & ego in te. *Syr. Sicut tu Pater meus in me & ego in te. S. Epiph Sicut ego & tu vnum ſumus. S. Greg. Nyſſ. Quemadmodum tu Pater in me es,& ego in te. Orig. Pater da,vt, ſicut ego & tu vnum ſumus.*
Vt & ipſi. *Arab. Vt etiam. Orig. Ita & iſti.*
Vt credat. *S. Hil. Vt & credat. Clem. Alex. Vt etiam credat.*
Quia tu me miſiſti. *Clem. Alex. Quod tu me miſeris.*

Claritatem. *S. Hil. Honorem. Clem. Alex. Gloriam.*
Quam. *S. Hil. Quem.*
Et oos. *Clem. Alex. Nos.*

Ego io eis. *Clem. Alex. Ego in ipſis.*
Conſummati. *Clem. Alex. Perfecti.*
Et cognoſcat. *Pagn. Et vt cognoſcat.*
Quia tu me miſiſti. *Syr. Me à te miſſum eſſe.*
Et dilexiſti. *Syr. Teque diligere. Arab. Et tu dilexiſti.*
Sicut &. *Syr. Prout &. Clem. Alex. Quemadmodum. Theoph. Sicut.*
Dilexiſti. *Fr. Luc. Dilexeras.*

Quos. *Arab. Illos, quos.*
Volo. *Syr. Velim. S. Euſ. Em. Rogo.*

cum

Vulgata Editio.

ſum ego, & illi ſint mecum : vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem Mundi.

Lectionum Varietas.

Sum. *S. Cypr. Fuero.*
Et illi. *Goth. Et illic. S. Hil. Et hi. Clem. Alex. Illi quoque. S. Cypr. Et ipſi.*
Vt videant. *Syr. Vt conſpicentur. Clem. Alex. Vt contemplentur. S. Cypr. Vt videant.*
Claritatem. *Syr. Illam gloriam. Clem. Alex. Gloriam.*
Quia. *Arab. Quia tu.*
Coostitutionem Mundi. *Syr. Iacta Mundi fundamenta. Arab. Productionem Mundi. Theoph. Conditum Mundum. Fr. Luc. Fundationem Mundi.*

Verſ. 25.

Pater iuſte, Mundus te non cognouit: ego autem te cognoui : & hi cognouerunt, quia tu me miſiſti.

Pater. *Syr. Pater mi.*
Mundus. *Clem. Alex. Et Mundus.*
Cognouit. *Syr. Nouit.*
Ego aotem. *Syr. Ego verò. Arab. Et ego.*
Cognoui. *Syr. Noui.*
Hi. *Clem. Alex. Illi.*
Cognouerunt. *Syr. Norunt.*
Quia tu me miſiſti. *Clem. Alex. Quòd tu me miſeris.*

Verſ. 26.

Et notum feci eis nomen tuum ; & notum faciam ; vt dilectio, quâ dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Notum feci eis. *Syr. Patefeci eis. Iam cognoſcere feci eos*
Notom faciam. *Syr. Patefaciam. Arab. Cognoſcere faciam eos.*
Vt dilectio. *Syr. Vt dilectio illa. Arab. Et dilectio.*
Ego. *Syr. Ego ero. Arab. Ego ſim.*

CAPVT XVII.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Attentio in oratione adhibenda. 1638
Chriſti honor, patris honor eſt. 1638
Æterna vitæ radix, & omnium bonorum pronuba, Dei cognitio. 1638
Omnia Deo adſcribenda. 1639
Opus conſummaſſe cur dictus Chriſtus. 1639
Chriſti gloria pro dilectis pati. 1640
Malorum conſortium bonis vitandum. 1640
Vnio & charitas bonorum omnium radix. 1641
Pati malos homines quàm bonum bonis. 1641
Tribulationes & aduerſitates mala non ſunt, niſi malè accipiantur. 1642
Peccatum ſolùm mali nomen mereri videtur. 1642

Subleuatis oculis in Cælum.

1638. SVBLEVATIS *oculis in Cælum.* Chriſti mens in Cælum in Cæleſtia ſemper eleuata fuit: nunc oculos eleuat, hoc habitu geſtúque teſtans, orantis mentem in Cælo figendam ; terram terrenáque animo relinquenda orationem fuſuris. *Per iſta,* inquit S. Chryſoſtomus, *erudimur, attentionem in orationibus adhibendam.*

Vt filius tuus clarificet te.

VT *Filius tuus clarificet te.* Gloria quippe Filij, gloria etiam Patris eſt ; & redundat in Patrem, quod Filio fit : & quicquid honoris Chriſto defertur, Patris honorem adeò non minuit, vt magis firmet atque ſtabiliat.

Hæc eſt autem vita æterna.

HÆc *eſt autem vita æterna,* id eſt radix vitæ æternæ conſequendæ. Hinc illud S. Cyrilli Alexandrini : *Radicem atque originem æternæ vitæ, fidem & veræ pietatis virtutem eſſe affirmat. Veram autem pietatem illam eſſe aſſerimus, cui alieni falſiq; cultus crimen inuri non poteſt.* Et paulò pòſt : *cùm igitur origo & quaſi pronuba bonorum omnium, cognitio Dei veri eſſe inueniatur, rectè vita æterna eſt appellata, quaſi mater & radix virtute naturáque ſuâ vitam æternam pariens.*

Ego te clarificaui ſuper terram : opus conſummaui.

EGo *te clarificaui ſuper terram.* Sed in quo Patrem clarificauit? In omnibus clarificauit: in vitæ ſanctitate, doctrinis & ſignis. *Glorificauit eum,* inquit Euthymius, *omnia ei adſcribendo tam doctrinas, quàm ſigna.* Et non idem præſtent cæteri, quod præſtitit Chriſtus ? 1639.

Clarificaui. Græcè, ἐδόξασα, *glorificaui.* Sed quî glorificari Deus poteſt ? Glorificauit, *non quia gloriam actulit non habenti,* inquit S. Cyrillus : *ſed quia operibus ſuis alios ad glorificandum adduxit.*

Opus conſummaui. At non plenè perfecerat: reſtabat enim operis caput, mors ſubeunda. *Conſummaſſe ſe dicit,* inquit S. Auguſtinus, *quod ſe conſummaturum eſſe certiſſimè nouit.* Vel conſummauit (vt Theophylactus) *quia fecit, quod maximum omnium, & radicem bonorum omnium nobis ſubſtrauit, dæmone victo, & ſe obiecto veraciſſimæ beſtiæ morti.* Vt videretur totum conſummaſſe opus, qui vehementi deſiderio paſſioni, mortíque præiuerat ; licèt reipsâ nondum illam incepiſſet, obiiſſet iſtam. Tanti apud Deum valens boni operis

ris deſiderium eſt , vt operis perfecti nomine gaudeat.

Nunc clarifica me Tu , Pater.

1640. C*Larifica me.* Aliqui ex Græco , *Glorifica me.* Gloriæ ſuæ meminit, quùm totus ignominiâ videbatur affectus. Sanctus Chryſoſtomus hom. 5. de Patient. Iob rem grauiter ſic vrget : *Quid dicis ? Ad Crucem duceris , cum latronibus tumulorumque foſſoribus maledictam ſufferre mortem , conſpuendus, cædendus colaphis; & hæc gloriam appellas? Ita, inquit, pro dilectis ipſe patior , meritóque hæc eadem gloriam exiſtimo. Si enim Dominus meus miſeros & ærumnoſos amans, glorioſam rem vocat , etiam id Patrio throno magis adducis gloria; multò ipſe magis hæc gloriam exiſtimare debeo.*

Ego pro eis rogo.

E*Go pro eis rogo.* Tanquam homo pro Apoſtolis rogat : tanquam Deus *liberaliter* (inquit S. Cyrillus) *vnà cum Deo Patre dona diſtribuis.* Pergit Chriſtus : *Non pro Mundo rogo.* id eſt non pro quibosuis hominibus indifferenter : nec enim omnia petenda omnibus ſunt , aut ſemper. Sed cur nunc aſſerit ſe pro Mundo non rogare ? Qui ſtatim pro Apoſtolis poſtulat , *vt ſint vnum , ſicut & nos.* Bonis autem cum malis vnitas iſta non conuenit ; cùm potiùs vitandum bonis impiorum conſortium ſit, vt in ſuâ bonitate queant permanere. Pro malis autem orandum , vt conuertantur , & mali eſſe deſinant.

Vt ſint vnum ſicut & nos.

1641. V*T ſint vnum ſicut & nos.* Non opes , non honores , & (quod plus eſt) nec virtutes pro Apoſtolis à Patre poſtulat Chriſtus; ſed perfectam vnitatem atque concordiam : omnia bona ab hac vnione ſequutura ſciens, & conſequuturos Apoſtolos , victoréſque Mundi futuros hac animorum concordiâ, & charitate mutuâ : *nam , ſi charitatem inter ſe habuerint* , inquit Theophylactus , *& non fuerint diſcordes, inuicti erunt & nihil eis præualebit.*

Sicut & nos. Sicut nos, inquit, ſumus vnum , ita ſint & illi : vt particula, *ſicut* , non æqualitatem dicat; ſed ſimilitudinem quandam , *vt hæc voluntaria vnio,* inquit S. Cyrillus , *naturalis in Filio & Patre vnitatis imago quædam eſſe videatur,*

Non rogo vt tollas eos de Mundo, ſed vt ſerues eos à malo.

N*On rogo, vt tollas eos de Mundo.* Quamuis de Mundo non eſſent , nihil rerum mundanarum quærentes; eſſe tamen in Mundo neceſſarium erat , vt Mundo ſuccurrerent. Sed cur non rogat Chriſtus , vt diſcipuli tollantur à Mundo , ſicque ab iniuriâ & perſequutione hominum mundanorum eximantur ? Vt maius illis donum impetraret: nimirum, vt pati malos homines poſſent , & multorum ſalutem quærere.

Vt ſerues eos à malo. Non à tribulationibus & 1641.
aduerſitatibus, quæ non ſunt malæ niſi malè accipientibus. *Non dicit* , inquit hîc Caietanus , *vt ſerues eos à tribulationibus, ab odiis, à perſequutionibus; ſed à malo : hoc eſt, vt ſerues eos, ne aliquid proueniat eis in malum, ne cedat in malum ; diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, & nulla tribulatio cedit in eorum malum , quod eſt malum æternæ ſeparationis à Deo.*

Vt ſerues eos à malo. Cur non explicat , de quo malo loquatur? Græcè eſt , ἐκ τοῦ πονηροῦ. *ab illo malo.* quod ſcilicet per ſe malum eſt , *peccato* nempè (vt ille ait) *& diabolo peccati authore.* Afflictio, tribulatio, iniuriæ, calumniæ, & cætera, quæ mala dicuntur, verè mala non ſunt; quin bona, ſi vti ſcias, & ſalutaria: nam, *præter peccatum , rationali creaturæ nihil poteſt nocere*, inquit Rupertus.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XVIII. IOANNIS.

Verſ. 1.

HÆc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius.

Hæc cùm dixiſſet. *Arab. Dixit hæc.*
Egreſſus. *Arab. Et egreſſus.*
Torrentem. *Syr. Vadum.*
Cedron. *Arab. Cedri. Fr. Luc. Cedrorum. Mar. Tenebroſum.*
Vbi erat. *Arab. Erat autem ibi.*
In quem. *Arab. Quem.*
Introiuit. *Arab. Intrauit. Euth. Ingreſſus eſt.*

Verſ. 2.

Sciebat autem & Iudas , qui tradebat eum , locum; quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

Sciebat autem. *Arab. Et ſciebat. Pagn. Nouerat autem.*
Et Iudas , qui tradebat eum. *Syr. Iudas ille proditor. Pagn. Et Iudas qui prodebat eum. Vat. Et Iudas proditor eius.*
Locum. *Arab. Locum illum. Goth. Ipſum locum.*
Quia. *Theoph. Quòd.*
Frequenter. *Syr. Sæpiſſimè. Arab. Multoties. Theoph. Sæpè.*
Conuenerat. *Euth. Conueniret. Theoph. Conueniſſet.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 3.

Iudas ergo, cùm accepiſſet cohortem, & à pontificibus, & Phariſæis miniſtros: venit illuc cum laternis, & facibus & armis.

Iudas ergo. *Syr. Ille ergo Iudas. Orig. Nam Iudas.* vel: *Quocirca tunc Iudas.*
Cùm accepiſſet. *Syr. Aſſumpſit. Ar. M. Accipiens.*
Cohortem. *Syr. Cateruam.*
Et à pontificibus. *Syr. Et à principibus ſacerdotum. Arab. A ſummis ſacerdotum. S. Aug. Et à principibus. Ar. M. Ex principibus ſacerdotum.*
Miniſtros. *Syr. Aſſumpſit miniſtros. Arab. Et miniſtros.*
Venit. *Syr. Vénitque.*
Laternis. *Caiet. Lucernis.*

Verſ. 4.

Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit & dixit eis: Quem quæritis?

Ieſus itaque ſciens. *Syr. Ieſus verò cùm ſciret. Orig. Vbi ſciens Ieſus.*
Omnia, quæ. *Euth. Vniuerſa quæ. Orig. Quæ.*
Ventura erant ſuper eum. *Syr. Obuentura ei. Orig. Superuentura ei.*
Proceſſit & dixit. *Syr. Exiit & dixit. Goth. Proceſſit & venit & dixit. Orig. Procedens foras dixit. Ar. M. Exiens dixit. Fr. Luc. Egreſſus dixit.*
Quem. *Goth. Quid.*

Verſ. 5.

Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipſis.

Reſponderunt ei. *Syr. Dicunt ei. Orig. At illi dixerunt.*
Dicit eis Ieſus. *Orig. Et dixit eis.*
Stabat autem. *Arab. Erat autem ſtans.*
Qui tradebat eum. *Arab. Proditor. S. Aug. Qui tradidit eum. Pagn. Qui prodebat eum.*

Verſ. 6.

Vt ergo dixit eis; Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.

Vt ergo dixit eis. *Syr. Cùmque dixiſſet eis Ieſus. S. Aug. Audita voce.*
Abierunt retrorſum. *Arab. Reuerſi ſunt retro ſe. S. Ambr. Redeuntes retrò. S. Aug. Abierunt proſtrati in faciem. Orig. Et abierunt. Ar. M. Abierunt in ea, quæ poſt.*
In terram. *Orig. Retrorsùm. Ar. M. Humi.*

Verſ. 7.

Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt Ieſum Nazarenum.

Iterum ergo. *Syr. Et iterum.*
Eos. *Syr. Eos Ieſus.*
Quem. *Arab. Quis eſt, quem.*
Illi autem. *Theoph. At illi.*

Verſ. 8.

Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire.

Dixi. *Arab. Iam dixi.*
Si ergo. *Syr. Quòd ſi.*

Verſ. 9.

Vt impleretur ſermo, quem dixit: Quia, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

Impleretur. *Euth. Comleretur.*
Non perdidi ex eis quenquam. *Syr. Ex iis ne vnum quidem perdidi. Arab. Non peribit ex eis vllus.*

Verſ. 10.

Simon ergo, Petrus habens gladium, eduxit eum; & percuſſit pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dexteram: erat autem nomen ſeruo Malchus.

Simon ergo Petrus. *Syr. Simon ergo Petrus. Arab. Et erat cum Simone Petro.*
Gladium. *Syr. Gladius.*
Eduxit. *Syr. Diſtrinxit. Arab. Et nudauit. Euth. Exeruit.*
Pontificis. *Syr. Principis ſacerdotum. Arab Summi ſacerdotum.*
Abſcidit. *Syr. Abſtulit. Euth. Amputauit.*
Seruũ. *Syr. Serui.*

Verſ. 11.

Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam: calicem, quem dedit

Dixit ergo. *Syr. At dixit.*
Ieſus Petro: *Arab. Ieſus Simoni Petro. Tert. Ieſus.*
Mitte. *Arnob. Reconde. Vat. Immitte. Ar. Mont. Inijce.*
Gladium tuum. *S. Aug. Gladium.*
Vaginam. *Arab. Vaginam ſuam. Arnob. Thecâ ſua.*
Calicem, quem. *Pagn. Poculum quod.*

mihi

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

mihi Pater, non bibam illum?

Pater. *S. Hil. Pater meus.*
Noo bibam illum. *Arab, Non vis vt bibam illum. Pagn. An non bibam.*

Verſ. 12.

Cohors ergo, & tribunus, & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.

Cohors ergo. *Syr. Tanc caterua. Arab. Cohors autem.*
Tribunus. *Syr. Chiliarcha. Fr. Luc. Præfectus mille.*
Miniſtri Iudæorum. *Arab. Miniſtri qai erant Iudæis.*
Ligauerunt. *Syr. Vinxerunt.*

Verſ. 13.

Et adduxerunt eum ad Annam primùm: erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

Adduxerunt. *Euth. Duxerunt. Vat. Adduxerunt.*
Ad Anoam primùm. *S. Cyr. In domum principis ſacerdotum.*
Erat enim ſocer. *Syr. Quippe qui ſocer eſſet. Arab. Qui erat ſocer.*
Pontifex. *Syr. Summus ſacerdes. Arab. Summus ſacerdotam. Ar. M. Princeps ſacerdotum.*
Anni illius. *Arab. In illo anao. S. Cyrill. ap. Mar. Anni illius miſerunt autem eum ligatum ad Caipham pontificem.*

Verſ. 14.

Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudæis: Quia expedit, vnum hominem mori pro populo.

Qui conſilium dederat. *Theoph. Is qui conſilium dederat. Ar. M Ille conſulens.*
Expedit. *Arab. Bonum erat.*
Hominem. *Syr. Virum.*
Mori. *Vat. Perire.*

Verſ. 15.

Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis.

Sequebatur autem Ieſum. *Syr. Veniebat autem poſt Ieſum.*
Alius diſcipulus. *Syr. Vnus ex diſcipulis aliis.*
Diſcipulus autem ille. *Syr. Diſcipulum aatem illam. Arab. Es diſcipalum illam. Ar. M. At diſcipulus ille.*
Erat ootus pootifici. *Syr. Cognoſcebat princeps ſacerdotum. Arab. Summus ſacerdotum cognoſcebat.*
Introiuit. *Syr. Introiit vna, Ar. M. Simul introiuit.*
Artium ponrificis. *Syr. Atrium. Arab. Atriam ſummi ſacerdotum. Ar. M. Atrium principis ſacerdotam.*

Verſ. 16.

Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum.

Petrus aorem. *Arab. Simon aatem. Euth. Petrus verò. Ar. M. At Petrus.*
Srabat. *Arab. Erat Stans.*
Exiuir ergo. *Theoph. Exiuit aatem.*
Alius. *Theoph. Ille alter. Fr. Luc. Alius ille.*
Qui erat notus. *Syr. Quem Cognoſcebat.*
Pontifici. *Syr. Princeps ſacerdotum. Arab. Summus ſacerdotum. Ar. M. Priacipi ſacerdotum.*
Oſtiariæ. *Syr. Cuſtodi porta.*
Petrum. *Syr. Simonem. Arab. Simoaem Petrum.*

Verſ. 17.

Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum.

Dicir ergo. *Syr. Dixit autem. Arab. Et dixit.*
Petro. *Syr. Ipſi Simoni. Arab. Simoni Petro.*
Ancilla. *Syr. Adoleſcentula.*
Nunquid. *Arab. Non. Pagn. Num. Fr. Luc. Nonne.*
Hominis iſtius. *Arab. Huius viri.*
Dicit ille. *Syr. Dicit ei. Arab. Et dixit ei.*
Non ſum. *Syr. Minimè. Arab. Non.*

Verſ. 18.

Stabant autem ſerui, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe.

Stabaot autem. *Arab. Et Stantes.*
Ad prunas. *Syr. Et componebant ignem. Arab. Accendebant ignem. Euth. Qui pruaas accenderant. Theoph. Qui prunas. Congeſſerant. Caiet. Prunis congeſtis.*
Frigus. *Arab. Nox frigida.*
Et calefaciebant. *Arab. Vt calfacerent.*
Et Petrus. *Arab. Simon etiam.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 19.

Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrinâ eius.

Pontifex ergo. *Syr. Princeps autem ſacerdotum. Arab. Summus igitur ſacerdotum.*

Verſ. 20.

Reſpondit ei Ieſus: Ego palàm loquutus ſum Mundo: ego ſemper docui in ſynagogâ, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt; & in occulto loquutus ſum nihil.

Reſpoodit. *Syr. Et dixit. Al. Reſpondit autem.*
Mundo. *Syr. Ad populum.*
Iu ſynagogâ & in templo. *Arab. In templo & in ſynagogâ.*
Quò. *Arab. Vbi.*
Omnes Iudæi. *Ar. M. Vndique Iudæi. Fr. Luc. Semper Iudæi.*
Conueniunt. *Arab. Congregantur.*
Loqoutus ſum nihil. *Arab. Non ſum loquutus quicquam.*

Verſ. 21.

Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid loquutus ſum ipſis: ecce hi ſciunt, quæ dixerim ego.

Eos qui audierunt. *Ar. M. Audientes.*
Loquutus ſum. *Syr. Colloquutus ſim. Goth. Loquutus ſim.*
Ecce hi. *Arab. Et ipſi.*
Quæ. *Syr. Quæcumque. Quidd. Codd. Quid.*
Dixerim ego. *Syr. Dixerim.*

Verſ. 22.

Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici?

Hæc. *Arab. Hoc.*
Cùm dixiſſet. *Ar. M. Eo dicente.*
Aſſiſtens miniſtrorum. *Syr. Ex miniſtris, qui adſtabant. Arab. Ex miniſtris erat ſtans. Goth. De aſſiſtentibus miniſtris.*
Dedit alapam. *Syr. Percuſſit maxillam. Arab. Et dedit alapam. Vat. Inflegit alapam.*
Ieſu. *Syr. Ipſius Ieſu.*
Sic. *Syr. Itáne. Pagn. Siccine.*
Reſpondens. *Syr. Das reſponſum.*
Pootifici. *Syr. Principi ſacerdotum. Arab. Summo ſacerdotum.*

Verſ. 23.

Reſpondit ei Ieſus: ſi malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè, quid me cædis?

Reſpondit. *Arab. Reſpondit autem.*
Ei Ieſus. *Syr. Ieſus & dixit ei.*
Malè. *Arab. Malum.*
Teſtimonium perhibe. *Euth. Profer teſtimonium. S. Petr. Dam. Exprobra. Theoph. Teſtare. Vat. Teſtificare.*
Si autem bene. *Arab. Et ſi fuit bonum. Theoph. Sin benè. Ar. M. Si autem pulchrè.*
Quid. *Arab. Quare Theoph. Cur.*
Cædis. *Arab. Percutis.*

Verſ. 24.

Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.

Miſit. *MSS. Emiſit.*
Eum. *Syr. Ieſum.*
Ligatum. *Pagn. Vinctum.*
Pontificem. *Syr. Summum Sacerdotem. Arab. Summum ſacerdotum.*

Verſ. 25.

Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe: dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non ſum.

Dixerunt ergo. *Syr. Et dicunt.*
Nunquid. *Euth. Num. Fr. Luc. Nónne.*
Et tu. *Syr. Et tu vnus. Arab. Tu.*
Negauit. *Syr. At negauit. Arab. Et negauit. Euth. Negauit ergo.*
Non ſum. *Arab. Non ego.*

Verſ. 26.

Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis, cognatus eius, cuius abſcidit Petrus auriculam: Nónne ego te vidi in horto cum illo?

Dicit ei. *Ar. M. Dicit.*
Pontificis. *Syr. Summi ſacerdotis. Arab. Summi ſacerdotum. Ar. M. Principis ſacerdotum.*
Cognatus. *Caiet. Cognatus exiſtens.*
Abſcidit Petrus. *Syr. Simon amputauerat. Arab. Simon Petrus abſciderat.*

Verſ. 27.

Iternm ergo negauit Petrus, & ſtatim

Iterom ergo. *Syr. Et iterum. Arab. Iterum.*
Negauit Petrus. *Syr. Inficiatus eſt Simon. Arab. Negauit Simon Petrus.*

gallus

Vulgata Editio.	Lectionum Varietas.
gallus cantauit.	Statim. *Syr. In eâ ipsâ horâ. Arab. In illomet tempore.* Cantauit. *Syr. Vocem emiſit. Vat. Cecinit.*
Verſ. 28. Adducunt ergo Ieſum à Caiphâ in prætorium. Erat autem mane; & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur; ſed vt manducarent Paſcha.	Adducunt. *Pagn. Ducunt.* A Caiphâ. *Goth. Ad Caipham.* Et ipſi. *Syr. Et ipſi.* In prætorium. *Euth. Ad prætorium.* Vt non contaminarentur. *Syr. Ne pollueręntur.* Sed vt manducarent. *Syr. Priuſquàm comediſſent. Arab. Antequàm manducarent. Theoph. Sed vt ederent.*
Verſ. 29. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem affertis, aduersùs hominem hunc?	Exiuit ergo. *Arab. Exiuit autem.* Eos foras. *Euth. Eos.* Dixit. *Arab. Dixit eis.* Quam accuſationem. *Arab. Quæ accuſatio eſt vobis, quam.* Affertis. *Syr. Habetis. Arab. Afferatis.* Hominem. *Syr. Virum.*
Verſ. 30. Reſponderunt & dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.	Hic malefactor. *Theoph. Hic nocens. Caiet. Malefactor. Fr. Luc. Hic maleficus.* Non tibi. *Syr. Ne tibi quidem. Pagn. Haud quaquam tibi. Ar. M. Non vtique tibi.*
Verſ. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundùm legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet, interficere quemquam.	Dixit ergo. *Syr. Dixit. Arab. Dixit autem.* Accipite. *Euth. Sumite.* Legem veſtram. *Arab. Illud, quod eſt in lege veſtrâ.* Eum. *Arab. Contra eum.* Dixerunt ergo ei. *Syr. Dicunt.* Interficere. *Arab. Occidere.*
Verſ. 32. Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit, ſignificans, quâ morte eſſet moriturus.	Sermo Ieſu. *Syr. Sermo.* Impleretur. *Euth. Compleretur.* Dixit. *Syr. Dixerat Ieſus. Arab. Nunciauerat.* Significans. *Syr. Quum patefaceret. Arab.* omittit. Eſſet moriturus. *Arab. Moreretur.*
Verſ. 33. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei: Tu es Rex Iudæorum?	Introiuit ergo. *Syr. Introiuit autem. S. Aug. Introiuit. Euth. Ingreſſus eſt ergo.* Tu. *Syr. Tune.* Rex. *Theoph. Ille rex.*
Verſ. 34. Reſpondit Ieſus: A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?	Reſpondit. *Syr. Dixit ei.* Hoc dicis. *Arab. Dixiſti hoc. Ar. M. Tu hoc dicis.* Dixerunt. *Arab. Narrauerunt illud.*
Verſ. 35. Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti?	Reſpondit. *Syr. Dixit ei.* Nunquid. *Pagn. Num. Quidd. ap. Mar. Nil.* Ego Iudæus ſum. *Quidd. ap. Mar. Curo de veſtris legibus.* Gens tua. *Syr. Filij gentis tuæ. Arab. Sed gens tua.* Pontifices. *Syr. Principes ſacerdotum. Arab. Summi ſacerdotum.* Quid. *Arab. Quid ergo.*
Verſ. 36. Reſpondit Ieſus: Regnum meum non eſt de hoc Mundo: ſi ex hoc Mundo eſſet Regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem Regnum meum non eſt hinc.	Reſpondit. *Syr. Dixit ei.* De hoc Mundo. *Syr. Ex hoc Mundo. S. Cypr. De iſto ſæculo.* Si ex hoc Mundo. *Arab. Et ſi de hoc Mundo. S. Cypr. Si de iſto ſæculo.* Vtique decertarent. *Arab. Decertarent. S. Cypr. Turbarent. Vat. Vtique decertaſſent. Orig. Laborarent.* Hinc. *S. Hil. De hoc ſæculo. S. Ambr. De hoc Mundo.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 37.

Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu. Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quia Rex ſum ego: ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati: omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

Dixit itaque ei. *Syr. Dixit ei. S.Cypr. Dixit.*
Ergo rex. *Arab. Nunquid ergo rex. Euth. Num itaque rex.*
Es tu. *Syr. Es.*
Reſpondit. *Syr. Dixit ei.*
Dicis. *Arab. Dixiſti.*
Sum ego. *Arab. Sum.*
Ego in hoc. *Arab. Et ego in hoc. Theoph. Ego ad hoc.*
Et ad hoc. *S.Cypr. Et in hoc.*
Mundum. *S.Cypr. Sæculum.*
Teſtimonium perhibeam. *Pagn. Teſtimonium feram. Vat. Teſter.*
Veritati. *Syr. De veritate.*
Omnis qui eſt. *Syr. Quiſquis eſt. Ar. M. Omnis exiſtens.*
Ex veritate. *Mar. Amicus veritatis.*

Verſ. 38.

Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cùm hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo cauſam.

Quid. *Arab. Et quid.*
Et cùm hoc dixiſſet. *Arab. Dixit autem hoc. S. Aug. Sed cùm hoc dixiſſet. Ar. M. Et hoc dicens.*
Iterum. *Arab. Et iterum.*
Exiuit. *Pagn. Prodiit.*
Dixit eis. *Arab. Dixit.*
Nullam. *Syr. Ne vnam quidem. Arab. Non aliquam. Fr.Luc. Nullum.*
In eo. *Arab. Aduersùs eum.*
Cauſam. *Vat. Culpam. Fr.Luc. Crimen.*

Verſ. 39.

Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſchâ: vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum?

Conſuetudo. *Syr. Moris.*
Dimittam. *Euth. Abſoluam.*
Vultis. *Theoph. Vultis ne.*
Dimittam. *Euth. Abſoluam.*
Regem. *Syr. Hunc Regem. Pagn. Illum Regem.*

Verſ. 40.

Clamauerunt ergo rursùm omnes dicentes: Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

Clamauerunt ergo. *Syr. At clamauerunt. Theoph. Clamauerunt. Fr. Luc. Magnum ergo & deformem clamorem ediderunt.*
Ruſum omnes. *Syr. Omnes. Arab. Ipſi.*
Non hunc. *Arab. Ne dimittas hunc.*
Barabbas. *Syr. Iſte Barabbas.*

CAPVT XVIII.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Torrentem Cedron tranſire cur voluerit Chriſtus. 1643
Quod Maria ſit, in Chriſtum tranſit. 1643
Ab horto cur paſſionem Chriſtus inchoauerit. 1644
Mali toti in exteriora feruntur, animâ neglectâ. 1644
Quanti referat quâ mente quis Dei verba excipiat. 1645
Chriſti iudicis facies quàm malis terribilis. 1646
Cœli aſpectus quàm vtilis. 1646
Impiorum caſus erigere bonos debet. 1647
Retrorſum cur ceciderint, qui Chriſtum comprehendere volebant. 1647

Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit.

EGRESSVS *eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentem* 1643.
Cedron. De torrente Cedron hæc habet Marcus Vigetius in ſuo Decachor. Chor. 6. *Cedron, triſtis mœror, interpretatur. Qui mox vſque ad mortem triſtis futurus erat, ac triſtitia nimietate de torrente fluentiſſimo vitæ mortalis tranſiturus, tranſire non incondite voluit torrentem Cedron; vt per torrentis naturam, fluxum noſtræ mortalitatis rapidiſſimum; & per Cedron nomen, ſuarum triſtitiarum inundantiam declararet. Hic torrens vallem Ioſaphat inter appendices montis Sion & montis Oliueti poſitam præterlabitur, in quam iudicaturus adducet omnes gentes. Scribit Lucas: In montem Oliuarum, vt ſuper quo monte ſedens laturus eſt de genere humano ſententiam, pro omnium hominum ſalute oraret ad Patrem; & illic caperetur & ligaretur pro fratribus in formam ſerui, vbi ingratos fratres traditurus eſt tortoribus in formam Regis.*

Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis. Non legimos hoſpitem

hoſpitem cum eò egreſſum: quod pietatis non egreditur limites, ſi verum, quod aliqui tradunt, domi cum Dei Matre remanſiſſe. In Chriſtum cultus & obſequium reſilit, quod Matri præſtatur. Vigerius Chordâ 7. cap. 65. *Egreſſus eſt ciuitatem cum diſcipulis ſuis vndecim Apoſtolis, qui cum illo cœnauerant. Matrem remanentem apud hoſpitem, vt intelligamus, dicit Ioannes, Dominum egreſſum cum diſcipulis ſuis. Non illum ſequutus eſt hoſpes, quantumlibet amicus fuerit, fortè ne magiſtri Matrem mœſtam relinquere videretur.*

1644. Introiuit in hortum, qui animarum erat paradiſus. Ab horto paſſionem inchoat, paſſione ſuâ amœniſſimum hortum redditurus animas, quas ſuo ſanguine irrigauerit. Marcus Vigerius in ſuo Decachor. chor. 7. *Primus parens noſter in paradiſo deliciarum poſitus, ſe ſuamque progeniem præcipitauit, quando ſuaſu draconis à Deo creatore ſuo auerſus eſt. Reparator noſter noſtræ reparationis initium in horto vallis pinguedinis voluit per orationem exordiri; vt, ſicut in paradiſo deliciarum ille ceciderat, ſe Deo ſubtrahens falsâ ſuggeſtione mulieris à ſerpente ſeducta, ita iſte torrente Cedron ſuperato, in horto villa pinguedinis iuris integrâ ratione ſeruatâ, ſe Deo per omnia exhibens obſequentem, ſerpentem elideret; noſque per gratiarum abundantiam in integrum reſtitueret.*

Venit illuc cum laternis & facibus.

V*Enit illuc cum laternis & facibus.* Corporis oculis lumen Iudas admouet, mentis cæcitate laborans. Negligit, quod grauius: quod leuius, curat. Hæc malorum conſignatio: toti in exteriora feruntur: eorum, quæ ad animam ſpectant, nullâ curâ tanguntur. Laternis & facibus vtitur, iuſtitiæ vt Solem comprehendat. Laternis vtitur, vt lumen contra ventum tueatur. Lumen defendit, non ſe: à vento lumen eximit, vitiorum ſe vento infelix exponit.

1645. Veniunt cum laternis & facibus, intus verâ luce carentes, ſolis tenebris inuoluti. *Venit*, inquit S. Ambroſius in Pſalm. 37. *perſequutorum turba cum laternis; & ideo incluſam in eis lucem videre eorum oculi nequiuerunt. Venit cum facibus, quæ plus habent, in fumo, caliginis, quàm ſplendoris in lumine.*

Ego ſum.

E*Go ſum.* Non quærit ab eis ad quid quærerentur, cùm ſciret ad mortem quæri. *Non interrogat*, inquit hîc Caietanus: *Quid vultis à Ieſu Nazareno? aut: Ad quid quæritis eum? ſed, ſciens ſe quæri ad mortem, manifeſtat ſeipſum.*

Ego ſum. Audito hoc verbo ſternuntur, non ſecus ac ſi fulmen ore in eos Chriſtus contorſiſſet: Hoc eodem verbo perterritos Apoſtolos ſolatus eſt, & erexit dicens: *Ego ſum.* Vnum idemque verbum malis ad terrorem eſt, bonis ad ſolatium. Tantum refert, quâ mente quis Dei verba excipiat, qualiſque ſit, qui excipit.

Abierunt retrorſum & ceciderunt in terram.

1646. A*Bierunt retrorſum.* Vt caſu ipſo proderent, ſe ideo cecidiſſe, quòd Chriſtum ante ſe ſtantem & loquentem ſuſtinere non potuiſſent; vtque appareret, vnde illa vis veniſſet, à qua deiecti. *Vna vox dicentis: Ego ſum* (inquit S. Auguſtinus tract. 113. in Ioann.) *tantam turbam odiis ferocem, teliſque terribilem ſine telo vllo percuſſit, repulit, ſtrauit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit.*

Abierunt retrorſum. Supinos eos deiecit, vt vel cælum cogerentur aſpicere; cælique aſpectu meliorem mentem ebiberent, nec in cæli Conditorem ſæuirent. *Supinos eos deiecit*, inquit hîc Ferus, *vt vel cælum cogerentur aſpicere, & Deum, qui omnem humanam compaſſionem ex animo eieciſſent*, ſicque ſaltem à cæli conſpectu meliorem mentem elicerent, ſaniúſque ſaperent.

Ad mitis Chriſti vocem ceciderunt retrorſum. Qui ferre iudicandi manſuetudinem non potuere, qui iram ferrent iudicaturi? *Quid facturus eſt*, inquit S. Gregorius lib. 17. Moral. cap. 21. *cùm iudicaturus venerit; qui vnâ voce hoſtes ſuos perculit, etiam quùm iudicandus venit? Quod eſt illud iudicium, quod immortalis exierit, qui in vna voce non potuit ferri moriturus?*

1647. Cadunt impij: ſternuntur illi, non illotum malitia. Improborum caſus erigere formidantes diſcipulos poterat. Bene Vigerius in ſuo Decachor. chor. 6. *Sicut non ſponte retroceſſerant, ita ſternuntur inuiti: ceciderunt enim, Deo illis ſubtrahente ſtandi vigorem. Voluit autem Ieſus verbo ſolo illos repellere & proſtrare, ne diſcipuli formidarent, neue diffiderent, ne magiſtrum ſuum violenter capi putarent; & vt, quod promiſerat, illos ſcilicet abituros abſque iniuriâ, nullámque vim paſſuros, ſine difficultate præſtaret. Interrogat ſecundò, vt eorum voce illos fateri compellat, quod ipſe decernere conſtituerat, quando dixit: ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire. Si, non conditionis nota eſt hoc loci; ſed cauſalis pro, quia, debet intelligi, quaſi dicat: Ergo, quia me quæritis, me eſtote contenti. Non niſi me volente ſurrexiſtis: non niſi me volente aduerſum me veniſtis. Quia ergo me capere vultis; volo & ego: ſinite hos abire.*

Retrorſum cecidere ad Chriſti verba: cur non in faciem potiùs? Quia voluit ita Ieſus, vt certiùs clariúſque cognoſceretur, eam virtutem à ſe profectam, non aliunde: ſi enim antrorſum acti, proni cecidiſſent in terram, ab alio, quàm à Ieſu, ea vis egreſſa videri potuiſſet.

SECTIO II.

Comprehendi diſcipulos cur Chriſtus noluerit cùm ipſe comprehenderetur. 1648
Chriſti paſſio noſtra fortitudo. 1649
Quanta crudelitate fuerit Chriſtus comprehenſus à Iudæis. 1649
A ſuî laude Chriſti imitator abſtinet quantùm poteſt. 1650
Sexus melior meliori nocentior, quò blandior. 1650
Petri lapſus expenditur. 1651
Qui cum malis ſtat lapſui vicinior eſt quàm ſtationi 1651
Bonorum conſuetudo minimè deſerenda. 1652
Proprias iniurias nemo vindicet. 1652
Iniuria beneficiis reſpondendum. 1653
Mali aliorum bona conantur ſupprimere. 1654
Sacerdotes etiam mali honorandi. 1654

Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.

1648. N*On enim expediebat, eos comprehendi ac necari; quia, ſi negantes morerentur, fuiſſent*

damnati. Inſuper non expediebat, vt deinceps poſſent Euangelium per Orbem vniuerſum prædicare. Sed cur noluit, aliquem ex ſuis ſecum obire? Salmeron tom. 10. tract. 16. *Noluit alios mori ſecum, ne quis valeat cogitare, Chriſti mortem ac redemptionem ſolam minimè ſufficere.*

Non perdidi ex eis quenquam.

1649. NOn perdidi ex eis quenquam. Perdidiſſet autem, ſi cum eo fuiſſent comprehenſi. Nuda comprehenſio non erat ad animæ interitum: ſed fuiſſet, ſi, à malis comprehenſi, inter malos vixiſſent; & quia nimio pauore correpti magiſtrum negaſſent. *Hæc verba*, inquit hîc Caietanus; *Euangeliſta non applicat ad comprehenſionem corporis, ſed ad interitum animæ, qui ſubſequutus fuiſſet, ſi diſcipuli comprehenſi fuiſſent: nam omnes tanto timore perculſi ſunt, quòd fugerunt: & negatio Petri teſtatur, quid alij diſcipuli feciſſent, ſi tunc comprehenſi fuiſſent. Quia itaque comprehenſio illa ad interitum animarum fuiſſet, ideo Euangeliſta dicit, quòd ad implendum ſermonem Ieſu de ſalute animæ, nullus diſcipulorum comprehenſus eſt.*

Non perdidi ex eis quenquam. Atque adeò, ne perderet, noluit eos comprehendi, quia nondum pro eis paſſus fuerat. Vbi paſſionem iam eis obiecit; ſinit eos capi & ligari, vt Chriſtu referrent, quod acceperant à Chriſto. Hinc illud Philippi Abb. Epiſt. 14. *Vt ſermo, quem de illis non perdendis dixerat, impleretur, refrenato perſequutore illorum quiſpiam non tenetur: ſed pro ſaluandis illis prior elegit ipſe mori, vt, poſtmodum facti fortes, idem referant Saluatori.*

Comprehenderunt Ieſum.

COmprehenderunt Ieſum. Quantâ ſæuitia & crudelitate id præſtiterint, explicat à Deo docta B. Veronica, de quâ hæc habet Iſidorus de Iſolanis in eius Vitâ cap. 15. lib. 4. *Saluatoris comprehenſionem hoc modo ſe animaduertiſſe Veronica aſſerit: Videbantur Iudæi eorúmque impia turba nimis lupi fameſcentes, quando in agnum irruerunt. Ieſum ad terram primò deiecerunt, pugnis faciem eius omnéque corpus percutientes. Tum catenam ferream collo Diuino impoſuerunt, trahentes eum; omnéſque Ieſu ſtanti inſultabant. Eaſium deinde parte, quam manu tenent, percutiebant Ieſum, dum traheretur; ac lapidibus atterebant, donec ad torrentem Cedron venerunt, vbi, præcipitem illum in torrentem dantes, catenâ diu traxere vocibus impiis acclamantes.*

Et alius diſcipulus: diſcipulus autem ille erat notus pontifici.

1650. ET alius diſcipulus. Quis alius? Ille, qui hæc ſcripſit. Sed cur nomen ſuum ſupprimit? *Cùm enim*, inquit S. Chryſoſtomus hom. 82. in Ioann. *ſupra pectus Ieſu recumberet, meritò ſe ſilentio præteriit: ſed quâ gratiâ in hoc loco? Eâdem ipsâ: nam & hîc quoque ſe laudat, quòd, aliis diffugientibus, ipſe ſequeretur: ideo & ſuum nomen ſilet, & Petrum ſibi præponit. Et ſuî meminiſſe tamen coactus eſt, vt intelligas, eum diligentiùs, quæ in aulâ principis facta ſunt, enarrare.* Vbique qui verus Chriſti ſeruus & imitator eſt ſe modeſtè demittit, & à ſuî commendatione, quantum poteſt, abſtinet.

Diſcipulus autem ille erat notus pontifici. Vide, vt extenuet ſeipſum. Ne quis fortitudini adſcriberet, quòd in principis aulam intrauerit, adiicit ſe notum fuiſſe pontifici, ac ſi modeſtè diceret: Non tam animi conſtantiâ intraui, vtque magiſtro opem ferrem, excuſarémque cum coram pontifice, quàm quia pontifici notus eram; vt notitiæ & familiaritatis res ſit, non tam fortitudinis.

Nunquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius.

HÆc verba, ancillam iſtam ex compaſſione dixiſſe aliqui arbitrantur: *Fieri poteſt*, inquit hîc Ferus, *vt ancilla hæc Petrum ex compaſſione alloquuta ſit, quaſi admonens, vt ſi diſcipulus Ieſu eſſet, citiùs abſcederet:* Quòd ſi tantum nocuit compatiens, quid feciſſet ſæuiens? niſi quod ſexus mollior, meliori nocentior eſt, quò eſt blandior.

Non ſum.

PEtri lapſum ancillâ, eâque oſtiariâ tentatrice ſic expendit S. Gregorius lib. 17. Moral. cap. 19. 1651.
Scimus, quòd ille Apoſtolorum, id eſt Cælorum primus, ante acceptam huius Spiritûs gratiam, quoties dum mors timuit, vitam negauit: qui non pœnis, non afflictionibus, non terribili poteſtate cuiuſquam, ſed vnius mancipij ſolâ eſt interrogatione proſtratus: & quidem mancipium, ne ſexus firmior terribile demonſtraret, ancillâ eſt inquirente tentatus. Rurſuſque vt talis ſexûs infirmitas etiam officij ſui deiectione vileſceret, non ab ancillâ tantummodò, ſed ab oſtiariâ eſt ancillâ requiſitus. Ecce quàm vilis eſt ad tentandum perſona requiſita, vt apertè proderetur, quanta eum timoris infirmitas poſſideret, qui nec ante vocem oſtiariæ ancillæ ſubſiſteret.

Erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe.

ERat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Non benè tibi cum tam malis, Petre erit. Stabat Petrus cum miniſtris: verè non ſtabat cum talibus miniſtris. Stans cum malis, lapſui eſt vicinior, quàm ſtationi. Quinam prælati Petro in hac re ſint pares, explicat his verbis Rupertus hîc: *Frigus erat, vt interdum circa vernum æquinoctium fieri ſolet; & frigeſcens negator Petrus frigidorum homicidarum & inimicorum Chriſti foco fouebatur. Tali vtique Petro comparandos arbitramur eiuſdem Petri vicarios ſacerdotes vel Pontifices ſummos, quoties peccatorum diuitiis aſſidentes, auidè delectantur, gladio Verbi Dei recondito, illud obliti, quod ait Pſalmiſta: Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Putant enim ſe quaſi Petrum, qualis fuit in auditorio Neronis, fortes claucularios Cæli, ſuoque arbitrio Regnum Cælorum claudi vel aperiri: quum munera accipientes, & propter illa veritatem reticentes, tali Petro potiùs ſimiles ſunt, qualis, apud iſtas reſidens prunas, vitam perdidit, quia vitæ authorem negauit.*

Petrum ad ignem cum ſatanæ miniſtris ſe calefacientem acutè perſtringit B. Laurentius Iuſtinianus, cuius verba in noſtram quoque cautionem hîc implanto; & ſunt iſta, quæ adiicio: *Dominum ignarus ſuî, paſſione timidus, & frigidus charitate, ſolo corpore ſequebatur: ſi enim dilectione ferbuiſſet, ad ignem minimè acceſſiſſet. Exteriorem vtique quærebat, qui amoris calore tepebat; de illo namque ſic legitur: Accenſo autem igne in medio atrij, ſedebat* 1652.

cum

cum miniſtris in medio eorum,vt videret finem. Deteriorauerat vehementiſſimè Petrus, & ab Apoſtolatus plurimùm degenerauerat dignitate. Porrò Dei Filij vſus fuerat contubernio, atque ſapientiæ audierat verba;& nunc(proh dolor!)ſceleratorum hominum reſidebat in medio, & illorum potiſſimùm, qui Dominum ipſius tenuerant,ligauerant, atque percuſſerant: tales equidem obſcœna ſemper & impudica conſueuerant proferre eloquia. Vnde tanta, ô Petre, mutatio, támque tibi repentina defectio contingit? Paulò ante cum ſenatoribus Cæli,terræque principibus præſente Verbo,habitare ſolebas;& nunc cum viliſſimis reſides & indignis? Tuas prius Diuinis eloquiis accommodabas aures, in præſentiarum autem nugis, obtrectationibus, blaſphemiis? quæ occini & illis poſſunt,qui,relictâ bonorum conſuetudine, ſe ad malos transferunt,cum malis conuerſantur.

Vnus aßiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens: ſic reſpondes pontifici?

V*Nus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu.* Ferre à ſeruo tantam contumeliam potuit omnium Dominus? Potuit & voluit,vt ferendam doceret. Alapis cæditur, qui tribus digitis terrarum Orbem ſuſtinet? Qui cohibuit immitis maris fluctus,poterat & iniqui manum coërcere: ſed in omnis patientiæ exemplum patienter tulit. Cùm rex Ieroboam(3.Reg.13.4.) in prophetam, qui eum liberè redarguebat, extenderet in vindictam manum, vt innueret, apprehendendum eſſe prophetam, *exaruit manus eius, quam extenderat contra eum:* cur & hîc miniſtri huius manus non exaruit,quam impiè in Chriſtum exerebat? *Quando* (ait S. Chryſoſt.hom.) *alapis ipſe cædebatur, nihil mali ei,qui alapas impingebat,offerebat: quando autem ſeruus iniuriam paſſurus erat, regem puniuit; vt eo doceat ea quidem, quæ Dei ſunt, vindicare; quæ verò propria ſunt,prætermittere.*

1653. *Dedit alapam Ieſu.* Manu ſcilicet ferro veſtitâ (ſicuti aliqui putant)vt grauior ictus fuerit, percuſſio maior. Manu ferreâ Ieſum percuſſit miniſter,qui cor ferreum geſtabat. Iſidorus de Iſolanis in Vitâ B. Veronicæ lib.4.cap. 16. *Aſſeruit Veronica,virum,qui in faciem percuſſit Chriſtum, manum habuiſſe tectam chirothecâ ferreâ, fuiſſeque eam percuſſionem ſæuiorem;ita vt ſanguis ſtillaret,deſcenderetque in barbam ac collum Saluatoris.*

Seruus iſte, qui in Chriſti faciem alapam impegit,Malchus fuit,vt aliqui opinantur: cui, cùm abſciſſa à Petro auricula fuiſſet,à Chriſto reſtituta eſt. Beneficij autem immemor,gratiarum actionis loco alapam intulit, & inſigni beneficio inſigni contumeliâ reſpondet & iniuriâ. O vtinam pares nos non haberet!

1654. *Sic reſpondes pontifici?* Gratiam pontificis, Chriſti percuſſione inire ſtudet ſeruus, adulationis mancipium, ſi Malchus fuit. Quæri poteſt, cur non adiecerit: Quare abſcidit auriculam mihi vnus è diſcipulis tuis? An non dixit, ne reſtitutæ auriculæ miraculum innoteſceret? An quia ſuperbus,erubeſcebat ſe percuſſum?

Sic reſpondes pontifici? Poterat pontificis vitia carpere & iuſtè iniuſta eius facta damnare: nihil tamen de illo dixit,nihil in illum: tantùm ſe purgauit, vt exemplo ſuo doceret ſacerdotes, etiam malos,honorandos. *Dominus in Euangelio* (verba ſunt Cypriani Epiſt. 69.) *cùm ei dictum eſſet: ſic reſpondes pontifici? cuſtodiens & docens, ſacerdotalem honorem ſeruari oportere, contra pontificem nihil dixit: ſed innocentiam ſuam tantummodò purgans reſpondit, dicens: ſi malè loquutus ſum, exproba de malo: ſi autem bene, quid me cadis?*

SECTIO III.

Contumelia vitanda. 1655
Cur Chriſtus innocentiam ſuam coram Pontifice defendiſſe legatur. 1655
Ter negare Chriſtum cur Petrus permiſſus. 1655
In malo melius ſtabilire peccatores ſtudet diabolus. 1656
Maior omni regno, qui terrenum ſcit contemnere. 1657
Regni terreni infirmitas, firmitas Cæleſtis. 1658
Perſtricti,qui,vix ad Deum conuerſi, ad tranſiteria tranſeunt. 1658
Nimius à iudice timor cauendus. 1659
Ægrè iudicum Tribunalia ſubire veritas poteſt. 1659
In aula adulatio omnia eſt. 1659
Iudæorum perfidia expenditur. 1660

Si malè loquutus ſum.

S*I malè loquutus ſum.* Quî malè loqui poteſt, 1655.
qui ipſa bonitas eſt? *Nihil contumelioſè* (inquit S. Cyprianus epiſt. 65.) *loquutus eſt in perſonam pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tuitus eſt, dicens: ſi malè loquutus ſum, exprobra de malo: ſi autem benè, quid me cadis? Docuit enim ſacerdotes veros legitimè ac plenè honorare, dum circa falſos ſacerdotes ipſe talis extitit.*

Si malè loquutus ſum. Mirum qui ad grauiora tacuerat, hîc ſe tuetur? Cur ita? Ne leue aliquod crimen videretur commiſiſſe. Pulchrè rem verſat Simeon iunior Orat. 31. *Dixit danti ſibi alapam: ſi malè loquutus ſum,teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene,quid me cadis? Hoc ille non protulit, vt contradiceret, quod tu exiſtimas: ſed quoniam ipſe omninò peccatum nullum fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Prætereà, ne, qui dixerat: ſic reſpondes pontifici? iuſtè eum,qui peccaſſet, percuſſiſſe putaretur: idcirco,ſe innoxium volens declarare, ſic loquutus eſt. Verùm nos,multis obſtricti criminibus, longiſſimè ab iſtâ innocentiâ diſtamus: nam poſteà Dominus, cùm multa indigniora iſtis excepiſſet, nullum penitùs verbum edidit; quin etiam(quod conſtat) pro crucifixoribus orauit. Ille irriſus non indignatur: & tu moleſtè fers? Ille ſputa,colaphos,flagella patitur: & tu ne verbum quidem aſperum audire poteſt?*

Iterum ergo negauit Petrus.

T*Er negauit Petrus Chriſtum, vt communior & verior opinio fert, Chriſti verbis innixa. Non eſt ſine ratione hîc numerus. *Petrus*, inquit Salmeron tom.9.tract.44. *ter videtur peccaſſe. Primò,quòd Chriſto & prophetiæ, quam adduxit,nempe illi: Percutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis; fidem non habuit. Deinde, quia ſeipſum aliis Apoſtolis prætulit. Poſtremò, quòd ſuis, & non Diuinis nixus fuit viribus;vt propterea dignus fuerit, qui præ cæteris à Domino cadere permitteretur.*

Non contentus diabolus ſemel à diſcipulo ne- 1656.
gatum magiſtrum,ad trinam negationem traxit,vt in malo meliùs illum ſtabiliret, & magis faceret ſuum. *O inſatiabilis diaboli liuor*, inquit B. Laurentius Iuſtinianus de Triumph. Chriſti agone cap.8.

ô virtus

ô virtus ſemper diſcerpens, nonne ad perditionem ſufficis prima negatio? An ignoras, quia vnico peccati conſenſu tua quiſque ſubiicitur poteſtati? ſatis tibi ſit, quòd Deum negauit ſemel. Noli eum tentare amplius, ne duobus criminibus obnoxius fiat. Parce imbecillitati, parce timori, ſi tamen potes. Scio autem, quòd minimè vales: implacabilis es, & ab omni humanitate extraneus.

Si non eſſet hic malefactor?

S*I non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Nullum malum fecit, qui dicitur malefactor. *Verſuti cauillatores* (inquit Marcus Vigerius in ſuo Decachor. chor. 7.) *ſi malefactor eſt, cur eius malefacta illum accuſando non dicitis? Cur per nominum vmbras, & ſancta nomina iuſtum opprimere conamini? Non eſt Romani præſidis, nominum ſonis inuolui*

Vocauit Ieſum, & dixit ei.

1657. INterrogat Pilatus Ieſum. Proh mirum! *Vix Cherubim* (inquit S. Proclus) *aſpicere audebant, & Pilatus interrogabat.* A terreno iudice voluit interrogari, qui tanquam ſupremus iudex omnes eſt interrogaturus, iudicaturus omnes.

Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc Mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent.

R*Egnum meum non eſt de hoc Mundo.* Non ſe Regem negat: aſſerit tantùm ſuum Regnum de hoc Mundo non eſſe; tacitè *erudiens Pilatum* (inquit S. Chryſoſtomus hom. 83.) *& ad altiora erigens*; bonum ſcilicet pro malo reddens.

Vt alibi tanquam ouis tacuerit, hîc, de regno interrogatus, de hoc mundo ſuum Regnum non eſſe affirmat; vt omnibus manifeſtaret, ſe regium declinare faſtum, & pro nihilo habere regni terreni culmen. Nimirum maior omni eſt regno, qui ſcit regnum contemnere.

1658. *Si ex hoc Mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent.* Regni ſui oſtendit robur ac firmitatem, quòd miniſtris non indiget; ſed ex ſe firmum & ſtabile ſit. Mundana regna hoc habent, vt defenſoribus indigeant. *Præſentis regni infirmitatem*, inquit Theophylactus, *ſignificat, eò quòd à miniſtris habet robur: ſupernum autem ſufficiens eſt, nullo indigens.*

Ergo Rex es tu? Reſpondit Ieſus: Tu dicis.

T*V dicis.* Veritas non negatur, ſed quodam humilitatis & modeſtiæ ornatu veſtitur. *Non negat interrogatus*, inquit S. Hilarius in Pſalm. 2. *nec gloriatur humiliandus ad mortem, cùm non ſit niſi ex reſponſione confeſſio. Itaque neque ſe protulit confeſſionis autorem, neque interrogantis, cognitionis veritatem inuidit.* Veritas & humilitas miſcentur, vt neutra alteri officiat; ſed altera alteram exornet.

Quid eſt veritas? &, cùm hoc dixiſſet, iterum exiuit.

Q*Vid eſt veritas?* Quid ſit veritas requirit Pilatus; ſed non iuxta regulas veritatis; nam, non expectato reſponſo, ad Iudæos egreſſus eſt falſitatis cultores. Rem illis aptat Hugo Victorinus, qui, ad Deum vix conuerſi, ad tranſitoria tranſeunt: ſic ille habet in Alleg. Tilm. hîc: *Fecit quæſtionem, & non expectauit ſolutionem: ſic multi, tranſitorio feruore conuerſi ad Deum, vera bona deſiderare incipiunt, ſed, eâdem mentis mutabilitate iterum ad tranſitoria effuſi affectu, in mentis propoſito non perſiſtunt.*

Quid eſt veritas? Vbi hoc dixit, ſtatim abiit, nec Chriſti reſponſum expectauit. *Per hoc autem*, inquit Liranus, *quòd non expectauit Chriſti reſponſum, ſignificata fuit eius inſtabilitas; quia timore Cæſaris, & fauore Iudæorum à veritate declinauit, dando ſententiam contra Chriſtum. Et ſic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore à veritate iudicij declinantes.* 1659.

Quid eſt veritas? Neſcit quid ſit veritas, qui litigantium cauſas audiebat tanquam iudex, & ſoluebat, ægrè enim tribunalia ſubire veritas poteſt vbi mendacium reſidet; à foris iudicialibus, cauſidicorum aſtutiis, litigantiúmque fraudibus excluditur veritas. Scitè Sanctus Hieronymus. *Quomodo vobis illos licet adire, qui etiam ſuo iudicio neſciunt veritatem? Quandoquidem Pilatus ex ipſorum curia ſic loquitur ad Dominum; Quid eſt veritas? Nempe hic iudex erat, & negotia cauſáſque litigantium ſoluebat.*

Interrogat Pilatus quid eſt veritas, ſed interrogatione contentus nec reſponſum meruit, nec accepit, ſcilicet *more multorum* vt ille ait, *videri voluit veritatis auidus cùm non eſſet, Et Chriſtus ipſe, ipſa taciturnitate docuit, non eſſe veritati locum in aula vbi adulatio omnia eſt.*

Vel non expectauit reſponſionem Pilatus, agnoſcens eam rem ad tribunal ſuum minimè pertinere, & ſæcularis iuriſdictionis excedere limites. Sic habet Liranus hîc: *Veritas, per quam homines in præſenti efficiuntur de Regno Chriſti, eſt quadam impreſſio & participatio Diuinæ veritatis: huius autem quæſtionis Pilatus non expectauit reſponſionem duplici de cauſâ. Vna eſt, quia erat de regno ſpirituali vt viſum eſt: ipſe autem non habebat ſe intromittere niſi de temporalibus; & ideo hoc aduertens dimiſit illius quæſtionis proſequutionem. Alia cauſa fuit, quia iam perceperat Chriſti innocentiam, & Iudæorum malitiam, ſciens, quòd tradidiſſent eum per inuidiam: igitur, prætermiſſâ quæſtione prædictâ, voluit procedere ad eius liberationem, vt ſtatim patebit.* 1660.

Non hunc, ſed Barabbam.

N*On hunc, ſed Barabbam.* Nectunt nimirum crimina criminibus. Innocentem damnant, ſoluunt nocentem: Ieſum repudiant, Barabbam eligunt; ac quodammodò Barabbæ homicidia, ſua faciunt. Id quod ſic expendebat S. Chryſoſtomus ſerm. 3. de Paſſ. Iudæam alloquens: *In vtroque rea teneris, & exitio innocentis, & abſolutione latronis. Et quanquam ſacrilegium impacta Crucis omne nefas excedat, tamen & illi aduerſum te iudicium, id eſt diem vltionis, expectant, quorum Barabbas latro ſanguinem fuderat: quia participaſſe eſt ſcelus homicidij, veniam meruiſſe latroni.*

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIX. IOANNIS.

Verſ. 1.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum,& flagellauit.

Tunc ergo. *Syr. Tunc.*
Apprehendit Pilatus. *Syr. Pilatus. Fr. Luc. Accepit Pilatus.*
Et flagellauit. *Arab. Et flagellauit eum. Fr. Luc. Et loris cecidit.*

Verſ. 2.

Et milites, plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius; & veſte purpureâ circundederunt eum.

Milites. *Arab. Miniſtri.*
Plectentes *Syr. Complicarunt. Arab. Plexerunt. Fr. Luc. Poſtquàm plexuiſſent.*
De ſpinis. *Syr. E ſpinis.*
Impoſuerunt. *Syr. Et impoſuerunt eam. Arab. Et poſuerunt eam.*
Capiti. *Arab. Super caput.*
Veſte purpureâ. *Syr. Veſtimentis coccineis. Arab. Veſtes purpureas. Fr. Luc. Pallio purpureo.*
Circundederunt. *Syr. Amicierunt. Arab. Induerunt.*

Verſ. 3.

Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas.

Et veniebant ad eum, & dicebant. *Theoph. Ac dicebant.*
Aue. *Syr. Pax tibi. Ar. M. Gaude.*
Dabant. *Syr. Percutiebant. Vat. Incutiebant.*
Ei alapas. *Syr. Eum in maxillas ipſius. Goth. Ei palmas.*

Verſ. 4.

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo cauſam.

Exiuit ergo. *MSS. Exiuit.*
Adduco. *Vat. Duco.*
Vobis. *Arab. Ad vos.*
Cognoſcatis. *Syr. Noueritis. Arab. Sciatis.*
Quia nullam cauſam. *Syr. Ne vnam quidem occaſionem. Arab. Quia cauſam aliquam Euth. Quòd nullum crimen. Vat. Nullam culpam. Fr. Luc. Quòd nullam noxam.*
Inuenio in eo. *Syr. Me non inuenire poſt eum. Arab. Non inuenio aduerſus eum.*

Verſ. 5.

(Exiuit ergo Ieſus portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum) & dicit eis: Ecce homo.

Ieſus. *Pagn. Ieſus foras.*
Portans. *Syr. Exiſtente ſuper eo. Arab. Et ſuper eum erat. Euth. Geſtans.*
Coronam ſpineam. *Syr. Coronâ ſpineâ.*
Purpureum veſtimentum. *Syr. Veſtimentis coccineis. Arab. Veſtes purpurea. Theoph. Purpureum pallium. Vat. Veſtem purpuream.*
Dicit eis. *Syr. Dixit eis Pilatus.*
Ecce Homo. *Arab. Ecce vir. Quidd. ap. Mar. Videte miſerum.*

Verſ. 6.

Cùm ergo vidiſſent eum pontifices, & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo cauſam.

Cùm ergo. *Syr. Cùm autem.*
Pontifices. *Syr. Principes ſacerdotum. Arab. Summi ſacerdotum.*
Clamabant. *Syr. Clamarunt.*
Crucifige. *Syr. Crucifige eum.*
Crucifige eum. *Pagn. Crucifige.*
Accipite eum. *Syr. Accipite.*
Non inuenio. *Syr. Nullam inuenio.*
In eo. *Arab. Aduerſus eum.*
Cauſam. *Euth. Crimen. Vatab. Culpam. Fr. Luc. Noxam.*

Verſ. 7.

Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem

Reſponderunt. *Syr. Dicunt.*
Iudæi. *Goth. Iudas, & dixerunt.*

habemus,

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

habemus, & ſecundùm legem debet mori; quia Filium Dei ſe fecit.

Nos legem habemus. *Arab. Eſt nobis lex.*
Secundùm. *Syr. Prout.*
Legem. *Syr. Eſt in lege noſtrâ. Arab. Id, quod eſt in lege noſtrâ. Pagn. Legem noſtram.*
Debet mori. *Syr. Reus eſt mortis. Arab. Ipſe dignus eſt morte.*
Quia. *Syr. Quippe qui.*
Fecit. *Syr. Faciat.*

Verſ. 8.
Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

Cùm ergo. *Syr. Cùm autem.*
Hunc ſermonem. *S. Aug. Hoc verbum.*
Magis timuit. *Arab. Auxit timorem.*

Verſ. 9.
Et ingreſſus eſt prætorium iterum & dixit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

Ingreſſus eſt prætorium. *Syr. Introiit in prætorium.*
Ad Ieſum. *Syr. Ieſu.*
Vnde es tu. *Syr. Vudenam es.*
Ieſus autem. *Syr. Ieſus verò. Ar.M. At Ieſus.*
Reſponſum non dedit. *Arab. Non reſpondit reſponſum.*

Verſ. 10.
Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis, quia poteſtatem habeo crucifigere te; & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus:

Dicit ergo. *Syr. Subdit.*
Mihi. *Syr. Mecum. Arab. Quare mihi.*
Neſcis. *Arab. Nonne ſcis.*
Quia poteſtatem habeo. *Arab. Quia mihi eſt poteſtas. Ar.M. Quia authoritatem habeo. Theoph. Quòd poteſtatem habeam.*
Crucifigere te & poteſtatem habeo dimittere te. *Syr. Dimittendi te, & poteſtatem crucifigendi te. Arab. Dimittendi te & poteſtas crucifigendi te. S. Aug. Dimittendi te & poteſtatem habeo occidendi te. Theoph. Crucifigendi te, & poteſtatem habeam abſoluendi te. Ar. M. Crucifigere te & authoritatem habeo abſoluere te.*
Reſpondit. *Arab. Et reſpondit ei.*

Verſ. 11.
Non haberes poteſtatem aduersùm me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea, qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

Haberes. *Arab. Eſſet tibi.*
Poteſtatem aduersùm me vllam. *Arab. Poteſtas aliqua aduersùm me. S. Aug. In me poteſtatem. Ar.M. Authoritatem aduersùm me vllam.*
Tibi datum eſſet. *Arab. Donatus fuiſſet. S. Cypr. Data eſſet tibi.*
Deſuper. *Syr. Supernè. Pagn. E ſupernis.*
Propterea. *Ar.M. Propter hoc.*
Qui me tradidit. *Syr. Is, qui me tradidit. Arab. Eius, qui tradidit me. Ar.M. Tradens me.*
Maius peccatum habet. *Syr. Maius peccatum habet, quàm tuum. Arab. Peccatum magnum eſt.*

Verſ. 12.
Et exinde qnærebat Pilatus, dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: ſi hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.

Et exinde. *Syr. Ob idque. Arab. Et propter hoc. Euth. Et ex eo. Ar.M. Ex hoc.*
Quærebat. *Syr. Volebat. Arab. Voluit.*
Dimittere. *Euth. Abſoluere.*
Iudæi autem. *Syr. Iudæi verò. Ar.M. At Iudæi.*
Clamabant dicentes. *Syr. Clamabant.*
Hunc dimittis. *Arab. Tu dimittis eum. Euth. Hunc abſolueris. Tert. Hunc dimiſeris.*
Es amicus. *Arab. Es tu amator.*
Omnis enim qui. *Theoph. Quiſquis.*
Se regem. *Arab. Seipſum regem.*
Contradicit Cæſari. *Syr. Inimicus eſt Cæſaris. Arab. Eſt contrarius Cæſari.*

Verſ. 13.
Pilatus autem, cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum; & ſedit pro tri-

Pilatus autem, cùm audiſſet. *Ar.M. Pilatus ergo audiens.*
Hos ſermones. *Pagn. Hunc ſermonem.*
Adduxit. *Arab. Eduxit. Euth. Duxit. Pagn. Produxit.*
Et ſedit *Arab. Deinde ſedit.*

bunali

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

bunali in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

Pro tribonali. *Arab. In cathedrâ.*
Loco. *Ar. M. Locum. Fr. Loco hoc.*
Dicitur. *Syr. Vocatur. Arab. Nosficatur.*
Lithoſtrotos. *Arab. Per ſtratum lapidibus. Quid. Pauimentum lapidum. Mar. Locus lapidibus ſtratus.*
Hebraicè autem. *Arab. Et Hebraicè.*
Gabbatha. *Arab. Vocatur Gabbatha. Quid. Periobolus.*

Verſ. 14.

Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex veſter.

Erat aotem. *Syr. Et erat.*
Hora quaſi ſexta. *Syr. Erat autem circiter hora ſexta. Arab. Et erant ſex horæ. Vat. Hora verò fermè ſexta. Mar. Quaſi meridies.*

Verſ. 15.

Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices: Non habemus regem, niſi Cæſarem.

Illi autem. *Syr. Illi verè.*
Clamabant. *Fr. Luc. Clamauerunt.*
Tolle, tolle. *Syr. Tolle eum, tolle eum.*
Crucifige eum. *Syr. Crucifige eum, crucifige eum.*
Pontifices. *Arab. Summi ſacerdotum. Ar. M. Principes ſacerdotum.*
Habemus Regem. *Arab. Eſt nobis rex.*
Niſi. *Arab. Præter.*
Cæſarem. *S. Proſp. Solum Cæſarem.*

Verſ. 16.

Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt.

Tunc ergo. *Syr. Tunc.*
Crocifigeretur. *Syr. Crucifigerent eum.*
Suſceperunt autem. *Euth. Acceperunt autem. Orig. Receperunt ergo.*
Eduxerunt. *Arab. Abiērunt. Euth. Duxerunt in prætorium. Theoph. Adduxerunt. Orig. Adduxerunt & impoſuerunt ſuper eum crucem. M. SS. Eduxerunt eum.*

Verſ. 17.

Et, baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum; Hebraicè autem Golgotha:

Et baiulans. *Arab. Et ipſe erat portans. Pagn. Atque is baiulans. Orig. Et portans.*
Sibi crucem. *Orig. Crucem ſuam.*
Exiuit. *Orig. Egreſſus eſt.*
Caluariæ. *Vat. Caluaria.*
Locom. *Goth. Locus.*
Hebraicè autem. *Arab. Et Hebraicè vocatur.*

Verſ. 18.

Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum.

Crucifixerunt eum. *Caiet. Crucifixerunt Ieſum.*
Hioc & hioc. *Syr. Vnum hinc, & alterum hinc.*
Medium. *Syr. In medio.*

Verſ. 19.

Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper Crucem: erat autem ſcriptum. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.

Scripſit autem. *Syr. Quin etiam ſcripſit. Arab. Deinde ſcripſit.*
Titulum. *Syr. Tabulam.*
Poſuit ſuper crucem. *Syr. Impoſuit cruci eius. Arab. Poſuit illum ſuper crucem eius.*
Erat autem. *Syr. Ita verò erat. Arab. Et in eo erat.*
Ieſus. *Syr. Hic eſt Ieſus.*
Rex. *Syr. Rex ille.*

Verſ. 20.

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus: & erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.

Huoc ergo. *Arab. Hunc autem.*
Iudæorum. *Arab. Ex Iudæis.*
Prope ciuitatem. *Arab. Propinquus ciuitati.*
Græcè & Latinè. *Syr. Et Ionicè & Romanè. Goth. Græcè & Latinè Rex Iudæorum.*

Verſ. 21.

Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli ſcribere, Rex Iudæorum; ſed, quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum.

Dicebant ergo. *Syr. Dixerunt autem.*
Pootifices Iudæorum. *Syr. Principes ſacerdotum. Arab. Summi ſacerdotum. Ar. M. Principes ſacerdotum Iudæorum.*
Noli ſcribere. *Syr. Ne ſcribas.*
Rex. *Syr. Rex ille. Arab. Quia ipſe eſt rex.*
Quia ipſe dixit. *Pagn. Quòd ille dixerit.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 22.

Reſpondit Pilatus : Quod ſcripſi, ſcripſi.

Reſpondit. *Syr. Dixit.*
Quod ſcripſi, ſcripſi. *Arab. Quod ſcriptum eſt, iam ſcriptum eſt.*

Verſ. 23.

Milites ergo, cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem,) & tunicam : erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum.

Milites ergo. *Syr. Caterùm milites.*
Crucifixiſſent eum. *Vat. Crucifixiſſent Ieſum.*
Acceperunt. *Syr. Suſtulerunt.*
Fecerunt. *Arab. Fecerunt ea.*
Vnicuique militi partem. *Arab. Quamlibet partem vni ex militibus.*
Tunicam. *Arab. Tunicam eius.*
Erat autem tunica inconſutilis. *Syr. Porrò tunica eius erat abſque ſuturâ. Arab. Erat autem tunica abſque ſuturâ. S. Max. Veſtimentum verò eius, quod non erat aſſutum. S. Cypr. De tunicâ autem quia non conſutilis.*
Deſuper contexta per totum. *Syr. A ſummo contexta. Arab. Deſuper; ſed contexta tota. S. Max. Sed erat de ſuperiore contextum. Ar. M. Ex iis, qua deſuper contexta per totum. S. Cypr. Sed per totum textilis erat.*

Verſ. 24.

Dixerunt ergo ad inuicem : Non ſcindamus eam : ſed ſortiamur de illâ cuius ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens : Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi; & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Dixerunt ergo. *Arab. Dixit autem. S. Cypr. Dixerunt.*
Ad inuicem. *Syr. Alius ad alium. Arab. Alter eorum ad alterum. Euth. Inter ſeſe. Vat. Inter ſe.*
Non ſcindamus. *Theoph. Ne ſcindamus.*
Sortiamur de illa. *Syr. Sorte experiamur de eâ. Arab. Sortiamur ſuper eam.*
Cuius ſit. *Syr. Cuiuſnam futura ſit. Arab. Cui fiat. Fr. Luc. Cuius erit.*
Vt ſcriptura impleretur. *Syr. Et impleta eſt Scriptura. Euth. Vt Scriptura compleretur.*
Partiti ſunt. *S. Gaud. Diuiſerunt. Fr. Luc. Diſpertiuerunt.*
Sibi. *Arab. Inter ſe. Ar. M. Sibi ipſis.*
In veſtem meam. *Arab. Super veſtem meam. S. Gaud. In veſtem meam. Vat. Super veſtitu meo.*
Miſerunt. *Syr. Iecerunt. S. Gaud. Dimiſerunt.*
Et milites quidem. *Syr. Milites. Arab. Miniſtri. Euth. Milites itaque. Ar. M. Illi quidem igitur milites.*
Hæc. *Arab. Hoc.*

Verſ. 25.

Stabant autem iuxta crucem Ieſu Mater eius, & ſoror Matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.

Stabant autem. *Arab. Erat autem ſtans.*
Iuxta crucem Ieſu. *Syr. Ad crucem Ieſu. Arab. Apud Crucem eius.*
Maria. *Ar. M. Maria illa.*
Cleophæ. *Arab. Filia Cleopha. Euth. Vxor Cleopha. Fr. Luc. Qua Clopa.*

Verſ. 26.

Cùm vidiſſet ergo Ieſus Matrem & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit Matri ſuæ : Mulier, ecce filius.

Cùm vidiſſet ergo. *Syr. Conſpicatus verò. Arab. Reſpexit autem.*
Matrem. *Syr. Matrem ſuam. Arab. In Matrem ſuam.*
Stantem. *Pagn. Aſtantem.*
Diligebat. *Syr. Amabat.*
Ecce. *Arab. Hic eſt.*

Verſ. 27.

Deinde dicit diſcipulo : Ecce mater tua. Et ex illâ horâ accepit eam diſcipulus in ſua.

Deinde dicit. *Syr. Dixit autem. Arab. Et dixit.*
Diſcipulo. *Syr. Diſcipulo illi.*
Ecce. *Arab. Hac eſt.*
Ex illâ. *Arab. In illâ.*
Accepit. *Syr. Recepit.*
Diſcipulus. *Syr. Diſcipulus ille.*
In ſua. *Syr. Apud ſe. Pagn. In propria. Vat. In ſuam.*

Verſ. 28.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 28.

Poſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt; vt conſummaretur Scriptura, dixit: Sitio.

Poſtea ſciens. *Arab. Poſt hæc vidit. S. Hil. Poſt hæc ſciens. Euth. Poſtea intuitus.*
Quia omnia conſummata ſunt. *Syr. Omnia abſoluta eſſe. Theoph. Quod omnia iam conſummata eſſent. Fr.Luc. Quia omnia perfecta iam ſunt.*
Vt conſummaretur. *Syr. Et vt impleretur. Arab. Vt adimpleretur. S. Hil. Vt impleretur. Euth. Compleretur.*
Scriptura. *Fr.Luc. Illa Scripturâ.*
Sitio. *Arab. Ego ſitiens ſum.*

Verſ. 29.

Vas ergo erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius.

Vas ergo. *Arab. Vas autem ibi. S. Hil. Et concha*
Poſitum aceto plenum. *S. Hil. Poſita aceto plena.*
Illi autem ſpongiam plenam. *Arab. Et impleuerunt ſpongiam. S. Hil. Spongiam igitur plenam. Pagn. Illi verò impleuerunt ſpongiam.*
Hyſſopo circumponentes. *Syr. Et impoſuerunt eam hyſſopo. Pagn. Et hyſſopo & impoſitam. Arab. Et impoſuerunt eam ſuper arundinem. S.Hil. Hyſſopo admiſcentes.*
Obtulerunt. *Arab. Obtulerunt eam. Pagn. Admouerunt.*

Verſ. 30.

Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit: Conſummatum eſt. Et, inclinato capite, tradidit ſpiritum.

Cùm ergo. *Syr. Cùm autem.*
Acetum. *Syr. Illud acetum. S. Preſb. Acetum plenum felle.*
Conſummatum. *Syr. Ecce conſummatum. S.Aug. Perfectum.*
Inclinato capite. *Syr. Inclinauit caput ſuum. S. Hil. Inclinans caput.*
Tradidit. *S.Remig. Emiſit.*
Spiritum. *Syr. Spiritum ſuum.*

Verſ. 31.

Iudæi ergo (quoniam Paraſceue erat) vt non remanerent in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.

Iudæi ergo. *Syr. Iudæi verè.*
Paraſceue. *Arab. Dies paraſceues*
Vt non remanerent in cruce corpora. *Syr. Dixerunt. Nequaquam pernoctabunt corpora iſta in cruce. Arab. Dixerunt: Hæc corpora non maneant ſuper cruces ſuas.*
Sabbato. *Syr. Quandoquidem ſabbati illuceſcit dies. Arab. Propter ſabbatum.*
Rogauerunt Pilatum. *Syr. Et efflagitarunt à Pilato. Arab. Rogauerunt ergo Pilatum.*
Frangerentur. *Syr. Confringerentur.*
Eorum. *Syr. Eorum ſuſpenſorum.*
Et tollerentur. *Syr. Atque tollerent eos. Arab. Ac deponerent ea.*

Verſ. 32.

Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus eſt cum eo:

Primi quidem. *Syr. Prioris.*
Fregerunt. *Syr. Confregerunt.*
Alter. *Syr. Eius alterius. Arab. Crura alterius.*
Qui crucifixus eſt. *Arab. Qui crucifixi fuerant. Ar.M. Crucifixi.*
Cum eo. *Ar.M. Ei.*

Verſ. 33.

Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.

Ieſum autem. *Arab. Ieſum verò.*
Vt viderunt. *Arab. Viderunt.*
Mortuum. *Arab. Mortuum eſſe.*
Non fregerunt. *Syr. Neque confregerunt.*

Verſ. 34.

Sed vnus militum lanceâ latus eius

Militum. *Arab. Ex militibus.*
Lanceâ. *Arab. Lanceâ ſuâ.*
Latus eius. *Syr. In latere ipſius. Arab. In latere eius dextero.*
Aperuit. *Syr. Feriit. Arab. Perforauit. Pagn. Fodit. Mar. Pupugit. vel: Vulnerauit.*

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua.

Exiuit. *Vat. Effluxit.*
Sanguis & aqua. *Arab. Aqua & ſanguis.*

Verſ. 35.

Et, qui vidit, teſtimonium perhibuit; & verum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis.

Teſtimonium perhibuit. *Syr. Teſtatus eſt. Ar.M. Teſtificatus.*
Ille ſcit. *Syr. Ipſe nouit. Arab. Scivit.*
Vera dicit. *Arab. Dixit veritatem.*
Vt & vos. *Euth. Sed vt vos. Caiet. Vt vos.*

Verſ. 36.

Facta ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo.

Facta ſunt enim hæc. *Arab. Quia hoc factum eſt. Euth. Facta ſunt autem hæc.*
Impleretur. *Syr. Impleretur dicens. Euth. Compleretur.*
Non comminuetis ex eo. *Syr. Non comminuetur in eo. Arab. Ne frangatur ei. Fr.Luc. Non comminuetis ab eo.*

Verſ. 37.

Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt.

Dicit. *Arab. Qua dixit.*
Videbunt. *Syr. Reſpicient in eum. Tert. Videbunt enim eum.* vel: *Et videbunt.*
In quem transfixerunt. *Syr. Quem perfoderunt. Arab. Qui pupugerunt. S. Aug. In quem confixerunt. Theoph. In quem pupugerunt. Tert. In quem confixerunt.* vel: *Et agnoſcent, qui eum confixerunt. Fr. Luc. In quem compunxerunt.*

Verſ. 38.

Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimatheâ (eò quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu: & permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu.

Poſt hæc autem. *Syr. Poſt hæc. Arab. Et poſt hæc.*
Rogauit Pilatum. *Syr. Efflagitauit à Pilato.*
Ioſeph. *Syr. Ioſeph. Ille.*
Ab Arimathæâ. *Arab. Qui erat ab Arimathæâ.*
Eò quòd eſſet. *Syr. Siquidem fuerat. Pagn. Qui erat. Caiet. Cùm eſſet. Fr. Luc. Exiſtens.*
Occultus autem. *Arab. Et erat occultus ille. Pagn. Sed occultus.*
Propter metum. *Arab. Timore.*
Et permiſit. *Arab. Et permiſit ei. Vat. Idque permiſit.*
Venit ergo, & tulit. *Syr. Proinde venit & ſuſtulit. Pagn.* omittit.
Corpus Ieſu. *Pagn.* omittit.

Verſ. 39.

Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quaſi libras centum.

Venit autem &. *Arab. Et venit.*
Qui. *Syr. Is, qui primùm.*
Nocte primùm. *Syr. Noctu.*
Ferens. *Syr. Et attulit ſecum. Arab. Et attulit.*
Mixturam. *Syr. Mixtura.*
Quaſi libras. *Euth. Ad libras fermè.*

Verſ. 40.

Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.

Acceperunt ergo. *Syr. Suſtulerunt itaque.*
Ligauerunt. *Syr. Obuoluerunt. Arab. Inuoluerunt. S.Greg.Nyſſ. Obuinxerunt.*
Linteis. *Arab. In linteis lineis. Fr. Luc. In linteis.*
Cum aromatibus. *Syr. Et aromatibus. Arab. Et vnguenta.*
Sicut mos eſt. *S.Greg.Nyſſ. Prout mos erat.*
Iudæis. *Arab. Iudæorum.*
Sepelire. *Arab. In ſepulturâ eorum.*

Verſ. 41.

Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt, hortus; & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat.

Loco. *Pagn. Eo loco.*
Crucifixus eſt. *Syr. Crucifixus erat Ieſus.*
Horto. *Syr. Ipſo horto.*
Monumentum. *Mar. Sepulchrum.*
Nondum quiſquam. *Syr. Nemo adhuc. Arab. Non aliquis.*

Verſ. 42.

Vulgata Editio.

Verſ. 42.

Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

Lectionum Varietas.

Propter Paraſceuen Iudæorum. *Syr. Propterea quòd ſabbatum intrabat. Arab. Quia erat extremum Paraſceues Iudais.*

Quia iuxta erat. *Syr. Quodque propè eſſet. Arab. Et quia propinquum erat. Vat. Quòd in propinquo eſſet.*

CAPVT XIX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Spineâ coronâ redimiri cur Chriſtus voluerit. 1661
In malorum principum præſulúmque aulis fœdè Chriſtus illuditur. 1662
Inuidi calumniatores prætereunt, quæ ad laudem faciunt. 1663
Potius à conſcientiæ puritate, quàm à vocis elatione defenſio accerſenda. 1663
Qui Chriſti corpus eſt ſuam crucem ferat. 1664
Chriſtus in cruce poſitus extenditur. 1665
Claui, quibus cruci affixus Chriſtus diabolum fixere. 1665
Carnem ſuam Cruci affigere quiſque debet. 1666
Chriſtus in Cruce Patrem alloquens. 1666
An foramina in Cruce formata. 1667
Charos nos Chriſtus habuit, qui tam carè nos in Cruce redemit. 1667

Apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit.

1661. APPREHENDIT *Pilatus Ieſum, & flagellauit.* Huius, aliarúmque iniuriarum grauitatem ſic expendebat S. Chryſoſtomus ſerm. 6. de Paſſ. Dom. *Flagellatur remiſſio, condemnatur venia, illuditur Maieſtas, irridetur virtus. Perfunditur largitor imbrium ſputis: clauis ferri, Cæli ſtator affigitur: mellis dator cibatur felle: propinator fontium potatur aceto.*

Plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius.

SPineâ coronâ redimitur, qui nos redemit, ad gloriæ coronam vocauit. *Ipſe*, inquit S. Proclus hom. hab. in Conc. Epheſ. *ſpineam coronam portabat & ſpinarum ſententiam euertit*, ne nos euerteret, qui id merebamur.

Plectentes coronam de ſpinis. De hac ſpineâ coronâ, quâ fuit Chriſti caput redimitum hæc habet Sedulius lib. 5. Paſchal. oper. cap. 11. *Spinea caput tuum* (Chriſti) *corona circumdedit, quoniam ſpinas omnium peccatorum piâ ſolus humilitate portauit.* Et S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioann. *Milites*, inquit, *ſicut pſeudotyranno cuidam, more ſuo, Chriſto illudunt: ideo corona de ſpinis imponitur, quoniam mundani corona ſignum regni eſt, veſtis quoque purpurea.* Et S. Chryſoſtomus ſerm. 3. de Myſter. cœnæ Dom. ita de hac eâdem coronâ ſcribit: *Ad victimam viſa ducitur, & ad crudeliſſimum mortis occaſum addicta pietas euocatur. Ambitur ſacrum caput aculeis ſpinarum, & Diuinum verticem pœnalis corona pompa circundat. Sed in ſpinis illis noſtra tum peccata pungebant.*

Veſte purpurea circundederunt eum.

VEſte purpureâ circundederunt eum. Vt ei illuderent, non vt eum honorarent. Non facilè 1662.
reperias alibi maiora ludibria paſſum Chriſtum, quàm in Pilati & Herodis domo. Ibi illi illuditur, vbi magis eum honorari par eſſet. Res in malos principes maloſque præſules torqueri poteſt. Torſit B. Laurentius Iuſtinianus, cuius hæc ſunt verba de Triumph. Chriſti agone cap. 14. *Vbi, orò, mutato habitu illuſus eſt Chriſtus? Nonne in domo Herodis regis, & Pilati præſidis? Iam attende palatia præſulum: ponunt ſigna ſua ſigna, ſericis apparatibus ornantur, pretioſis veſtimentis induuntur, famulorum vallantur multitudine, adulatoribus replentur, & (quod ſine mœrore dici non poteſt) domus, quæ egenórum eſſe receptacula debent, Imperatorum palatia indicantur. Taceo de cibis, poculis, electuariis, ſaporibus, vaſis argenteis & deauratis, iocis, confabulationibus, obtrectationibus, & aliis quàm plurimis talibus, quæ in ſæcularium principum ædibus frequentantur. In locis, vbi huiuſmodi fiunt, habitationem non inuenit ſapientia; neque, qui illam agnoſcat, reperitur: propterea quaſi ignota & aliena irridetur & ſubſannatur. In plateis, itaque præſulum malè viuentium, & in Eccleſia temporalia lucra quærentium, ac ſuperbiæ faſtu tumentium, myſticè Chriſtus in purpurâ illuditur; ſed à diuitibus diademate ſpineo coronatur: ſunt etenim diuitiæ, ſpinæ acutiſſimæ, quæ rationale caput hominis pungunt & perforant, indéque ſanguinem ebullire faciunt copioſè.*

Veſte purpureâ circundederunt eum. Sanctus Matthæus (27. 28.) dixit, *chlamyde*: quod factum, non ſolùm in ſignum affectati regni, ſed ſitis ſanguinis effundendi, quâ Iudæi corripiebantur. Hinc illud S. Chryſoſtomi hom. in S. Paſcha: *Aliud ænigma chlamys illa in ſe continebat: non ſolùm enim regnum præfigurabat; ſed &, quâ æſtuabant Iudæi, ſanguinis ſitim, cædiſque cupiditatem demonſtrabat.*

Quia Filium Dei ſe fecit.

QVia Filium Dei ſe fecit. Cur eius opera in 1663.
medium non producunt, quibus ſe verè Filium Dei eſſe probauit? Inuidi calumniatores prætereunt, quæ ad ſummam Chriſti laudem faciebant. Audiendus hîc S. Cyrillus Alexandrinus. 12. in Ioann. cap. 19. *Oportebat ſanè, quandò Pilato dixiſtis: Quia Filium Dei ſeipſum fecit. Tunc opera etiam ipſius in medium afferre. Oportebat, quatriduò iam mortuum, voce ſolâ in vitam reſtitutum narrare. Oportebat vnigenitum filium viduæ non relinquere. Oportebat ſynagogæ principis puellam nequaquam omittere. Oportebat modum etiam miraculorum non præterire: in altero quidem: Adoleſcens, tibi dico: Surge: in altero verò: Puella, ſurge. Hæc cateráque eiuſmodi, quibus verè Deus monſtrari poterat, malitioſè prætereuntes, cauillationibus vtuntur.*

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua.

Exiuit. *Vat. Effluxit.*
Sanguis & aqua. *Arab. Aqua & ſanguis.*

Verſ. 35.

Et, qui vidit, teſtimonium perhibuit; & verum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis.

Teſtimonium perhibuit. *Syr. Teſtatus eſt. Ar. M. Teſtificauit.*
Ille ſcit. *Syr. Ipſe nouit. Arab. Sciuit.*
Vera dicit. *Arab. Dixit veritatem.*
Vt & vos. *Euth. Sed vt vos. Caiet. Vt vos.*

Verſ. 36.

Facta ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur: Os non comminnetis ex eo.

Facta ſunt enim hæc. *Arab. Quia hoc factum eſt. Euth. Facta ſunt autem hac.*
Impleretur. *Syr. Impleretur dicens. Euth. Compleretur.*
Non comminuetis ex eo. *Syr. Non comminuetur in eo. Arab. Ne frangatur ei. Fr. Luc. Non comminuetis ab eo.*

Verſ. 37.

Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt, in quem transfixerunt.

Dicit. *Arab. Qua dixit.*
Videbunt. *Syr. Reſpicient in eum. Tert. Videbunt enim eum.* vel: *Et videbunt.*
In quem transfixerunt. *Syr. Quem perfoderunt. Arab. Qui pupugerunt. S. Aug. In quem confixerunt. Theoph. In quem pupugerunt. Tert. In quem confixerunt.* vel: *Et agnoſcent, qui eum confixerunt. Fr. Luc. In quem compunxerunt.*

Verſ. 38.

Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimatheâ (eò quòd eſſet diſcipulns Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu: & permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Ieſu.

Poſt hæc autem. *Syr. Poſt hac. Arab. Et poſt hac.*
Rogauit Pilatum. *Syr. Efflagitauit à Pilato.*
Ioſeph. *Syr. Ioſeph. Ille.*
Ab Arimathæâ. *Arab. Qui erat ab Arimatheâ.*
Eò quòd eſſet. *Syr. Siquidem fuerat. Pagn. Qui erat. Caiet. Cùm eſſet. Fr. Luc. Exiſtens.*
Occultus autem. *Arab. Et erat occultus ille. Pagn. Sed occultus.*
Propter metum. *Arab. Timore.*
Et permiſit. *Arab. Et permiſit ei. Vat. Idque permiſit.*
Venit ergo, & tulit. *Syr. Proinde venit & ſuſtulit. Pagn.* omittit.
Corpus Ieſu. *Pagn.* omittit.

Verſ. 39.

Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quaſi libras centum.

Venit autem &. *Arab. Et venit.*
Qui. *Syr. Is, qui primùm.*
Nocte primùm. *Syr. Noctu.*
Ferens. *Syr. Et attulit ſecum. Arab. Et attulit.*
Mixturam. *Syr. Mixtura.*
Quaſi libras. *Euth. Ad libras fermè.*

Verſ. 40.

Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus; ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.

Acceperunt ergo. *Syr. Suſtulerunt itaque.*
Ligauerunt. *Syr. Obuoluerunt. Arab. Inuoluerunt. S. Greg. Nyſſ. Obuinxerunt.*
Linteis. *Arab. In linteis linteis. Fr. Luc. In linteis.*
Cum aromatibus. *Syr. Et aromatibus. Arab. Et vnguento.*
Sicut mos eſt. *S. Greg. Nyſſ. Prout mos erat.*
Iudæis. *Arab. Iudaeorum.*
Sepelire. *Arab. In ſepulturâ eorum.*

Verſ. 41.

Erat autem in loco, vbi crucifixus eſt, hortus; & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat.

Loco. *Pagn. Eo loco.*
Crucifixus eſt. *Syr. Crucifixus erat Ieſus.*
Horto. *Syr. Ipſo horto.*
Monumentum. *Mar. Sepulchrum.*
Nondum quiſquam. *Syr. Nemo adhuc. Arab. Non aliquis.*

Verſ. 42.

Vulgata Editio.

Verſ. 42.

Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

Lectionum Varietas.

Propter Paraſceuen Iudæorum. *Syr. Propterea quòd ſabbatum intrabat. Arab. Quia erat extremum Paraſceues Iudais.*

Quia ioxta erat. *Syr. Quodque propè eſſet. Arab. Et quia propinquum erat. Vat. Quòd in propinquo eſſet.*

CAPVT XIX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Spineâ coronâ redimiri cur Chriſtus voluerit. 1661
In malorum principum præſulúmque aulis fœdè Chriſtus illuditur. 1662
Inuidi calumniatores prætereunt, quæ ad laudem faciunt. 1663
Potius à conſcientiæ puritate, quàm à vocis elatione defenſio accerſenda. 1663
Qui Chriſti corpus aſt ſuam crucem ferat. 1664
Chriſtus in cruce poſitus extenditur. 1665
Claui, quibus cruci affixus Chriſtus diabolum fixere. 1665
Carnem ſuam Cruci affigere quiſque debet. 1666
Chriſtus in Cruce Patrem alloquens. 1666
An foramina in Cruce formata. 1667
Charos nos Chriſtus habuit, qui tam carè nos in Cruce redemit. 1667

Apprehendit Pilatus Ieſum & flagellauit.

1661. APPREHENDIT *Pilatus Ieſum, & flagellauit.* Huius, aliarúmque iniuriarum grauitatem ſic expendebat S. Chryſoſtomus ſerm. 6. de Paſſ. Dom. *Flagellatur remiſſio, condemnatur venia, illuditur Maieſtas, irridetur virtus. Perfunditur largitor imbrium ſputis: clauis ferri, Cæli ſtator affigitur: mellis dator cibatur felle: propinator fontium potatur aceto.*

Plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius.

SPineâ coronâ redimitur, qui nos redemit, ad gloriæ coronam vocauit. *Ipſe*, inquit S. Proclus hom. hab. in Conc. Epheſ. *ſpineam coronam portabat & ſpinarum ſententiam euertit*, ne nos euerteret, qui id merebamur.

Plectentes coronam de ſpinis. De hac ſpineâ coronâ, quâ fuit Chriſti caput redimitum hæc habet Sedulius lib. 5. Paſchal. oper. cap. 11. *Spinea caput eius* (Chriſti) *corona circundedit, quoniam ſpinas omnium peccatorum piâ ſolus humilitate portauit.* Et S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioann. *Milites*, inquit, *ſicut pſeudotyranno cuidam, more ſuo, Chriſto illudunt: ideo corona de ſpinis imponitur, quoniam mundani corona ſignum regni eſt, veſtis quoque purpurea.* Et S. Chryſoſtomos ſerm. 3. de Myſter. cœnæ Dom. ita de hac eâdem coronâ ſcribit: *Ad victimam vita ducitur, & ad crudeliſſimum mortis occaſum addicta pietas euocatur. Ambitur ſacrum caput aculeis ſpinarum, & Diuinum verticem pœnalis corona pompa circundat. Sed in ſpinis illis noſtra eum peccata pungebant.*

Veſte purpurea circundederunt eum.

VEſte purpureâ circundederunt eum. Vt ei illuderent, non vt eum honorarent. Non facilè 1662.
reperias alibi maiora ludibria paſſum Chriſtum, quàm in Pilati & Herodis domo. Ibi illi illuditur, vbi magis eum honorari par eſſet. Res in malos principes maloſque præſules torqueri poteſt. Torſit B. Laurentius Iuſtinianus, cuius hæc ſunt verba de Triumph. Chriſti agone cap. 14. *Vbi, oro, mutato habitu illuſus eſt Chriſtus? Nonne in domo Herodis regis, & Pilati præſidis? Iam attende palatia præſulum: ponunt ſigna, ſua ſigna, ſericis apparatibus ornantur, pretioſis veſtimentis induuntur, famulorum vallantur multitudine, adulatoribus replentur, & (quod ſine mœrore dici non poteſt) domus, quæ egenorum eſſe receptacula debent, Imperatorum palatia iudicantur. Taceo de cibis, poculis, electuariis, ſaporibus, vaſis argenteis & deauratis, iocis, confulationibus, obtrectationibus, & aliis quàm plurimis talibus, quæ in ſæcularium principum ædibus frequentantur. In locis, vbi huiuſmodi fiunt, habitationem non inuénit ſapientia; neque, qui illam agnoſcat, reperitur: propterea quaſi ignota & aliena irridetur & ſubſannatur. In plateis, itaque præſulum malè viuentium, & in Eccleſia temporalia lucra quærentium, ac ſuperbia faſtu tumentium, myſticè Chriſtus in purpurâ illuditur; ſed à diuitibus diademate ſpineo coronatur: ſunt etenim diuitiæ, ſpinæ acutiſſimæ, quæ rationale caput hominis pungunt & perforant, indéque ſanguinem ebullire faciunt copioſè.*

Veſte purpureâ circundederunt eum. Sanctus Matthæus (27. 28.) dixit, *chlamyde*: quod factum, non ſolùm in ſignum affectati regni, ſed ſitis ſanguinis effundendi, quâ Iudæi corripiebantur. Hinc illud S. Chryſoſtomi hom. in S. Paſcha: *Aliud ænigma chlamys illa in ſe continebat: non ſolùm enim regnum præfigurabat; ſed &, quâ æſtuabant Iudæi, ſanguinis ſitim, cædiſque cupiditatem demonſtrabat.*

Quia Filium Dei ſe fecit.

QVia Filium Dei ſe fecit. Cur eius opera in 1663.
medium non producunt, quibus ſe verè Filium Dei eſſe probauit? Inuidi calumniatores prætereunt, quæ ad ſummam Chriſti laudem faciebant. Audiendus hîc S. Cyrillus Alexandrinus. 12. in Ioann. cap. 19. *Oportebat ſanè, quandò Pilato dixiſtis: Quia Filium Dei ſeipſum fecit. Tunc opera etiam ipſius in medium afferre. Oportebat, quatriduò iam mortuum, voce ſolâ in vitam reſtitutum narrare. Oportebat vnigenitum filium viduæ non relinquere. Oportebat ſynagogæ principis puellam nequaquam omittere. Oportebat modum etiam miraculorum non præterire: in altero quidem: Adoleſcens, tibi dico: Surge: in altero verò: Puella, ſurge. Hæc cæteráque eiuſmodi, quibus verè Deus monſtrari poterat, malitioſè prætereuntes, cauillationibus vtuntur.*

Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

INterrogatur & tacet, vt innueret non à vocis elatione, ſed à conſcientiæ puritate defenſionem innocentiæ accerſendam. Scitè S. Ambroſius huc ſpectans in Pſalm. 118. oct. 20. *ſuſcepit affectum rei, & ſterit ante iudicem quaſi reus; nec dedignatus eſt Dominus omnium, præſidis vilitatem. Interrogatus tacebat, oſtendens non in clamore vocis, nec in forenſis aſſertione patrocinij, ſed in conſcientiæ integritate eſſe innocentiæ defenſionem: nec ſalutem corporis ambiendam, ſed animi puritatem. Denique qui Suſannam abſoluit tacentem, ſe obtulit morti.*

Caluariæ, locum.

1664. DE caluariæ loco hæc ſcribit S. Baſilius Seleuc. Epiſc. Orat. 38. *Locum quendam extra pomerium fuiſſe, quem, Caluariæ locum, appellitabant, in quo mulier quædam cornutum fœtum enixa eſt: quo è ſigno nonnulli dixere, eo loco domum regiam futuram: quod & ſucceſſus docuit; nam, cùm dignatus fuiſſet in Crucem agi Dominus, & ſepeliri, & ad vitam reſurgere in loco, qui, Golgotha, indigitatur; illic & ſancta Dei conſtituta Eccleſia, in hodiernum vſq; diem refert ſalutaria Chriſti myſteria Crucis & reſurrectionis; eſtque Saluatoris, cognominis.*

Vbi crucifixerunt eum.

PRo nobis crucifixus eſt Chriſtus, ne nos Crucem fugeremus. Vtile eſt, quod habet S. Chryſoſtomus hom. 3. in Epiſt. ad Epheſ. *Si es Chriſti corpus, fer Crucem (nam ille quoque tulit) Fer ſputa, fer colaphos, fer clauos.*

1665. Arcus in nubibus ſignum fœderis fuit, quod Deus cum hominibus pepigit. Veriùs id præſtitit Chriſtus in Cruce. Periè Vigerius Chor. 7. cap. 146. *Loquutus eſt ad Noe: Cùmque obduxero cælum nubibus, apparebit arcus meus in nubibus; recordaborque fœderis mei, quod pepigi vobiſcum, & cum omni animâ viuente; & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendam vniuerſam carnem. Quùm corpus Filij mei, ſedes Dei, verum cælum, obductum eſt nubibus, quùm clauis fixus eſt Cruci, apparuit arcus in nubibus, brachia arcuata inter anguſtias viſa ſunt. Vnde promittit Deus homines non vltrà diſperdere; quoniam redempti ſunt pœnis inundantibus, quas arcus brachiorum affixorum reducit in mentem.*

Vbi crucifixerunt eum. De clauis, quibus Cruci affixus Chriſtus fuit, hæc habet S. Leo ſerm. 10. de Paſſ. Dom. *Claui illi, qui manus Domini pedéſque tranſfoderant, perpetuis diabolum fixere vulneribus; & ſanctorum pœna membrorum, inimicarum fuit interfectio poteſtatum.* Et S. Auguſtinus tract. 36. in Ioann. de hoc mortis genere ita ſcribit: *Illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium. Vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocatur, à cruce vocatus: pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibuſque confixi, productâ morte necabantur: non enim crucifigi hoc erat occidi; ſed diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, ſed quia mors ipſa protendebatur, ne dolor citiùs finiretur.*

1666. Crucifixus eſt Chriſtus pro nobis: noſtrum quoque eſt, carnem noſtram Cruci affigere: quod in hunc modum ſuadebat Guarricus abb. ſerm. 2. Domin. in Ram. palm. *Ideo Redemptor ad operandam & informandam ſalutem noſtram hunc paſſionis modum elegit, vt redemptionis ſacramentum, iuſtificationis fieret exemplum; vt, quomodo videlicet ipſe ſimilitudinem carnis peccati crucifixit, de peccato damnans peccatum, ſic nos, immò multò magis nos carnem peccatricem cruciemus crucifigentes, etſi nondum extinguentes in eâ peccatum.*

Ieſum in Cruce pro nobis Patrem alloquentem facit Vigerius chor. 7. cap. 147. Præſtat eius verba producere amore & pietate referta: *Aſpice, Pater, titulum capiti meo ſuprapoſitum. Non diſcordat à legatione, tuo nomine per Gabrielem Angelum Matri meæ expoſitâ. Dixit ille: Vocabis nomen eius Ieſum, quod ſignificat, Saluatorem. Nolo, Pater, ſi poſſum, inani vocis & nominis pompâ iactari. Rem volo nomini congruentem. Alienigenæ, & tui nominis gloriam neſcientes, me Ieſum Nazarenum inſcripſerunt. Sim, quæſo, Pater, cuſtos omnis tui: ſim Saluator. Ne perdas pro meis pœnis hos peccatores: ne punias eos: vindictam ne ſumas de peccatis eorum. Dixit Angelus: Hic erit magnus. Mi Pater, magnifica me. Nihil ego magnanimius inuenio, quàm donare iniurias. Sed quid maius eſt? Nihil eſſe iam poteſt, niſi ſanguinem donare cum vitâ. Inſpice, Pater, quantum ſanguinis ſparſerim. Vide caput ſanguine cruentum: vide corpus omni pelle nudatum, & cruore veſtitum: vide laceras manus ſanguine manantes: vide diſcerptos pedes riuos ſanguinis factos. Hæc pro animi magnitudine dono iuſtitia tua, vt hominum peccata dimittas.*

Meditantur pij aliqui admodum piè, Crucis foramina à manibus pedibuſque diſtaſſe, vt neceſſe fuerit funibus pedes trahere, trahere manus. 1667. Diſplicet, id Marco Vigerio diſplicuiſſe, qui in ſuo Decachor. chor. 7. cap. 135. ait: *Non confingam clauos ad laniandos neruos ſtudio crudelitatis obtuſos. Non foramina Crucis plus diſtantia plangam, quàm palmis attingere potuiſſent. Rationi iſta non conſentiunt. Qui tanto ardore illum Crucifigi poſtulauerant (quid dixi poſtulauerant? procurauerant, extorſerant) qui tantâ rabie illum ardebant Crucifixum intueri: qui timebant illum liberari, omnia accelerauiſſe, & ſua ardentiſſima rabies quæ ſine impedimento & citò ſatisfacerent, in promptu habuiſſe credendi ſunt. Exiſtimo pro brachiorum longitudine Crucem ad palmas manuum clauis configendas perideonè iam ante foratam, & pro menſurâ pedum nihil penitus defuiſſe; quando, dum Chriſtus exuitur, omnia ad menſuram fieri potuerunt. Figunt ergo Crucem in terrâ, & illam, quàm poſſunt, ſolidiſſimè firmant.* Hæc ille, quæ non adeò ſolidè dicta, vt nequeant infirmari & elidi. Beata Veronica, à Deo edocta, aliter è Cælo didicit: nam (vt de eâ refert Iſidorus de Iſolanis in eius Vitâ lib. 4. cap. 17.) hæc ad noſtram notitiam tranſmiſit: *Super Crucem ſe extendens Saluator, renibus ligno hærentibus, brachia lubens expandit. Tùm circundederunt eum canes multi, & tauri pingues ſuper eum os ſuum aperiebant. Acceptis verò clauis, cùm foramina Crucis à fabro facta longiùs diſtarent, vt manibus & pedibus pertingi non poſſent, fune brachia manuſque circunligarunt, diuque trahentes, compage corporis ſolutâ, enodarunt, ac præcipuè oſſa, humeris hærentia colliſa, loco naturæ ceſſerunt. Clauo primùm manum dexteram Cruci affixere: deinde ſiniſtram, malleis perſtrepentibus, veluti ſi trabes iungerentur. Id pariter egere circa pedes. Quamobrem omnia Saluatoris membra loco naturæ diuulſa ſunt.*

Dùm vides Deum pro te in Cruce pendentem, pende quanti apud Deum ſit pretij anima, quam tam parui facis. *Magni* (inquit Syneſius epiſt. 57.) *eſt homo pretij animal: magni, inquam, pretij, cùm pro*

pro eo ſit in Cruce Chriſtus ſuſpenſus. Huc facit & illud Felicitarij Arelatentis Epiſcopi in Humil. Cæſar. vbi ait: *Conſidera quale pretium pro te dedit. Sanguinem ſuum pro te fudit. Charum te habuit, quem tam carè redemit.*

SECTIO II.

Quàm ſtabile Chriſti regnum. 1668
Titulus cur Cruci Chriſti affixus legatur, non latronis. 1668
Ieſu nomen ſuauitate ſua tribulationes condit. 1668
Veſtimenta ſua cur ſuis non dederit Chriſtus ſed crucifixoribus permiſerit. 1669
Cur à paucis militibus Cruci affigi voluerit Chriſtus. 1669
Chriſti veſtes cur militibus diuiſa. 1670
Militum auaritia & ad pauperes ſpoliandos pronitas. 1671
Opprobriorum Chriſti præcipuè particeps Maria. 1672
Quod Chriſtus in corpore patiebatur, patiebatur Maria in corde. 1672
Ad Caluaria locum cur ierit Maria. 1673
Maria conſtantia iuxta Crucem. 1674
Ioannes & Maria iuxta Crucem Martyres fuère. 1674

Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum.

1668. I*Eſus Nazarenus, Rex Iudæorum.* Velint nolint Iudæi, Ieſu Regnum firmum ſuper illos, ſuper omnes ſtat; adeò vt nec Pilatus titulum hunc mutare voluèrit aut delere, ne quis inſtabile Ieſu Regnum eſſe arbitraretur. *Non vult Pilatus*, inquit S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. cap. 31. in Ioann. *mutare titulum, quia non fuit in omnibus ſibi Diuinitus permiſſum aduerſus Saluatoris gloriam furere: ſtabile nanque & citra calumniam, Chriſti Regnum eſt.*

De titulo Cruci affixo ita philoſophatur Vigerius Chor. 7. cap. 136. *Super Crucem eius, iam Crucifixi, ſcriptum affigi mandauit: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum. Super duos latrones nihil penitus ſcripſiſſe legitur, quoniam de eorum damnatione in actis prætorij plenè conſtabat. Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum eſſe conſtituens, punitus eſt ità, vt ceteris regnum affectantibus tranſiret in exemplum.*

Affigi nomen ſuum cruci voluit Chriſtus, innocens tribulationes omnes, omnes cruces melleâ huius nominis ſuauitate condiendas, ſic quidam Chriſtum alloquens loquebatur; *condimentum aliquod doloribus tuis quæreas ſuauitate nominis tui nullum opportunius inueniſti*; licèt non id ſui tantum cauſa fecerit, quàm noſtri, voluit rem in exemplum ire, vt à nobis fieret in ſimili cauſa; quod factum in iſta ab illo eſt. Addit idem auctor; *Admouiſti illud propius ægro capiti, & eo quaſi galea vſus, irato oppoſuiſti te cælo.*

Milites ergo, cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius.

1669. M*ilites ergo, cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius*, vt ſcilicet ea inter ſe diuiderent. Quàm piè, quàm auidè, quam deuotè ea accepiſſet Ieſu Mater, quæ aderat: quàm lubens victoriæ ſuæ ſpolia dediſſet Ieſus Matri, aut Ioanni. Non eſt tamen permiſſus hoc præſtare, vt vel in veſtimentorum ſuorum partitione aliquid pro nobis pateretur, ac ſi non ſatis eſſent, quæ paſſus erat in ſuo corpore. Aduocanda hùc ſunt Ruperti verba, qui ait: *Adeò, tanquam reus & peccator, proſcriptus Dominus, vt nec veſtimenta ſua charis ſuis pro magno theſauro ſeruaturus diuidere ſibi licuerit: ſed in corpore ſuo ſaturatus opprobriis, ſua quoque veſtimenta in mercedem vidit cedere interfectoribus ſuis.*

Pauci erant milites, qui Crucifixerunt eum: ſed cur noluit à pluribus Crucifigi? *Noluit* (inquit S. Ambroſius) *ſacrilegium eſſe multorum; vt à paucis quidem affigeretur, & pro toto Orbe moreretur.* Neque enim multorum tormenta timuit; ſed multorum ſacrilegia, præſertim cùm Crucifixioni pauci poſſent ſufficere miniſtri.

De Chriſti veſtibus, earumque partitione hæc habet S. Athanaſius ſegment. in Paſſ. Saluat. *Hac de cauſâ veſtes ſuas diuidi paſſus eſt, vt nos à Patre indiuiſum Verbum haberemus: ideoque ſuper tunicâ ſortem mittunt, vt ſors noſtra Chriſtus foret, quemadmodùm Pſalmographus ſcribit: Dominus, pars hæreditatis mea & calicis mei.* 1670.

Non ſcindamus eam.

S*Cindi ſuas veſtes noluit; hinc etiam probatur*, vt ille ait, *quàm amaret integritatem in moribus, qui eam ne lædi quidem pateretur in veſtibus.*

Sortiamur de illâ, cuius ſit.

S*Ortiamur de illa, cuius ſit.* Vt viles alioquin eſſent Chriſti veſtes, non erant ab eâ parte viles, quòd Chriſti eſſent, & ab eo geſtatæ. *Non vilia*, inquit hîc Rupertus, *putabantur veſtimenta, de quorum fimbriis contactis virtus exire conſueuerat. Nec vtique tunc in illo ſpectaculo deerant, qui ad comparandum ea certatim ſe ingererent: nam, vt taceam de Matre, & diſcipulo, quem diligebat Ieſus, ſtantibus iuxta Crucem eius; ſtabant* (*inquit Lucas*) *omnes noti eius à longè, & mulieres, quæ ſecutæ eum erant à Galilæâ hæc videntes.*

In veſtem meam miſerunt ſortem.

I*N veſtem meam miſerunt ſortem.* Tanquam diceret, inquit hîc Rupertus: *Adeò crudeles fuerunt, adeò conſiderantes & inſpicientes me abſque vllâ miſeratione ſteterunt, vt veſtimenta mea diuidentibus ſortes quoque mittere vacauerit. Videlicet hoc ad fidelitatem pertinebat imperij, vt Regem Iudæorum non ſolùm obtemperanter, veriùm etiam gaudenter interficerent milites Romani.* 1671.

Et milites quidem hæc fecerunt.

E*T milites quidem hæc fecerunt.* Milites, non Iudæi. Sed cur Iudæorum auaritia ipſiſmet non perſuaſit, vt Chriſti veſtes ſurriperent; & eas magno pretio deinde venderent, ſi apud ſe ob odium, quo Chriſtum proſequebantur, habere nollent? An, quia hoc, carnificum priuilegium, vt damnatorum veſtes habeant? Præterea Iudæi, licet alioquin auari, Chriſti veſtes nec poſtularunt nec habuere; *quia contaminatos ſe reputarent* (vt ille ait) *ſi tangerent aliquid veſtimentorum eius, qui damnatus erat.* Addit, milites perceiſens, id etiam factum *ad oſtendendum, quòd milites ſunt in poſſeſ-*

ſione ad ſpoliandum Dominum in ſuis pauperibus. Quod nolim poſſe iuſtè noſtris obijci.

Stabant autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius.

1672. STabant autem iuxta Crucem Ieſu Mater eius. Stabat, ſed non ſola: aliæ quoque mulieres cum eâ erant; ſequitur enim: *Et ſoror Matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.* Sed cur prima nunc Maria nominatur, cùm alibi mulieribus poſtpoſita legatur: ſic enim habes Act. 1. 14. *Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Mariâ Matre Ieſu.* Non caſu varietio iſta accidit. Vbi de Crucis ignominiis, quæ à Filio in Matrem reſiliebat, primas recenſetur Maria, quia præcipuè inter alias opprobriorum erat particeps. Extra hanc occaſionem poſtremum elegit eius humilitas locum.

Iuxta Crucem Filij & Mater erat in Cruce; non corpore, ſed corde: quia omnia tormenta, quæ Ieſus in corpore excipiebat, excipiebat in corde Maria. Audiri hic poteſt B. Laurentius Iuſtinianus de Incend. Diuini amoris cap. 4. *O dulciſſima Mater noſtra, vbi ſtas? Nunquid iuxta Crucem? Immò certè in Cruce es: ſed hoc differt, quia Filius in corpore, Tu autem in corde crucifigeris; nec non & vulnera, per eius corpus diſperſa, in tuo corde ſunt vnita. Ibi, Domina, lanceatum eſt cor tuum, ibi clauatum, ibi coronatum ſpinis; ibi illuſum, exprobratum, contumeliis plenum, demùm aceto & felle potatum. O Domina glorioſa, cur veniſti immolari pro nobis? Nunquid non ſufficiebat nobis paſſio Filij tui, niſi crucifigeretur & Mater? O cor amoris, cur verſum eſt in globum doloris? Aſpicio, Domina mea, cor tuum; & iam, non cor, ſed myrrham & abſinthium & fel video.*

1673. Dei Matrem iuxta Filij Crucem ſtantem ſic alloquitur B. Laurentius Iuſtinianus de Incend. Diu. amoris cap. 4. *O Maria amaritudine plena, quid feciſti? Cur feciſti vas ſanctitatis, vas pœnalitatis? O Domina mea, quare modò non es ſolitaria in camerâ tuâ, quia ad Caluariæ locum veniſti? Non eſt tua conſuetudo Domina mea ad talia ſpectacula properare. Cur non Te tenuit pauor muliebris? Cur non tenuit Te horror facinoris? Cur non Te tenuit turpitudo loci, & clamoris vehementia? Hæc non conſideraſti Domina dulciſſima, quia cor tuum eleuatum erat à Te. Præ dolore non erat in Te; ſed in afflictione Filij, in vulneribus vnici, in morte dilecti. Non conſiderauit cor tuum vulgus, ſed vulnus; non preſſuram, ſed figuram; non horrorem, ſed liuorem.*

Iuxta Crucem ſtabat Maria, ſi corpus ſpectes: in Cruce erat, ſi animum, ſi mentem conſideres: vt enim Chriſtus in Matre, ſic Mater in Chriſto patiebatur. Quidquid in vno erat, erat in altero: dolores Ieſu fuere & Mariæ: & Mariæ dolores Ieſum afficiebant; & mutuo alter alteri paſſionis præbebat materiam.

1674. Stabat iuxta Crucem Ieſu Mater eius. Stabat tanquam Mater Filio ſimillima. Vt vbique ſe Ieſu Matrem oſtenderit, oſtendit tamen maximè iuxta Crucem, nullum lamentum edens: & in conſtantiæ ſignum, & ob doloris vehementiam. Ad hoc poſtremum ſpectauit ille author in Alleg. Tilm. hæc offerens: *Pectus maternum immanitate doloris arctatur. Suſpirat intrinſecus, & erumpentes reuocat lachrymas; & eò amplius anxietas intumeſcit, quò egredi prohibetur. Denique formido imperabat dolori ſilentium, & vrgentium Iudæorum torui oculi illos turbines ſuffocabant. Verùm illa tantarum procellarum ſalſuginem ebibebat, &, clauſe tanti doloris tormento intrinſecùs, alium vultum exhibebat.*

Cum Virgine aſtabat Ioannes Cruci, patientique Ieſu intimè compatiebatur; vt vel ob hoc capite Martyr mereatur dici ac cenſeri. Sanctus Bernardus in Lamentatione B. Mariæ, de ipſo & de illâ loquens, ait: *Tacebant ambo illi Martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant.* Placet incruentum ſubire martyrium? Altè cogita, quæ Chriſtus eſt paſſus.

SECTIO III.

Mariam ſuæ paſſioni adeſſe voluit Chriſtus, vt plus ipſe pateretur. 1675
Modeſtia Mariæ & conſtantia iuxta crucem. 1676
Mariam vt demonſtrauerit Chriſtus Cruci affixus. 1676
Sub cruce Chriſti ſtare quàm vtile ſit. 1677
Qui Dei negotia agit, humanis affectibus nihil tribuat, 1677
In Chriſtum vt immigrauerit Ioannes ſub Cruce. 1678
Verba Chriſti, quibus Mariæ filius conſtitutus quam vim habuerint. 1679
Quanta Maria dignitas Ioannem obtinuiſſe pro filio. 1679
Chriſti in Matrem cura Chriſti dolores minuebat. 1680
Parentum cura, Chriſti exemplo ſuadetur. 1680.
Mariam in Matrem accipere quanti honoris, quanti gaudij, Ioanni fuerit. 1681
A Chriſti ſinu bibendum quid Maria poſſit. 1681
Mariæ placet cui terrena diſplicent. 1682
Mariæ venerationem hominibus ſuadere vt Chriſtus ſtuduerit. 1682
Ioannes Mariæ alumnus & cuſtos. 1682
Cur Mariam accepiſſe Ioannes dictus ſit & non Maria Ioannem. 1683

Cùm vidiſſet ergo Ieſus Matrem.

CVm vidiſſet ergo Ieſus Matrem. Quam, *mulierem*, dixit Chriſtus, *Matrem* vocat Euangeliſta, ne communis illa appellatio Matris titulo præiudicaret. Quî illam videre potuerit, cùm eius oculi ſanguine referti eſſent, indicat ipſa apud S. Brigittam lib. 4. cap. 70. *Tam ſanguinolentus* (inquit Maria) *erat Filius meus, vt nec ipſe me aſtantem Cruci videre potuerit, niſi ſanguine expreſſo per ciliorum compreſſionem.* 1675.

Stat iuxta Crucem Maria. Volente hoc Chriſto, voluit hoc Maria, quæ non aliam à Filio ſuo voluntatem habere videbatur. Sed cur voluit ſuæ crucifixioni ſuam Matrem adeſſe Chriſtus? Vt pati plus poſſet: vehementiùs quippe aſtans Virgo Chriſtum torquebat, quàm omnes ſæuientes Iudæi, crudeles milites. Omnes alij cruciatus, leues præ iſto erant. Quò Chriſti amor euaſit! Quò patiendi deſiderium, quo corripiebatur, eum adegit! Nouum tormenti genus inuenit, patientis Matris præſentiam. Adeò ſupplicijs vinci Chriſti patientia non potuit, vt horum nouum genus, omnibus aliis maius, excogitauerit atque ſubierit.

Vidiſſe Matrem dictus eſt Chriſtus, non audiſſe; vt vel hinc modeſtia Virginis & conſtantia argueretur. Bene Marcus Vigerius Chor. 7. cap. 13. 1676.

Cùm

Cùm vidiſſet Ieſus Matrem. Qui vidit, audire potuit; & meliùs audire, quàm videre: ſanguis enim de vniuerſo corpore profluens viſum potuit hebetare potiùs, quàm auditum; creſcit enim debilibus & laborantibus auditus (neſcio quomodo) viſu præ debilitate diminuto: Et tamen vidit Matrem, quia illa ſtetit. Non dixit Euangeliſta: Cùm audiſſet. Quia illam, præ modeſtiâ tacentem, audire non poterat.

Mulier ecce filius tuus.

MVlier, ecce filius tuus. Verbum *ecce*, demonſtrantis & indicantis eſt: ſed quo ſigno demonſtrare diſcipulum Matri potuit, aut Matrem indicare diſcipulo, cùm ſe mouere Cruci affixus non poſſet? An oculis annuit, quia hos ſolos cum linguâ mouere licebat? An ſigno externo non indiguit Mater, ad cuius cor Chriſti verba penetrabant. Latentia ſigna habent amantes, quibus ſenſus exprimunt ſuos. Raulini verba ſunt, qui ſic loquentem Chriſtum facit: *Illa ſolatio Filij, & tanti Filij ſe ſentiens deſtitutam, ad cordis mei aures reſonabat; & ego, qui verba cordis patienter audio, de filio ei prouidebam: is enim amantium mos eſt, vt ſignis latentibus ſuos & dolores & amores loquantur & tegant. Quid ergo demonſtratiuum ſignum quæris, vbi non digitus foris, ſed gladius penetrans intus oſtendit? vbi non connuens oculus: ſed verbum mentis inſinuat? vbi & paſtorem & agnum nullo intercedente ouis intelligit? Sed, quæſo, audi Apoſtolum meum dicentem, ſigna data eſſe infidelibus; vt ea foris operarentur ad me cognoſcendum, qui tunc intus lumen non habebant, vt me exteriùs agnoſcerent. Vt quid fideliſſimæ Matri meæ opus eſt ſigno? Si in viſceribus terræ mineras auri & argenti ſol operatur, nullum extrinſecus inde ſignum relinquens; nunquid non operari poteris verus ſol iuſtitiæ abſque apparenti ſigno in intimis Matris ſuæ?* Vt piè hæc dicta ſint vereor vt ſolidè: nam oculorum nutu & aliquâ capitis motione indicatum à Chriſto Ioannem Virgini, Virginem Ioanni docet Diuinitùs docta S. Brigitta lib. 4. cap. 70. vbi Maria ita loquitur: *Quod dixit: Ecce Mater tua, &: Ecce filius tuus. capitis & oculorum nutu tam Matrem diſcipulo, quàm diſcipulum Matri deſignauit: non enim aliter manibus indicare poterat, aut dicere: Ecce.*

1677. Pende hîc quanti referat ſub Cruce Ioannem fuiſſe, & animo in Crucem & Crucifixum (vt ita loquar) immigraſſe. Tanto hîc beneficio cumulatur, vt Dei Matrem in matrem accipiat. Vix reperias aliquem, qui piè Cruci adſtiterit, & non magnum aliquod donum inde retulerit. *Hinc factum eſt*, inquit Salmeron lib. 10. in Euang. par. 1. tract. 1. *vt omnes, qui Cruci ac morti Chriſti adſtiterunt, magnis beneficiis ditati ornatique fuerint: nam mulieres laudantur, quòd, fugientibus viris, Crucis ſpectaculo interfuerint; Ioannes Sanctiſſimam Deiparam in matrem chariſſimam acceperit; latro, qui à dextris pendebat, conſortij vi atque confeſſionis pollicitationem Paradiſi illo ipſo die ſit promeritus. Iudæi quoque videntes ſigna, quæ facta ſunt, reuerſi ſunt percutientes pectora ſua, quo tanti flagitij crimen à ſe depellere teſtarentur. Centurio quoque magnâ voce exclamauit: Verè Filius Dei erat iſte. Tu quoque ſi deuotus ac religioſus Crucifixi contemplator quaſi ſpectator quidam extiteris, præmio tuo non fraudaberis: nam aut Paradiſi certam ſpem concipies cum latrone, aut Sanctiſſimam Virginem in matrem accipies cum Ioanne; aut, agnitis peccatis tuis, pro quibus ille tantam ignominiam pertulit, percuties pectus tuum, & accuſabis ſcelera tua; aut, cognitâ Chriſti magnitudine ac Diuinitate, dices cum centurione: Verè Filius Dei erat iſte.*

Mulier. Mulierem vocat, non Matrem, vt ab omni humano affectu ſe alienum oſtenderet. Bene Ammonius Alexandrinus hîc: *Commendat Ieſus Mariam Genitricem, Cruci vicinam, Ioanni diſcipulo, mulierem appellans; ne quid affectibus humanis tribuere videretur, qui Patris Cæleſtis iam ageret negotium.* Quùm Dei res tractantur: nullus ea ſapere debet, quæ carnem ſapiunt, & humanum redolent affectum.

Ecce filius tuus. Nam totus in Ieſum immigra- 1678.
uerat Ioannes, vt Ieſum referre poſſet. Idcirco notat Origenes, non dictum: *Ecce, etiam hîc eſt filius tuus.* Sed abſolutè: *Ecce hic eſt filius tuus:* quia in Ioanne viuebat Chriſtus, vt quâdam ratione Chriſtus dici poſſe videatur. Hæc Origenis verba præfat. in Ioann. *Si nullus eſt Mariæ filius (iudicio eorum, qui de ipsâ ſanè ſenſerunt) præterquam Ieſus, dicitque Ieſus Matri: Mulier ecce filius, & non: Ecce, etiam hic eſt filius tuus: perinde eſt ac ſi dixiſſet: Ecce hic eſt Ieſus, quem genuiſti. Etenim quiſque perfectus eſt, non ampliùs viuit ipſe, ſed in ipſo viuit Chriſtus; cùmque in ipſo viuat Chriſtus, dicitur de eo Mariæ: Ecce filius tuus Chriſtus.*

Ecce filius tuus; Feciſſe hæc verba quod ſigni- 1679.
ficant cenſet Sanctus Petrus Damianus qui illa conſecrationis verbis pariat; nam ſerm. 64. *Neque*, inquit, *illa verba, quæ Saluator noſter in cruce poſitus protulit, Mulier, inquiens, ecce filius tuus: ad Diſcipulum autem: Ecce mater tua, ſic ſimpliciter ſunt accipienda, vt humano tantùm videantur more prolata, ſed prorſus efficacia ſunt, & diuinis virtutibus fulta, atque ineuitabili veritatis auctoritate ſubnixa. Illud enim vnicum Patris Verbum, quod in Cruce pendebat, ſubſtantiuum, & conſubſtantiale Patri, ac ſempiternum eſt; atque idcirco verba, quæ locutus eſt, quia ſpiritus, & vita ſunt, inaniter tranſire non potuerunt, cælum, inquit ipſe pius Ieſus, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Sicut enim dixit Matri. Hic eſt filius tuus; ita dixit Diſcipulis, Hoc eſt corpus meum. Et tantus fuit in illis verbis effectus, vt illico panis ille, quem dabat, dominicum fieret corpus. Dixit enim, & omnia facta ſunt; mandauit, & creata ſunt. Ex quadam itaque ſimilitudine, ſi dicere audeamus & B. Ioannes non ſolùm filij potitus eſt nomine, ſed propter verba illa Dominica, quoddam maius neceſſitudinis ſacramentum apud Beatam Virginem meruit obtinere.*

Ecce Filius tuus. Quid, Ieſu, Matri pro Teipſo Ioannem aſſignas? ſcilicet *pro Filio Dei ſupponis Matri filium Zebedæi, pro magiſtro diſcipulum, pro Deo vero purum hominem?* Hoccine erat, Matrem ſolari, afflictam Virginem erigere? Erat, quia in Ioanne plures accipiebat, immò omnes; & (quod magis eſt) gratiæ Mater fiebat quæ erat naturæ. Sic bonus ille author loquitur, dum loquentem ita facit Chriſtum: *Putas in Ioanne illi ſolùm Ioannem contuli filium, quam tunc altiſſimo Patris conſilio ſtatuebam omnium electorum, omnium bonorum Matrem? tunc enim de Matre naturæ faciebam Matrem gratiæ, & de Matre naturali Filij Dei Matrem omnium adoptiuorum filiorum Dei; vt, quæ ſemel intacta genuit Deum, vſque in finem ſæculi gigneret filios adoptionis Dei; &, quæ ſine dolore me peperit primogenitum in multis fratribus, vnà cum Patre meo fieret conſequentis Diuinæ generationis particeps; vt ſit Ioannes ipſe initium aliquod generationis eius.* Et, nonnullis interiectis, addit: *Sic Matri*

mea

mea Ioannem dedi filium, vt ab eâ minimè ſubtraherem meipſum, cuius infixus cordi ab eâ nequibam auelli. Sic dedi eam eſſe membrorum meorum genitricem, vt non deſineret capitis eſſe mater. Ideo enim ei Ioannem dedi filium vt quod dedit mihi Pater opus conſummaretur: cùm enim (Apoſtolo meo teſte) omnium ſim caput electorum, ipſi verè membra: ſi ergo mea Mater me caput per naturam edidit in lucem, quomodo opus conſummatum eſſet, ſi non ſimiliter ipſa membra parturierit per gratiam? Vt ergo Patri meo dicam: Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam; in Ioanne id feci, vt formam gereret totius corporis mei myſtici.

1680. *Mulier ecce filius tuus.* Matri prouidit, quaſi ipſe liber ab omni dolore eſſet; conſulit matri, ac ſi ipſe minimè pateretur in cruce: *Prouidit matri,* inquit ſanctus Cyrillus Alexandrinus, *quaſi parum de magnitudine doloris curaret, etſi acriter patiebatur.* Diceres matri conſulere cruciatuum fuiſſe leuamen.

Matrem alloquitur Chriſtus: ſed cur nihil aliis mulieribus dixit, quæ cum Matre adſtabant Cruci? An, vt hoc exemplo doceret plus obſequij matribus deferendum, quæ plus pro filiis laborarunt? Ita Vgo Carenſis hîc: *Quare aliis mulieribus, quæ aſtabant, nihil dixit? Reſpondemus: Docens nos plus aliquid præbere matribus. Sicut enim aduerſantes genitores circa ſpiritualia neque noſſe oportet, ita quando nihil impediunt omnia decet eis præſtare ante alios, quia genuerunt.*

Deinde dicit diſcipulo: Ecce Mater tua.

1681. MAtrem diſcipulo tradit, quem priùs Matris filium conſtituerat. Mirum eſt, nihil aliud addidiſſe Chriſtum, vt diſcipulum erigeret & ſolaretur de ſuâ paſſione mœſtum. An plura verba non addidit, quia tempus opportunum plura dicendi non erat? An, quia diſcipulo à mœſtitiâ erigendo ſatis eſſe poterat nuda Mariæ in Matrem acceptio? Bene Vgo Carenſis: *Quare alia non loquitur diſcipulo, neque conſolatur eum de morte ſuâ lugentem? Reſpondemus: Non tempus erat tunc huiuſmodi verborum, ſcilicet conſolationis. Prætereà hoc fuit ei magna conſolatio: non enim modicum erat honorari cum honore tali, id eſt cum Matre aſſeſſionis accipere mercedem.*

Traditur Maria Ioanni, qui prius in pectore Domini recubuerat vt vel à Filij ſinu biberet, quî colere matrem deberet. Hunc nexum expendebat Arnoldus Abb. tract. de ſeptem verbis Domini, licèt huc non vocauerit quo illum ego, ſiſto tamen illius verba; *Diſcipulus*, inquit, *qui in cœna Dominica ceruical ſibi in pectore magiſtri aptauerat, ecce iterum alio priuilegio honoratur. & poſt illud reclinatorium in quo viderat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, officina illa in qua Verbum caro factum eſt, diligenter à Filio ei commendatur, probato dilectóque diſcipulo pudor virgineus, matris thalamus, & ſanctimonia integritas aſſignatur, vt teſtis eſſet idoneus, virgo, virgini, fidelis cubicularius matri Domini ſui, miniſter deuotus pro reuerentia magiſtri.*

1682. *Ecce Mater tua.* Qui ſua reliquerat, Dei Matrem accipit in matrem. Placet Virgini ille, cui terrena non placent, nec ipſe terrenis hæret. Qui pro Chriſto rete & patrem dimiſerat, à Chriſto accipit Chriſti Matrem. Præclarè S. Ambroſius in Exhort. ad virg. *Ideo illam Dominus de Cruce diſcipulo ſuo, dilectiſſimo ſibi, tradidit ſancto Ioanni, qui dixit patri & matri ſuæ: Non noui vos. Denique vocatus à Chriſto, reliquit patrem, Verbum ſequutus. Huic traditur Virgo, qui ſuos neſciat: huic traditur Virgo, qui ſuos non cognouit, & filios ſuos non ſciuit.*

Mirum, poſt hæc verba; *Ecce mater tua*, nihil vltra dicit conuerſus ad homines, poſtrema hæc ad homines verba fuere, quibus Mariæ venerationem ſuaſit hominibus, nimirum vt altius hominum menti Virginis veneratio inſideret; *Imprimere in hominibus*; ait bonus ille auctor, *Mariæ venerationem voluerat, ideò quia hærent firmius, quæ poſtrema ſunt monita, ſuprema illius ad homines vox, Mariæ commendatio fuit.*

Ioannem matris Dei æditu um, cuſtodemque factum ad hæc verba notabat Arnoldus Abbas tract. de verbo illo: *Mulier ecce filius tuus*; ait quippe: *Non eſt paſſus Chriſtus, vt Iudaica rabies in ſanctuarium ſuum prophanam mitteret manum, vel aliqua infeſtatione violaretur illud templum Spiritus ſancti. Poſitus eſt fidelis æditu us ad tanti theſauri cuſtodiam.*

Accepit eam diſcipulus in ſua.

A*Ccepit eam diſcipulus in ſua.* Cur non dictum? *Et accepit Mater diſcipulum in ſuum?* An, 1683.
quia dubitari poterat, Ioannes ne in matrem acceptaret Virginem? quoniam adhuc plena illi lux nondum illuxerat, nec Spiritus ſanctus eum ſuis donis illuſtrauerat. De Mariâ, quæ Spiritu plena & charitate, id dubium eſſe non poterat. Ædes prætereà habebat Ioannes, in quibus reciperet Mariã: Maria nullas habebat, in quibus reciperet Ioannem. Ita Salmeron tom. 10. tract. 41. his verbis: *Quia dubitari poterat, an Ioannes Mariam in ſua acceptaret (quoniam adhuc nondùm plena lux illuxerat, nec Spiritus ſanctus eum donis ſuis illuſtrauerat) expreſſit, quod magis dubium eſſe poterat: tacuit, quod minùs erat dubium, vt intelligas verbum Chriſti fuiſſe cum poteſtate & gratiâ, non tantùm præceptum ſiue legem. Ædes prætereà habebat Ioannes, in quibus reciperet Deiparam: Maria verò nullas, in quibus reciperet Ioannem. Sed, pro illis ædibus ad tempus, B. Virgo excepit Ioannem in Cæleſtibus manſionibus, & æternis tabernaculis tanquàm peculiarem filium ſuum.*

Accepit diſcipulus Virginem in ſua, in ſuam accepit: cur non & de Virgine dicitur, accepiſſe diſcipulum in ſua, in ſuum? An, quia id multò ante præſtiterat, Ieſu arcanorum conſcia? Huc ſpectabat Vigerius chor. 7. cap. 146. *Accepit Ioannes ex illâ horâ, quâ magiſtri & Domini ſui voluntatem intellexit, à quâ, vt pro diſciplina amoris mutuo diſſentire non debuit, ita neque voluit. Fuit igitur vera filiatio per adoptionem in Ioanne, qui tunc primùm adoptionem acceptauit, quando magiſtrum ſuum ſic velle intellexit. Non ſic autem Virgo Mater Domini, quoniam erat gratiâ plena, plenaque ſcientiâ, Filij ſecretum ad paſſionem præſertim accommodatum eam latere non decuit; quoniam conſentaneum eſt, Ieſum, antequàm pateretur, Matri aperuiſſe quicquid, in Cruce ſuſpenſus, eſſet acturus. Itaque ſancta Virgo iam anteà Ioannem in adoptiuum filium acceptauerat, ſicut iam anteà Dominus Ieſus illam facere conſtituerat, & effecerat, qui nihil agit vnquam fortè, fortunâ, præter intentionem, vel per ſubitam occaſionem; ſed omnia, quæ facit, præſentia habuit, antequam fierent. Magna igitur ratione de ſeipſo dicit Euangeliſta: Ex illâ horâ accepit eam diſcipulus in ſuam: non de Virgine, vt nobis*

certum

certam relinqueret, Virginem ſapientiſſimam non inopinatè, vt ille pro temporis ratione, ſe filium adoptaſſe; neque ex illâ horâ Dominum Ieſum adoptionem inſtituiſſe, ſed tantùm indicaſſe ſcient.

SECTIO IV.

Sitire ſe cur in Cruce dixerit Chriſtus. 1684

Chriſtus expectauit, vt omnia quæ de illo dicta complerentur. 1685

Cur inclinauerit Chriſtus caput. 1685

Chriſti mors hominum vita oppignerata. 1686

Quanto patiendi amore Chriſtus teneretur. 1686

Certum paſſionis ſuæ diem cur neſciri voluerit Chriſtus. 1687

Illis maximè prodeſt Chriſti mors & paſſio qui mortem propriam præueniunt & ad illam ſe parant. 1687

Lateris Chriſti diductio expenditur. 1688

Sanguine Chriſti è latere exeunte bonus latro adſperſus. 1689

Per vulnus lateris latro introiuit. 1690

Vulnus in latere accepit Chriſtus, vt noſtra vulnera ſanaret. 1690

Patientiam inter inſultantes vt docuerit Chriſtus. 1691

In aliena ſepultura cur Chriſtus poſitus. 1692

Sitio. Vas ergo erat poſitum aceto plenum.

1684. SItio. Cur ſitire ſe dixit, cui ſuppetebat in viſceribus aqua, quam poſtea diducto à milite latere emiſit? An ſitiebat, quia ſiti homines corripiebantur, dum eius ſanguinis irriguum minimè participarent? Huc nos vocat Arnoldus Carnotenſis ad hæc verba, dum ait: *Profluentibus de ſacro latere aquis viuentibus emanantibus de fonte vberi largis liquoribus, Chriſtus ſitire ſe perhibet, & ipſe mundum irrigans, & fœcundans de ariditate cauſatur. Omnino ſanè ſitis illa exprimit, vt adhuc non illabebatur ſanguis, & aqua in corda diſcipulorum radicitus; nec immaduerant ebrietate ſpiritus, quorum animas timor, & dubietas ſiccauerat.*

Aceto plenum erat vas, & ipſi malitiâ pleni. De aceti huius oblatione hæc habet Origenes lib. 7. contra Celſ. *Semper veritatis inſidiatores fel ſuæ malitiæ, & acetum procliuitatis ad malum offerunt Domino Deo, qui guſtatum non vult bibere.*

Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum.

ACcepit Ieſus acetum. Nihil reſpuit, qui pœnas & tormenta ſitiebat. *Accepit autem*, inquit S. Ambroſius in Exod. ad Rom. ſcribens, *vt abſorberet vniuerſorum tentationes.*

Dixit: Conſummatum eſt.

1585. COnſummatum eſt. Sanctus Auguſtinus in Pſal. 86. legit: *Perfectum eſt.* Ait autem explicans hunc locum: *In Cruce poſitus accepit acetum in vltimo & ait: Perfectum eſt, & inclinato capite emiſit ſpiritum. Quid eſt? Perfectum eſt. Iam de menſurâ paſſionum nihil mihi deeſt, quia omnia, quæ de me dicta ſunt, completa ſunt: tanquam ideo expectaret, vt omnia complerentur.*

Et inclinato capite tradidit ſpiritum.

ET *inclinato capite tradidit ſpiritum.* Nimirum, ſtatim ac acetum illi porrectum eſt, & impletum, quod erat prædictum; *quaſi ad hoc ſtaret, vt impleretur*, inquit S. Auguſt. ſerm. 1. ex quadraginta nouiſſimè editis.

Et inclinato capite. Caput inclinat, tanquam mortem, quæ ab illo declinabat, alliceret & inuitaret. *Omnes moribundi*, ait S. Athanaſius, *moriuntur primùm, & tum demùm inclinant capita. Reſpondeo: Quoniam omnes Scripturas Chriſtus adimpleuit; paſſionem, Crucem, illuſiones, vulnera clauorum: iſtis, inquam, omnibus impletis, quæ pati debuerat, ſola mors reſtabat adhuc; atque hæc quidem ſibi metuens, appropinquare non audebat: ideo Chriſtus inclinato capite vocauit ipſam; nam, antequam caput inclinaſſet, verebatur propiùs accedere; ideò inquit Euangeliſta: Et inclinato capite tradidit ſpiritum.*

Tradidit ſpiritum. Non dixit, ipſum obiiſſe, ſeu, mortuum fuiſſe; ſed, tradidiſſe ſpiritum; *planè vt appareat* (inquit notæ probæ author) *Chriſti mortem vel à principio fuiſſe hominum vita oppigneratam, Deique ſpiritum cum hominis vitâ coniunctum. Qui inſpirauit in faciem hominis ſpiraculum vitæ, innuebat ſe poſteà in hominis ſalutem ſpiritum emiſſurum.* 1686.

Tres horas in Cruce patiens Chriſtus fuit, quæ, ſi pœnarum grauitatem ſpectemus, tres anni cenſeri poſſunt: ſi patiendi deſiderium, quo Chriſtus corripiebatur, tria momenta. Bene ex Chriſti ſui mente pius ille author: *Ex pœnarum parte tres illæ horæ, tres mihi anni eſſe videbuntur: ſed tria parua momenta temporis præ amoris patiendique magnitudine.* Eò magis patiendi tempus amor coërcet, quò minùs ipſe coërcetur.

Quoniam Paraſceue erat.

FEriâ ſextâ paſſum fuiſſe Chriſtum, certum eſt, menſeque Martio: diem tamen certum neſciri voluit, vt omnes pari cultu nos omnes veneraremur. De B. Veronicâ lib. 4. cap. 19. hæc habet Iſidorus Iſolanus in eius Vitâ: *Omnibus ſextis feriis menſis Martij cuiuſce anni vniuerſa ex ordine geſta in paſſione Saluatoris ſibi oſtenſa conſpexit. Dixit verò aliquando ei Dominus Ieſus, hoc ſe propterea effeciſſe, quoniam feriâ ſextâ menſis Martij paſſus fuerat: in ordine autem menſis, incertum numerari eſſe eius ſexta feria volebat, quò mortales pari veneratione dies illos proſequerentur.* 1687.

Non eſt myſterio viduum, quòd in die paraſceues Cruci affigi & mori Chriſtus voluerit. Pulchrè rem verſat S. Bernardus ſerm. 5. in Vig. Natiuit. *In paraſceue paſſus eſt, id eſt in die præparationis. Meritò omnibus dicitur: ſanctificamini hodie, & eſtote parati: iiſdem ſiquidem maximè prodeſt Chriſti mors & paſſio, qui, mortem propriam præuenientes & præuidentes, ad illam præparantur, ne imparatos intercipiat mors.*

Lanceâ latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua.

LAtus aperiri ſibi voluit, vt cæleſtes diuitiæ per illud ad nos fluerent. Non illas nobis inuidebat Chriſtus, ſed communicare cupiebat. Piè admodùm de hac lateris diductione Guilielmus in Meditat. *Inueſtigabiles diuitiæ gratiæ tuæ, Domine;* 1688.

ne, penes Te latebant in Cælo ſecreti tui, donec, lanceâ militis aperto latere Filij tui Domini & Redemptoris noſtri in Cruce, redemptionis noſtræ effluxere Sacramenta; vt in latus eius iam non digitum mittamus aut manum, ſicut Thomas; ſed in apertum oſtium toti intremus vſque ad cor tuum, Ieſu, certam ſidem miſericordiæ vſque ad animam tuam ſanctam, plenam omnis plenitudinis Dei, plenam gratiæ & veritatis, ſalutis & conſolationis noſtræ.

Vt aqua & ſanguis, quæ ex Chriſti latere profluxerunt, ad peccati deletionem tenderent, ſic explicat B. Laurentius Iuſtinianus de Caſto connub. cap. 10. *Dùm miles crudelis lanceâ latus eius aperiret, continuò Sacramenta regenerationis ac redemptionis humanæ profluxerunt veneranda: aqua quidem pro abolitione originalis delicti, ſanguis verò pro ſatisfactione actualis peccati.*

). Ex diducto latere aqua fluxit: ſed cui rei? Sanctus Petrus Chryſologus de Diu. & Laz. ſerm. 123. *De latere fundit aquam, vt Paradiſi viam temperet, ignem ex parte ſanctorum extinguat Inferni, totum chirographum debiti diluat, & ſoluat antiquum.*

Sanguine è Chriſti latere exeunte cum impetu, bonum latronem adſperſum, ſunt qui putent. S. Chryſoſtomus hom. de Cæco à natiu. *Exiuit ſanguis & aqua, vt de veritate paſſionis conſtaret, & figura Sacramentorum extaret. Neque verò ſic exierunt ſanguis & aqua, vt ſimpliciter fluerent, ſed cum impetu, vt latronis corpus aſpergerent. Quod enim cum impetuoſo fluxu emittitur, aſpergit; quod autem fluit, prout venit. At cum impetu exiuit ex latere ſanguis & aqua, vt latronem aſperſum baptizarent.*

Latus diduci ſibi voluït, vt Paradiſi nobis aditum aperiret. Lateris apertione ea damna reparare decreuit, quæ intulit illa, quæ ex latere viri formata, mulier prima. Procopij verba ſunt in cap. 2. Geneſ. *Chriſtus proprium latus ceù firmamentum aliquod haſtæ oppoſuit, Paradiſum aperiens, qui propter latus, nempè mulierem fuerat obtruſus.*

o. Per hanc portam introiuit latro, *iam non reus,* inquit S. Auguſtinus de Temp. barb. tract. 5. Addit: *Et nunc veniant omnes, quicunque amant Paradiſum, locum quietis, locum ſecuritatis, locum perpetuæ felicitatis: locum, in quo non pertimeſcas barbarum, in quo nullum patiaris aduerſarium, nullum habebis inimicum. Venite omnes, intrate omnes: eſt quà poſſitis intrare, patet latus.*

Vulnus accepit, vt noſtra vulnera ſanaret. Benè rem verſat Antiochus Ptolemaidos in Catenâ Græcâ Ioann. *Ieſus vulnus Adæ curare volens, oppoſuit latus lateri; vt vndè vulnus promanauit, indè ſalus exiſteret; in Cruce namque lanceæ latus præbuit, quoniam Adæ per ſomnum coſta ſublata fuit. Saluator corpore minimè vigil latus eſt perfoſſus: ſed poſt corporis dormitionem latus militi præbuit. Cur autem lanceæ latus occurrit. Oportebat videlicèt in figurâ huius militis vniuerſa ſolui, quæ circa Adam erant.*

Tulit corpus Ieſu.

T*Vlit corpus Ieſu.* De Cruce deponi voluït Ieſus: noluit de Cruce viuens deſcendere, licèt clamarent eius hoſtes: *Si Filius Dei es, deſcende de Cruce.* Matth. 27. 40. Ne patientia in nobis moreretur, pro nobis in Cruce voluit mori, & in eâ ſtare etiam poſt mortem. Bene S. Auguſtinus in Pſal. 70. conc. 1. *Quid te docuit pendens, qui deſcendere noluit? niſi patientiam inter inſultantes, niſi vt ſis fortis in Deo tuo.* 1691.

Sicut mos eſt Iudæis ſepelire.

S*Icut mos eſt Iudæis ſepelire.* Et cur iſtuc addidit Euangeliſta? An, ne aliquis miraretur, audiens Ioſeph ab Arimathæâ & Nicodemum occultos Chriſti diſcipulos propter metum Iudæorum accepiſſe Chriſti corpus & vnxiſſe? Id quod notabat etiam Rupertus hîc inquiens: *Ne miremur, quod auſi ſint Domini corpus aromatibus condire, qui non auſi fuerant niſi in occulto diſcipuli viuentis eſſe, addidit Euangeliſta: ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.*

In horto monumentum.

IN horto erat monumentum; in quo Chriſtus fuit ſepultus. 1692.
Indicio locus ipſe eſſe poterat, futurum vt paulò pòſt eius caro reflореſceret iuxta illud Prophetæ regij Pſal. 27. 7. *Refloruit caro mea.* Ab horto initium paſſio ſumpſit: in horto finem habuit. Totum, quod paſſus eſt, ad mentis noſtræ culturam facit.

Traditur tandem mortuus Chriſtus ſepulturæ: ſed nondum Iudæorum perfidia erat mortua. Non ampliùs tamen ſæuiunt, quia nihil ampliùs reſtabat, quo in eum crudelitatem ſuam exercerent. Hinc illud S. Auguſtini in Pſal. 56. *Etiam mortuum in Cruce pendentem lanceâ vulnerauerunt: at, vbi inuolutus curato funere poſitus eſt in ſpeluncâ, iam nihil habuerunt quod carni facerent,* nam alioquin feciſſent.

De Chriſti ſepulturâ hæc habet S. Ambr. ſer. 57. *Ideo in alienâ ſepulturâ ponitur, quia pro aliorum moriebatur ſalute: mors enim iſta non illi illata eſt, ſed nobis delata. Vt quid illi tumulus in terris, cuius ſedes manebat in Cælis.*

CAP. XX.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XX. IOANNIS.

Verſ. 1.

VNA autem ſabbati, Maria Magdalene venit manè, cùm adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: & vidit lapidem ſublatum à monumento.

Vnâ autem ſabbati. *Syr. Primo autem hebdomadis. Arab. Cùm autem eſſet vna ſabbatorum. Euth. Vno autem ſabbatorum. Theoph. Vna verò ſabbatorum. Pagn. Primo verò die ſabbatorum.. Vat. Vno verò die ſabbatorum.*
Manè. *Syr. Diluculo. Euth. Summo mane.*
Cùm adhuc tenebræ eſſent. *Arab. Cùm tenebræ adhuc remanerent. S. Ambr. Cùm adhuc eſſet obſcurum.. Ar.M. Tenebris adhuc exiſtentibus.*
Vidit. *Pagn. Videt.*
Sublatum. *Arab. Reuolutum. S. Ambr. Amotum.*
A monumento. *Syr. A ſepulchro. S. Ambr. Ab oſtio. Ar.M. Ex monumento.*

Verſ. 2.

Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem amabat Ieſus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento; & neſcimus, vbi poſuerunt eum.

Cucurrit. *Vat. Cucurrit.*
Alium. *Syr. Illum alium. Vat. Alterum illum.*
Amabat. *S. Aug. Diligebat.*
Tulerunt. *Theoph. Suſtulerunt.*
Dominum. *Syr. Dominum noſtrum.*
De monumento. *Syr. Ab illo monumento. Theoph. A monumento. Pagn. E monumento.*
Neſcimus. *Syr. Neſcio.*
Poſuerunt. *Syr. Poſuerint.*

Verſ. 3.

Exiit ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum.

Petrus. *Syr. Simon.*
Ille alius. *Vat. Ille alter.*

Verſ. 4.

Currebant autem duo ſimul; & ille alius diſcipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum.

Duo ſimul. *Arab. Duo. Fr. Luc. Illi duo ſimul.*
Et ille alius. *Syr. Sed ille. Arab. Et alius. Vat. Et ille alter.*
Præcucurrit citiùs Petro. *Syr. Curſu præceſſit Petrum. Arab. Præceſſit Petrum currens.*
Primus. *Arab. Primùm. Goth. Prior.*

Verſ. 5.

Et, cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina: non tamen introiuit.

Cùm ſe inclinaſſet. *Syr. Proſpiciens. Fr. Luc. Procumbens.*
Poſita. *Fr. Luc. Iacentia.*
Linteamina. *Syr. Lintea.*
Non tamen introiuit. *Syr. Introeundo autem non introiuit. Arab. Et non introiuit.*

Verſ. 6.

Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum; & vidit linteamina poſita.

Venit ergo Simon Petrus. *Syr. Venit autem Simon.*
Sequens eum. *Syr. Poſt eum.*
Vidit. *Syr. Conſpexit. Vat. Videt.*
Linteamina. *Syr. Lintea.*
Poſita. *Fr. Luc. Iacentia.*

Verſ. 7.

Et ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.

Quod fuerat ſuper caput. *Syr. Illud, quo comprehenſum erat caput. Euth. Quod erat ad caput.*
Linteaminibus poſitum. *Syr. Linteis. Arab. Linteaminibus.*
Separatim inuolutum. *Syr. Inuolutum poſitúmque ſeorſum.*
In vnum locum. *Syr. In vno loco. Arab. In loco alio.*

Verſ. 8.

Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus, qui venerat primus ad monumentum; & vidit, & credidit.

Tunc ergo. *Syr. Tunc.*
Et ille. *Syr. Etiam ille. Arab. Alius. Theoph. Et ille alius. Vat. Et ille alter.*
Primus. *Arab. In principio. Goth. Prior.*
Monumentum. *Syr. Sepulchri domum.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 9.

Nondum enim ſciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis reſurgere.

Nondum enim. *Arab. Quia non.*
Sciebant Scripturam. *Syr. Nouerant ex Scripturis. Arab. Cognouerant, quod eſt in Scripturis. S. Greg. Nyſſ. Nouerant Scripturam.*
Quia oportebat eum à mortuis reſurgere. *Syr. Eum reſurrecturum eſſe à mortuis. Arab. Quia ipſe reſurgeret de medio mortuorum. Theoph. Quòd oportuiſſet eum à mortuis reſurgere.*

Verſ. 10.

Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos.

Abierunt. *Mar. Redierunt.*
Diſcipuli. *Syr. Illi diſcipuli. Arab. Duo diſcipuli.*
Ad ſemetipſos. *Syr. Ad locum ſuum. Mar. Domum.*

Verſ. 11.

Maria autem ſtabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum:

Stabat. *Arab. Stans.*
Ad monumentum. *Syr. Ad ſepulchrum. Arab. Apud monumentum.*
Foris, plorans. *Syr. Plorabatque. Arab. Plorabat.*
Dum ergo fleret. *Arab. Et dum ipſa plorans eſſet.*
Inclinauit ſe & proſpexit. *Syr. Proſpexit. Arab. Inclinauit ſe. Fr. Luc. Incuruauit ſe & proſpexit.*
In monumentum. *Syr. In ſepulchrum. Arab. Ad monumentum.*

Verſ. 12.

Et vidit duos Angelos in albis ſedentes: vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu.

Vidit. *Pagn. Videt.*
In albis. *Arab. In veſtitu albo. Euth. Amictos albis.*
Ad caput. *Syr. A ceruicali.*
Vnum ad pedes. *Syr. Alterum à pedibus eius. Pagn. Alterum ad pedes.*
Vbi. *Theoph. Illic, vbi. Fr. Luc. Eo loco, vbi.*
Poſitom fuerat. *Theoph. Poſuerant. Fr. Luc. Iacuerat.*

Verſ. 13.

Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum; & neſcio, vbi poſuerunt eum.

Dicunt ei. *Syr. Et dicunt ei. Arab. Dixerunt autem ei.*
Quia tulerunt. *Vat. Suſtulerunt. Fr. Luc. Abſtulerunt.*
Et neſcio. *Pagn. Nec ſcio.*
Poſuerunt. *Vat. Poſuerint.*

Verſ. 14.

Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciebat, quia Ieſus eſt.

Hæc cùm dixiſſet. *Arab. Dixit hoc. Ar. M. Et hac loquuta.*
Conuerſa. *Arab. Et conuerſa.*
Retrorſum. *Arab. Retrò ſe. Ar. M. In ea, qua poſt.*
Vidit. *Theoph. Videt.*
Et non ſciebat. *Arab. Et non cognouit. Theoph. Et neſciebat.*
Et. *Arab. Eſſet.*

Verſ. 15.

Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans, quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum; & egò eum tollam.

Dicit. *Arab. Dicit autem.*
Quem. *Arab. Et quem.*
Illa exiſtimans. *Syr. Illa verò putabat. Arab. Et exiſtimauit ipſa.*
Hortolanus eſſet. *Arab. Ipſe hortulanus eſſet.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Suſtuliſti. *Euth. Aſportaſti.*
Et ego enm tollam. *Syr. Proficiſcar eum ſublatura. Arab. Et vadam ego accipere eum & vngere eum.*

Verſ. 16.

Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni (quod dicitur, Magiſter.)

Conoerſa illa. *Syr. Et conuerſa eſt. Arab. Conuerſa eſt ipſa.*
Ei. *Syr. Ei Hebraicè.*
Quod dicitur. *Arab. Quod eſt.*
Magiſter. *Fr. Luc. Præceptor. Mar. Magiſter meus.*

Verſ. 17.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 17.

Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.

Noli me tangere. *Syr. Ne me tetigeris. Orig. Ne me tangas. Tert. Ne contigeris me. Caiet. Ne me tange. Quidd. ap. Mar. Ne me tangendo moreris.*
Nondum enim. *Tert. Nondum.*
Aſcendi. *Mar. Aſcendo.*
Vade autem ad fratres meos. *Syr. Sed proficiſcere ad fratres meos. Arab. Vade ad fratres meos. Orig. Sed vade.*
Dic eis. *Orig. Dic fratribus meis. Tert. Dicito eis.*
Aſcendo. *Arab. Quia aſcendo. Orig. Vade. Mar. Mox aſcendam.*
Et Patrem. *S. Hil. Et ad Patrem.*
Deum meum. *Theoph. Et Deum meum.*

Verſ. 18.

Venit Maria Magdalene annuncians diſcipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

Venit. *Syr. Tunc venit.*
Annuncians. *Syr. Et euangeliZauit. Arab. Et nunciauit. Euth. Renuncians.*
Quia vidi. *Syr. Se vidiſſe. Arab. Quia vidit.*
Dominum. *Syr. Dominum noſtrum.*
Et hæc dixit mihi. *Syr. Eaque ſibi dixiſſe. Arab. Et quia dixit ei hoc.*

Verſ. 19.

Cùm ergo ſerò eſſet die illo, vnâ ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum; venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

Cùm ergo ſerò eſſet. *Syr. Cùm autem eſſet veſpera. Ar. M. Exiſtente ergo veſpere.*
Die illo. *Syr. Diei illius.*
Vna ſabbatorum. *Syr. Primi hebdomadis. Arab. Qui erat vna ſabbatorum. Pagn. Qui erat vnus ſabbatorum.*
Fores. *Syr. Ianua.*
Clauſæ. *Arab. Clauſa in loco.*
Diſcipuli congregati. *Syr. Diſcipuli.*
In medio. *Syr. Inter eos. Ar. In medio eorum.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*

Verſ. 20.

Et, cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino.

Et, cùm hoc dixiſſet. *Arab. Hoc dixit. Pagn. Et cùm hac dixiſſet.*
Oſtendit. *Arab. Et oſtendit.*
Manus & latus. *Arab. Manus ſuas & latus ſuum. Theoph. Manus ac latus ſuum.*
Viſo Domino. *Syr. Cùm viderunt Dominum noſtrum. Arab. Quia viderunt Dominum. Ar. M. Videntes Dominum.*

Verſ. 21.

Dixit ergo eis iterum: Pax vobis ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.

Dixit ergo. *Syr. Dixit autem. Arab. Et dixit.*
Iterum. *Syr. Ieſus. Euth. Iterum Ieſus.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*
Pater. *Syr. Pater meus.*
Et ego. *Arab. Ita ego. Vat. Ita & ego.*

Verſ. 22.

Hæc cùm dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum:

Hæc cùm dixiſſet. *Arab. Dixit autem hoc. Pag. Et cùm dixiſſet. Ar. M. Et hoc dicens.*
Inſufflauit. *Syr. Inſufflauit in eos. S. Cypr. Inſpirauit. Theoph. Flauit in eos. Vat. Inflauit.*
Sanctum. *Syr. Sanctitatis.*

Verſ. 23.

Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Quorum. *Syr. Si cuiquam. Arab. Et cui. S. Aug. Si cui. SS. Cypr. Fulg. & Orig. Si cuius. Pagn. Quoruncunque.*
Remiſeritis. *S. Cypr. Dimiſeritis. Orig. Dimiſeritis.*
Remittuntur. *Syr. & S. Cypr. Remittentur. Arab. Remiſſa ſunt. S. Fulg. & Orig. Dimittentur.*
Eis. *Syr. Et S. Fulg. Ei. S. Cypr. Illi.*
Et quorum. *Syr. Sin alicuius. Arab. Et cuius. S. Cypr. Si cuius. S. Fulg. Cuius. Orig. Et ſi cuius.*
Retinueritis. *Syr. Retinueritis ea. S. Cypr. Et. Orig. Tenueritis.*
Retenta ſunt. *Syr. Erunt retenta. S. Leo. & S. Fulg. Retinebuntur. S. Cypr. & Orig. Tenebuntur.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 24.

Thomas autem vnus de duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Ieſus.

Qui dicitur. *Syr. Is qui dicitur. Arab. Qui vocatur.*
Didymus. *Syr. Gemellus.*
Cum eis. *Syr. Illic cum eis.*

Verſ. 25.

Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam,

Dixerunt ergo. *Syr. Et dicunt.*
Alij diſcipuli. *Syr. Diſcipuli.*
Vidimus. *Arab. Iam vidimus.*
Dominum. *Syr. Dominum noſtrum.*
Ille autem dixit eis. *S. Euſeb. Em. Reſpondit Thomas & dixit eis.*
Fixuram. *Syr. Locum. S. Gregor. Nyſſ. Veſtigium. Caiet. Figuram.*
Mittam digitum meum. *Syr. Coniecero digitos meos. Arab. Ponam digitum meum. S. Aug. Niſi miſero digitos meos. Orig. Miſero manum meum.*
In locum clauorum. *Syr. In eum. S. Greg. Nyſſ. In veſtigium clauorum. S. Aug. In cicatrices vulnerum eius. Caiet. In figuram clauorum.*
Et mittam. *Syr. Et immiſero. S. Greg. Nyſſ. Mittam item. Orig. Et contrectauero.*
Manum meam in latus. *S. Euth. Em. Manus meas in latus. Orig. Latus.*
Non credam. *Syr. Nequaquam crediturus ſum. Vat. Nequaquam credam.*

Verſ. 26.

Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intùs, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit; Pax vobis.

Et poſt dies. *Syr. Itaque pòſt diebus.*
Venit. *Theoph. Venit ergo.*
Ianuis clauſis. *Syr. Cùm clauſa eſſent valuæ. Arab. Cùm fores eſſent clauſæ.*
Medio. *Theoph. Medio illorum. S. Euſ. Emiſ. Medio diſcipulorum. S. Hil. Medio diſcipulorum ſuorum.*
Dixit. *Syr. Dixit eis.*
Vobis. *Syr. Vobiſcum.*

Verſ. 27.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.

Deinde dicit. *Syr. Dicitque. S. Cypr. Dixit Dominus.*
Thomæ. *S. Cypr. Ad Thomam.*
Infer. *S. Proſp. Iniice. Orig. Affer.*
Digitum tuum huc. *Phil. Carp. Manum tuam in latus meum.*
Vide. *Syr. Aſpice. Arab. Reſpice. Phil. Carp.* omittit:
Manus meas. *Arab. In manum meam. Philip. Carp.* omittit.
Et affer. *Syr. Et profer. S. Leo. Et infer. S. Aug. Veni. Euth. Et admoue. S. Proſp. Et.*
Manum tuam. *Philip. Carp. Digitos.*
Et mitte. *Syr. Et immitte. Arab. Et mitte eam. S. Leo.* omittit. *S. Proſp. Mitte. Phil. Carp.* omittit.
In latus meum. *Phil. Carp. In locum clauorum.*
Noli eſſe. *Syr. Nec ſis. S. Aug.* omittit.
Incredulus. *S. Aug. Incredule. Pagn. Infidelis.*
Fidelis. *Ar. M. Credens. Caiet. Credulus.*

Verſ. 28.

Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.

Reſpondit. *S. Cypr. Reſpondit autem. Euth. Et reſpondit.*
Dixit ei. *Arab. Dixit.*
Dominus meus & Deus meus. *Syr. Domine mi & Deus mi.*

Verſ. 29.

Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti; beati, qui non viderunt, & crediderunt.

Quia. *Syr. Nunc quia.*
Me Thoma. *S. Cypr. Me.*
Beati. *Syr. Beati illi. Clem. Alex. Beati itaque. S. Cypr. Felices.*
Qui non viderunt. *Syr. Qui non viderunt me. S. Aug. Qui non vident. Ar. M. Non videntes.*
Crediderunt. *S. Aug. Credunt. Ar. M. Credentes.*

Verſ. 30.

Vulgata Editio.

Verſ. 30.

Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.

Verſ. 31.

Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtos Filius Dei; & vt, credentes, vitam habeatis in nomine eius.

Lectionum Varietas.

Multa quidem. *Syr. Multa porrò. Arab. Multa autem. Vat. Multa igitur quidem.*

Et alia. *Syr. Alia.*

Fecit. *Syr. Edidit.*

In conſpectu diſcipulorum ſuorum. *Syr. Coram diſcipulis ſuis.*

Hæc autem. *Syr. Quin & hæc. Arab. Et hæc. Tert. Hæc.*

Scripta ſunt. *Arab. Scripta ſunt ex illis. Tert. Propter quid ſcripta.*

Vt credatis. *Tert. Niſi vt credatis.*

Quia Ieſus eſt Chriſtus. *Tert. Ieſum Chriſtum.*

Filius Dei. *Pagn. Ille Filius Dei. Tert. Filium Dei.*

Vt credentes. *Syr. Cùm credideritis.*

Vitam habeatis. *Syr. Vitam æternam habeatis. Arab. Conueniat vobis vita æterna.*

In nomine. *Pagn. Per nomen.*

CAPVT XX.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Sepulchrum Chriſti quàm ſanctum, quàm deſiderabile. 1693

Deſpicere ſe debet & ſua, qui cogitat ad ſepulchrum ſe ire & ad mortem, 1693

Timorem ſuis peccatum affricat. 1694

Ætatum diſcrimina neſcit mors. 1694

Altos ſpiritus ponat qui ad ſepulchrum it. 1694

Perſtricti, qui religioſum habitum habent pietate vacui. 1695

Qui à peccati morte verè reſurrexit veterem vitam cum ſuis actibus prorſus deſerat. 1695

Sudarium & linteamina cur ſeparata inuenta in Chriſti ſepulchro. 1696

Vna autem ſabbathi.

1693. VNA *autem ſabbati.* Cur non ipſo ſabbato venit? Domi ſe continuit; nec torporis iſta manſio fuit, ſed religionis. Sanctus Cyrillus Alex. lib. 12. cap. 44. in Ioann. ad hæc verba addit: *Non remanſiſſet domi, nec à monumento abfuiſſet diligentiſſima illa mulier, niſi lege ſabbati detenta fuiſſet.*

Maria Magdalene venit manè.

MAria Magdalene ad Chriſti ſepulchrum venit: nec enim eius memoriam pia mulier ſepelierat, nec magiſtri morte amor in magiſtrum mortuus fuerat. Ignis ſub cineribus diutiùs conſeruatur: amor ſub mortis (vt ita loquar) inuolucris. De Chriſti ſepulchro hæc habet S. Bernardus ſerm. ad Milit. templ. cap. 11. *Inter ſancta & deſiderabilia loca ſepulchrum tenet quodammodo principatum; & deuotionis plus neſcio quid ſentitur, vbi mortuus requieuit, quàm vbi viuens conuerſatus eſt.*

Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citiùs Petro,

CVrrebant autem duo ſimul. Simili feruore acti, *ſe & cætera deſpicientes*, inquit Euthymius. *Nouarin. in Euang. Tom. III.* Nimirum, vt vbique ſe homo deſpicere & ſua debet, id maximè tamen eum præſtare par eſt, quùm cogitat ad ſepulchrum ſe currere.

Et ille alius diſcipulus, ſcilicet Ioannes, *præcucurrit citiùs Petro*, virginitatis alis vſus: & *quia* (vt ait B. Dionyſius Carthuſ.) *erat iunior atque agilior.* Addit: *Et forſitan Petrus magis timuit notari, quàm Ioannes; quia iam ante negauit, ſe eſſe Chriſti diſcipulum.* Timorem nimirum ſuis peccatum affricat. 1694.

Venit prior ad monumentum Ioannes, licet iunior eſſet. Frequenter ita accidit, vt ad ſepulchrum citiùs eat, qui ætatem agit floridiorem; cùm ætatum diſcrimina neſciat mors; & ſenibus ſit in foribus, iuuenibus verò in inſidiis: vnde plerumque hos tollit ante illos.

Cùm ſe inclinaſſet.

CVm ſe inclinaſſet, vt per oſtium ſpeluncæ, in quâ fuit ſepulchrum, introſpiceret; &, quid contineret, intueretur. Inclinauit ſe, quia humile oſtium erat. Scilicet, quicunque ad ſepulchrum it, inclinare ſe debet, altos ſpiritus ponere, humiliter de ſe ſentire, puluerem ſe eſſe cogitare. Eriget ſe, qui ita ſe inclinat; & vitæ ſpiritus hauriet è ſepulchro.

Vidit linteamina poſita & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum.

VIdit linteamina poſita. In Chriſti ſepulchro 1695.
Chriſti linteamina ſunt, & abeſt Chriſtus. Hoc ſepulchrum referunt, qui religioſorum habitum deferunt, intus religioſâ pietate vacui. Aptè S. Bernardus de Charit. cap. 5. *Seruatur ſub tunicâ vnâ & veſte ſimili cor vanum & omnino diſſimile; ita vt de religione antiquâ vix ſigna ſeruentur, & venientibus ad ſepulchrum Domini, quod clauſtrum eſt, & Chriſtum quærentibus, ſolùm linteamina pateant, id eſt habitus forma.*

Sed iure hîc quæras, cur, linteaminibus relictis, Chriſtus reſurrexerit. An id fecit in fidei teſtimonium, & Iudæis redarguendis, qui mentiebantur,

Apoſtolos furatos fuiſſe Chriſti corpus ? nam Apoſtoli nec linteamina reliquiſſent, nec tantum habuiſſent temporis, vt poſſent ea à corpore ſeparare. *Præterea indicare voluit* (inquit Salmeron tom. 11. tract. 10.) *hoc facto verè ſpiritualiter à morte peccati ſuſcitatos debere veterem cum actibus, colloquiis & familiaritatibus priſtinis deſerere vitam, etiamſi fortiſſimis ac dulciſſimis voluptatis vinculis conſtricti illigatique illi eſſent ſecundùm illud Apoſtoli ad Epheſ. Deponere vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitiâ & ſanctitate veritatis.*

Ex linteaminibus relictis reſurrexiſſe eum probat Ammonius in Catenâ Græcâ productus: ſic enim ille philoſophatur: *Indicium hoc erat reſurrectionis: nam ſi ab inimicis ſublatus fuiſſet, lucri gratiâ veſtimenta minimè reliquiſſent: ſin ab amicis, nudum ſanè corpus non permiſiſſent dedecore affici.*

1696. In monumento veſtimenta reliquit, vt innocentiæ ſtatum nudus referret. Bene Seuerus in Catenâ Græcâ: *Refert antiquum Adæ ſtatum, vt in Paradiſo nudus exiſtens non erubuerit: alioquin enim, vt Deus, etſi incarnatus, Diuinâ gloriâ veſtitus erat, cùm ipſe eſſet amictus lumine ſicut veſtimento, vt propheta Dauid ait.*

Hanc ſudarij & linteaminum ſeparationem ſic expendebat Seuerus in Catenâ Græcâ: *Inſuper vident ſudarium, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Nullam demonſtrabat perturbationem, quaſi à furibus ſublatum corpus eſſet: vnde enim latrones tantum otij habuiſſent, & tam imperterriti fuiſſent, vt capitis etiam velamentum ordine viderent, & foris ponerent? ita vt vel inde reſurrectionis veritas clarè confirmetur. Vident in monumento linteamina poſita: quod vtique non accidiſſet, ſi furtu corpus ſublatum fuiſſet; hoc enim latronibus apprimè eſt familiare, vt veſtimentis ſpolient, furtumque feſtinanter peragant, ne deprehendantur, & pœnas dent.*

SECTIO II.

Mariæ Magdalenæ cur primò Chriſtus apparuerit. 1697
Felix lachrymarum fuſus. 1698
Chriſti obſequia quàm magnâ donata mercede. 1698
Chriſti corpus quàm reuerenter adorandum. 1698
Angeli cur à Maria Magdalena quæſierint quid ploraret. 1699
Paucis cur ſe vel ab Angeli colloquio expedierit Maria Magdalena. 1699
Stans Chriſtus poſt reſurrectionem viſus. 1700
Iacere non debet qui ſpiritualiter reſurrexit. 1700
Hortulanus vt verè fuerit Chriſtus. 1701
Sua ſe virtute Chriſtus ſuſcitauit. 1702
Qui Chriſtum amant Chriſti verba memoriæ inſculpunt. 1703
Amor facilia omnia facit, quæ aliàs difficilia. 1703
Pericula neſcit qui verè amat. 1703

Maria autem ſtabat ad monumentum foris.

1697. QVæ plus quàm ceteræ magiſtrum amabat pluſquam ceteræ mœrore de eius morte, ac abſentiâ afficiebatur; ſtaſſe ad ſepulchrum, & foris ploraſſe ſcribitur Magdalena, quod de aliis mulieribus non legimus; vt non mirum ſi & primò ei apparuerit; Pulchrè bonus ille auctor: *Maiori anxietate mœroréque conſternatur quàm cætera, Maria ſtabat ad ſepulchrum foris plorans, vt olim pedes Seruatoris lachrymis ſuis inundârat, neque legimus mulierum iſtarum aliam in eo ad ſepulchrum itinere lachrymaſſe, ideóque Dominus noſter, primò ei apparuit.*

Stabat ad monumentum Maria, adeò vt, recedentibus diſcipulis, non recederet. *Erat vnicum ei ſolatium* (inquit B. Dionyſius Carthuſianus) *quòd vel in loco eſſe potuit, in quo Dominum ſuum reliquit, non valens ei ampliùs approximare.* In loco ſtabat, vbi ipſe, quem vnicè diligebat, ſtetit; quia ipſum habere non poterat.

Foris. Stabat foris Maria, quia Mariam intus ſui magiſtri inueniendi deſiderium inuaſerat. *Cur ſtetit foris* (inquit B. Dionyſius Carthuſianus hîc) *& non potiùs intus? Dicendum: vt oculos ſuos hinc inde circunduceret, ſi fortè, videndo, aliquid de ſuo dilecto magiſtro perciperet, quemadmodum moris eſt his, qui quærunt amiſſum.*

Proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes.

PRoſpexit in monumentum, quod iam antea viderat magiſtri ſui corpore viduum. Sæpè quærit, quæ ardenter amabat: *Sæpè formidans* (inquit B. Dionyſius Carthuſianus) *ne viſus in præcedentibus inquiſitionibus ſit deceptus.* Fors & lachrymæ, quas effuderat, oculos nonnihil turbauerant. Felix, quæ lachrymis ſuis debet, vt diligentius dilectum quærat & inueſtiget. 1698.

Vidit duos Angelos in albis ſedentes: vnum ad caput, & vnum ad pedes. Non caret hic Angelorum ſitus myſterio. Recolis, & pedes & caput Chriſti Magdalenam vnxiſſe? & rem habes. Galfridus apud Tilm. in Allegor. & hoc ait. *Meritò proinde, duos vidiſſe Angelos, ad caput vnum, & ad pedes alterum, perhibetur: nam & ad pedes Domini vnguentum fuderat, & ad caput & pedes aliquando fleuerat.* Vt videas quàm eximia mercede donentur Chriſti obſequia.

Sedentes. Sedent Angeli, non ſtant, vt vel habitu oſtenderent, ibi non eſſe corpus Ieſu. *Non ſtantes*, inquit doctus ille author, *Angelos videt, ne corpus ibi eſſe ſuſpicetur; ſed ſedentes, ſuâ ſeſſione ibi iam corpus non eſſe ſignificantes: ſi enim corpus adeſſet, ſteiſſent Angeli adorantes & reuerentes præſens corpus Diuinitati vnitum.*

Mulier, quid ploras?

MVlier, quid ploras? An plorat quia mulier? 1699.
Faciles huic ſexui lachrymæ, facilis ad lachrymas hic ſexus; ſed hæc ipſa verba apta excuriendis lachrymis erant; An omnem dolorem per lachrymas effundi curant Angeli, vt pleniùs gaudio perfunderetur futuræ conſolationis magnitudine? Bene Drogo Hoſtienſis Epiſc. ſerm. de ſacramento Dominicæ Paſſionis. *Mulier, inquiunt Angeli, quid ploras! quem quæris? equidem bene noueratis, ô piiſſimi Angeli, quid ploraret, & quem quæreret; quare illam commemorando iterum in fletus excitaſtis? ſed prope erat inſperata conſolationis gaudium, ideo tota vis doloris & plorationis excurrat.*

Quia tulerunt Dominum meum.

Q*Via tulerunt Dominum meum.* Quàm paucis ſe expedit: quàm paucis Angeli colloquium terminat. Cur diu cum illis ſermonem non reciprocat? Cur ſtatim terga vertit? additur enim? *Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum.* Origenes ſic eam loquentem facit in dubij huius ſolutionem? *Nolo Angelos videre, nolo cum Angelis manere. Si cœperint mihi multa narrare; & ſi voluero illis ad omnia reſpondere, timeo ne amorem meum magis impediant, quàm expediant.*

1700. *Tulerunt Dominum*; mirum cur Dominum tantùm dixerit, nec addiderit meum, quod poſtea præſtitit cum Angelos alloqueretur; *Tulerunt*, inquit, *Dominum meum*; Nimirum Apoſtolis vitæ ſuæ ſociis Dominum proponit non tanquam proprium, ſed tanquam communem, vt ſic illos ad communes eum quærendi labores inuitaret. Peritè Galfridus in Alleg. Tilmanni; *Sanè ad Apoſtolos dixerat, Tulerunt Dominum, cum quibus optabat habere communem non modò eius dominationem, ſed laborem quærendi, & de ipſa inueniendi eius difficultate mærorem. Nunc verò regreſſis illis à monumento, quod illi reſtat, quæ ſola remanſit, niſi vt dicat; Tulerunt Dominum meum.*

Et vidit Ieſum ſtantem.

E*T vidit Ieſum ſtantem.* Vix aut ne vix quidem alio corporis habitu, quàm ſtantem Ieſum viſum fuiſſe poſt reſurrectionem leges. *Semper poſt reſurrectionem* (ait Salmeron tom. 11. tractat. 12. *ſtans viſus eſt Dominus, quia reſurgens ex mortuis iam non moritur:* & vt innueret, iacere ampliùs non debere, qui ſpiritualiter reſurrexit.

Exiſtimans quia hortulanus eſſet.

1701. HOrtulanus putabatur à Magdalena, & verè erat hortulanus Magdalenæ; Petitè ſic Chriſtum, qui eam alloquatur, inducit Drogo de ſacram. Dominicæ Paſſionis; *Mens tua monumentum meum eſt, illic non mortuus, ſed in æternum viuens requieſco, mens tua hortus meus eſt. Bene exiſtimaſti quia hortulanus ſum, ſecundus Adam ego ſum, operor cùm cuſtodio paradiſum meum. Flores eius, pietas tua, deſiderium tuum, opus meum eſt: habes me intra te; & neſcis: ideò quæris foris, & ecce ego foris appareo vt te intrò reducam, & inuenias intus quem foris quæris.*

Exiſtimans, quia hortulanus eſſet. Erat, ſed ſpiritualis, hortum excolens animarum. *Forſitan*, inquit hîc B. Alcuinus, *nec errando hæc mulier errauit, quæ Ieſum hortulanum credidit. An non et ſpiritualiter hortulanus erat, qui in eius pectore, per amoris ſui ſemina, virtutum virentia plantabat ſata?*

Hortulanus erat, ſed ſpiritualis, animæ hortum excolens. Pulchrè Seuerus in Catenâ Græcâ, quam Latinam quoque nobis Corderius exhibuit. *Fortaſſis non abs re Ieſum ſuſpicata eſt eſſe hortulanum, cùm ille ipſe eſſet Paradiſi cultor verus atque immortalis in horto monumenti, tanquam paradiſo, mulierem, quæ Adamum primum hortulanum deceperat, erudiens.*

Si tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam.

1702. S*I tu ſuſtuliſti eum.* Verè ſuſtulit, quia ſe ſuâ virtute ſuſcitauit. Feſtiuè ad hæc verba S. Maximus hom. 3. de Paſſ. & ſepult. Dom. *Sancta & ſimplex fœmina Chriſtum requirebat à Chriſto, ac deuotione mentis prophetat, & neſcit; ait enim Domino de ſemetipſo: ſi tu tuliſti illum, dicito mihi. Rectè interrogat: ſi tu tuliſti eum: ipſe enim tulit corpus ſuum, qui ſuſcitauit: ipſe tulit corpus, qui illud iacens & dormiens ſuâ aſpiratione collegit: ipſe tulit corpus, qui Diuinitatis illud virtute geſtans portat ad cælos. Atque ideo mulier ſapienter interrogat & requirit: Si tu tuliſti eum, dicito mihi, vbi poſuiſti eum; hoc eſt: ſi illud auferens de ſepulchro ad Paradiſum tranſtuliſti (audierat enim illum dicentem latroni: Hodiè mecum eris in Paradiſo) aut certè, de Infernis in Patris dexterâ collocaſti, ſicut ait Apoſtolus: Quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexteram Dei. Beatus ergo, qui ita quærit Chriſtum Dominum, vt credat eum & in Paradiſo conſtitutum, & in Cæleſtibus collocatum. Nam, qui eum aut in Infernis requirit aut tumulis, dicitur ei: Quid quæris viuentem cum mortuis?*

Dicito mihi. Quid mulier à Chriſto Chriſtum requiris? Ipſe eſt, qui loquitur tecum. Nemo eum ſuſtulit: ſe ille ſuſtulit de ſepulchro. *Dominum*, hortulanum appellat, vt hac honorificâ appellatione faciliùs eum flecteret, & ab eo impetraret, quod illa ſummopere deſiderabat. Verè Dominus eſt, qui Chriſti eſt corpore diues; & hoc titulo iurè extollendus, ſi pietate ductus Chriſtum ſuſtuliſſet.

Dicito mihi, vbi poſuiſti eum. A Chriſto didicit 1703.
quid Chriſto diceret, licèt neſciret eum eſſe Chriſtum. Mirum: eâdem phraſi vtitur Ieſum quærens, ac vſus fuerat Ieſus, cùm, de Lazaro loquens, ſorores alloqueretur c. 11. 34. *Vbi poſuiſtis eum?* Scilicèt amantes altè verba eorum memoriæ inſculpunt, quos amant. Ieſu verbis mulier vtitur; vt, quia Ieſu præſentiâ frui non poterat, ſaltem eius verbis recrearetur. Id quod notabat Origenes, cuius hæc verba circunferuntur (locum non pono, quia excidit) *Multùm dulceſcit verbum hoc in corde eius, quod ſic abundabat in ore eius. Certè dulce magis hoc fecit dulcedo tua, Ieſu: facit hoc ipſa pro amore tuo, quoniam meminit Te dixiſſe de fratre ſuo: Vbi poſuiſtis eum? Ex quo enim audiuit verbum hoc ex ore tuo, conſeruauit illud diligenter in corde ſuo, & delectata eſt vti eo in ſermone ſuo.*

Et ego eum tollam; Amanti nihil arduum, amor facilia facit, quæ aliàs difficilia erant. *Tollam eum; quem eum dicis Maria*, inquit Sanctus Petrus Damianus ſerm. 29. *cùm de nullo feceris mentionem, ad quem relationem facias? Putáſne, quòd in omnium cordibus ita verſetur memoria dilecti tui, ſicut & in conſortio cordis tui? & ego, inquit, tollam eum. Mira res. Hominem perfectæ ætatis, virum, cuius corpori vix centum libræ ſufficiunt vnguentorum, teneriuſcula mulier portabis, & tolles? Ardens, & affecta locutio, quæ de puritatis amore refuſa, promittit, quod implere non poteſt. Nihil enim amanti difficile eſſe videtur. Quis deſpernre debeat, tantâ peccatrice non ſolùm veniam, ſed gloriam conſequente.*

Et ego eum tollam. Quid, ſi poſitum fuiſſet corpus in atrio principis ſacerdotum? Quid, ſi in medio Iudæorum? Quid, ſi inter armatos milites eundum ſibi ad illud eſſet? Iuiſſet: neſcit pericula, quæ verè amat: omnia impedimenta verus amor tollit: quòd ſi moriendum, pro lucro habuiſſet mori.

***

SECTIO III.

Etiam aliorum profectus quærendus. 1704
Quò quis plus euchitur, eò humilior eſſe debet, & pluris alios æſtimare. 1705
Iniuriarum obliniſcatur, qui ſpiritualiter reſurrexit. 1705
Quàm cautè cum mulieribus agendum. 1706
Qui ſpiritualiter à morte culpæ ſunt ſuſcitati, non paſſim ac promiſcuè cum peccatoribus conuerſari debent. 1706
Vulnerum cicatrices cur ſeruare Chriſtus voluerit. 1707
Prima poſt reſurrectionem Chriſti verba pacem ſonuere. 1707
Hominis formatorem & reformatorem vt ſe oſtendit Chriſtus. 1708
Non dimidia à Deo venia ſperanda ſed integra. 1708

Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad Patrem meum.

1704. NOli me tangere. Non addit: *Quia mundus ſum*; vt ſe longè à Phariſaico ſupercilio oſtenderet abeſſe. Feſtiuè S. Ambroſius lib. 1. de Pœnit. cap. 7. *Dixit quidem Dominus ad Mariam Magdalenam: Noli me tangere: ſed non dixit, quia mundus ſum, qui mundus erat.*

Noli me tangere. Ac ſi diceret: me tangendi aliud tempus erit cùm nondum ad Patrem meum aſcenderim, tangat te interim fratrum meorum cura, ad fratres meos perge, & læto hoc nuntio erige; nimirum aliquando propriæ conſolationis guſtus vt aliis conſulatur ſeponendus tantiſper eſt. Pulchrè ad hunc ſenſum Ribera hîc: *Sciebat Magdalena Chriſtum ad Cælum fore aſcenſurum, nec poſtea ſe fruituram eius conſpectu, & colloquio: ideò occaſionem datam tangendi Chriſtum elabi nolebat; cui ait Dominus: Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos; id eſt tempus reſtabit tangendi me, & colloquendi, adhuc enim ſum in terra, nec aſcendi in Cælum, ideò noli nunc morari, ſed gaudio, quo frueris, fac, vt fruantur Apoſtoli.*

Nondùm enim aſcendi ad Patrem meum. Scilicet qui Chriſto obſequi vult, nō nudum ſuum bonum ſpectet, non ſuo tantùm voto obſequatur; ſed & aliorum curet profectum. Hoc tacitè à Magdalenâ Chriſtus requirebat, dum tangi ab illâ noluit. Rem ita deducit eliciτque Salmeron tom. 11. tract. 12. *Noli me tangere, id eſt, Noli me vel te tangendo detinere, quia vobis ero per quadraginta dies adhuc familiaris; nondum enim aſcendi, id eſt nondum aſcendo tam citò, vt tu putas (accipiendo præteritum pro præſenti vel pro futuro) Magna erit commoditas tangendi me: interim perge nunc ad Apoſtolos meos, & fauſtum hoc reſurrectionis meæ annuncia Euangelium.*

Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum.

1705. VAde autem ad fratres meos. Quos priùs amicos vocauerat, nunc vocat fratres. Nimirum, quò quis plus euchitur, eò humilior eſſe debet, nec contemnere alios, ſed pluris æſtimare. Peritè hîc Caietanus: *Quos paſſibilis & humilis appellauerat, amicos, modò immortalis & glorioſus appellat, fratres: tum, vt eiuſdem naturæ ſe cum illis eſſe declararet; & intelligeremus ex hac appellatione ipſum non mutaſſe naturam, ſed eſſe eiuſdem naturæ humanæ & carnis, cuius priùs fuerat, cuius erant Apoſtoli: tum, vt ab exemplo diſceremus exhibere nos amicis magis intimos, cùm promoti fuerimus ad aliquem ſuperiorem gradum, quàm priùs.*

Mirum fratres ſuos, vocat, quos fratres non erat expertus, cùm illum aut negaſſent, aut ab illo fugiſſent; hoc tamen non adiecit, vt bonitatem ſuam oſtenderet, doceretque ſuo exemplo, eius eſſe, qui ſpiritualiter reſurrexit iniuriarum obliuiſci; Pulchrè rem verſat Sanctus Chryſoſtomus hom. 2. de Reſurrect. vbi ait. *Vade, dic fratribus meis, non dixit, dic errantibus, dic fugitiuis, dic latentibus, dic negantibus, ſed dic fratribus meis. O admirabilis bonitas Saluatoris: appellat fratres, quos nouerat negatores.*

Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum. Cur non dixit breuiùs? *Ad Patrem noſtrum.* Sanctus Ambroſius dubium ſoluit lib. 1. de Fide cap. 6. *Non dixit*, inquit: *Aſcendo ad Patrem noſtrum. Sed: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum. Separatio iſta diuerſitatem oſtendit; quòd illius Genitor, noſter Creator ſit.*

Cùm ergo ſerò eſſet.

CVm ergo ſerò eſſet. Nocte adueniente diſcipulis Dominus apparet, mane verò mulieribus; 1706.
ſic enim habes Marci cap. 16. c. 9. *Surgens mane prima ſabbati apparuit primò Mariæ Magdalenæ*; ſed quò ſpectat hoc temporis diſcrimen; an vt doceat cautè cum molliori ſexu agendum, nec cum mulieribus miſcenda colloquia, cùm ſuſpecta eſſe poſſunt, cúmque tenebræ moliuntur inſidias & periculum augent.

Venit Ieſus & ſtetit in medio.

VEnit Ieſus. Venit, quia perpetuò non verſabatur inter illos. Aberat ſæpè, in ſpiritualiter reſurgentis exemplum. *Quando Dominus* (inquit Salmeron ad hæc verba tom. 11. tract. 27.) *veniebat ad Apoſtolos, non perpetuò cum illis conuerſabatur, ſed euaneſcebat: ideò totus apparebat, quia ſuſcitatus erat ad vitam immortalem, ac priori longè diſſimilem; nam alioqui, ſi perpetuò manſiſſet cum Apoſtolis, creditus fuiſſet ad vitam mortalem ſuſcitatus, vt Lazarus. Quâ in re docuit eos, qui ſpiritualiter à morte culpæ ſunt ſuſcitati, vt paſſim ac promiſcuè cum aliis peccato mortuis conuerſari non debeant; ſed cum iuſtis ſpiritualem gratia Dei vitam degentibus, vt Chriſtus cum Apoſtolis & diſcipulis.*

Oſtendit eis manus & latus.

OStendit eis manus & latus. Hoc quidem perforatum erat, in illis loca erant clauorum: 1707.
cicatrices enim ſeruauit in ſignum victoriæ, in amoris teſtimonium, in paſſionis ſuæ memoriam. *Sicut Euchariſtia* (docti authoris verba ſunt) *inſtituta eſt in ſignum ſuæ paſſionis in Eccleſiâ militante; ſic in Eccleſiâ triumphante eiuſdem paſſionis memoriale, quo beati huius beneficij memoriam recentem ſemper haberent, vulnerum ſuorum cicatrices ſeruare in ſuâ carne Chriſtus voluit.*

Cùm dixiſſet, *pax vobis*, oſtendit eis manus & latus, vt innueret illa vulnera pacem peperiſſe, & piè erga eas plagas affectos ſummâ forte pace afficiēdos.

Dixit

Dixit ergo eis iterum: Pax vobis.

D*Ixit ergo eis iterum: Pax vobis.* Bis hoc repe-rit *ad ſignificandum*, inquit Vgo *pacem temporis in præſenti, & pacem æternitatis in futuro.* Addit: *Quia hoc primum poſt reſurrectionem dicit verbum diſcipulis, ideo & Paulus vbique ferè ait: Gratia vobis & pax.*

Hæc cùm dixiſſet, inſufflauit.

1708. H*Æc cùm dixiſſet, inſufflauit.* Ad viuendum opus reſpiratione non habebat, cùm vitam ageret immortalem: idcirco, non neceſſitate, ſed poteſtate reſpirauit. Inſufflauit in Apoſtolos, non ſeparatim in ſingulos (ita probi authores cenſent) ſed ſimul in omnes; vt innueret vnum eundemque ſpiritum omnibus dari.

Inſufflauit. Vt ſcilicet ſe oſtenderet hominis & formatorem & reformatorem. Sanctus Athanaſius quæſt.64. quærens, *quare flauit in diſcipulos ſuos Chriſtus, dicens: Accipite Spiritum ſanctum.* reſpondet: *Quemadmodum ſuper cæco fecit lutum, & eius oculis illiniuit, vt oſtenderet, quòd ipſe ſit, qui ab initio formauit hominem ex luto; ad eundemmodum flauit etiam in diſcipulos, declarans ſe eſſe, qui ſpiritum dat, & vitam hominibus per primitiuam illam inſpirationem, quæ in Adam eſt; inſpirauit.*

Quorum retinueritis.

Q*Vorum retinueritis.* Cur non dixerit, *quæ*, ſed, *quorum*, ſic explicat Caietanus hìc: *Nota, quòd non dicit: Et quæ retinueritis. Sed: Et quorum retinueritis: vt intelligamus, non concedi facultatem remittendi peccata aliqua, & retinendi alia: impium enim eſt, à Deo ſperare dimidiam veniam; & ſimiliter impium eſt, miniſtros eius dimidiam dare veniam. Aut enim omnia peccata dimittuntur, aut nullum tam à Deo quàm à miniſtris eius: & propterea dicit, Et quorum hominum; eſt enim conceſſa facultas omnia peccata remittendi quorumcunque hominum; & ſimiliter omnia peccata retinendi quorumcunque hominum.*

SECTIO IV.

Superiora Dei dona non facilè vulganda 1709
Bonorum conuerſatio quàm vtilis. 1710
Bonorum eſt de aliorum lapſu contriſtari & de erectione gaudere. 1711
Mali ferendi vt malitiam eiurent. 1711
Bonorum conſortium quærendum. 1712
Peccatorum ſalutem vt Chriſtus ſtudiosè quæreret: 1712
Chriſtus ſuis adeſt etiam, quum putatur non adeſſe. 1713
Qui verbis aliis ſcandalo fuit, verbis illos ædificet. 1714
Chriſti vulnera quàm ſalutaria. 1714

Vidimus Dominum.

1709. V*Idimus Dominum.* Non addiderunt: *Inſufflauit in nos Spiritum ſanctum*, vt hoc ſilentio (ſi tamen verè fuit) innuerent, ſupera Dei dona non facilè vulganda, ne inanis gloria ſubrepat & iactantia: Cæterùm plura Apoſtolos Thomæ retuliſſe credendum eſt.

Mittam digitum meum in latus eius.

T*Angere vult vulnera, qui infidelitate vulnerabatur.* Seruauit Chriſtus vulnera, vt vulneratum diſcipulum, vulnerum contactu, ſanaret. *Ecce, digitos tuos mitto per latus meum, & noli eſſe incredulus. Occiſus ſum propter te* (ſic loquentem Chriſtum facit S. Auguſtinus ſerm.33. de Verb. Dom.) *Per locum, quem vis tangere, ſanguinem fudi, vt redimerem te. Adhuc dubitas de me, niſi tetigeris me? Ecce, & hoc præſto: ecce, & hoc exhibeo. Tange & crede: inueni locum vulneris: ſana vulnus dubitationis.*

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus & Thomas cum eis.

E*T poſt dies octo.* Cur tandiu Chriſtus diſtulit, 1710.
vt ſe ſuis diſcipulis denuò oſtenderet, eóſque præſentiâ ſuâ bearet, præſertim cùm apud illos eſſet Thomas, qui curari indigebat? An tempus Thomæ voluit concedere, quo ſe diſponeret; & Apoſtolorum conuerſatione ac colloquiis paulatim ad fidem alliceretur? Vt fidelior fieret in futurum, deſiderium videndi ea, quæ narrabant, acuere intendit, dum diſtulit ſe omnibus exhibere.

Poſt dies octo. Cur tandiu diſtulit ægro diſcipulo afferre medicinam? *Non ſtatim ei apparet* (inquit S. Chryſoſtomus in Catenâ) *ſed poſt dies octo, vt in medio à diſcipulis admonitus accendatur in maius deſiderium, & fidelior fieret in futurum.*

Erant diſcipuli eius intus. Etiam Thomas, qui 1711.
priùs abfuerat. Noluit Thomæ ſeorſum apparere, vt, qui coram omnibus peccauerat, coram omnibus pertinaciam infidelitatis eiuraret; &, qui omnes ob ſuam incredulitatem triſtitiâ affecerat, ſaniorem mentem bibens, omnes erigeret & recrearet. Bonorum eſt, dè aliorum lapſu contriſtari, de erectione gaudere.

Cum diſcipulis erat Thomas. Mira hìc illorum elucet patientia, qui increduli Thomæ præſentiam tulere, donec per Chriſtum curaretur. Non reiecerunt incredulum; ſed medicam Chriſti manum expectarunt. Bonorum ſcilicet nota eſt, malos ferre, vt opportuno tempore malitiam ſuam eiurent.

Et Thomas cum eis. Licèt reſurrectionem Do- 1712.
mini non crederet, non ſe tamen ab eis, qui eam nunciabant, ſegregauit: quin (vt ille ait) *perſeuerantiùs illis adhæſit; cauitque egredi domo, ne fortè iterum, ipſo abſente, Dominus appareret.* In hoc bene ſibi conſuluit, quòd non ſeparauit ſe à bonis. Bene ſcilicet de illis ſperandum eſt, qui bonorum conſortium adeò non vitant, vt maximè ament.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc.

D*Einde dicit Thomæ.* Ad Thomam ſe conuertit, Thomam alloquitur, vt eius præcipuè causâ ſe aduenisse ſignificet, ne vel vnius è ſuis ſalutem negligere videretur. Nec expectauit, vt Thomas rogaret: non requiſitus ea diſcipulo offert videnda, quæ videre ſe velle anteà dixerat, & aliter non crediturum. Tanto deſiderio illius ſalutem Ieſus quærebat.

Infer

1713. *Infer digitum tuum.* Vt à te infidelitas auferatur. Tange latus meum, ne te incredulitas tangat. *Lanceam ſuſtinui militarem, manum Apoſtolicam non feram?* ſic enim loquentem facit S. Chryſoſtomus hom. in Deſcenſ. Dom. ad Infetos.

Infer digitum tuum huc. In loca ſcilicet clauorum digitum mitte: nam hoc anteà dixerat Thomas Nimirum, *ipſe Ieſus* (inquit S. Chryſoſtomus) *primùm eius ſatisfacit deſiderio, oſtendens ſe, cùm ea diſcipulis diceret, adfuiſſe.*

Dominus meus & Deus meus.

1714. DOminus meus, & Deus meus. Credidit corde, ore loquutus eſt. Alij Apoſtoli reſurrectionem crediderunt; ſed non legimus eos ſuam fidem verbis ſignificaſſe. Qui verbis infidelitatem ſuam expreſſerat, exprimere & verbis fidem ſuam debebat; vt; qui ſermone Apoſtolos contriſtauerat, ſermone recrearet; & ædificaret, quos ſcandalizauerat.

Dominus meus, & Deus meus. A vulnerum aſpectu ac contrectatione quàm ſublimem ebibit mentem Thomas. Ad Diuinitatis notitiam iuit per beata illa foramina. *Dominus meus & Deus meus. Modò eſt Dominus & Deus tuus* (inquit ille auctor) *quia voluit, vt videres, ne incredulitate animam perderes.* Verè Dominum ſe prodit ac Deum, quùm animas lucratur.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXI. IOANNIS.

Verſ. 1.

POSTEA manifeſtauit ſe iterum Ieſus diſcipulis ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem ſic.

Poſtea. *Arab. Poſt hec.*
Manifeſtauit ſe. *Syr. Oſtendit ſeſe. Arab. Apparuit.*
Diſcipulis. *Syr. Diſcipulis ſuis. Quidd. Codd.* omittunt.
Manifeſtauit autem. *Syr. Oſtendit autem. Arab. Et apparuit.*

Verſ. 2.

Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus; & Nathanaël, qui erat à Canâ Galilææ; & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo.

Erant ſimul. *Arab. Erant enim.*
Qui dicitur. *Ar. M. Ille dictus.*
Didymus. *Syr. Gemellus.*
Qui erat. *Syr. Ille qui erat. Ar. M. Ille.*
A Canâ. *Syr. Ex Canâ.*
Filij. *Ar. M. Illi.*
Diſcipulis eius. *Syr. Diſcipulis.*

Verſ. 3.

Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et Exierunt, & aſcenderunt in nauim: & illá nocte nihil prendiderunt.

Vado. *Syr. Abeo. Arab. Ego vado.*
Piſcari. *Syr. Venatum piſces. Arab. Et piſcabor.*
Venimus & nos. *Syr. Nos quoque imus.*
Et exierunt. *Euth. Exierunt ergo. Paga. Exierunt.*
Aſcenderunt in nauim. *Syr. Conſcenderunt nauiculam. Arab. Aſcenderunt in nauim ſubitò. Euth. Statimque ingreſſi ſunt nauim. Paga. Aſcenderunt in nauim ſtatim.*
Illa nocte. *Syr. In illâ nocte.*
Nihil prendiderunt. *Syr. Nihil piſcati ſunt. Arab. Non piſcati ſunt quicquam. Goth. Nihil apprehenderunt. Theoph. Nihil ceperunt.*

Verſ. 4.

Manè autem facto, ſtetit Ieſus in litore: non tamen cognouerunt diſcipuli, quia Ieſus eſt.

Mane autem facto. *Syr. Cùm autem eſſet mane. Arab. Et cùm ad mane veniſſent. Vat. Tempore verò iam matutino. Caiet. Mane autem iam facto.*
Stetit. *Clem. Alex. Cùm ſtetiſſet.*
In litore. *Syr. Ad litus maris.*
Non tamen cognouerunt. *Syr. Neque nouerunt.*

Verſ. 5.

Dixit eis Ieſus: Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non.

Dixit ergo. *Syr. Et dixit. Clem. Alex. Alloquutus eſt. Paga. Dicit.*
Eis. *Clem. Alex. Diſcipulos.*
Pueri. *Caiet. Filioli. Clem. Alex. Pueli.*
Nunquid pulmentarium. *Syr. Num quid ad manducandum. Arab. Nunquid aliquid, quod manducetur. S. Epiph. Num quid pulmentarij. Clem. Alex. Nunquid obſonium. Euth. Num quid obſonij.*
Habetis? *Arab. Eſt apud vos.*
Reſponderunt ei. *Arab. Reſponderunt ei dicentes.*

Verſ. 6.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.

Dicit. *Arab. Dixit autem. Theoph. At ille dicit.*
Mittite. *Syr. Conijcite. Ar.M. Iacite.*
In dexteram. *Syr. A latere dextero. Arab. In latus dextrum. Pagn. In dexteram partem.*
Nauigij. *Syr. Nauicula. Arab. Nauis.*
Rete. *Arab. Rete veſtrum.*
Miſerunt. *Syr. Coniecerunt. Goth. Miſerunt retia. Ar.M. Iecerunt.*
Et iam non valebant. *Syr. Nec poterant. Arab. Et non potuerunt. Fr. Luc. Et non amplius valebant.*
Illud trahere. *Syr. Attrahere rete. Goth. Illa trahere.*
Præ multitudine. *S. Aug. A multitudine.*
Piſcium. *Syr. Piſcium, quos continebat. Arab. Piſcium, qui erant piſcati.*

Verſ. 7.

Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus, cùm audiſſet, quia Dominus eſt, tunicâ ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

Dixit ergo. *Syr. Dixit autem.*
Diligebat. *Syr. Amabat.*
Dominus eſt. *Syr. Hic eſt Dominus noſter.*
Simon Petrus. *Syr. Ille verò Simon. Pagn. Simon ergo Petrus.*
Cùm audiſſet. *Ar.M. Audiens.*
Quia Dominus eſt. *Syr. Dominum noſtrum eſſe.*
Tunicâ. *Syr. Tunicâ ſuâ. Arab. Accepit tunicam ſuam. Arab. Amiculum.*
Succinxit ſe. *Syr. Præcinxit lumbos ſuos. Arab. Et ligauit eam ſuper lumbos ſuos. Vat. Accinxit ſe.*
Miſit ſe. *Syr. Deiecit ſe. Ar.M. Miſit ſeipſum. Fr. Luc. Proiecit ſe.*
Mare. *Syr. Mare, vt veniret ad Ieſum.*

Verſ. 8.

Alij autem diſcipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terrâ, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium.

Alij autem. *Arab. Et alij. Euth. Cæteri verò. Ar.M. Et alij.*
Nauigio. *Arab. In naui. Theoph. Nauigiolo. Caiet. Nauiculâ.*
Longè erant. *Syr. Multùm aberant. Arab. Erant diſtantes. Pagn. Longè aberant.*
Sed quaſi. *Arab. Niſi quaſi. Vat. Sed circiter.*
Cubitis. *Ar.M. A cubitis.*
Trahentes rete. *Syr. Et trahebant rete illud.*
Piſcium. *Arab. In quo erant piſces.*

Verſ. 9.

Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

Vt ergo deſcenderunt. *Arab. Cùm autem aſcendiſſent.*
Viderunt. *Syr. Conſpiciunt. Euth. Vident.*
Prunas poſitas. *Fr. Luc. Prunas iacentes.* vel: *ſtructas.*
Superpoſitum. *Syr. Eis impoſitum. Arab. Poſitum ſuper eas. Theoph. Suprapoſitum.*

Verſ. 10.

Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.

Dicit. *Arab. Dixit autem.*
Prendidiſtis nunc. *Syr. Modò piſcati eſtis. S. Aug. Apprehendidiſtis nunc. Euth. Nunc comprehendidiſtis.*

Verſ. 11.

Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus: &, cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

Aſcendit. *Arab. Aſcendit autem.*
Cùm tanti eſſent. *Syr. Toto illo onere. Arab. Cum hoc pondere. S. Aug. Cùm tanti & magni eſſent. Euth. Cùm tot ac tanti eſſent. Pagn. Cùm tot eſſent.*
Eſt ſciſſum. *S. Aug. ſunt dirupta.*
Rete. *Syr. Rete illud. S. Aug. Retia.*

Verſ. 12.

Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interro-

Dicit. *Syr. Et dixit.*
Prandete. *Arab. Ad comedendum.*
Et nemo. *Arab. Et quiſquam. Fr. Luc. Nemo autem.*
Audebat. *Arab. Non auſit.*

gare

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

gare eum: Tu quis es? ſcientes, quia Dominus eſt.

Diſcumbeutium. *Syr. Ex diſcipulis. Caiet. Diſcipulorum. M.SS. Diſcentium.*
Tu quis es. *Syr. Quis eſſet. Al. Dicens: Tu quis es.*
Scienies. *Arab. Quia ſciuerant. Pagn. Cùm autem ſcirent. Vat. Vt qui ſcirent.*
Quia Dominus eſt. *Syr. Dominum noſtrum eſſe. Arab. Ipſum eſſe Dominum.*

Verſ. 13.

Et venit Ieſus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

Et venit. *Syr. Acceſſit autem. Theoph. Venit itaque.*
Accipit. *Euth. Sumit. Pagn. Accepit.*
Dat eis, & piſcem ſimiliter. *Syr. Piſces deditque eis. Arab. Piſcem & dedit eis.*

Verſ. 14.

Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mortuis.

Hoc iam tertiò. *Arab. Et hac vice tertiâ. Pagn. Hoc iam tertiâ vice. Vat. Hoc iam tertium.*
Manifeſtatus eſt. *Arab. Apparuit.*
Diſcipulis ſuis. *Ar. M. Diſcipulis.*
Cùm reſurrexiſſet. *Arab. Poſt reſurrectionem ſuam. S. Aug. Quùm ſurrexit. Euth. Poſtquam ſurrexit. Pagn. Et cùm reſurrexiſſet. Ar. M. Excitatus. Fr. Luc. Reſuſcitatus.*
A mortuis. *Ar. M. Ex mortuis.*

Verſ. 15.

Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

Cùm ergo. *Syr. Cùm autem.*
Dicit Simoni Petro. *S. Cypr. Dixit Simoni.*
Ioannis. *Syr. Bariona. Arab. Fili Iona. Goth. Iona.*
Diligis. *Syr. Amas.*
Plus his. *Syr. Plusquam hi. S. Cypr.* omittit.
Dicit ei. *S. Cypr. Reſpondit.*
Etiam. *S. Cypr.* omittit. *Fr. Luc. Certè.*
Domine. *Syr. Domine mi. Sypr.* omittit.
Tu ſcis quia amo te. *Syr. Noſti quòd amem te. S. Cypr. Diligo.*
Ei. *Syr. Ei Ieſus.*
Paſce. *Syr. Paſce mihi.*
Agnos meos. *S. Cypr. Oues meas.*

Verſ. 16.

Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? Ait illi: etiam, Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

Dicit. *Arab. Deinde dixit.*
Iterum. *Syr. Iterum ſecundâ vice. Arab. Secundò. Theoph. Rursus iterum. Caiet. Rurſus ſecundò.*
Ioannis. *Syr. Bariona. Arab. Fili Iona. Euth. Iona. Vat. Iona.*
Diligis. *Syr. Amas.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Quia amo. *Syr. Quòd amem.*
Ei. *Syr. Ei Ieſus. Quidd. Codd. Ei iterum.*
Paſce. *Syr. Paſce mihi.*
Agnos meos. *Syr. Oues meas. Lucif. Oniculas meas.*

Verſ. 17.

Dicit ei tertiò: Simon Ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te, Dicit ei: Paſce oues meas.

Dicit ei. *Syr. Dixit ei Ieſus.*
Tertiò. *Syr. Rurſum tertiâ vice.*
Ioannis. *Syr. Bariona. Arab. Fili Iona. Vat. Ione. Caiet. Iona.*
Amas. *Arab. Diligis.*
Contriſtatus eſt. *Syr. Et triſtis fuit. Arab. Contriſtatus eſt autem. Euth. Mœrore affectus eſt. Pagn. Indoluit.*
Quia dixit. *Arab. Ob ſermonem eius ad eum.*
Tertiò. *Syr. Tertiâ vice. Arab. Tribus vicibus.*
Amas. *Syr. Diligis.*
Et dixit. *Syr. Proinde dixit.*
Domine. *Syr. Domine mi.*
Noſti. *Syr. Sapis. Arab. Cognoſcis. Quidd. Codd. Scis.*
Tu ſcis. *Syr. Tu noſti. Arab. Et tu ſcis. Caiet. Tu cognoſcis.*
Quia amo. *Syr. Quòd amem.*
Dicit ei. *S. Aug. Dicit ei. Theoph. Dicit ei Ieſus.*
Paſce. *Syr. Paſce mihi. Euth.* omittit.
Oues meas. *Syr. Oniculas meas. Euth.* omittit. *Mar. Omnes oues meas.*

Verſ. 18.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 18. Amen, amen dico tibi: cùm eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas, vbi volebas: cùm autem ſenueris, extendes manus tuas; & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis.	Iunior. *Syr. Puer.* Cingebas te. *Syr. Tu ipſo cingebas lumbos tuos. Arab. Cingebas lumbos tuos tibi ipſi. Ar. Mont. Cingebas teipſum.* Ambulabas, vbi. *Syr. Ibas quò.* Cùm autem. *Euth. Vbi verò* Senueris. *S. Aug. Senior factus fuerit.* Manus tuas. *Orig. Manum tuam.* Te cinget. *Arab. Cinget lumbos tuos. Mar. Te ligabit.* Ducet. *Arab. Ducet te. Ar. M. Feret.* Tu non vis. *Arab. Nolles.*
Verſ. 19. Hoc autem dixit, ſignificans, quâ morte clarificaturus eſſet Deum. Et, cùm hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me.	Hoc autem. *Arab. Hoc.* Significans. *Syr. Vt indicaret. Arab. Vt ſignificaret ei.* Clarificaturus eſſet. *Syr. Glorificaturus eſſet. Arab. Ipſe futurus eſſet, vt glorificaret. S. Auguſt. Moreretur.* Deum. *S. Aug.* omittit. Cùm hoc dixiſſet. *Syr. Cùm hac dixiſſet. Arab. Cùm autem dixiſſet hoc. Ar. M. Hoc effatus.* Sequere me. *Syr. Poſt me venite.*
Verſ. 20. Conuerſus Petrus, vidit illum, diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem; qui & recubuit in cœnâ ſuper pectus eius, & dixit, Domine, quis eſt, qui tradet te?	Conuerſus. *Arab. Et conuerſus eſt. Vat, Conuerſus autem.* Petrus. *Syr. Simon. Arab. Simon Petrus.* Vidit. *Arab. Et vidit. Pagn. Videt. Ar. Mont. Conſpicit.* Illum diſcipulum. *Ar. M. Diſcipulum.* Diligebat. *Syr. Amabat.* Sequentem. *Syr.Ponè venientem.* Qui & recubuit. *Arab. Et erat ille, qui recubuit. Fr. Luc. Qui & recubuerat. Caiet. Qui & cecidit.* In cœna. *Arab. Tempere cœna.* Eius. *Syr. Ipſius Ieſu.* Domine. *Syr. Domine mi.* Qui tradet te. *Syr. Qui te prodit. Theoph. Ille qui tradit te. Orig. Ille tui proditor.*
Verſ. 21. Hunc ergo cùm vidiſſet, Petrus, dixit Ieſu: Domine, hic autem quid?	Hunc ergo. *Euth. Hunc.* Cùm vidiſſet. *Arab. Vidit. Euth. Intuitus.* Dixit. *Arab. Et dixit.* Domine. *Syr. Domine mi.* Quid. *Arab. Quid erit ei.*
Verſ. 22. Dicit ei Ieſus: Sic eum volo manere, donec veniam: quid ad te? tu me ſequere?	Dicit. *Syr. Dixit.* Sic eum volo. *Arab. Si volo. Pagn. Si eum velim. Caiet. Si eum volo. Quidd. cod. ap. Mar. Si ſic eum.* Manere. *Arab. Vt remaneat hic.* Quid ad te. *Vat. Quid tua.*
Verſ. 23. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus, Non moritur; ſed, ſic eum volo manere, donec veniam: quid ad te?	Sermo iſte. *Arab. Hoc verbum. Orig. Sermo ille.* Inter fratres. *Fr. Luc. Ad fratres.* Moritur. *Goth. Moreretur.* Et non dixit ei. *Syr. Nequaquam autem dixerat.* Non moritur. *Syr. Non morietur. Euth. Quòd non moreretur.* Sic eum volo. *Arab. Si volo. Pagn. Si eum velim. Caiet. Si eum volo. Quid. cod. ap. Mar. Si ſic eum.* Manere. *Arab. Vt perduret hic.* Quid ad te. *Vat. Quid tua.*
Verſ. 24. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium	Diſcipulus ille. *Ar. M. Diſcipulus.* Qui teſtimonium perhibet. *Syr. Qui teſtatus eſt. Arab. Qui teſtimonium perhibuit. Ar. M. Te-*

Vulgata Editio.

perhibet de his,& ſcripſit hæc : & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius.

Verſ. 25.

Sunt autem & alia multa, quæ fecit Ieſus : quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos,qui ſcribendi ſunt,libros.

Lectionum varietas.

ſtificans. Fr.Luc. Teſtatur.
De his. *Syr. De his omnibus.*
Et ſcripſit. *Syr. Quique ſcripſit. Ar. M. Et ſcribens.*
Scimus. *Arab. Nos ſcimus.*

Sunt autem & alia. *Arab. Hæc autem & alia.*
Multa. *Syr. Quamplurima.*
Quæ fecit. *Arab. Fecit. Ar.M. Quæcunque fecit.*
Scribantur. *Pagn. Scriberentur.*
Per ſingula. *Syr. Sigillatim. Vat. Singulatim. Ar. M. Ad vnum.*
Nec ipſum Mundum. *Syr. Ne ipſe Mundus quidem. Arab. Quod Mundus.*
Arbitror. *Syr. Vt puto. Theoph. Opinor.*
Capere poſſe eos. *Syr. Sufficeret iis. Arab. Non caperet ea. Ar.M.Capere. Caiet.Capturum eos.*
Qui ſcribendi ſunt. *Syr. Qui ſcriberentur. Arab. Scriptis. Ar. M. Scriptos. Caiet. Qui ſcribendi forent.*
Libros. *Syr. Libris. Arab. In libris.*

CAPVT XXI.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Otium vitandum. 1715
Subditi facilè faciunt, quod vident à ſuperiore fieri. 1715
Chriſtus laborantes amat. 1715
Senſibus malè vti quàm noxium ſit. 1715
Patienter aduerſa quæque ferenda. 1716
Obedientia curioſitate infici non debet. 1716
In dexteram partem mitti retia cur Chriſtus iuſſerit. 1717
Acutè amoris oculus videt. 1718
Quantum noceat aures molliori ſexui præbere. 1719
Petri humilitas & modeſtia poſt lapſum. 1720
Prompta obedientia quàm vtilis. 1720
Virginitatis priuilegium. 1721
Animi ſimplicitas & puritas. 1721

Vado piſcari : Dicunt ei : Venimus, & nos tecum.

1715. VAdo *piſcari.* Veterem exercent artem, ſed nouâ ratione, intentione nouâ : non enim ob lucrum piſcabantur Apoſtoli, ſed vt otium vitarent, quod diaboli hamus eſt; vtque de victu neceſſario ſibi prouiderent. *Cùm neque ſemper,*inquit S. Chryſoſtomus, *cum eis eſſet Saluator, neque alius aduenîſſet Paracletus, neque perfectè eis commiſſa eſſet prædicatio; cùm nihil eſſet quod agerent,reliquo tempore piſcabantur, priorem exercentes artem, quanquam non amore lucri, vt prius.* Scilicet,alius homo eſſe videtur, qui ſemel lucro addictus,ſpem omnem lucri abiicit.

Venimus & nos tecum. Præit Petrus : ſequuntur alij. Nimirum,*ſuperioris exemplum*(ait ad hæc verba Salmeron tom.11. tract. 28. *) alios ad laborandum cogit,vt hîc Petri.* Facilè ſubditi faciunt,quod vident ab illis fieri,qui præſunt.

Mane facto ſtetit Ieſus in litore.

MAne facto ſtat in litore Ieſus,aſſiſtit ſuis piſcatoriam exercentibus artem otio torpentes odit, amat laborantes, *intentis muneri ſuo* ait pius ille auctor, *vel non ſpectatus Chriſtus aſſiſtit; theatrum illi iucundiſſimum ſocietas operoſa : ad cuius delicias vel à ſummo mane feſtinat. Artis ſuæ, quam tam malè aulicismo mutauerat redditus Petrus exempli ſui violentia omnes trahit.*

Non tamen cognouerunt diſcipuli,quia Ieſus eſt.

N*On tamen cognouerunt diſcipuli,quia Ieſus eſt;* Mirum quod ſaltem Petrus non cognouerit qui acutiſſimè eius Diuinitatem aliàs cognouerat. Primus Ioannes ait : *Dominus eſt*; An id factum quia malè ſenſibus vſus fuerat, vt voluntatis impulſu magiſtrum denegaret ? Huc faciunt verba Sancti Petri Chryſologi ſerm.78. *Quæ res*, inquit, *illam Petri ſic tardauerat mentem, vt ab alio audiret Dominum,qui cæteris conſueuerat nunciare? vbi eſt illud ipſius ſingulare,Tu es Chriſtus filius Dei viui? vbi eſt? In domo aufugerat Caiphæ principis ſacerdotum;tardiùs ſuum Dominum videbat,qui vocem facilè ancillæ ſuſurrantis audiuit.*

Pueri,nunquid pulmentarium habetis?

P*Ueri,nunquid pulmentarium habetis?* Rogat, ac 1716.
ſi empturus aliquid ab eis eſſet;ſicque ſub ſpecie emendi piſces cum diſcipulis loquitur, & parat ſibi ad miraculum viam. *Reſponderunt ei : Non.* Non permiſit Ieſus,vt familiaris vocis eius ſonus ad diſcipulorum aures iret. Priùs miraculo cognoſci voluit quàm nudo ſenſu viſûs aut auditûs: ideirco diſcipuli tanquam homini ignoto reſpondent. Non exprimunt, quòd totâ nocte piſcatores nihil prendiderint, ſuam ſortem dolentes: quod alij feciſſent. Patienter omnia tulere. Scilicet,non facilè calamitates aliis cum quâdam querelâ ſunt expromendæ præſertim ſi nullum inde ſperetur auxilium.

Mittite

Mittite in dexteram nauigij rete.

Mittite in dexteram nauigij rete. Parent, nec curioſè quærunt, vnde ſciret felicem piſcationem futuram, ſi in illam nauigij partem rete iaceretur. *Potuit dicere Petrus* (inquit S. Vincentius Ferrerius ſerm. in fer. 4. poſt Paſcha) *Et vnde ſcis tantum de arte piſcandi?* Abſtinuit ab hiſce verbis aut ſimilibus, vt oſtenderet, obedientiam à curioſitate infici; perfici verò ab illâ promptitudine, quæ ſuperfluam & nihil profuturam inquiſitionem reiicit.

1717. In dexteram mitti rete debet, non in ſiniſtram. *Illi mittunt rete* (inquit S. Vincentius Ferrerius ſerm. in fer. 4. Paſchæ) *& piſcantur ad ſiniſtram, qui, quicquid faciunt, faciunt ad habendum temporalia, vt diuitias, honores, & dignitates.* In dexteram mittit, qui, rerum temporalium neglectu; in æterna & perennatura fertur, dum operatur.

In dexteram partem mitti retia iubet. Cur ſignatè id factum poſt reſurrectionem, cùm anteà id iuſſiſſe Dominum non legamus? Sanctus Auguſtinus in Pſalm. 49. rem expendit, & myſterium retexit. *Dominus*, inquit, *poſt reſurrectionem iubet mitti retia in dexteram partem: ante paſſionem iuſſit mitti retia, non dicens in dexteram partem, neque in ſiniſtram: quia, ſi in dexteram diceret, ſolos bonos ſignificaret; ſi in ſiniſtram, ſolos malos: vbi autem tacetur dextera & ſiniſtra, mixti capiuntur boni & mali.*

1718. *Mittite in dexteram nauigij rete.* Cur, in quam partem iaciendum eſſet rete, expreſsè deſignat? *Expreſsè*, inquit Euthymius, *ad dexteram iacere præcepit, ne fortuita videretur captura.* Et caſui res tribueretur, non Chriſti iuſſioni.

Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt.

Prior videt Ioannes, prior magiſtrum cognouit; quia præcipuè & diligebatur & diligebat. Acutè amoris oculus videt. *Primus*, inquit S. Petrus Chryſologus ſerm. 78. *qui diligitur videt; quia ſemper amoris oculus acutiùs intuetur; & ſemper viuaciùs, qui diligitur, ſentit.*

Cur id Ioannes Petro potiùs dixit quàm aliis?
1719. *Hoc Petro dixit* (inquit Rupertus) *præ omnibus, quem gauiſurum eſſe ſciebat plus omnibus*: vt gaudio & amore plenus ſtatim ad eum ſe contulerit; nec expectare potuit, donec ad litus nauis vecta, nane ad litus veheretur.

Dixit Petro Ioannes Dominum illum eſſe, qui tanquam Dominus non agnoſcebatur. Et cur non cæteris feruentior Petrus prior Chriſtum cognonit, vel ex loquentia voce? An, quia eius aures quodammodo infecerant ancillæ interrogantis verba? tantum nimirum nocet, aures molliori ſexui præbere. Huc nos vocat S. Petrus Chryſologus ſerm. 78. vbi ait: *Quæ res illam Petri ſic tardauerat mentem, vt ab alio audiret Dominum, qui cæteris conſueuerat nunciare? Vbi eſt illud ipſius ſingulare? Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Vbi eſt? In domo auſugerat Caiphæ principis Iudæorum: tardiùs ſuum Dominum videbat, qui vocem facilè ancillæ ſuſurrantis audiuit.*

Quem diligebat Ieſus. Elucet hîc ſumma Ioan-
1720. nis humilitas, & modeſtia; quod diligeretur recenſuit non adiecit quòd plus aliis amaretur à Chriſto. Pulchrè Vgo Victorinus lib. 1. Miſcell. tit. 97. *Dominus poſt reſurrectionem ſuam Petrum an ſe amaret, interrogans ait. Simon Ioannis, diligis me plus his? Non affirmando, ſed interrogando hoc dixit. Sed neque ipſe Petrus dicere auſus fuit cum interrogaretur. Domine, tu ſcis quia amo te plus his: ſed ait, Domine, tu ſcis quia amo te. Ioannes quoque de ſemetipſo loquens ſic ait: Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus. Et non dixit, quem plus aliis diligebat Ieſus, ſed quem diligebat Ieſus. Neque igitur Petrus ſe amaſſe amplius, neque Ioannes amplius amatum eſſe præſumpſit, ſed alter ſe non præ cæteris, ſed cum cæteris amaſſe: & alter non præ cæteris, ſed cum cæteris amatum eſſe aſſeruit.*

Dominum eſſe Ioannes cognouit, & per Ioannem Petrus, aliique diſcipuli: ſed vnde hæc tam cita orta notitia? A promptâ præcipuè diſcipulorum parentiâ: nam, cùm illis diceretur ab eo, quem non nouerant, vt mitterent in dexteram nauigij rete, ſtatim obtemperarunt magiſtro ac Domino, licèt non vt talis ab illis agnoſceretur. Tantum obedientia hæc, quæ cæca eſſe videbatur, obtinuit. Appoſitè Rupertus hîc: *Et benè, quia citò acquieuerant dicenti: Mittite in dexteram. Sicut manſueti, qui ſequuti fuerant magiſtrum manſuetudinis ſtatim cognouerunt eum.*

Dominus eſt. Primus Dominum cognouit Ioan- 1721.
nes: ſed vnde illi tanta lux? An à virginitate? *Quare Ioannes*, inquit S. Vincentius Ferrerius ſerm. in fer. 4. Paſchæ, *præ aliis Chriſtum cognouit?* Nodum ſtatim ſoluit inquiens: *Quia Ioannes inter alios habebat illam excellentiam, quòd erat virgo puriſſimus: ideo præ aliis habebat oculos animæ clariores: ideò primò cognouit Chriſtum. Oppoſitum eſt de luxurioſis, qui habent oculos animæ lippos.*

Dominus eſt. Primus recognouit Chriſtum Ioannes ex capturâ piſcium, vt boni authores docent: coniecit enim fortuitam minimè fuiſſe. Felix piſcatio, quæ in Ieſu notitiam ducit. Nimirum; quò pluribus à Deo donamur muneribus maioribuſque, eò acutiùs in eum mentis aciem debemus intendere, vt cognoſcamus etiamſi deliteſcat. Leontius aliam rationem addit: recognitum ſcilicet priùs à Ioanne quàm à cæteris, quòd ſimplicem ac purum haberet animum. *Et verò*, inquit hîc Maldonatus, *ita ſe habet res: ſimpliciſſimus quiſque facillimè Deum cognoſcit, facillimè credit; nec eſt quicquam, quod æquè fidem impediat, atque humana prudentia & calliditas quædam, & vafrities ingenij, qualem in omnibus noſtri temporis hæreticis animaduertimus.*

SECTIO II.

Moras in bono quiſque vitet. 1722

Ita in Dei prouidentia fidendum vt operam quam poſſumus, adhibeamus. 1725

Vera ſolidáque dat Deus dona. 1713

Deo tribuenda quæ agimus. 1723

Temperantiam & deliciarum fugam vt ſuis Chriſtus commendet. 1754

Menſa & fercula ſpiritualia exercitia non impediant. 1755

Chriſti amor in eo ardeat qui animarum curam habet. 1756

Ad paſtores cura pertinet, ad oues obedientia. 1727

Animarum cura quàm Deo grata. 1757

Paſtor & præſul quid exhibere ouibus debeat. 1728

Paſtor oues paſcat tanquam Chriſti, non ſuas. 1728

Ouium commoda quærat paſtor, non ſua. 1729
Proficere & creſcere cum ætate virtus debet. 1730
Super omnia diligi debet, à Deo diligi. 1730
Spirituale martyrium ſubit, qui Chriſto patienti morientique mente adeſt. 1730

Alij autem diſcipuli nauigio venerunt.

1722. A*Lij autem diſcipuli nauigio venerunt.* Licèt etiam ipſi Ieſum diligerent, & maximè cuperent Ieſu præſentiâ frui, & illi appropinquare; non ſe tamen in mare proiecerunt, vt fecit Petrus; ſed venerunt nauigio. Mirum autem, vt illos excuſauerit Euangeliſta. *Non enim*, inquit, *longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis.* Sícque parum aberant à litore, ac proinde breui morâ Petrus prænenit eos: tum etiam quia non erat negligendum rete, nec piſces tanto miraculo capti. Excuſatione igitur digni erant diſcipuli, ſi Petri exemplum non ſunt ſequuti. Pende hîc mihi, quàm ſolicitè ſtuduerit Euangeliſta omnem moræ notam, ſi qua eſſe poterat, omninò abradere. Quid hîc illi, qui moras nectunt, caſque maximè longas, ad Dominum ituri; idque, non in eius tantùm obſequium, ſed ad ipſorum ſalutem?

Viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum & panem.

V*Iderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.* Tale ſuis conuiuium præparauerat Ieſus; ſed mirum, quod ſtatim diſcipulis iuſſit, vt de piſcibus, quos ceperant, afferrent, adderéntque iam paratis, nam multos prunis ſuperpoſitos cenſet inter alios ſanctus Cyrillus Alexandrinus; Aliquis hîc ſtatim quærat cur iſtuc factum, & quid tacitè doceat, cùm poſſet ſuos ex piſcibus quos parauerat Chriſtus paſcere, nec eſſet neceſſe illos ſymbolum ex iis offerre, quos prendiderant; Benè reſpondet hîc Maldonatus: *Dicerem, velle nos Deum ita ex eius pendêre prouidentia, ita confidere non paſſurum eum vt quidquam nobis deſit, vt tamen ſtudium, & operam, quam poſſumus noſtram adhibeamus; oportere nos cum ipſo cooperari, non debere otioſos eſſe, & diuinâ abuti, prouidentiâ, non ſemper ex manna viuendum cælitus miſſo; piſcandum, arandum, ſerendum, metendum, laborandum nobis eſſe: Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.*

Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.

1723. A*Fferte de piſcibus, quos prendidiſtis nūc.* Quāuis piſces iam aſſarentur, voluit tamen & de illis afferri, quos preheuderant, *ne phantaſticum videretur negotium*, inquit Euthymius. Vera ſolidaque, non inania, & veritatem mentientia, vult eſſe Deus beneficia, quæ exhibet. Mundus contrà: ſuos decipere extimâ bonorum ſpecie ſtudet.

Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Peritè expendit hæc verba Salmeron tom. 11. tr. 28. *Venuſtè ait de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Non ait: Quos ego vos prendere feci. Sic enim ſolet Spiritus in Scripturâ nobis opera bona adſcribere, non vt hinc nobis placeamus, vel nobis quicquam tribuamus; ſed vt nos potiùs illi, ex quo omnia noſtra proficiſcuntur, tribuamus; ſiquidem omnia opera noſtra in nobis operatus eſt ipſe. Et licèt epulas iam paratas à Chriſto inueniant, iubentur tamen afferre de piſcibus à ſe captis; quia Deus opera noſtra cum ſuis coniungi vult, vt ſimus Dei adiutores in noſtra atque aliena ſalutis negotio. Ad hæc: etſi poſſet omnes ſatiare de piſce ſuppoſito prunis, tamen præcipit de piſcibus captis vti afferrent; quia dum aliunde habemus, aut habere poſſumus victui neceſſaria, non debemus ad miracula confugere, neque ea, quæ ſupra naturam ſunt, efflagitare præſidia.*

Aſcendit Simon Petrus.

A*Scendit Simon Petrus*, vbique ad parendum promptus. Qui primus inter alios ad Chriſtum venerat, primus etiam diſcedit à Chriſto, vt Chriſto obſequatur. Verè ad Ieſum appropinquat, qui ad Ieſu nutum à Ieſu ſe tantiſper præſentiâ corporali nonnihil elongat.

Venite, prandete.

V*Enite, prandete.* Et quale hoc prandium, quod ſuis poſt victoriam, terræ Cælique Dominus parat? Panem piſceſque numera: nihil audis præterea. Satis diues locupléſque conuiuium, quòd Chriſti præſentia nobilitabat, non fercula. Quis non tale conuiuium omnibus aliis anteferret? Dominus mortalem vitam viuens ab omnibus deliciis ſuos auocauerat. Non aliter hîc facit, vitam immortalem agens, ne ſibi ipſi contrarius eſſe videretur. Noluit delicatè tractare in hac vitâ ſuos, vt temperantiam tacitè commendaret, quæ & incorruptibilis vitæ quoddam (vt ita loquar) præludium eſt. 1624.

Accipit panem.

A*Ccipit panem*, fractumque dedit diſcipulis ſuis. Pro veteri more agit, vt vel hinc ipſe agnoſceretur. Mirum illud: in hoc conuiuio nullam potûs mentionem fieri: ſed hoc miraculo non fuiſſe procuratum boni authores cenſent; quia nimirum facilè ſuppetebat è vicinô mari ſcilicet lacu dulcis & potabilis aqua: vt vel ab hoc potu nos quoque temperantiam & ſobrietatem biberemus; licet S. Vincentius Ferrerius ſerm. in fer. 4. Paſchæ, vinum adfuiſſe iudicet: *Chriſtus inquit eis parauerat menſam & panem & vinum.*

Cùm ergo prandiſſent dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus his?

C*Vm ergo prandiſſent.* Vtile monitum eſt, quod hinc exculpit, & hîc offert Caietanus, ait 1725.
enim: *Ieſus non minima myſteria exercuit immediatè poſt ſumptum cibum: nam & Sacramentum Euchariſtiæ inſtituit poſt cœnam; & in die reſurrectionis, poſtquam comedit coram diſcipulis, aperuit illis ſenſum, dedit Spiritum ſanctum, & nunc poſt prandium committit Petro Pontificatum: vt diſcamus ab exemplo, tam cœnam quàm prandium ſic ſumere, vt nullum præſtetur impedimentum exercitiis ſpiritualibus, vt non minùs idonei ſimus ad exercitia ſpiritualia.* Statim poſt prandium de amore loquitur, & Pontificatum Petro tradidit. *Volebat nimirùm Dominus* (inquit Salmeron tom. 11. tract. 29.) *ſuo exemplo commonefacere, vt ſic cœnam ſiue prandium capiamus, vt, cibo ſuſcepto, non minùs ad exercitia ſpiritualia idonei ſimus.*

Simon Ioannis, diligis me plus his? Amorem poſtulat

lat à Petro, qui à Petro timorem excuſſerat reſurgendo. Huc reſpiciens S. Auguſtinus ſerm. 24. de Sanctis ita ſcribit: *Nunquid non, quando negauit Petrus Chriſtum, occidi timuit? Hoc timuit pati, quod paſſus eſt Chriſtus. Reſurgendo Chriſtus abſtulit mortis timorem; & , quoniam abſtulerat mortis timorem, meritò interrogabat Petri amorem.*

1726. *Diligis me?* Scitè hæc verba expendit Caietanus. *Antequam curam ouium committat, non petit, ſcis aut potes aut vis; ſed: Diligis me? Non dicit: Diligis oues meas, diligis præmia mea, promiſſiones meas? & huiuſmodi; ſed: Diligis me?* Et nonnullis interiectis: *Nulla merces, nulla mercedis ratio, nulla Petri vtilitas proponitur; ſed ſolus Chriſti amor exigitur, & affertur ratio paſcendi agnos Chriſti.*

Sed cur ter repetit, cum ſemel id dixiſſe ſatis videri poſſet? Sanctus Ambroſius in cap. 9. epiſt. 2. ad Corinth. *Et Dominus*, inquit, *non dubitans de amore erga ſe Petri Apoſtoli, tertiò dicit ei, Simon Ioannis, amas me? Quæ trina repetitio quaſi ſuperflua videtur, ſed prodeſt ad perfectionem monitionis, vt ſciat magna ſe cum diligentia debere curare quod frequenter mandatur.*

Non audet cæteris ſe præferre Petrus: ſe Ieſum diligere aſſerit, non adiicit: *Plus Te quàm alij diligo.* Saoctus Bernardus ſerm. de diligen. Deo, *Nota*, inquit, *quòd requiſitus Petrus, an diligat plus his; tantum reſpondit, ſe diligere, non audens affirmare, quod priùs ſe dixiſſe temerè confundebatur; & fortaſsè propterea contriſtatus eſt. Dixerat enim priùs: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in Te, ſed non ego.*

Paſce agnos meos.

1727. P*Aſce agnos meos.* Rectè in ouium paſtorúmque vtiliratem expendebat hæc verba S. Auguſtinus ſerm. 62. de Verb. Dom. *Commendabat*, inquit, *Petro Chriſtus agnos ſuos paſcendos; qui paſcebat & Petrum. Quid enim Petrus poterat præſtare Domino, maximè iam immortale corpus gerenti, & in Cœlum aſcenſuro? tanquam ei diceret: Amas me? In hoc oſtende, quia amas me: paſce oues meas. Ergo, fratres, cum obedientiâ audite oues vos eſſe Chriſti; quia & nos cum timore audimus: Paſce oues meas. Si nos cum timore paſcimus, & timemus pro ouibus, ipſæ oues quomodo pro ſe debent timere? Pertineat ergo ad nos cura, ad vos obedientia; ad nos vigilantia paſtoralis, ad vos humilitas gregis. Quanquam & nos, qui vobis videmur loqui de ſuperiore loco, cum timore ſub pedibus veſtris ſumus: quoniam nouimus, quàm periculoſa ratio de iſtâ quàm ſublimi ſede reddatur.*

Paſce oues meas.

EXplicari vix poteſt, quàm grata Chriſto occupatio circa animarum ſalutem. Id ex productis verbis colligebat B. Laurentius Iuſtinianus de Caſto connub. cap. 12. *Nullo quidem exercitio congruentius occupatur ſponſa, quàm cum animarum intendit lucris: hoc etenim ſacrificio nil maius nil ſuauius Verbo redolet, vnde Petro cùm diceret: Amas me? illeque reſponderet: Domine, Tu noſti omnia: Tu ſcis, quia amo Te: ipſe mox intulit: Paſce oues meas. Nihil amanti ardenter charius potuit committere, quam illud, propter quod exinanire voluit & mori. Hoc exemplo, quantum illi fraternus amor placeat, & potiſſimè quum circa animæ ſalutem occupatur, voluit commendare.*

Non ſemel aut bis ſed ter dicitur Petro vt Chriſti oues paſcat quia nimirum prælatus vt inquit Vgo Carenſis in cap. 6. Prou. *tenetur ſubditis triplex dare pabulum, verbi, exempli, & temporalis ſubſidij quum opus: vnde Petro ter dictum eſt: Paſce oues meas.* Paulò aliter rem verſat Sanctus Bernardus Epiſt. 201. *Tu tamen ſi ſapis, iunges & tertium; ſtudium videlicet orationis ad complementum vtique trinæ illius repetitionis in Euangelio de paſcendis ouibus. In hoc noueris illius trinitatis ſacramentum in nullo fruſtratum à te, ſi paſcas verbo, paſcas exemplo, paſcas & ſanctarum fructu orationum. Manent itaque tria hæc: verbum, exemplum, oratio: maior autem his eſt oratio.* 1728.

Paſce oues meas. Omnes ſcilicet; adeò vt, qui Petrum paſtorem non agnoſcit, ex Chriſti ouibus minimè ſit. *Oues meas*: tanquam Chriſti eſſent, non Petri. *Oues meas*, ait ad explicatum S. Auguſtinus, *ſicut meas paſce, non ſicut tuas. Gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua.* Denique non ſe quærere verus Paſtor debet in paſcendis Chriſti ouibus, ſed Chriſtum. 1629.

Paſce oues meas. Hæc boni paſtoris nota, vt ouium commoda quærat, non ſua: ſubditorum indigentiæ conſulat, non ea ſectetur, quæ gloriam ſuam tangunt. Peritè S. Chryſoſtomus hom. 47. in Matth. *Petro non dixit: ſi me amas, ſigna fac, ſed: Paſce oues meas.*

Cùm autem ſenueris.

C*Vm autem ſenueris.* Igitur à ſene plura quæruntur quàm à iuuene: quidni quærantur? In ſæcularibus negotiis, periculiſque ſenectus imbecillior eſt, in diuinis robuſtior eſt iuuentute, proficere quippè cum ætate & virtus debet, vt illâ auctâ augeatur iſta; Pulchrè Sanctus Chryſoſtomus hom. 87. *Quomodo autem cùm dixiſſet: Cum eſſes iunior: ſubdit: Cùm ſenueris? ſed cur ſuperioris vitæ meminit? Vt ſignificet in rebus ſecularibus iuuenem vtilem eſſe ſenem inutilem, non ita in diuinis; ſed cùm aduenerit, inquit, ſenectus, tunc fortior eris, atque præſtantior, nihil te ætas impediet.*

Quem diligebat Ieſus.

Q*Vem diligebat Ieſus.* Præfert hunc titulum omnibus aliis. Nimirum, ſuper omnia diligi debet à Deo diligi. Scitè rem expendit B. Thomas à Villanouâ conc. 1. de D. Ioann. Euang. *Valdè ponderandum eſt, fratres, quòd Ioannes Euangeliſta, cùm tot titulis & cognominibus clarus eſſet, in ſuo Euangelio non Apoſtolum, non Euangeliſtam, non prophetam, non virginem, aut alio quolibet dignitatis cognomento; ſed diſcipulum, quem diligebat Ieſus, frequentiùs ſe ſoleat nuncupare: exiſtimauit enim (& meritò) vir ſapiens omnium gratiarum hanc præcipuam & maximam reputandam eſſe, quòd à Domino dilectus ſit; neque poſſe ampliori aut digniori titulò quempiam decorari.* 1730.

Sic eum volo manere.

S*Ic eum volo manere.* Aliqui hæc verba de martyrio accipiunt, vt ſignificauerit Chriſtus, Petrum quidem martyrium ſubiturum, Ioannem naturali morte moriturum: quod & accidit. Sed cur Ioannem tam ſingulari martyrij priuilegio hono-

réque priuauit, quem tam eximiè amabat, à quo tam ardenter amabatur? An Martyris titulo non caruit, quùm miſſus in feruentis olei dolium eſt, licet illæſus exierit? An martyrium quoddam fuit, quùm adſtitit Chriſto in Cruce morienti? Pulchrè ille Ieſum loquentem facit: *Qui tunc vſque ad Crucem me ſunt ſequuti, vt Ioannes, Maria Magdalene*(addo, & Maria eius Mater) *non oportet moriantur pro me per martyrium: iam enim iuxta Crucem commortui ſunt mihi.* Spiritale quoque martyrium ſubibit, qui mente Chriſto patienti morientique per meditationem frequens aderit.

Hæc in ſancti Ioannis Euangelium notabam, plura prudens non adiicio, ſatis hæc meo inſtituto ſunt, licèt fors non legentium voto: pauca dedi vt & in libris qui ſuperſunt aliqua poſſim exhibere. Igitur à Ioanne ad Ioannem tranſeo, & poſt Ioannis Euangelium dilecti diſcipuli epiſtolas more meo libro, & expendo.

EPISTOLA

EPISTOLA PRIMA B. IOANNIS APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

Vulgata Editio.

Verſ. 1.

QVOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.

Verſ. 2.

Et vita manifeſtata eſt, & vidimus. & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis:

Verſ. 3.

Quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre, & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

Verſ. 4.

Et hæc ſcribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium veſtrum ſit plenum.

Verſ. 5.

Et hæc eſt annuntiatio, quam audiuimus ab eo, & annuntiamus vobis: Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.

Verſ. 6.

Si dixerimus quoniam ſocietatem ha-

Lectionum Varietas.

Quod fuit. *Syr. Euangelizamus vobis illud quod erat. S. Ambr. Quod erat.*
Ab initio. *Syr. A principio.*
Quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris *S. Ambr. Quod audiuimus, quod vidimus. Tert. Quod vidimus, quod audiuimus.*
Quod perſpeximus. *S. Ambr. Oculis noſtris perſpeximus. Tert. Oculis noſtris vidimus. Ar. M. Quod ſpectauimus.*
Manus noſtræ. *Syr. Manibus noſtris.*
Contrectauerunt. *Syr. Contrectauimus. S. Ambr. Perſcrutata ſunt. S. Aug. Tractauerunt.*
De verbo. *Syr. Hoc eſt verbum. Tert. De ſermone.*

Et vita. *S. Aug. Et ipſa vita. Mar. Quia vita.*
Manifeſtata eſt. *Goth. Manifeſtata eſt nobis. S. Proſper. Palàm facta eſt nobis.*
Et teſtamur. *S. Aug. Et teſtes ſumus. Oec. Et teſtificamur. Caiet. Etiam teſtamur.*
Annunciamus. *Syr. Prædicamus.*
Vitam æternam. *Ar. M. Illam vitam æternam.*
Apparuit nobis. *S. Aug. Manifeſtata eſt in nobis: Pagn. Manifeſtata eſt nobis. S. Fulg. Palam facta eſt nobis.*

Quod vidimus. *Syr. Et quod vidimus. Goth. Quod ergo vidimus. S. Aug. Quæ ergo vidimus. Vat. Quod vidimus, inquam.*
Annuntiamus vobis. *Syr. Vobis quoque patefacimus.*
Vt & vos. *Syr. Vt.*
Societatem. *Mar. Communionem.*
Et ſocietas noſtra ſit. *Syr. Eſt autem ſocietas noſtra. Mar. Ex Græc. Et ſocietas noſtra eſt.*
Patre. *S. Aug. Deo Patre.*
Et cum Filio. *Oec. Et Filio.*

Et gaudeatis & gaudium veſtrum. *Syr. Et gaudium noſtrum, quod eſt in nobis. Goth. Vt gaudium noſtrum. Pagn. Vt gaudium veſtrum.*
Plenum. *Vat. Impletum.*

Et hæc eſt annuntiatio. *Syr. Hoc eſt Euangelium. Oec. Hæc eſt promiſſio.*
Quam. *Syr. Quod.*
Ab eo. *Oec. Ex ipſo.*
Quoniam Deus lux eſt. *Syr. Nempè Deum lucem eſſe. Oec. Quòd Deus lux eſt.*
Tenebræ *Syr. Tenebras.*
Non ſunt vllæ. *Syr. Nullas omnino eſſe. Tert. Non ſunt.*

Si dixerimus quoniam. *S. Aug. Quòd ſi dixerimus quod. Tert. Et ſi dicamus.*

Vulgata Editio.

bemus eum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non faeimus.

Lectionum varietas.

Societatem habemus. *Tert. Nos communicationem habere.*
Et in tenebtis ambulamus, meotimur. *Syr. Et in tenebris ambulauerimus, mendaces ſumus. Tert. In tenebris incedamus mentimur.*
Veritatem noo faeimus. *Syr. Non in veritate progredimur.*

Verſ. 7.

Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce; ſocietatem habemus ad inuicem, & ſanguis Ieſu Chriſti, Filij eius, emundat nos ab omni peceato.

Si autem. *Syr. Sin autem. Auguſt. Quod ſi. Vatab. Quò ſi.*
Luce. *S. Auguſt. Lumine.*
Ambulamus. *Syr. Ambulauerimus.*
Sicut & ipſe. *Syr. Prout & ipſe. Pagn. Sicut ipſe.*
Luce. *S. Auguſt. Lumine.*
Societatem habemus. *Tert. Communionem habebimus.*
Ad ioujcem. *S. Auguſt. Cum inuicem. Tert. Cum eo. Oecum. Inter nos mutuam. Ar. M. Cum alij aliis.*
Ieſu Chriſti Filij eios. *Syr. Ieſu Filij eius. Tert. Ieſu Chriſti Domini noſtri.*
Emuodat. *Syr. Expurgat. S. Auguſt. Purgabit.*
Ab omni peecato. *Syr. Ab omnibus peccatis noſtris. S. Aug. Ab omni delicto.*

Verſ. 8.

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus: ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

Si dixerimos. *S. Aug. Quòd ſi. Tert. Si dicamus.*
Quoniam peccatum non habemus. *Syr. Nos peccatum non habere. Tert. Nos delictum non habere. Vat. Peccatum non habemus.*
Ipſi nos ſeducimus. *SS. Remig. & Opt. Nos ipſos decipimus. S. Aug. Noſmetipſos ſeducimus. Vat. Nos ipſos fallimus.*

Verſ. 9.

Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.

Si. *Syr. Sin. S. Cypr. Si autem. S. Aug. Quòd ſi.*
Confiteamur. *SS. Cypr. & Aug. Confeſſi fuerimus.*
Peccata noſtra. *S Aug. Debita noſtra. Tert. Delicta noſtra. Ar. M. Peccata.*
Vt remittat. *S. Cypr. Qui dimittat. S. Aug. & Tert. Vt dimittat.*
Nobis. *Pagn. Vobis.*
Peccata noſtra. *S. Cypr. Peccata. S. Aug. Delicta noſtra. Tert. Ea.*
Emundet. *Syr. Expurget. S. Aug. Purget.*
Ioiquitate. *Syr. Iniquitate noſtrâ. Tert. Iniuſtitiâ.*

Verſ. 10.

Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non eſt in nobis.

Si dixetimus. *Geth. Quòd ſi dixerimus. Tert. Si dicamus.*
Quoniam non peccauimus. *Syr. Nos non peccare. Geth. Non peccamus. Tert. Nos non deliquiſſe. Al. Non peccauimus.*
Facimus. *Syr. Efficimus.*
Verbum eius. *Syr. Verbum ipſius. Tert. Sermo eius.*
Non eſt. *S. Aug Non erit.*
In nobis. *Syr. Penes nos. Al. Nobis.*

CAPVT PRIMVM EPISTOLÆ I. IOANNIS Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Charitatis commendatio. 1731
Sacrarum Scripturarum author Spiritus ſanctus. 1731
Vita manifeſtata cur dicta. 1732
Vita quæ extra Chriſtum, non eſt vita. 1732
Fides virtus quid poſſit. 1733
Societatem cum Deo non habet, qui non habet cum Dei Eccleſia. 1733
Ad Deum vocare alios debemus. 1734
Societas cum hominibus qualis eſſe debeat. 1734
Hominum amicitia ad Dei amicitiam ordinanda. 1734

HÆc Ioannis epiſtola, vt ab omni parte 1731
commendabilis ſit, eſt maximè, quia maximè

ximè in eâ charitas commendatur: quod vtile & charitatem habentibus eſſe, vt creſcant, & non habentibus, vt habeant, egregiè docebat S. Auguſtinus hanc epiſtolam expoſiturus. *Cùm cogitarem quid ſecundùm hilaritatem præſentium dierum per hanc hebdomadam vobiſcum de ſcripturis agerem (quantum Dominus donare dignatur) quod poſſet in iſtis ſeptem vel octo diebus finiri, occurrit mihi Epiſtola B. Ioannis, vt cuius Euangelium paululùm intermiſimus, eius Epiſtolam tractando ab eo non recedamus; præſertim quia in ipſâ Epiſtolâ (ſatis dulci omnibus, quibus ſanum eſt palatum cordis, vbi ſapiat panis Dei; & ſatis memorabili in ſanctâ Eccleſiâ Dei) maximè charitas commendatur: loquutus eſt omnimulta, & propè omnia de charitate. Qui habet in ſe, vnde audiat, neceſſe eſt vt gaudeat, ad quod audit: ſic enim illi erit lectio iſta, tanquam oleum in flammâ: ſi eſt ibi quod nutriatur, nutritur & creſcit & permanet. Item quibuſdam ſic eſſe debet tanquam flamma ad fomitem; vt, ſi non ardebant, accedente ſermone accendantur. In quibuſdam enim nutritur, quod eſt: in quibuſdam accenditur, ſi deeſt; vt omnes in vnâ charitate gaudeamus.*

Caret hæc epiſtola titulo, nec mittentis nomen habet: ſed cur omiſſus? *Voluit Spiritus ſanctus* (inquit ille author) *nos in Scripturarum ſtudio non valde ad hominem ſcribentem reſpicere; ſed ad ſeipſum, qui primus eſt illarum author.* Et verò, licèt Scriptoris nomen ſuppreſſum fuerit, ſermo ipſum prodit, dictioniſque character.

Non conſtat ad quem miſſa hæc epiſtola fuerit. Quia ad plures miſſa, pluribus erat communicanda, vt nec illi excluderentur, qui deinceps fuere. In hoc numero nos quoque ſumus. Quilibet ad ſeipſum ſcriptam putet: tantùm, quæ hîc pluribus dicuntur, optet ſibi vni; & perficiat, quæ perficienda hîc omnibus traduntur.

Et vita manifeſtata eſt.

1732. *ET vita manifeſtata eſt.* Et non erat anteà manifeſta? Erat; ſed Angelis, non hominibus. *Erat ab initio,* inquit hîc S. Auguſtinus; *ſed non erat manifeſtata hominibus: manifeſta autem erat Angelis videntibus. Ergo manifeſtata eſt vita ipſa in carne, quia in manifeſtatione poſita eſt, vt res, quæ ſolo corde videri poteſt, videretur & oculis:* ac ſi Deo videretur non videri, ſi non & ab hominibus videretur vt homo; parumque illi eſſet Angelis manifeſtari, niſi & hominibus fieret manifeſtus.

Manifeſtata eſt vita, quia ſe noſtra carne veſtiuit. Videri corporis oculis noluit: ſed nunquid vt tantum videretur? Minimè. Videri voluit oculis corporeis, vt animum ſanaret. *Manifeſtata eſt,* inquit hîc S. Auguſtinus, *ipſa vita in carne, vt res, quæ ſolo corde videri poteſt, videretur & oculis, & ſanaret corda.* Verbum carnem factum vix dici poterat vidiſſe, qui corporis oculis vidiſſet; nec, præter hunc viſum, cordis ſanitatem quæſiuiſſet.

Quæ erat apud Patrem.

QVæ erat apud Patrem. Erat, vt ſit ſemper, & ſemper ſit futura. Vita eſt Chriſtus Dei Filius, per quem viuunt, quicunque viuunt. Vita, quæ extra Chriſtum, vitæ nomen habere poteſt, non eſt tamen vera vita.

Vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum.

1733. *VT & vos ſocietatem habeatis nobiſcum.* Qui ſocietatem cum Deo habet, cupit & alios ſecum habere ſocietatem. Adiungere ſibi omnes quærit, qui iunctus amicitiâ cum Deo eſt. Sed hîc aliquis opponat: Quî in ſocietatem ſuam illos Ioannes inuitat, qui non viderunt, quæ ipſe viderat; nec contrectauerunt, quæ ille tetigerat? Fides adſit; & nec minùs illi felices, qui non viderunt, quàm qui viderunt. *Illi viderunt,* inquit hic S. Auguſtinus: *nos non vidimus, & tamen ſocij ſumus, quia fidem communem tenemus.*

Vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum. Sed ſiſti in Apoſtolis hæc ſocietas non debet: ad Dei ſocietatem tranſeundum eſt, nam ſubditur: *Et ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.* Vt innuator, ſocietatem non habere cum Deo, qui cum Dei Eccleſiâ non habuerit. Indicauit illud Gloſſa hîc: *Quicunque vult ſocius Dei fieri, priùs debet ſocietati Eccleſiæ adunari:* vt fruſtrà ſit, qui ſe putat hærere Deo poſſe, quùm Eccleſiæ hoſtis ſit.

Vt & vos ſocietatem habeatis. Sed in quo ſita hæc ſocietas eſt? *Primò in credendo* (inquit hîc Vgo) *& tandem omnia patienter propter Dominum ſuſtinendo.* Grande eſt igitur, quòd hic Ioannes illis deſiderat ad quos ſcripſit: ſocios in fide omnes habere quærit, ſocios in tribulatione & patientiâ.

Et ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

ET ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio 1734.
eius Ieſu Chriſto. Nec enim ſocietatem quis habere cum Patre poteſt, niſi & cum Filio habeat: nec amare & colere quis Patrem poteſt, ſi à Patris cultu Filium diſiungat. Vides quàm non ſua, non ſe quærat Ioannes: ad Patrem, ad Filium omnes vocat. Vult nos Deo vniri, non in gloriam ſuam ſectatores quærit, qui dicant *ſe Ioannis eſſe.*

Et ſocietas noſtra ſit cum Patre. Cùm dixiſſet: *Vt & ſocietatem habeatis nobiſcum:* ne quis reponeret: *Et quid magnum* (vt loquitur S. Auguſtinus hîc) *ſocietatem habere cum hominibus?* addit ſocietatem hanc non futuram ſine ſocietate cum Deo.

Et ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius. Rectè hoc adiunxit: nam quælibet alia amicitia, ſocietas omnis, quæ ad iſtam non ordinatur, amicitiæ & ſocietatis nomen non meretur.

SECTIO II.

Subditorum gaudium præſulibus gaudij materiam præbeat. 1733
Mundi gaudium inane: gaudium, quod Deus exhibet, plenum. 1735
In Deo ſolo nulla tenebra, in creaturis ſemper aliqua ſunt. 1735
Pœnitentia virtus. 1736
Peccata ad peccata grauiora ducunt. 1736
Ambulare in luce debemus & in bono proficere. 1736
Otio nullus torpeat. 1737
Reprehenſio vt mitiganda. 1737

Et gaudium veſtrum ſit plenum.

ET gaudium veſtrum. Græcè: *Vt gaudium noſtrum.* Vtrunque verum: nam gaudium, quo alij afficiuntur, in paſtores debet reſilire; adeò vt ſubditorum

ſubdirorum gaudium gaudendi materiam præſulibus præbeat.

Sit plenum. Hæc gaudij plenitudo, gandij perfectionem importat. Mundi gaudium vacuum & inane eſt: quod Deus exhibet, eſt plenum. Vel optat Ioannes gandium pleuum eſſe, quia imminutio aliqua gaudij acceſſerat ob exortas hæreſes, & falſam de Chriſto doctrinam.

Et tenebræ in eo non ſunt.

ET *tenebræ in eo non ſunt vlla.* qui nullas tenebras admittit, qui ab omni parte perfectus eſt. Quælibet alia creatura cum luce admiatas ſemper habet tenebras aliquas, aliquam imperfectionem; quia vt minimum de nihilo venit, vadit ad nihilum. In hominibus adeò tenebras ſemper haber lux, vt ex vero, quæ lux & perfectio apparet, nihil aliud ſit niſi teoebræ.

Et in tenebris ambulamus.

1736. ET *in tenebris ambulamus.* Signatè dixit, *ambulamus*; non, *ambulauimus*; ne pœnitentiæ tolleret virtutem, qoâ præterita peccata delentur, & quâ in lumine eſt, qui fuit in tenebris. *Non dicit, ambulauimus*, inquit Caietanus; *ſed, ambulamus; vt intelligamus, quòd non de iis, qui peccauerunt, ſed de iis, qui peccant, loquitur.* Atque adeò cum Deo ſocietatem habere poteſt, qoi per pœnitentiam à peccato ſe eaimit, dolens quòd peccauerit.

In tenebris ambulamus. Vix ſtare in tenebris poteſt, qui in tenebris eſt, & (quod maius) ad maiores ac denſiores. Ambulat in tenebris, qui peccatis ſternit ſibi viam ad peccata; vt vnius lapſus, gradus ad alium ſit.

Si autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce.

SI *autem in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce.* Noſtrum eſt ambulare in luce: Deus non ambulat, ſed in luce eſt; quia nos io bono debemus proficere, Deus non poteſt, quia infinitè perfectus eſt. Pulchrè Caietanus hîc. *Nota differentiam; de nobis dicit, in luce ambulamus; de Deo autem in luce eſt: noſtrum ſiquidem eſt proficere in luce; Dei autem non eſt proficere, ſed eſſe in luce.* Non videtur in luce eſſe, qui in Dei obſequio oon proficit.

In luce ambulamus. Non enim ſatis eſt ambulauiſſe: ambulare debemus, dum hîc ſumus: alioquin ad tenebras ibit, qui, contentus ambulaſſe in luce, non ambulat; ſed otio torpet. 1737.

Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus.

SE quoque cum aliis ennmerat in humilitatis argumentum, vt mitior aliis reprehenſio videretur leuiúſque aliorum aures exhortationis verba ferirent; quod tetigit etiam Andreas Cæſarienſis; *Communicando*, inquit, *in ſermone cum aliis, auſteritatem reprehenſionis plurimum mitigauit*,

Fidelis eſt & iuſtus.

FIdelis *eſt & iuſtus.* Cur fidelem vocat, dum peccata remittit & debita? *Fidelem dixit Dominum* (inquit S. Cypriaous de Orat. Dom.) *ad dimittenda peccata fidem pollicitationis ſuæ reſeruantem; quia, qui orare nos pro debitis & peccatis monuit, paternam miſericordiam promiſit, & veniam ſequuturam.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. EPIST. I. IOANNIS.

Verſ. 1.

FILIOLI mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.

Scribo. *Tert. Scripſi.*
Vt oon peccetis. *S. Cypr. & Tert. Ne delinquatis.*
Sed & ſi quis peccauerit. *S. Cypr. Et ſi quis deliquerit. Tert. Et ſi deliqueritis. Caiet. Et ſi quis peccauerit.*
Apud Patrem. *Tert. Apud Deum Patrem.*
Iuſtum. *S. Proſp. Dominum.*

Verſ. 2.

Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantùm; ſed etiam pro totius mundi.

Et ipſe. *Syr. Ipſe enim.*
Propitiatio pro peccatis. *S. Cypr. Deprecatio pro delictis. S. Aug. Propitiator peccatorum S. Proſp. Exoratio pro delictis. Tert. Placatio pro delictis.*
Noſtris. *S. Aug. Noſtrorum.*
Non pro ooſtris. *Syr. Nec pro noſtris. S. Aug. Non noſtrorum.*
Etiam pro. *S. Aug. Et.*

Verſ. 3.

Et in hoc ſcimus quoniam cognoſcimus eum, ſi mandata eius obſeruemus.

In hoc. *Lucif. Ex hoc. Pagn. Per hoc.*
Scimus quoniam cognoſcimus. *Syr. Sentimus quòd cognouerimus. S. Aug. Cognoſcimus. Lucif. Intelligimus quoniam cognouimus.*
Mandata. *S. Cypr. Præcepta. Al. Iuſſa.*
Obſeruemus. *Syr. Seruamus. S. Cypr. Cuſtodiamus. S. Aug. Seruauerimus. Lucif. Seruemus. Al. Obſeruamus.*

Verſ. 4.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 4.

Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.

Qui dicit. *Syr. Qui enim dixerit. Ar. M. Dicens.*
Se noſſe. *S. Cypr. Quoniam cognouit. S. Aug. Quia cognouit. Ar. M. Noui. Mar. Se amare.*
Mandata. *Vat. Precepta.*
Cuſtodit. *Syr. Seruauerit. S. Cypr. Seruat. Ar. M. Seruans.*

Verſ. 5.

Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt: in hoc ſcimus quoniam in ipſo ſumus.

Seruat. *Syr. Cuſtodit. S. Auguſt. Seruauerit. Lucif. Seruauerint.*
Verbum. *Syr. Sermonem. Mar. Precepta.*
In hoc. *Lucif. Ab eis.* vel: *Apud illos.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio.*
Perfecta. *Lucif. Conſummata.*
Et in hoc. *Syr. Per hoc enim. S. Aug. In hoc. Oecum. Per hoc.*
Scimus. *S. Aug. Cognoſcimus.*
Quoniam in ipſo ſumus. *Syr. Nos in eo eſſe. S. Aug. Quoniam in ipſo ſumus, ſi initio perfecti fuerimus.*

Verſ. 6.

Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

Qui dicit. *S. Aug. Qui ergo dicit. Ar. M. Dicens.*
Se in ipſo manere. *Syr. In ipſo ſum. S Cypr. Se in Chriſto manere. Ar. M. In ipſo manere.*
Debet. *Syr. Oportet.*
Sicut. *Syr. Vat. S. Cypr. Quomodo.*
Ambulauit & ipſe ambulare. *Syr. Iuxta itinera ipſius ambulet.*

Verſ. 7.

Chariſſimi, non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio: Mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis.

Chariſſimi. *Syr. Dilecti mei. S. Aug. Dilectiſſimi. Pagn. Fratres. Caiet. Dilecti.*
Mandatum. *Oec. Preceptum.*
Mandatum vetus. *Oec. Preceptum vetus.*
Habuiſtis. *S. Aug. Habebatis.*
Mandatum. *Oec. Preceptum.*
Verbum quod. *Syr. Sermo ille, quem. Oec. Sermo, quem ab initio.*

Verſ. 8.

Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt & in ipſo, & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lucet.

Iterum mandatum. *Vat. Rurſum preceptum.*
Et in ipſo. *S. Aug. In ipſo.*
Et in vobis. *Goth. Et in nobis. Pagn. Idem verum eſt & in vobis.*
Tranſierunt. *Pagn. Pretereunt. Caiet. Tranſeunt.*
Verum lumen. *S. Aug. Lux vera.*
Iam lucet. *Syr. Incipit apparere.*

Verſ. 9.

Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc.

Qui dicit ſe. *Syr. Quiſquis igitur dicit ſe. Ar. M. Dicens.*
Luce. *S. Aug. Lumine.*
Odit. *Syr. Odio habet. Ar. M. Odio habens.*
Vſque adhuc. *Syr. Etiam nunc.*

Verſ. 10.

Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt.

Qui diligit. *S. Chrom. Et qui charum habet. Lucif. Qui autem amat.*
Lumine. *Oec. Luce.*
Manet. *Lucif. Permanet.*
Scandalum. *Pagn. Offendiculum.*

Verſ. 11.

Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius.

Qui autem. *Syr. Qui verò. S. Aug. Nam qui. Ar. M. Verùm.*
Odit. *Syr. Odio habet. Ar. M. Odio habens.*
Eſt. *S. Aug. Manet. S. Chrom.* omittit.
Et in tenebris ambulat. *S. Chrom. Ambulat.*
Et neſcit. *Lucif. Vt neſciens ſit.*
Quò eat. *S. Chrom. Vbi ambulat. Lucif. Quò pergat.*
Obcæcauerunt. *S. Cypr. Excæcauerunt. Lucif. Obſcurauerunt.*
Oculos. *Lucif. Cor.*

Verſ. 12.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 12.

Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius.

Filioli. *Mar. Filioli mei.*
Quoniam. *Pagn. Quod.*
Remittuntur. *Syr. Remiſſa ſunt.*
Peccata. *Syr. Peccata veſtra.*

Verſ. 13.

Scribo vobis patres, quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum.

Cognouiſtis. *Syr. Nouiſtis.*
Ab initio eſt. *Syr. Erat ab initio. S. Aug. A principio eſt.*
Adoleſcentes. *S. Aug Iuuenes.*
Malignum. *Pagn. Illum malum. Caiet. Malum.*

Verſ. 14.

Scribo vobis infantes, quoniam cognouiſtis patrem. Scribo vobis iouenes, quoniam fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis, & viciſtis malignum.

Scribo. *Oec. Scripſi.*
Infantes. *S. Aug. Pueri. Oec. Pueruli. Vat. Puelli. Caiet. Filioli.*
Patrem. *Syr. Patrem ſcripſi vobis, patres, quoniam cognouiſtis eum, qui eſt ab initio. Oecum Patrem ab initio. Mar. Patrem veſtrum.*
Scribo vobis iuuenes. *Syr Scripſi vobis, adoleſcentes.*
Manet. *Syr. Habitat.*
Et viciſtis. *S. Aug. Quia viciſtis.*
Malignum. *Syr. Illum malum. Ar. M. Illum malignum. Mar. Diabolum.*

Verſ. 15.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mondo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo.

Nolite diligere. *Pagn. Ne diligatis. Ar. M. Ne diligite.*
Mundo ſunt. *Ar. M. Mundo.*
Si quis. *Syr. Qui enim.*
Diligit. *S. Cypr. Dilexerit.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio.*

Verſ. 16.

Quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt.

Quoniam omne. *Syr. Quidquid enim. S. Proſp. Omne enim.*
Quod eſt in Mundo. *Syr. In ipſo Mundo eſt. Oec. Eſt in Mundo. Ar. M. Quæ in Mundo.*
Concupiſcentia. *Aug. Deſiderium. Oec. Nempe concupiſcentia. Tert. Aut concupiſcentia. Pagn. Videlicet concupiſcentia. Al. Veluti cõcupiſcentia.*
Carnis. *Syr. Corporis.*
Et concupiſcentia. *S. Aug. Et deſiderium. Pagn. Concupiſcentia.*
Superbia vitæ. *Syr. Faſtus Mundi. S. Proſp. Ambitio ſeculi. Oec. Faſtus ſeculi.*
Quæ non eſt. *Syr. Quæ quidem non ſunt. Ar. M. Non eſt.*
Ex Mundo eſt. *Syr. Ex ipſo ſunt Mundo. S. Cypr. Ex concupiſcentia ſeculi.*

Verſ. 17.

Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

Tranſit. *Syr. Præterit. S. Cypr. Tranſibit.*
Concupiſcentia. *S. Aug. Deſideria.*
Qui autem. *Ar. M. Verum.*
Fecit. *Syr. Exequitur. S. Aug. Fecerit.*
Æternum. *S. Cypr. Æternum, quomodo Deus manet in æternum. Lucif. Æternum quomodo & Deus manet in æternum.*

Verſ. 18.

Filioli, nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit, & nunc Antichriſti multi facti ſunt: vnde ſcimus quia nouiſſima hora eſt.

Filioli. *S. Aug. Pueri. Vat. Puelli. Ar. M. Pueruli.*
Nouiſſima hora. *Syr. Vltimum tempus. Pagn. Nouiſſimum tempus.*
Et ſicut audiſtis. *S. Cypr. Audiſtis.*
Quia Antichriſtus venit. *Syr. Venturum pſeudochriſtum. S. Aug. Quod Antichriſtus ſit venturus.*
Et nunc. *Syr. Etiam nunc. S. Cypr. Nunc autem.*
Antichriſti. *Syr. Pſeudochriſti.*
Facti ſunt. *Syr. Sunt. Oec. Cœperunt eſſe.*
Vnde. *Syr. Et ex hoc.*
Scimus. *Syr. Nouimus. S. Aug. Cognoſcimus.*
Quia nouiſſima hora eſt. *Syr. Quod vltimum tempus eſt. Pagn. Nouiſſimum tempus eſſe.*

Verſ. 19.

Vulgata Editio.

Verſ. 19.

Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam, ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum: ſed vt manifeſti ſint quoniam non ſunt omnes ex nobis.

Verſ. 20.

Sed vos vnctionem habetis à Sancto, & noſtis omnia.

Verſ. 21.

Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt.

Verſ. 22.

Quis eſt mendax, niſi is qui negat quoniam Ieſus eſt Chriſtus. Hic eſt Antichriſtus qui negat Patrem, & Filium.

Verſ. 23.

Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet.

Verſ. 24.

Vos quod audiſtis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio, & vos in Filio, & Patre manebitis.

Verſ. 25.

Et hæc eſt repromiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam.

Verſ. 26.

Hæc ſcripſi vobis de his, qui ſeducunt vos.

Verſ. 27.

Et vos vnctionem quam accepiſtis ab

Lectionum Varietas.

Ex nobis. *Pagn. Et è nobis.*
Prodierunt. *S. Profp. Exierunt. Oec. Egreſſi ſunt. Pagn. Profecti ſunt.*
Erant. *Goth. Erant omnes. Tert. Fuerant.*
Nam ſi. *S Aug. Quòd ſi.*
Permanſiſſent. *S. Cypr. Manſiſſent. S. Ambr. Perſeueraſſent.*
Vtique nobiſcum. *Syr. Apud nos. S. Ambr. Nobiſcum.*
Sed. *Syr. At egreſſi ſunt è nobis.*
Manifeſti ſint. *Syr. Innoteſcut. S. Aug. Manifeſtarentur. Pagn. Manifeſti fierent.*
Quoniam non ſunt omnes *Syr. Eos non fuiſſe. S. Aug. Quod non erant omnes.* ita & Gothica.

Sed vos. *Syr. Vos autem. S. Aug. Et vos.*
Sancto. *Syr. Sancto illo.*
Et noſtis omnia. *Syr. Et diſcernitis vnumquemque hominem. S. Aug. Vt ipſi vobis manifeſti ſitis.*

Non ſcripſi. *S. Aug. Scribo.*
Quaſi ignorantibus. *Syr. Vt ignorantibus. S. Aug. Non quòd neſciretis. Oec. Quòd neſciretis. Ar. M. Quod non noſtis.*
Quaſi ſcientibus. *Syr. Vt ſcientibus. S. Aug. Quia noſtis. Oec. Quod ſciretis. Pagn. Tanquam ſcientibus.*
Et quoniam. *Syr. Quodque.*
Veritate. *Syr. Ipſa veritate.*

Quis eſt mendax, niſi is. *Tert. Mendax eſt is.*
Quoniam Ieſus eſt Chriſtus. *Syr. Ieſum fuiſſe Chriſtum. Tert. Quoniam Ieſus non eſt Chriſtus.*
Hic eſt Antichriſtus. *Syr. Et hic eſt pſeudochriſtus.*
Qui negat. *Ar. M. Ille negans.*
Et Filium. *Syr. Negat & Filium.*

Omnis qui. *Syr. Et qui. Vat. Quiſquis.*
Nec Patrem habet. *Syr. Ne Patrem quidem credit. S. Aug. Nec Filium nec Patrem habet. Oec. Ne Patrem quidem habet.*
Qui confitetur Filium. *Mar. Ex Græc. & quamplures* omittunt.
Et Patrem habet. *Syr. Et Patrem quoque confitetur. S. Aug. Et Filium & Patrem habet.*

Vos. *Syr. Vos itaque. S. Aug. Ego vos. Vat. Vos igitur.*
In vobis. *Syr. Apud vos.*
Permaneat. *Goth. Permanet. S. Aug. Maneat.*
Si in vobis. *Syr. Si enim apud vos. S. Aug. Quòd ſi in vobis.*
Permanſerit. *S. Aug. Manſerit.*
Audiſtis ab initio, & vos. *Quidd. ap. Mar. Audiſtis.*
Filio, & Patre. *Syr. Patre & Filio.*

Hæc eſt repromiſſio. *Syr. Hæc eſt promiſſum. S. Aug. Hæc eſt pollicitatio.*
Quam. *Syr. Quod Oec. Qua.*
Ipſe pullicitus eſt nobis. *Syr. Pollicitus eſt vobis.*

Hæc. *Syr. Hæc autem.*
De his qui ſeducunt. *Syr. Propter eos, qui ſeducunt. Ar. M. De illis ſeducentibus.*

Et vos vnctionem quam accepiſtis. *Syr. Sed & vos ſi vnctio illa, quam accepiſtis. S. Aug. Vt*

Vulgata Editio.

eo, maneat in vobis.

Lectionum Varietas.

ſciatis quia vnctionem habetis in vobis, & vnctio quam accepimus. Pagn. Et vnctio quam vos accepiſtis.

Maneat in vobis. *Syr. Permanſerit vobiſcum. S. Aug. Maneat in nobis. Pagn. Manet in vobis.*

Verſ. 28.

Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non mendacium. Et ſicut docuit vos: manete in eo.

Neceſſe. *S. Aug. Neceſſitatem. Ar. M. Opus.*
Aliquis. *Syr. Quis. Pagn. Quiſquam.*
Sed ſicut. *S. Aug. Quia.*
Vnctio eius. *Syr. Illa vnctio à Deo eſt. Pagn. Ipſa vnctio.*
Docet. *Syr. Ipſa docebit.*
Verum. *S. Aug. Verax. Ar. M. Vera.*
Mendacium. *S. Aug. Mendax.*
Et ſicut. *S. Aug. Sicut.*
Eo. *S. Aug. Ipſa.*

Verſ. 29.

Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.

Apparuerit. *Syr. Reuelatus fuerit. S. Aug. Manifeſtatus fuerit.*
Habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo. *Syr. Non erubeſcamus ab eo ſed habeamus fiduciam. S. Aug. Habeamus fiduciam in conſpectu eius, & non confundamur ab eo. Oec. Habeamus fiduciam & non pudefiamus ab eo.*
Eius. *Syr. Ipſius.*

Verſ. 30.

Si ſcitis quoniam iuſtus eſt, ſcitote quoniam & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

Quoniam iuſtus. *Vat. Quòd iuſtus.*
Quoniam &. *Vat. Quòd.*
Qui facit. *Ar. M. Faciens.*
Ex ipſo natus eſt. *Syr. Ex eo eſt.*

CAPVT II.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Mala ſecuritas ad promptam medicinam peccare. 1738
Suam quiſque fragilitatem conſideret. 1738
Humilitas commendata. 1739
Crucis & Paſſionis Chriſti virtus vt perennet. 1739
Se quiſque inter peccatores numeret ne inter damnandos ſuperbus inueniatur. 1740
Iniuſtitia non patrocinatur Chriſtus. 1741
Chriſti mores moribus exprimendi. 1742
Proſpera contemnenda. 1742
Chriſtianitatis character in operibus ſitus, non in verbis. 1743
Fratrum odium quàm noxium, 1743
Aliorum errata operit amor. 1744
Amore æſtuare quiſque deberet. 1745
Grauis ætas ſine Chriſti notitia infantia eſt. 1745
Infantes ſub ſpeciali Dei curâ & prouidentia. 1746
Per Chriſtum tanta virus ſuppeditata, vt facilè vincere poſſimus. 1646
Iuuenes ob carnis laſciuiam præcipuè præcipuo indigent auxilio. 1746

Hæc ſcribo vobis, vt non peccetis.

1738. HÆc *ſcribo vobis, vt non peccetis.* Cùm ſupra dixiſſet, fidelem Deum eſſe & iuſtum, vt noſtra peccata dimittat; ne quis ſibi de hac obtinendâ facilè veniâ blandiretur, & facilè peccaret (quia ſe ſciret peccatorum habere medicum ac medicinam) conſultò addidit: *Hæc ſcribo vobis, vt non peccetis.* Id quod expendens hîc S. Auguſtinus, ait: *Et ne fortè impunitatem videretur dediſſe peccatis, quia dixit: Fidelis eſt & iuſtus, qui mundet nos ab omni iniquitate, & dicerent iam ſibi homines: Peccemus: ſecuri faciamus, quod volumus: purgat nos Chriſtus: fidelis eſt & iuſtus: purgat nos ab omni iniquitate; tollit tibi malam ſecuritatem, & inſerit vtilem timorem. Malè vis eſſe ſecurus. Solicitus eſto: fidelis enim eſt & iuſtus, vt dimittat nobis delicta noſtra, ſi ſemper tibi diſpliceas: & muteris, donec perficiaris. Ideo quid ſequitur? Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis.*

Vt non peccetis. Videtur Ioannes Ioanni contrarius. Suprà dixerat nos ſine peccato non poſſe viuere: hîc dicit, vt non peccemus. Sed vtrunque verum. Ibi nos admonuit *noſtræ fragilitatis*, ne quis (Bedæ ſunt verba) *ſibi quaſi innocens placeat, & ſe de meritis extollendo grauius pereat. Hîc autem conſequenter hortatur, vt, ſi omni culpâ carere nequimus, demus tamen operam quantum valemus, ne nos ipſi fragilitatem noſtræ conditionis, negligenter agendo, augeamus; ſed contra omnia vitia ſtrenuè vigilanterque dimicemus.*

Et, ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.

ADuocatum habemus apud Patrem; ſed quem Ieſum Chriſtum. Elucet hîc Ioannis humi- 1739.
litas, qui non ſe tanquam aduocatum cæteroum obtulit, vt poterat, ſed inter cæteros ſe adnumerat, qui aduocatum haberent; *Habemus*, inquit, *aduocatum*; quæ verba expendebat in hunc modum B. Beda: *Vide, ipſe Ioannes quantum ſeruet humilitatem*

litatem quam docet, certè vir iuſtus erat & magnus qui de pectore Domini myſteriorum ſecreta bibebat. Non tamen dixit, Aduocatum me habetis apud Patrem: ſed Aduocatum, inquit habemus. Et habemus dixit, non habetis. Maluit ſe ponere in numero peccatorum, vt haberet aduocatum Chriſtum, quàm ponere ſe pro Chriſto aduocatum, & inueniri inter damnandos ſuperbos. Nec tamen dicendum, quia Epiſcopi vel Præpoſiti non petant pro populo. Orat enim Apoſtolus pro plebe, orat plebs pro Apoſtolo; qui dicit: Orantes ſimul & pro nobis & pro vobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi. Et pro Petro orabat Eccleſia cùm eſſet in vinculis Petrus, & exaudita eſt, quomodo & Petrus pro Eccleſia, quia omnia pro inuicem membra orant. Caput pro omnibus interpellat nobis.

Et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

SIgnatè propitiationem noſtram Chriſtum eſſe dicit, non fuiſſe duntaxat; vt ſanguinis eius Crucíſque virtutem ſcires perennare, ac ſemper fluere. *Non ait*, inquit Eſtius, *Ipſe fuit propitiatio tunc ſcilicet, quando offerebatur: ſed ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; in quantum videlicet hoſtiam illam pro omnium ſalute ſufficientem continuè & vſque ad finem ſeculi, quibus vult, applicat ad remiſſionem peccatorum.*

1740. *Aduocatum habemus.* Aduocatus eſt Ieſus, & in auxilium aduocandus eſt. *Habemus*, inquit: talem ſe nobis conſtituit. Preces ad hunc Aduocatum offerendæ, non terrena munera. Grande munus exhibes, ſi te exhibeas. Addit Gloſſa: *Ioannes vir iuſtus, contemperans ſe infirmis, non dixit: Habetis: ſed, Habemus. Ponit ſe de numero peccatorum, vt habeat aduocatum.* Rem egregiè verſat etiam S. Auguſtinus hîc. Nequeo eius verba ſupprimere. *Videte*, inquit, *ipſum Ioannem obſeruantem humilitatem. Certè vir iuſtus erat & magnus, qui de pectore Domini myſteriorum ſecreta bibebat. Ille qui, bibendo de pectore Domini Diuinitatem, ructauit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: ille talis vir non dixit: Aduocatum habetis apud Patrem: ſed, ſi quis peccauerit, Aduocatum, inquit, habemus. Non dixit, habetis; nec, me habetis, dixit; nec, ipſum Chriſtum habetis, dixit: ſed & Chriſtum poſuit, non ſe: &, habemus, dixit; non, habetis. Maluit ſe ponere in numero peccatorum, vt haberet Aduocatum Chriſtum; quàm ponere ſe pro Chriſto Aduocatum, & inueniri inter damnandos ſuperbos.*

1741. Sed cur hunc Aduocatum iuſtum vocat, vt ſtatim ſcires minimè iniuſtitiæ patrocinium exhibiturum: *& bene*, inquit Beda, *cùm diceret Aduocatum nos apud Patrem habere Ieſum Chriſtum addidit iuſtum. Iuſtus nanque Aduocatus, iniuſtas cauſas non ſuſcipit. Qui tunc iuſtus nos defendet in iudicio, ſi nunc noſmetipſos & cognoſcimus, & accuſamus iniuſtos. Cur enim iuſtus non ſit qui contra ſuam iniuſtitiam tam per lachrymas ſæuit.*

Iuſtum. Iuſtus dicitur, ne quis de eius miſeratione nimis ſibi blandiatur. *Quaſi dicat* (inquit hîc Liranus) *Non interpellat pro quibuſcunque peccatoribus, ſed ſolùm pro verè pœnitentibus*: licèt ad pœnitentiam omnes inuitet, omnes velit pœnitentes ac ſaluos.

Debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

1742. D*Ebet, ſicut ille ambulauit; & ipſe ambulare.* Nunquid ambulare nos poſſumus ſuper vndas, vt ipſe ambulauit? Non quærit à nobis Ioannes miracula, ſed obſequia. Cum Chriſto ambulat, qui Chriſti mores moribus exprimit, & iuſtitiæ vias terit, in quibus ille ambulauit etiam, cùm Cruci affigeretur. Rem ad orationem pro inimico fundendam ita coërcebat S. Auguſtinus hîc: *Qui ergo dicit, ſe in ipſo manere, debet, ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare. Quomodò, fratres? Quid nos monet, Qui dicit, ſe in ipſo manere; id eſt in Chriſto, debet, ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare? Fortè hoc nos monet, vt ambulemus in mari? Abſit. Hoc ergo: vt ambulemus in viâ iuſtitiæ. In quâ viâ? Iam commemoraui. Fixus in Cruce erat, & in ipsâ via ambulauit: ipſa eſt via charitatis: Pater, ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Si ergo didiceris orare pro inimico tuo, ambulas viam Domini.*

Debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Vt ſcilicet Chriſti ſequamur exempla; &, quod Chriſtus præſtitit, præſtemus. Scitè S. Proſper lib. 2. de vita contempl. cap. 21. *Quid eſt ambulare, ſicut ille ambulauit? niſi contemnere omnia proſpera, quæ ille contempſit; non timere aduerſa, quæ pertulit; libenter facere, quæ fecit; ſperare, quæ promiſit; & ſequi, quò ipſe præceſſit.*

Ambulandum ad Chriſti exemplum B. Apoſto- 1743.
lus monet, ne Chriſtianitatis characterem in nudis verbis ſitum eſſe crederes. *Scriptum eſt & legitur*, inquit S. Cyprianus de Diſcipl. & hab. virg. *& in exemplum noſtri Eccleſiæ ore celebratur: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, quomodo ille ambulauit, & ipſe ambulare. Ambulandum eſt igitur veſtigiis paribus: æmulâ ingreſſione nitendum eſt. Tunc reſpondet ad fidem nominis ſectatio veritatis, & credenti præmium datur, ſi, quod creditur & geratur.*

Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc.

IN tenebris eſt, qui fratrem ſuum odit: & quando inimicum amabit, qui odit fratrem? Rem appoſitè vrget S. Auguſtinus hîc ad hæc verba: *Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc.* ait enim: *Eia, fratres mei: quandiu dicemus vobis, Diligite inimicos? Videte (quod peius eſt) ne adhuc fratres oderitis. Si fratres ſolùm amaretis nondum eſſetis perfecti: ſi autem fratres oderitis, quid eſtis? vbi eſtis? Reſpiciat vnuſquiſque cor ſuum: non teneat odium contra fratrem pro aliquo verbo duro, pro contentione terræ, ne fiat terra. Quiſquis enim odit fratrem ſuum, non dicat, quia in Chriſto ambulat. Qui dicit, ſe eſſe in luce, & odit fratrem ſuum, in tenebris eſt vſque adhuc.*

Scandalum in eo non eſt.

S*Candalum in eo non eſt*; id eſt: Non offenditur 1744.
aliorum erratis: Sed cur? *Quia ea non videt: operit amor*; vt ille ait. Contrà, qui acutè aliorum peccata videt & notat, & ſuî nimius amator eſt, & parum aut nihil alios amat.

Neſcit quò eat.

NEſcit quò eat, qui fratrem ſuum odit: *it enim neſcius in gehennam* (inquit S. Cyprianus de Zelo & liuo.) *ignarus & cæcus præcipitatur in pœnam; recedens ſcilicet à Chriſti lumine monentis & dicentis: Ego ſum lumen Mundi.*

Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius.

SCribo vobis, filioli. Cur filios vocat? An, quia in Chriſto renati? *Ideo filioli*, ioquit hîc S. Auguſtinus, *quia dimiſſis peccatis naſcimini.* Addit S. Ioannes: *Quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius*, non per me, non per alium hominem. Ad vnum nomen Chriſti omnes reuocat, vt vnus ametur Chriſtus, qui pro omnibus Crucifixus, mortuus pro omnibus eſt.

1745. *Propter nomen eius.* Sed cuius? Nomen non exprimit amore Chriſti æſtuans Ioannes; ita enim de Chriſto loquitur, ac ſi eius amore quilibet ardeat, notus omnibus ille ſit. Certè eſſe deberet; vt mirum ſit, aliquem eum ignorare, à quo redemptus; & non amare, à quo amatus.

Scribo vobis, patres.

SCribo vobis, patres, qui nimirum tales non ſolùm ætate maturâ eſſent, ſed etiam moribus ac ſapientiâ: alioquin grauis ætas, ſine Chriſti notitiâ, infantia quædam eſt. Hæc laus propria ætate maiorum, ſi intelligentiâ alios præcedant. Sequitur: *Quoniam cognouiſtis eum, qui ab initio eſt.* Patrum hæc vera conſignatio, vt Dei notitiâ præditi plures ſpiritualiter Deo generent.

1746. *Scribo vobis, patres.* Cur repetit, quod dixerat? *Vt res ipſa propoſita* (inquit hîc Salmeron) *quaſi maximi momenti eſſe noteiur; & vt oſtendat amoris affectum, ac magis illorum cordibus imprimat, quæ loquitur.* Sed cur de infantibus nihil repetiuit. Nodum ſoluit idem author. *Quia tales ſunt ſub ſpeciali Dei curâ & prouidentiâ, neque copioſo cibo indigent; & ſub cura parentum ſunt, quorum eſt dare alimenta, ſi ſint ſicut eſſe deberent.*

Viciſtis malignum.

VIciſtis malignum. Qui vicerunt malignum, cum maligno pugnarunt, cùm victoria ſine pugnâ non ſit. *Viciſtis*, dixit, vt facilè etiam victuros innueret, niſi torpeant. Vincere malignum poteſt, qui iam vicit; vt vna victoria gradus ad aliam ſit. Vel dictum, *viciſtis*, quia *tanta per Chriſtum vires ſuppeditata, vt per nos ſolos, ſtet ſi non vicerimus.* Sic bonus ille author loquitur. Tam certa victoria, ſi deſidia & torpor eliminetur, vt viciſſe dicatur victurus.

Scribo vobis iuuenes.

SCribo vobis iuuenes; Cur iterum iuuenes alloquitur? An quia hi ob carnis præcipuè laſciuiam maiori auxilio opus habent, fortiori indigent admonitione? *Iterum*, inquit hîc Ferus, *ad iuuenes ſe conuertit, quia hi maiori & fortiori admonitione indigent, quo magis inſidias hoſtis, & incentiua carnis experiuntur.*

SECTIO II.

Mundus ipſe clamat ne diligatur. 1747
Vti mundo poſſumus, diligere mundum non debemus. 174
Mundi amor eliminandus. 1747
Amarus mundus eſt ne diligatur. 1748
Monitis pueriles mundum & mundana amare. 1748
Non corpore tantùm, ſed & affectu mundus deſerendus. 1748
Cor Mūdi amore euacuetur, vt repleatur diuino. 1749
Quam grauis pœna charitate priuari. 1750
Concupiſcentia carnis & oculorum quæ. 1750
Dei voluntas in quo ſita. 1751
Charitati inſiſtendum. 1752
Antichriſtum quinam referant. 1753
Pœnarum amor. 1753
Confiteri Dei filium debemus & amare. 1753
Doctoris opera vt neceſſaria. 1754

Nolite diligere Mundum, neque ea, quæ in Mundo ſunt.

NOlite diligere Mundum. Mundus ipſe ad ſuî amorem adeò nos non inuitat, vt valdè arceat. Cogita Mundi preſſuras, Mundi amaritudines; & quaſdam voces crede, quibus nos monet, ne eum diligamus. Sancti Bonauenturæ hæc verba circumferuntur, digna quæ omnium cordibus altè inſcribantur: *Mundus doloribus, ne diligatur, clamat.* Ne igitur Mundum ames. Mundi audi voces. Hoſtis illius eris, ſi eris auditor. 1747.

Nolite diligere Mundum. Non prohibet vti Mundo, ſed Mundum diligere. Quod expendens S. Auguſtinus lib. 5. contra Iulianum Pelag. c. 16. ita ſcribit: *Inde & Apoſtolus Ioannes non ait: Nolite vti Mundo, ſed: Nolite diligere Mundum: vbi poſuit & concupiſcentiam carnis. Qui enim non diligens vtitur, quaſi non vtens vtitur; quia non eius rei causâ vtitur, ſed alterius, quam diligens intuetur; vt etiam non diligens hac vtatur.*

Nolite diligere Mundum. Quid eum diligas, qui te adeò non diligit, vt odio habeat? Petitè S. Cyprianus de Mortalit. *Porrò, cùm mundus oderit Chriſtianum, quid amas eum, qui te odit; & non magis ſequeris Chriſtum, qui te & redemit & diligit? Ioannes in Epiſtolâ ſuâ clamat, & loquitur; & , ne carnalia deſideria ſectantes, Mundum diligamus hortatur.*

Nolite diligere mundum. Ab eius amore nos abſtrahere Deus voluit, dum tot amaritudinibus plenum eſſe decreuit. Felleus eſt Mundus, & quicquid in ipſo. Qui ſapit non amabit. Si amaritudinem in omnibus abhorres, cur non & in Mundo abhorrebis? *Amarus eſt Mundus*, inquit magnus ille doctor, *& diligitur: putas, ſi dulcis eſſet qualiter amaretur.* 174[illegible]

Nolite diligere mundum; ſignatè præmiſit, *ſcribo vobis iuuenes*, non *ſenes*, non *patres*, vt innueret, puerilem ætatem referre eos, qui mundum, mundanáque ſectantur, & terrenarum voluptatum apparentia poſſunt decipi, & à voluptatum mundanarum amore indigent auocari. Scitè Andreas Cæſarienſis; *Iuxta ætates Spiritus attemperato ſuo ſermone ait, ne diligatis mundum; hæc tanquam pueris dicit; ſemper enim affecti ſunt pueruli ad apparentem voluptatem.*

Nolite diligere Mundum. Mundus ipſe ſuis amaritudinibus clamat, ne diligatur. *Amaram potionem*, inquit S. Auguſtinus ſerm. 111. de Temp. *Mundus ſuis dilectoribus propinat. O infelicitas generis humani! amarus eſt Mundus, & diligitur putas, ſi dulcis eſſet, qualiter amaretur. Vos alloquitur veritas, dilectores Mundi: vbi eſt, quod amatis? vbi eſt, quod pro magno tenebatis? vbi eſt, quod dimittere nolebatis? vbi ſunt tot regiones, vbi tam ſplendidiſſimæ ciuitates? Lugendo potiùs iſta dicta ſunt, quàm inſultando.*

Nolite

Nolite diligere mundum. Nimirum non ſatis eſt è mundo corpore exire, niſi mundi amor exſpuatur. *Obſerua* inquit hîc Ferus, *quòd Ioannes non dicit, exite è mundo, ſed nolite diligere mundum. Fieri enim poteſt, vt quis à mundanis corpore ſegregatus, in medio tamen mundo verſetur, imò mundum in corde geſtet per amorem eorum quæ mundus ſuſpicit & quærit. E diuerſo, Dauid, etſi in magnis diuitiis eſſet, verè tamen dicere potuit: Ego autem mendicus ſum, & pauper. Sic & Eſther etiam regalibus ornamentis pro tempore vtens, ea tamen in corde ſuo abominabatur.*

1749. *Nolite diligere Mundum.* Non amat amorem Dei, qui Mundum diligit. Cor Mundi amore euacuetur, vt repleatur Diuino. Pulchrè ad hæc verba S. Auguſtinus tract. 2. *Duo ſunt amores: Mundi & Dei. Si Mundi amor habitet, non eſt quà intret amor Dei. Recedat amor Mundi, & habitet amor Dei: melior accipiat locum. Amabas Mundum: noli amare Mundum. Cùm exhauſeris cor tuum amore terreno, hauries amorem Diuinum; & incipit habitare iam charitas, de quâ nihil mali poteſt procedere. Audite ergo verba purgantis: Modo quaſi agrum inuenit corda hominum. Sed quomodo inuenit? Si ſyluam inuenit, extirpat: ſi agrum purgatum inuenit, plantat. Plantare ibi vult arborem, charitatem. Et quam ſyluam vult extirpare? Amorem Mundi. Audi extirpationem ſyluæ: Nolite diligere Mundum, hoc enim ſequitur: Neque ea, quæ ſunt in Mundo. Si quis dilexerit Mundum, dilectio Patris non eſt in eo. Audiſtis, quia, ſi quis dilexerit Mundum, dilectio Patris non eſt in eo. Ne quis dicat in corde ſuo, falſum eſſe hoc; fratres, Deus dicit: per Apoſtolum Spiritus ſanctus loquutus eſt: nihil verius: ſi quis dilexerit Mundum, dilectio Patris non eſt in ipſo. Vis habere dilectionem Patris, vt ſis cohæres Filij? Noli diligere Mundum. Exclude malum amorem Mundi, vt implearis amore Dei. Vas es; ſed adhuc plenus es: funde, quod habes, vt accipias, quod non habes.*

Neque ea, quæ in Mundo ſunt. A terrenorum amore nos auocat, non à poſſeſſione. *Non dixit* inquit S. Auguſtinus ſerm. 33. de Verb. Dom. *Nolite habere: ſed, Nolite diligere. Habuiſti, poſſediſti, dilexiſti.*

Non eſt charitas Patris in eo.

1750. NOn eſt *charitas Patris in eo.* Cur non gehennam potiùs Mundi amatori minatur? Cur tantùm ait, non eſſe charitatem Patris in eo, qui Mundum diligit? An hoc mentem habenti gehennâ ipsâ terribilius eſt? Maior pœna non poteſt cogitari, quàm Patris charitate priuari.

Omne, quod eſt in Mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

HÆc verba hac explicatione donat Sanctus Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 15. *Concupiſcentia carnis ad corporis voluptatem, concupiſcentia oculorum ad viſibilium rerum pertinet pulchritudinem: ſuperbia verò vitæ terreni honoris atque faſtigij exprimit ſublimitatem. Per hæc enim primus homo tentatus agnoſcitur, ſicut Scriptura teſtatur. Vidit, inquit, mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum: ecce concupiſcentia carnis. Deinde ſequitur: Et pulchrum oculis, aſpectúque delectabile: ecce ſuperbia oculorum; per oculos enim ſuperbire conuincitur, quiſquis in his, quæ Deus prohibet, delectatur. Superbia verò vitæ fuit, cùm mulier eadem ex ore ſerpentis libenter audiuit: Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. Totus itaque Mundus hoc tempore nihil eſt aliud, niſi gula, auaritia, atque libido. Et, ſicut olim trifariam diuiſus eſt Orbis, vt tribus ſimul Principibus ſubiaceret; ita nunc genus humanum (heu proh dolor!) his tribus vitiis ſeruilia colla ſubſternit, eorumque quaſi totidem tyrannorum legibus obtemperanter obedit.*

Qui autem facit voluntatem Dei.

QVi autem *facit voluntatem Dei.* Sed in quo ſita Dei voluntas eſt? Sanctus Cyprianus de Orat. Domin. ad hunc locum hæc habet: *Qui in æternum manere volumus, Dei, qui æternus eſt, voluntatem facere debemus. Voluntas autem Dei eſt, quam Chriſtus & fecit & docuit: Humilitas in conuerſatione, ſtabilitas in fide verecundia in verbis, in factis iuſtitia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina: iniuriam facere non noſſe, & factam poſſe tolerare: cum fratribus pacem tenere, Deum toto corde diligere: amare in illo, quòd Pater eſt; timere, quòd Deus eſt: Chriſto nihil omnino præponere, quia nec nobis quidquam ille prepoſuit: charitati eius inſeparabiliter adhærere: Cruci eius fortiter ac fidenter aſſiſtere: quando de eius nomine & honore certamen eſt, exhibere in ſermone conſtantiam, quâ confitemur: in quæſtione fiduciam, quâ congredimur: in morte patientiam, quâ coronamur. Hoc eſt, cohæredem Chriſti eſſe velle: hoc eſt præceptum Dei facere: hoc eſt, voluntatem Patris adimplere.* 1751.

Filioli, nouiſſima hora eſt.

F*Ilioli, nouiſſima hora eſt.* Sanctus Auguſtinus legit: *Pueri, nouiſſima hora eſt.* additque: *In hac lectione pueros alloquitur, vt feſtinent creſcere, quia nouiſſima hora eſt. Ætas corporis non eſt in voluntate: ita nullus ſecundùm carnem creſcit, quando vult; ſicut nullus, quando vult, naſcitur. Vbi autem natiuitas in voluntate eſt, & crementum in voluntate eſt: ergo ſi vult, creſcit: ſi non vult decreſcit.* 1752.

Nouiſſima hora eſt. Temporis anguſtiam memorat, vt cor in charitate dilatarent. Scilicet, quò magis tempus coërcetur, eò latiùs expandenda vota in amoris amorem; nec vota quædam languida duntaxat, ſed quædam vehementis affectus brachia expandenda in charitatis exercitio. *Nouiſſima hora eſt: ecce,* inquit hîc Vgo: *vnde debetis magis inſiſtere charitati.*

Nunc Antichriſti multi facti ſunt.

CVr multos ait eſſe Antichriſtos? Sanctus Cyprianus epiſt. 76. ita explicat hæc verba: *Beatus Ioannes Apoſtolus nec ipſe vllam hæreſin diſcreuit, aut aliquos ſpeciatim ſeparatos poſuit; ſed vniuerſos, qui de Eccleſiâ exiſſent, quique contra Eccleſiam facerent, Antichriſtos appellauit, dicens: Audiſtis, quia Antichriſtus venit: nunc autem Antichriſti multi facti ſunt: vnde cognoſcimus, quia nouiſſima hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, manſiſſent vtique nobiſcum. Vnde apparet, aduerſarios Domini, Antichriſtos omnes eſſe, quos conſtet à charitate atque ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ receſſiſſe.* 1753.

Sed vos vnctionem habetis.

SEd vos vnctionem habetis. Alij legunt, *vnguentum.* Mirom, quàm vnctionis, oleive, & chriſmatis vocabulo Ioannes delectetur. *Quidni?* (inquit ille author) *cùm damnatus quoque fuerit oleo feruenti*, Cruciatus voto reſpondit: votum cruciatu expletur.

Qui confitetur Filium.

QVi *confitetur Filium.* Bene eſt confiteri, ſed non eſt ſatis: amare debet. *Si confiteri vultis,* ioquit ſanctus Auguſtinus tract. 2. in Epiſt. B. Ioan. *& non amare, incipitis dæmonibus ſimiles eſſe. Confitebantur dæmones Filium Dei, & dicebant: Quid nobis & tibi? & repellebantur. Confitemini & amplectimini. Illi enim timebant de iniquitatibus ſuis: vos amate dimiſſorem iniquitatum veſtrarum.*

Vnctio eius docet vos de omnibus.

1754. V*Nctio eius docet vos de omnibus.* Si vnctio de omnibus docet, ad quid doctor? An, quia, quod foris docet homo, intus vnctio docet? vt doctoris opera oon ſit ſuperflua, & vnctio maximè neceſſaria. Pulchrè S. Auguſtinus hîc tract. 3. *Vnctio ipſius docet vos de omnibus. Quid ergo nos facimus, fratres, quia docemus vos? Si vnctio eius docet vos de omnibus, quaſi nos ſine causâ laboramus. Et vt quid tantum clamamus? Dimittamus vos vnctioni illius, & doceat vos vnctio ipſius. Sed modo mihi facio quæſtionem, & illi ipſi Apoſtolo facio (dignetur audire paruulum quærentem à ſe) ipſi Ioanni dico: Vnctionem habebant, quibus loquebaris? Tu dixiſti, quia vnctio ipſius docet vos de omnibus. Vt quid talem epiſtolam feciſti? Quid illos tu docebas? Quid inſtruebas? Quid ædificabas? Iam hîc videte magnum ſacramentum, fratres. Sonus verborum noſtrorum aures percutit: magiſter intus eſt. Nolite putare, quenquam hominem aliquid diſcere ab homine: admonere poſſumus per ſtrepitum vocis noſtræ; ſi non ſit intus, qui doceat, inanis ſit ſtrepitus noſter. Ideo, fratres, vultis noſſe? Nunquid non ſermonem iſtum omnes audiſtis? Quàm multi hinc indocti exituri ſunt? Quantum ad me pertinet, omnibus locutus ſum: ſed, quibus vnctio illa intus non loquitur, quos Spiritus ſanctus intus non docet, indocti redeunt. Magiſteria forinſecus adiutoria quædam ſunt & admonitiones: cathedram in Cælo habet, qui corda docet; de Domino dico: propterea ait & ipſe in Euangelio: Nolite vobis dicere magiſtrum in terrâ: vnus eſt magiſter veſter, Chriſtus. Ipſe vobis ergo intus loquatur, quando nemo hominum illic eſt: quia, etſi aliquis eſt à latere tuo, nullus eſt in corde tuo. Et non ſit nullus in corde tuo: Chriſtus ſit in corde. Vnctio ipſius ſit in corde, ne ſit in ſolitudine cor ſitiens, & non habens fontes, quibus irrigetur. Interior ergo magiſter eſt, qui docet: Chriſtus docet, inſpiratio ipſius docet. Vbi illius inſpiratio & illius vnctio non eſt, forinſecus inaniter perſtrepunt verba. Sic ſunt iſta verba fratres, quæ forinſecus dicimus, quomodo eſt agricola ad arborem: forinſecus operatur, adhibet aquam, & diligentiam culturæ. Qualibet forinſecus adhibeat, nunquid poma format? Nunquid nuditatem lignorum veſtit vmbrâ foliorum? Nunquid tale aliquid intrinſecùs agit? Sed quis agit hoc? Audite agricolam Apoſtolum (videte quid ſumus, & audite magiſtrum interiorem) Ego plantaui, Apollo rigauit; ſed Deus incrementum dedit. Neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed, qui incrementum dat, Deus. Hoc ergo vobis dicimus: ſiue plantemus ſiue rigemus loquendo, non ſumus aliquid; ſed ille, qui incrementum dat, Deus, id eſt vnctio illius, qui docet vos de omnibus.*

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. EPIST. I. IOANNIS.

Verſ. 1.

VIDETE qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus. Propter hoc & mundus non nouit nos: quia non nouit eum.

Verſ. 2.

Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quo-

Videte. *Syr. Porrò videte. S. Aug. Ecce.*
Qualem charitatem. *Syr. Quanta charitas. S. Aug. Qualem dilectionem. Mar. Quam charos nos.* vel, *Quantoperè nos.*
Dedit nobis Pater. *Syr. Sit Patris erga nos. Mar. Habeat.* vel, *Diligat.*
Vt filij Dei. *Syr. Qui filios. Ar. M. Vt nati Dei.*
Vocemor & ſimus. *Syr. Vocauit. Goth. Vocemur & ſumus. S. Aug. Vocemur & ſimus. Pagn. Vocemur.*
Nouit. *Syr. Cognouit. Mar. Habet gratos.*
Nos. *Caiet. Vos.*
Noo oouit. *Syr. Nec nouit. S. Aug. Non cognouit.*

Chariſſimi. *Syr. Dilecti mei. S. Aug. Dilectiſſimi. Caiet. Dilecti.*
Filij. *Ar. M. Nati.*
Et nondum. *Syr. Nec vſque adhuc.*
Apparuit. *Syr. Reuelatum eſt. S. Aug. Manifeſtatum eſt. Tert. Manifeſtum eſt.*
Quid erimus. *Tert. Quod futuri ſimus. Oec. Id quod futuri ſimus.*
Scimus quoniam. *Syr. Scimus autem. Mar. Sed ſcimus quoniam.*

niam

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

niam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

Cùm apparuerit. *Syr. Cùm ipſe reuelatus fuerit. Ar. M. Si apparuerit.*
Similes ei erimus. *Syr. Nos in ſimilitudinem ipſius fore.*
Quoniam videbimus eum ſicuti eſt. *Syr. Eumque viſuros, prout ipſe eſt.*

Verſ. 3.

Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

Omnis qui. *Syr. Quiſquis.*
Sanctificat ſe. *Syr. Purificat ſe ipſum. S. Aug. Caſtificat ſemetipſum. Tert. Caſtigat ſe. Mar. Studet vitæ probitati.*
Et ille. *Tert. Ipſe.*
Sanctus. *Syr. Purus. S. Aug. & Tert. Caſtus.*

Verſ. 4.

Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas.

Omnis qui facit. *Syr. Qui autem committet. Vat. Omnis qui committit.*
Peccatum. *Tert. Delictum.*
Et iniquitatem. *Syr. Iniquitatem. Vat. Idem & iniquitatem. Ar. M. Et tranſgreſſionem legis.*
Facit. *Vat. Committit.*
Et peccatum. *Syr. Peccatum enim omne. S. Auguſt. Peccatum. Tert. Et iniquitas.*
Iniquitas. *Oec. Commiſſum contra legem. Ar. Mont. Tranſgreſſio legis.*

Verſ. 5.

Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata noſtra tolleret: & peccatum in eo non eſt.

Quia ille apparuit. *S. Aug. Quia ille manifeſtatus eſt. Tert. Quòd ille manifeſtatus eſt.*
Peccata noſtra. *S. Aug. Peccata. Tert. Delicta.*
Tolleret. *S. Aug. & Tert. Auferat.*

Verſ. 6.

Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.

Omnis qui. *Syr. Porrò quiſquis.*
Omnis qui. *Syr. Quicunque.*
Peccat. *Tert. Delinquit*
Non vidit eum nec. *Tert. Neque vidit neque.*
Cognouit. *Syr. Nouit.*

Verſ. 7.

Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt.

Filioli. *Tert. Filioli mei. Lucif. Filij.*
Seducat. *Lucif. Fallat.*
Qui. *Tert. Omnis qui.*

Verſ. 8.

Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli,

Qui facit peccatum. *Syr. Qui verò committit peccatum. Tert. Qui facit delictum. Lucif. Qui autem facit peccatum.*
Ex diabolo. *Syr. Ex ſatanâ. Lucif. A diabolo.*
Quoniam ab initio. *Syr. Quoniam à principio. Tert. Quòd à primordio. Lucif. Quoniam origine.*
Diabolus. *Syr. Ipſe Satanas.*
Peccat. *Syr. Peccator eſt. Tert. Delinquit.*
In hoc. *Syr. Et propter hoc. Oec. Ad hoc. Lucif. Idcirco. Tert. In hoc enim.*
Apparuit Filius Dei. *S. Aug. Manifeſtatus eſt Filius Dei. Tert. Manifeſtatus eſt. Lucif. Declaratus eſt Filius Dei.*
Diſſoluat. *Syr. Diſſolueret. S. Aug. Soluat. Lucif. Solueret.*
Diaboli. *Syr. Satana.*

Verſ. 9.

Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.

Omnis qui natus eſt. *Syr. Quiſquis natus eſt. Tert. Omnis qui naſcitur. Ar. M. Omnis natus.*
Peccatum. *Tert. Delictum.*
Facit. *Syr. Committit.*
Quoniam ſemen ipſius. *Tert. Quia ſemen Dei.*
Et manet. *Syr. Illo eſt.*
Peccare. *Tert. Delinquere.*
Quoniam ex Deo natus eſt. *Pagn. Quòd ex Deo natus ſit.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 10. In hoc manifeſti ſunt Filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui onn eſt iuſtus,non eſt ex Deo,& qui non diligit fratrem ſuum.	Io hoc. *Occ. Per hoc. Lucif. Ex hoc.* Manifeſti ſunt. *Syr. Diſtinguuntur. Lucif. Apparent.* Filij. *Ar.M. Nati.* Et filij diaboli. *Syr. A filiis ſatana. Ar.M.Et nati diaboli.* Omnis qui. *Syr. Quiſquis. Tert. Qui.* Eſt ioſtus. *Syr. Facit iuſtitiam.* Diligit. *Lucif. Amat.*
Verſ. 11. Quoniam hæc eſt annunciatio, quam audiſtis ab initio,vt diligatis alterutrum.	Hæc eſt annunciatio , quam. *Syr. Hoc eſt praeceptum,quod. Lucif. Hac eſt repromiſſio,quam.* Audiſtis. *S.Aug. Audiuimus.* Initio. *Lucif. Origine.* Diligatis alterutrum. *Syr. Diligatis vos inuicem. S.Aug. Diligamus inuicem. Lucif. Amemus alterutrum. Ar.M. Diligamus alij alios.*
Verſ. 12. Nno ſicut Cain, qni ex maligno erat & nccidit fratrem ſuum , & propter qnid occidit eum? Quoniam npera eius maligna etant,fratris autem eius,iuſta.	Non. *Lucif. Et non.* Cain. *Syr. Cain ille.* Maligno. *Syr. Malo. Pagn. Illo malo. Mar. Diabolo.* Erat. *Lucif. Fuit.* Occidit. *Syr. Trucidauit. Lucif. Interfecit.* Propter quid. *Syr. Quare. S. Aug. Cuius rei gratiâ. Ar.M. Cuius gratiâ.* Occidit eum. *Syr. Trucidauit eum? S. Aug. Occidit. Lucif. Interfecit eum?* Quoniam opeta eius. *Syr. Niſi quia opera ſua.* Maligna. *Syr. Mala.* Fratris autem eius. *Syr. Fratris verò ſui.*
Verſ. 13. Nolite mirari fratres , ſi odit vos mundus.	Nolite mirari. *Vat. Ne miremini. Ar. M. Ne admiremini.* Fratres. *Vat. Fratres mei.* Vns mundus. *Lucif. Nos ſeculum.*
Verſ. 14. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: Qui non diligit, manet in morte.	Tranſlati ſumus. *S.Aug. Tranſiuimus.Lucif.Tranſitum fecimus.* De morte. *Lucif. A morte.* Diligimus. *Lucif. Amamus.* Fratres. *Syr. Fratres noſtros.* Qui non diligit. *Syr. Qui non amat fratrem. Lucif. Qui autem non amat. Occ. Qui non diligit fratrem.*
Verſ. 15. Omnis qui odit fratrem ſuum , homicida eſt: Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.	Omnis qui odit. *Syr. Quiſquis enim odit. S. Val. Qui odit ſine causâ. Ar. M. Omnis odio habens. Tert. Omnis qui oderit.* Non habet. *Syr. Non poteſt habere.* Vitam æternam. *Lucif. Vitam.* In ſemetipſo manentem. *Syr. Permanentem in ſe. Lucif. In ſe manentem.*
Verſ. 16. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.	In hoc. *Pagn. Per hoc.* Cognouimus. *S.Aug. Cognoſcimus.* Charitatem Dei. *Syr. Charitatem eius erga nos. S. Aug. Dilectionem.* Quoniam ille. *Syr. Quòd is.* Pro nobis. *Lucif. Propter nos.* Poſuit. *Syr. Dederit.* Et nos debemus. *Syr. Et aequum eſt nos quoque.* Fratribus. *Syr. Fratribus noſtris.* Animas ponere. *Syr. Dare animas noſtras. Lucif. Animas noſtras ponere.*
Verſ. 17. Qui habuerit ſubſtantiam huius mun-	Qui. *Syr. Porrò qui. Goth.* omittit. *S.Aug. Qui autem. Pagn. Qui verò.*

di,

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

di, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?

Habuerit. *Goth.* omittit.
Subſtantiam huius Mundi. *Syr. Poſſeſſionem Mundi. Goth.* omittit. *S. Aug. Facultates Mundi. Ar.M. Victum Mundi.*
Et viderit fratrem ſuum *Goth.* omittit.
Neceſſitatem habere. *Syr. Egentem. Goth.* omittit. *S. Cypr. Deſiderantem. S. Gaud. In neceſſitate conſtitutum. S. Aug. Eſurientem.*
Et clauſerit viſcera ſua. *Goth.* omittit.
Ab eo. *Goth.* omittit. *S. Gaud. Ad eum.*
Quomodo charitas Dei. *Syr. Qua charitas Dei. Goth.* omittit. *S. Gaud. Chriſtus Dei. S. Aug. Dilectio Dei.*
Manet in eo? *Syr. Poteſt eſſe in eo. Goth.* omittit. *S. Gaud. Non eſt in illo. S. Aug. Poterit manere in eo.*

Verſ. 18.

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.

Non diligamus. *Syr. Ne diligamus nos inuicem. Oec. Ne diligamus.*
Verbo. *Syr. Verbo. Goth. & S. Aug. Tantùm verbo.*
Neque lingua. *Syr. & S. Aug. Et lingua.*

Verſ. 19.

In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra.

In hoc. *S. Aug. Et in hoc. Oec. Per hoc. Caiet. Et per hoc.*
In conſpectu eius. *Syr. Antequam veniat ipſe. S. Aug. Coram ipſo. Ar.M. Ante eum.*
Suadebimus corda noſtra. *Syr. Perſuaſum reddituri ſumus cor noſtrum. S. Aug. Perſuademus cordi noſtro. Vat. Suadebimus cordibus noſtris. Mar. Confidemus corda noſtra,* vel. *Reddemus conſcientiam ſecuram.*

Verſ. 20.

Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum: maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia.

Reprehenderit nos. *Syr. Reprehendat nos. S. Aug. Malè ſenſerit. Iſych. Reprehendit nos. Oec. Arguat nos. Caiet. Condemnet nos. Mar. Non reprehenderit nos.*
Cor noſtrum. *Ar.M. Nos.*
Maior. *Syr. Quantò maior. Ar.M. Quòd maior.*
Corde noſtro. *S. Aug. Conſcientiâ noſtrâ.*
Et nouit. *Syr. Nouit enim. Iſych. Et cognoſcit.*

Verſ. 21.

Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.

Chariſſimi. *Syr. Dilecti mei. Iſych. Dilectiſſimi. Caiet. Dilecti.*
Reprehenderit nos. *Syr. Arguit nos. S. Aug. Malè ſenſerit. S. Cypr. & Iſych. Reprehendat nos. Vat. Condemnat nos.*
Fiduciam. *Iſych. Confidentiam.*
Habemus. *S. Cypr. Habeamus.*
Ad Deum. *Syr. Coram Deo. Pagn. Erga Deum.*

Verſ. 22.

Et quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram eo, facimus.

Quidquid. *S. Cypr. Quodcunque.*
Petierimus. *S. Aug. Poſtulauerimus.*
Accipiemus. *Oec. Accipimus.*
Quoniam. *S. Aug. Qm.*
Mandata eius. *Oec. Præcepta eius. Lucif. Mandata.*
Cuſtodimus. *S. Aug. Seruamus.*
Et ea quæ ſunt placita. *Syr. Quæ grata ſunt. S. Aug. & Lucif. Quæ placent illi. Ar.M. Placita.*
Coram eo facimus. *Syr. Coram ipſo peragimus. S. Aug. In conſpectu eius facimus. Lucif. Ante conſpectum eius faciamus.*

Verſ. 23.

Et hoc eſt mandatum eius: vt credamus in nomine Filij eius Ieſu Chriſti: &

Et hoc eſt mandatum eius. *S. Aug. Hoc eſt mandatum eius. Lucif.* omittit. *Vat. Et hoc eſt præceptum eius.*
Vt credamus in nomine. *Lucif. In nomine. Vat. Vt credamus nomini.*

diligamus

Vulgata Editio.

diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis.

Verſ. 24.

Et qui ſeruat mandata eius, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc ſcimus quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis.

Lectionum Varietas.

Diligamus. *Lucif. Amemus.*
Alterutrum. *Lucif. Nos inuicem. Vat. Nos mutuò. Ar. M. Alij alios. Mar. Inuicem.*
Dedit mandatom nobis. *Vat. Dedit præceptum. Ar. M. Dedit mandatum.*

Et. *Syr. Cæterùm.*
Seruat. *S. Aug. Seruauerit.*
Mandata. *Syr. Præcepta. S. Aug. Mandatum.*
In illo manet. *Syr. Per ipſum ſeruatur. S. Aug. In ipſo manebit.*
Et ipſe in eo. *Syr. Et ille habitat in ipſo. Ar. M. Et ipſe in eo manet.*
In hoc. *Pagn. Per hoc.*
Scimus. *Syr. Intelligimus. S. Aug. Cognoſcimus. Mar. Conijcimus.*
Quoniam manet. *Syr. Quòd habitet.*
De Spiritu. *Syr. E Spiritu ſuo. S. Aug. De Spiritu ſuo. Pagn. E Spiritu. Caiet. Ex ſpiritu.*

CAPVT III.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Chriſtiani nomen non prodeſt, vbi res non eſt. 1755
Bonorum operum continuatio. 1755
Chriſtiani vita eſt ſeipſum ſanctificare. 1756
Qui peccat in peccato non perſeueret. 1756
Virtutes eſſe non videntur, ſi actu careant. 1757
Ex diabolo naſci cur peccator dicatur. 1757
A peccato qui ſe non reuocat, à diabolo eſſe dicitur. 1758
Peccaſſe non videtur qui pœnitentiam init. 1759
Firmitas in Dei obſequio. 1760
Salutis negotium Deo tribuendum. 1760
Homicida cur dicatur qui fratrem odit. 1761
Nemo ad deſperationem adigendus. 1751
Fratris odium quàm graue. 1762
Mundi ſubſtantia cur vita dicatur. 1762
Proximi charitas & beneficentia in fratres minimè contemnatur. 1762

Vt filij Dei nominemur, & ſimus.

1755. VT *Filij Dei nominemur, & ſimus.* Patum eſſet nominari, niſi eſſemus. Sanctus Auguſtinus hîc legit: *Vt Filij Dei vocemur, & ſimus,* additque: *Non qui vocantur, & non ſunt. Quid illis prodeſt nomen, vbi res non eſt? Quàm multi vocantur medici, qui curare non norunt? Quàm multi vocantur vigiles, qui totâ nocte dormiunt? ſic multi vocantur Chriſtiani, & in rebus non inueniuntur; quia hoc, quod vocantur, non ſunt, id eſt in vitâ, in moribus, in fide, in ſpe, in charitate. Hic autem quid audiſtis, fratres? Ecce qualem dilectionem dedit nobis Pater: vt filij Dei nominemur, & ſimus.*

Sanctificat ſe.

SAnctificat ſe. Vitæ probitati ſtudet, vt aliqui exponunt. Præſens tempus continoationem quandam notat, vt, quandiu viuit, vitæ perfectioni ſtudeat; &, licèt ſanctus ſit, quærat adhuc ſanctificari.

Sanctificat ſe. Sanctus Auguſtinus legit: *Caſtificat ſe.* Alij: *Purificat ſe*, ſiue, *Luſtrat ſe.* Non corporis tantùm puritas hîc reſpicitur, ſed & mentis. Signatè autem dictum, *ſanctificat*; vt tota Chriſtiani vita ſit ſeipſum ſanctificare, puriorem ſe reddere, ſanctioremque nec vnquam in ſui depuratione ſiſtat, cùm ſemper in ſe aliquid habeat, quod expiet & eluat. 1756.

Non peccat.

QVid eſt, *non peccat?* An, quia, licèt peccet, in peccato non perſeuerat? Pulchrè S. Bernardus ſerm. 1. in Septuag. *Inuenies à Ioanne in Epiſtolâ ſuâ ſcriptum: Omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat; ſed generatio Cæleſtis conſeruat illum. Non peccat, inquit, id eſt non permanet in peccato; quia conſeruat illum vtique vt perire non poſſit, ea, quæ falli non poteſt, generatio Cæleſtis. Siue, non peccat, id eſt tantundem eſt, ac ſi non peccet, pro eo ſcilicet, quod non imputatur ei peccatum; generatio enim Cæleſtis etiam in hac parte conſeruat illum: ſed generationem iſtam quis enarrabit? Quis poteſt dicere? Ego de electis ſum, ego de prædeſtinatis ad vitam, ego de numero filiorum.*

Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.

QVi facit iuſtitiam, iuſtus eſt. Non, qui ſe facturum iuſtitiam ſpondet; ſed, qui facit, iuſti meretur vocabulum; vt virtutes eſſe non videantur, ſi actu careant. Pulchrè Oecumenius: *Animaduertendum eſt, quòd non dixit in ſuperioribus, omnis qui fecit, aut, qui faciet iuſtitiam; ſed, qui facit: virtutes enim ſemper operantur, &, dum ſiunt, habent eſſe: ceſſantes verò, aut futura, ne eſſe quidem habent.* 1757.

Qui facit peccatum, ex diabolo eſt.

QVi facit peccatum, ex diabolo eſt. Sanctus Auguſtinus hîc legit: *De diabolo eſt*, & hanc phraſim ita explicat: *De diabolo eſt. Noſtis quid dicat. Imitando diabolum: nam neminem fecit diabolus, neminem genuit, neminem creauit: ſed quicunque fuerit imitatus diabolum, quaſi de illo natus ſit, filius*

filius diaboli eſt imitãdo, non propriè naſcendo. Quomodo es Filius Abrahæ? Nunquid Abraham te genuit? Quomodo Iudæi, filij Abrahæ, non imitantes fidem Abrahæ, facti ſunt filij diaboli. De carne Abrahæ nati ſunt, & fidem Abrahæ non ſunt imitati. Tu, qui non de illo natus es, efficieris filius, & ſic eris imitando. Et, ſi diabolum fueris imitatus (quia ille ſuperbus extitit & impius aduersùs Deum) eris filius diaboli diabolum imitando; non quia ipſe creauit te, aut genuit te.

Quoniam ab initio diabolus peccat.

1758. *AB initio diabolus peccat.* Verborum forma requirebat, vt diceret *peccauit*; Sed dixit *peccat*; quod cur dixerit exponit B. Beda, dum ait: *Cùm præmitteret ab initio ſubiunxit verbum præſentis temporis, peccat. Quia ex quo ab initio cœpit diabolus peccare, nunquam deſiit nec pœnarum metu coërcitus. Vnde ex illo iure eſſe dicitur, quiſquis à peccando ſe reuocare negligit. Ab initio autem diabolus peccat, illo vtique quo ipſe factus eſt, quo etiam creaturarum cœpit origo cunctarum. Neque enim dubitandum eſt inter primas creaturas Angelos eſſe conditos, ſed cæteris ad laudem Creatoris gloriam ſuæ conditionis referentibus, ille qui primus eſt conditus, mox vt altitudinem ſuæ claritatis aſpexit, contra Conditorem cum ſuis ſequacibus ſuperbus intumuit, pérque eandem ſuperbiam ab initio peccans de Archangelo in diabolum eſt verſus.*

Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit.

1759. *OMnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit.* Et non etiam peccant, qui ex Deo nati ſunt, & ad æternam vitam electi? An commendare pœnitentiam voluit, quâ peccata delentur, vt videatur non peccaſſe, qui pœnitentiam iniit? Sanctus Bernardus etiam charitatem adiungit; ſic enim ille ſcribit de Grat. & lib. arbitr. *Non poſſumus hîc penitus eſſe ſine peccato & miſeriâ: poſſumus tamen, gratiâ iuuante, nec peccato ſuperari nec miſeriâ. Quanquam tamen Scriptura loquatur: Omne quod natum eſt ex Deo, non peccat. Sed hoc dictum eſt de prædeſtinatis ad vitam, non quòd omnino non peccent; ſed quòd peccatum ipſis non imputatur, quod vel punitur condignâ pœnitentiâ, vel in charitate abſconditur. Charitas quidem cooperit multitudinem peccatorum: & beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: & beatus vir cui non imputauit Deus peccatum.*

Non poteſt peccare.

1760. *NOn poteſt peccare.* Non quòd arbitrij libertate priuetur; ſed quia firmus in Dei obſequio eſt. *Quòm adiungit,* inquit Oecumenius: *Non poteſt peccare: non de naturali impotentiâ, quâ bruta non poſſe ſuſcipere ſcientiam dicimus; ſed de voluntariâ impotentiâ, & voluntariâ auocatione à peccato intelligit.*

Tranſlati ſumus de morte ad vitam.

TRanſlati ſumus de morte ad vitam Non dixit, *tranſiuimus*; ſed, *tranſlati ſumus*; ne quis iſtuc ſuis lacertis, viribuſque tribueret, non Deo. *Tranſlati ſumus, & non tranſiuimus,* inquit hîc Vgo: *quia alius tulit nos de Mundo, & non ipſi nos. Et quis eſt, qui nos tulit? Filius Dei.* Tranſtulit nos, quia nimis Mundo rebuſque Mundanis adhærebamus.

Homicida eſt.

HOmicida eſt. Et quî omnis, qui odit fratrem ſuum eſt homicida, cùm non ſemper odium eò ferat, quòm corripit, vt inimici mortem cupiat; nec ſemper mortuum eſſe velit, quem odit? An, quia ſaltem diſpoſitiuè (vt notat etiam Carthuſianus) qui odit, homicida eſt? ſicque odium eſt via ad homicidium, vt, niſi tollatur, eò tandem perueniat, quò de tollendo inimico cogitet. Quod intelligitur de diſpoſitione & propinquâ & graui: nam alioquin leues motus odij homicidam non faciunt. 1761.

Qui odit fratrem, homicida dicitur; nec additur, a Deo reiectum, aut quidpiam ſimile, ne ſcilicet in deſperationem adigeretur; ſed potiùs lenius ad pœnitentiam reuocaretur. Benè hîc Ferus. *Non inquit: A Deo abiectus eſt, damnatus eſt; peccatum enim gratiam tollit; neminem tamen ad deſperationem adigit, nec Dei miſericordiam deſtruit, vt pœnitenti miſerere nolit.*

Homicida dicitur, qui odit fratrem; nec explicatur cuius ſit homicida. Vt præcipuè intelligatur animo occidere eum, quem odio habet; eſt tamen homicidij ab hac quoque causâ reus, quia animam ſuam prius occidit; aut quia (vt ille ait) *Chriſtus cenſeatur in illo mori ſecundùm infidelitatem.* 1762.

Qui habuerit ſubſtantiam huius Mundi.

QVi habuerit ſubſtantiam huius Mundi. Pro *ſubſtantiâ* Græcè eſt βίος. id eſt, *vita*, & ſignificat victum & ea, quæ ad vitam producendam pertinent. Si verò ad mundanorum mentem ſpectemus, Mundi ſubſtantia, opes diuitiæque vita ſunt; quia maximî apud illos, non ſecùs ac vita, fiunt. Sed vitâ vidua hæc vita eſt. Denique Mundi ſubſtantia dicitur vita; quia nudæ vitæ conſeruandæ ſeruire debet, non auaritiæ nutriendæ: atque adeò non coaceruandæ opes, ſed diſtribuendæ.

Quomodo charitas Dei manet in eo?

QVomodo charitas Dei manet in eo? Cur non potiùs proximi charitate carere eum dixit? *Nominat Apoſtolus* (inquit Eſtius) *charitatem Dei potiùs quàm proximi; ne quis exiſtimet, ſaluâ charitate & amicitiâ Dei, negligere ſe poſſe charitatem ac beneficentiam in fratres.*

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. EPIST. I. IOANNIS.

Verſ. 1.

CHARISSIMI, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum,

Chariſſimi. *Syr. Dilecti mei. S. Aug. Dilectiſſimi. Caiet. Dilecti.*
Nolite omni ſpiritui credere. *Syr. Non credatis omnibus ſpiritibus. Oecum. Ne credatis cuiuis ſpiritui.*
Probate. *Syr. Diiudicate. Mar. Examinate.*
Si. *Syr. Num. Oec. An.*
Sint. *Lucif. Sunt.*
Quoniam multi pſeudoprophetæ. *Tert. Multi iam Antichriſti.*
Exierunt in Mundum. *S. Aug. Exierunt in iſtum Mundum. Lucif. Exierunt in ſeculo.* vel, *Exierunt.*

Verſ. 2.

In hoc cognoſcitur Spiritus Dei: omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt:

In hoc. *Lucif. Ex hoc. Vat. Per hoc.*
Cognoſcitur Spiritus. *Lucif. Intelligite Spiritum. Pagn. Cognoſcite Spiritum.*

Verſ. 3.

Et omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt; & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit, & nunc iam in mundo eſt.

Et omnis ſpiritus. *Syr. Omnis autem ſpiritus. S. Cypr. Qui autem.*
Soluit Ieſum. *Syr. & S. Aug. Non confitetur Ieſum veniſſe in carne. S. Cypr. Negat in carne veniſſe. Lucif. Deſtruit Ieſum. Oec. Non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe. Al. Non confitetur Ieſum Chriſtum in carne venientem.*
Et hic eſt Antichriſtus. *Syr. Sed hic eſt ab ipſo Pſeudochriſto. S. Cypr. Sed eſt de Antichriſti ſpiritu. Lucif. Et hoc eſt, quod eſt Antichriſtus. Oec. Et hic eſt ille ſpiritus Antichriſti. Mar. ex. Gr. Et hic eſt Antichriſti.*
De quo. *Syr. Quem.*
Quoniam venit. *Syr. Venturum. S. Aug. Quòd venturus ſit. Oec. Quod veniat.*
Nunc iam. *Quidd. Codd. Nunc.*

Verſ. 4.

Vos ex Deo eſtis Filioli, & viciſtis eum, quoniam maior eſt qui in vobis eſt, quàm qui in mundo.

Vos. *Syr. Vos autem. S. Aug. Iam vos.*
Filioli. *Syr. Filij.*
Eum. *Goth. Eos.*
Quoniam maior. *S. Cypr. Maior.*
Eſt. *Syr. Eſt ille.*
Vobis eſt. *Ar. M. Vobis.*
Quoniam qui in Mundo. *S. Cypr. Quàm in iſto Mundo. S. Aug. Quàm qui in hoc Mundo.*

Verſ. 5.

Ipſi de mundo ſunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

Ipſi. *Syr. Et illi.*
De Mundo. *Syr. Ex Mundo. Vat. E Mundo. Lucif. De ſeculo.*
Ideo de Mundo. *Lucif. Propterea de ſeculo. Vat. Ideo è Mundo. Caiet. Ex Mundo.*
Muodus. *Lucif. Seculum.*

Verſ. 6.

Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deum, audit nos; qui non eſt ex Deo, non audit nos: in hoc cognoſcimus Spiritum veritatis, & ſpiritum erroris.

Nos. *Syr. Nos autem.*
Qui. *Syr. Et qui.*
Nouit. *Lucif. Cognoſcit.*
Qui. *Lucif. Qui autem.*
In hoc cognoſcimus. *Syr. Per hoc ipſum intelligimus. Lucif. Ex hoc intelligimus. Pagn. Per hoc cognoſcimus.*
Spiritum erroris. *S. Aug. Erroris.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.
Chariſſimi , diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit , ex Deo natus eſt , & cognoſcit Deum.

Chariſſimi. *Syr. Dilecti mei. S. Aug. Dilectiſſimi. Caiet. Dilecti.*
Diligamus. *Lucif. Amemus.*
Nos iouicem. *Lucif. Nos alterutrum. Ar. M. Alij alios.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio.*
Omnis qui. *Syr. Quiſquis.*
Diligit. *Goth. Diligit fratrem ſuum.*
Cognoſcit. *S. Aug. Cognouit.*

Verſ. 8.
Qui non diligit non nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt.

Qui. *Syr. Et quiſquis. Lucif. Quicunque.*
Diligit. *Lucif. Diligit fratrem.*
Nouit. *Syr. Cognoſcit.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio.*

Verſ. 9.
In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.

In hoc. *Mar. Hoc.*
Apparuit. *Syr. Innotuit. S. Aug. Manifeſtata eſt. Lucif. Declarata eſt.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio.*
Vnigenitom. *Lucif. Vnicum.*
Miſit. *Vat. Emiſit.*
In Muodum. *S. Aug. In hunc Mundum. Lucif. In ſeculum.*

Verſ. 10.
In hoc eſt charitas: non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

In hoc. *Mar. Hoc.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio. Mar. Charitas Dei erga nos argumentum.*
Quaſi. *S. Aug. Quia. Lucif. Quod.*
Dilexerimus. *Lucif. Amauerimus.*
Ipſe priot. *Syr. Ipſe Deus. Lucif. Ipſe.*
Dilexit oos. *Lucif. Amauerit.*
Miſit. *Lucif. Miſerit. Vat. Emiſerit.*
Propitiatiooem. *S. Aug. Litatorem. Lucif. Expiatorem.*
Pro peccatis noſtris. *Lucif. Peccatorum noſtrorum.*

Verſ. 11.
Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

Chariſſimi. *Syr. Chariſſimi mei. S. Aug. Dilectiſſimi. Caiet. Dilecti.*
Sic. *Lucif. Ergo ſic.*
Dilexit. *Lucif. Amauit.*
Et nos. *Syr. Et nos quoque. Lucif. Non &.*
Alteruttum. *Syr. Nos mutuò. S. Aug. Inuicem. Ar. M. Alij alios.*

Verſ. 12.
Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem , Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.

Nemo vidit voquam. *Tert. Nemo vidit hominum, nec videre poteſt.*
Si diligamus. *Syr. Sed ſi dilexerimus.*
Iooicem. *Syr. Nos mutuò. Oec. Inuicem. Pagn. Nos inuicem. Ar. M. Alij alios.*
Manet. *S. Aug. Manebit.*
Charitas. *S. Aug. Dilectio.*
Eſt. *S. Aug. Erit.*

Verſ. 13.
In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

In hoc. *Syr. Per hoc. Oec. Ex hoc.*
Cogooſcimus. *Syr. Scimus.*
Quoniam de Spititu ſuo dedit. *Syr. Quia de ſpiritu largitus eſt.*

Verſ. 14.
Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſuum Saluatorem mundi.

Teſtificamur. *S. Aug. Teſtes ſumus. Vat. Teſtamur.*
Quoniam Patet miſit. *Syr. Quod Pater miſerit. Vat. Quod Pater emiſit.*
Saluatotem. *Syr. Redemptorem. Vat. Seruatorem. Mar. Vt eſſet Saluator.*
Mundi. *Syr. In Mundum.*

Verſ. 15.
Quiſquis confeſſus fuerit quoniam

Quis. *S. Aug. Quicunque. Tert. Qui.*
Confeſſus fuerit. *Syr. Confitetur.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.

Quoniam Ieſus eſt Filius. *Syr. Ieſum quòd ipſe ſit. Tert. Chriſtum Filium.*
Ipſe. *Syr. Ipſe manet.*

Verſ. 16.

Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Cognouimus & credimus. *Syr. Credidimus & ſcimus. Vat. Cegeuimus & credimus.*
Charitati, quam. *Syr. Quam charitatem. S. Aug. Quia dilectionem. Ar. M. Charitatem quam.*
In nobis. *Syr. Erga nos. S. Aug. Nobiſcum.*
Deus. *Syr. Deus enim.*
Charitas. *S. Cypr. Dilectio.*
Qui. *Syr. Quiſquis.*
In charitate. *S. Cypr. In dilectione.*
Et Deus in eo. *Syr.* omittit.

Verſ. 17.

In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo.

In hoc. *Syr. Et in hoc. Mar. Ad hoc.*
Perfecta. *Syr. Completa.*
Chriſtus. *S. Aug. Dilectio.*
Dei vobiſcum. *Geth. Dei in nobis. S. Aug. In nobis.*
Ille eſt. *Syr. Ipſe fuit.*
Et. *Syr. Ita &.*

Verſ. 18.

Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor pœnam habet, qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.

Charitate. *S. Aug. Dilectione.*
Sed perfecta. *Tert. Perfecta enim.*
Charitas. *Arnob. & Tert. Dilectio.*
Mittit. *S. Ambr. Excludit. Oec. Eiicit. Tert. Abiicit.*
Timorem. *Syr. Ipſum timorem.*
Pœnam. *Syr. In perturbatione. S. Aug. Tormentum. Oec. Cruciatum. Ar. M. Punitionem. Mar. ex Syr. Turbationem.*
Habet. *Syr. Eſt.*
Qui autem timet. *Tert. Et qui timet. Ar. M. At timens.*
Charitate. *S. Aug. & Tert. Dilectione.*

Verſ. 19.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.

Nos ergo. *S. Aug. Nos.*
Diligamus. *Aug. Diligimus.*
Deus prior. *Syr. Ipſe primùm.*

Verſ. 20.

Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?

Si quis dixerit. *Syr. Sed ſi quis dicat.*
Quoniam diligo. *Syr. Dilige. Lucif. Quia diligit.*
Oderit. *Syr. & Lucif. Odit.*
Qui enim. *Lucif. Qui autem.*
Diligit. *Lucif. Amat.*
Quem videt. *Syr. Qui videtur. Lucif.* omittit. *Pagn. Quem vidit.*
Deum. *Syr. Deum ipſum.*
Non videt. *Syr. Qui non videtur. Lucif. & Pagn. Non vidit.*
Quomodo poteſt diligere. *Lucif. Non poteſt amare.*

Verſ. 21.

Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

Mandatum. *Syr. Praceptum.*
Habemus à Deo. *Syr. Accepimus ab eo.*
Vt qui diligit. *Syr. Vt omnis qui diligit. Lucif. Vt qui amat. Pagn. Qui diligit.*
Diligat. *Lucif. Amet.*

CAP. V.

CAPVT IV.

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Ieſus quî ſolui dicatur. 1763
Nemo ſuis meritis adſcribat, quòd ſit diligendus. 1763
Quod quis alios docet debet & præſtare. 1763
Charitas quædam participatio diuinæ naturæ. 1763
Deus charitatis nomine inſigniri voluit, non honoris. 1764
Vita gratiæ, vera vita eſt. 1764
Timoris & charitatis nexus. 1765
Hominis ab hominibus amari quanti Deus faciat. 1765

Omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt.

1763. QVi *ſoluit Ieſum.* Et qoî ſolui Ieſus poteſt? An ſoluitur, cùm ab humanâ, coi iunctus eſt, naturâ abiungitur? *Quid eſt Ieſum ſoluere* (inquit Sanctus Leo epiſt. 10. cap. 5.) *niſi humanam ab eo ſeparare naturam; & ſacramentum fidei, per quod ſaluati ſumus, impudentiſſimis euacuare figmentis?*

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt.

CVm dixiſſet: *Diligamus nos inuicem,* cur ſtatim addit? *Quia charitas ex Deo eſt.* An ne ſuis tumidè meritis qois adſcriberet, quòd eſſet diligẽdus tanquam aliena eſſet dilectione digous? Acutè, vt ſolet, Sanctus Auguſtinus lib. de Grat. & lib. arbitr. cap. 18. *Sedeat inter nos index Apoſtolus Ioannes, & dicat nobis: Chariſſimi, diligamus inuicem. In his verbis Ioannis cùm ſe illi extollere cœperint & dicere: Vt quid nobis hoc præcipitur, niſi quia ex nobis habemus, vt inuicem diligamus? ſequitur continuò idem Ioannes confundens eos & dicens: Quia dilectio ex Deo eſt. Non itaque ex nobis, ſed ex Deo eſt. Cur ergo dictum eſt? Diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo eſt, niſi quia præcepto admonitũ eſt liberum arbitrium, vt quæreret Dei donum. Quod quidem ſine ſuo fructu prorſus admoneretur, niſi priùs acciperet aliquid dilectionis, vt addi ſibi quæreret, vnde, quod iubebatur, impleret. Quùm dicitur: Diligamus inuicem: Lex eſt. Quùm dicitur: quia dilectio ex Deo eſt: Gratia eſt.*

Diligamus nos inuicem. Se quoqoe inter alios numerat, nec enim ab hoc amoris tributo liberum ſe vult eſſe, iodicit ſibi quod aliis dicit. *Obſerua,* inquit hîc Feros, *quòd Ioannes non dicit, chariſſimi diligite inuicem, ſed diligamus inuicem. Quod enim aliis præcipit etiam à ſe ipſo exigit. Non enim ſatis eſt alios docere, niſi & teipſum doceas. Et nonnullis interiectis ſtatim addit: Deinde Ioannes non dicit, diligamus hos vel illos, ſed in genere; diligamus* (inquit:) *inuicem: quemadmodum enim nullos in ſpecie nominat, ſic nullos excludi vult, Charitas enim Chriſtiana, ad omnes ſe extendere debet, amicos, & inimicos; Non enim perſona proximi, ſed natura & neceſſitas attendenda ſunt. Signanter autem dicit: Diligamus inuicem, vel mutuò: quo verbo innuit, quòd Chriſtiana Charitas debet eſſe reciproca: Alter inquit alterius onera portate. Qui beneficium recipit, beneficium etiam reddat.*

Omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt.

OMnis, *qui diligit, ex Deo natus eſt.* Sicut, qui odit, diaboli ſe filiom quodammodò facit. *Ex Deo natus* (ioquit hîc Lirauus) *quia charitas eſt quædam participatio Diuinæ naturæ in nobis.*

Deus charitas eſt.

DEus *charitas eſt.* Dici, charitatem, Deum audis. Non facilè in ſacratum Scripturarum 1764.
ſerie reperies, Deum dici hoootem (quod obſeruabat & S. Bernardus) vt vel hinc diſcas, quàm Deo charitas placeat; vt illius nomine voluërit inſigniri.

Vt viuamus per eum.

VT *viuamus per eum.* Eâ ſcilicet vitâ, quæ vera eſt. *Vitâ gratiæ* (inquit Liranus) *quam influit nobis, ſicut caput influit ſenſum & motum membris ſuis.* Præ iſtâ vitâ vita temporalis & corporea, vitæ non meretur nomen.

Perfecta charitas foras mittit timorem.

PErfecta *charitas foras mittit timorem.* imperfe- 1765.
ctum ſcilicet: nam perfectum adeò foras non mittit, vt ducat ſemper ſecum. Pulchrè S. Auguſtinus ſerm. 18. de Verb. Apoſt. *Sectamini charitatem: intret charitas: admitte illam timendo peccare: admitte amorem non peccantem: admitte amorem bene viuentem. Illâ, (vt dicere cœperam) intrante, incipit timor exire. Quantò plus illa intrauerit, tantò timor minor erit. Cùm illa tota intrauerit, nullus timor erit; quia perfecta charitas foras mittit timorem. Intrat ergo charitas: pellit timorem. Non autem intrat & ipſa incomitata. Habet ſecum ſuum timorem, quem introducit ipſa; ſed illum caſtum permanentem in ſæculum ſæculi. Seruilis timor eſt, quo timus cum diabolo ardere: timor caſtus eſt, quo times Deo diſplicere.*

Si quis dixerit: Quoniam diligo Deum; & fratrem ſuum oderit, mendax eſt.

DIcere id poteſt aliquis, non dilectionem ſuam probare. Proh quanti homioes Deus facit! vt ab hominibus amari nolit, niſi ſe inuicem homines ament. Qui amari à nobis amat, vt extra amoris notam & characterem nihil illi ſit gratum, hunc amorem repudiat, ſi in amoris conſortium homines non habeat.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT V. EPIST. I. IOANNIS.

Verſ. 1.

OMNIS qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo.

Omnis qui. *Syr. Quiſquis.*
Ex Deo natus. *Mar. Filius Dei.*
Omnis qui. *Syr. Quiſquis. Oec. Qui.*
Eum qui genuit. *S.Aug. Genitorem.*
Et eum. *S.Aug. Eum.*
Natus eſt ex eo. *S.Aug. Genitus eſt ab ipſo.*

Verſ. 2.

In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei, cùm Deum diligamus, & mandata eius faciamus.

In hoc. *Syr. Et in hoc. Lucif. Quoniam eſt hoc.*
Quoniam diligimus natos. *Syr. Quod diligimus filios. Lucif. Quoniam amamus.*
Cùm Deum diligamus. *S.Aug. Quia Deum diligimus. Lucif. Quando Deum amamus.*
Mandata. *Syr. & S.Aug. Præcepta.*
Faciamus. *Syr. Exequimur. S.Aug. Facimus.*

Verſ. 3.

Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt.

Charitas. *S.Aug. Dilectio.*
Vt mandata. *Syr. & S.Auguſt. Vt præcepta. Lucif.* omittit.
Eius cuſtodiamus. *Syr. & S. Aug. Seruemus. Lucif.* omittit.
Mandata. *Syr. Præcepta.*

Verſ. 4.

Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra.

Quoniam. *Mar. Certè.* vel, *Profectò.*
Omne quod natum eſt ex Deo. *Syr. Quidquid natum eſt ex Deo. Mar. Filij Dei.*
Vincit. *Mar. Vincent.*
Hæc eſt victotia. *Mar. In hoc conſiſtit victoria.*
Vincit. *Vat. Vicit.*
Mundum. *Syr. Mundum ipſum.*
Fides noſtra. *S.Leo. Fides veſtra.*

Verſ. 5.

Quis eſt, qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt Filius Dei?

Quis eſt. *Syr. Quis eſt enim.*
Qui vincit. *Ar. M. Vincens.*
Mundum. *Syr. Ipſum Mundum.*

Verſ. 6.

Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non in aqua ſolùm, ſed in aqua & ſanguine. Et Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas.

Qui venit. *Ar. M. Ille veniens.*
Ieſus. *Ar. M. Ieſus ille.*
In aqua. *Pagn. Per aquam.*
In aqua & ſanguine. *Pagn. Per aquam & ſanguinem.*
Teſtificatur *Ar. M. Ille teſtans.*
Chriſtus. *Syr. Ipſe Spiritus. Ar. M. Spiritus.*

Verſ. 7.

Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.

Quoniam. *Syr.* omittit & totum verſic.
Qui teſtimonium dant. *Ar. M. Illi teſtantes.*
Verbum. *Ar. M. Et Verbum.*
Hi tres vnum. *Ar. M. Tres in vnum.*

Verſ. 8.

Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & ſanguis: & hi tres vnum ſunt.

Et tres. *S.Proſper. Tria. Oec. Quoniam tres.*
Qui teſtimonium dant in terra. *Syr. Teſtes S.Proſp. Quæ teſtimonium dicunt. Oec. Qui teſtificantur. Ar. M. Illi teſtantes in terrâ.*
Aqua & ſanguis. *S.Proſp. & Tert. Sanguis & aqua.*
Vnum. *Syr. In vno. Oecum. Ad vnum. Caiet. In vnum.*

Verſ. 9.

Si teſtimonium accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt

Accipimus. *S.Proſp. Acceperimus. Pagn. Accepimus.*
Teſtimonium Dei maius eſt. *Syr. Quanto maius eſt teſtimonium Dei?*
Quoniam hoc. *Syr. Et hoc.*

teſtimonium

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

teſtimonium Dei, quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de Filio ſuo.

Quod maius eſt quoniam. *Syr. Quo. Mar. ex Gr. Quod.*

Verſ. 10.

Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.

Qui. *Syr. Quiſquis.*
Teſtimonium Dei. *Syr. Hoc teſtimonium. Pagn. Teſtimonium.*
Se. *Syr. Seipſo.*
Qui. *Syr. Omnis qui.*
Filio. *Syr. Deo.*
Facit. *Syr. Efficit. Pagn. Fecit.*
Quia non credit. *Syr. Eo quòd non credat. Vat. Quia non credidit.*
Quod. *Syr. Quo.*
De Filio ſuo. *Pagn. De Filio.*

Verſ. 11.

Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius eſt.

Et hoc eſt teſtimonium. *Tert. Nos credimus teſtimonium Dei.*
Dedit. *Mar. Pollicitus eſt.*
Nobis Deus. *Tert. Nobis.*
In Filio. *Mar. Per Filium.*

Verſ. 12.

Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium, vitam non habet.

Qui. *Syr. Quiſquis.*
Filium. *Goth. Filium Dei.*
Vitam. *Syr. Et vitam.*
Qui. *Syr. Quiſquis.*
Filium. *Pagn. Filium Dei.*
Vitam non habet. *Syr. Non eſt ei vita. Tert. Nec vitam habet.*

Verſ. 13.

Hæc ſcribo vobis: vt ſciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei.

Scribo vobis. *Pagn. Scripſi vobis qui creditis in nomine Filij Dei.*
Qui creditis in nomine. *Syr. Qui credidiſtis nomini. Pagn. Et vt credatis nomine.*

Verſ. 14.

Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum: Quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.

Ad eum. *Oec. Apud eum.*
Quia quodcumque. *Oec. Quod ſi quid.*

Verſ. 15.

Et ſcimus quia audit nos quidquid petierimus: ſcimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo.

Et ſcimus qui. *Syr. Quod ſi perſuaſum habemus quòd. Pagn. Et ſi ſcimus quòd.*
Audit. *Mar. Audiet.*
Petierimus. *Syr. Petierimus ab eo.*
Scimus. *Syr. Confidimus.*
Quoniam habemus. *Syr. Nos iam recepiſſe.*
Petitiones. *Syr. Petitiones noſtras.*
Poſtulamus. *Syr. Poſtulauimus.*

Verſ. 16.

Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.

Qui ſcit. *S. Pac. Si quis ſcit. Oec. Si quis viderit.*
Peccare peccatum. *Tert. Delinquere delictum.*
Non ad mortem. *Syr. Quod non condemnat ad mortem. S. Pac. Non vſque ad mortem.*
Petat & dabitur. *Syr. Poſtulet & dabitur. S. Pac. Petat pro eo & dabit Dominus. Tert. Dabitur. Vat. Petet & dabitur. Ar. M. Petet & dabit.*
Vita. *S. Pac. Ea. Ar. M. Vitam*
Peccanti non ad mortem. *Syr. Illis nimirum qui non tanquam ad mortem peccant. S. Pac. Si quis deliquit peccatum quod non eſt ad mortem. Tert. Quia non ad mortem deliquit. Vat. Peccantibus non ad mortem.*
Eſt. *Syr. Eſt enim. S. Pac. Eſt autem.*
Peccatum. *Tert. Delictum.*
Ad mortem. *Syr. Mortis. S. Pac. Quod ad mortem ducit.*
Non pro illo dico. *Syr. Pro quo non dico.*
Roget quis. *S. Pac. Depreceris. Tert. Quis poſtulet. Oec. Roget. Caiet. Roges.*

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 17.

Omnis iniquitas, peccatum eſt: & eſt peccatum non ad mortem.

Omnis. *Syr. Omnis enim.*
Ad mortem. *Syr. Quod non eſt mortis. Pag. Non ad mortem.*

Verſ. 18.

Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum.

Scimus quia. *Syr. Porrè ſcimus quòd.*
Qui natus eſt. *Ar. M. Natus.*
Sed generatio Dei. *Syr. Is enim qui natus eſt ex Deo. Oec. Sed qui genitus eſt ex Deo. Ar. M. Sed ille genitus ex Deo.*
Conſeruat eum. *Syr. Cuſtodit ſeipſum. Oec. Seruat ipſum. Ar. M. Conſeruat ſeipſum.*
Malignus. *Pagn. Malus ille. Ar. M. Ille malignus. Caiet. Malus.*

Verſ. 19.

Scimus quoniam ex Deo ſumus: & mundus totus in maligno poſitus eſt.

Maligno. *Vat. Malo.*
Poſitus. *Vat. Conſtitutus.*

Verſ. 20.

Et ſcimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.

Et ſcimus. *Oec. Scimus autem.*
Quoniam Filios Dei venit. *Syr. Filium Dei veniſſe.*
Dedit. *Syr. Dediſſe.*
Senſum. *Syr. Mentem.*
Verum Deum. *Syr. Verum illum. Oec. Illum, qui verus eſt. Caiet. Verum.*
Simus. *Oec. Sumus.*
In vero. *Syr. In ipſo vero.*
Filio eius. *Syr. In Filio eius Ieſu Chriſto.*

Verſ. 21.

Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris. Amen.

Filioli. *Syr. Filioli mei. Ar. M. Nati.*
Cuſtodite vos. *Syr. Cuſtodite voſmetipſos. Oec. Cauete vobis. Ar. M. Cuſtodite voſipſos.*
A ſimulacris. *Syr. A cultu idolorum. Tert. Ab idolis.*

CAPVT V.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Dei præcepta quibuſnam grauia, & quibuſnam leuia ſint. 1766
Sancti mundum vincunt patiendo potiùs quàm pugnando. 1766
Sola fide nullus contentus ſit. 1767
Victoria cur fides dicta. 1767
Quiſnam plenam & veram fidem habeat. 1768
Mendacij odium in Christi ſeruo. 1769
Quàm difficilis peccatorum conuerſio. 1769
Diabolus infeſtare nequit niſi quantum Deus voluerit ad illius confuſionem & vtilitatem noſtram. 1770

Mandata eius grauia non ſunt.

1766. MANDATA *eius grauia non ſunt.* Grauia non ſunt, niſi grauiter feras. Leuia erunt, ſi libenti excipiantur animo. Dat illis pondus torpor: pondus ab illis aufert ferentis affectus & amor. Denique leuia Dei mandata, non grauia, duces, ſi gloria æterna deſideretur, ad quam nos ducunt. Hinc illud Sancti Gregorij in lib. 1. Reg. cap. 11. *Ioannes ait: Mandata eius grauia non ſunt, grauia quippe non ſunt electis; quia, dum æternæ vitæ gloriam magno deſiderio appetunt, præcepta Euangelica gratanter ferunt.*

Hæc eſt victoria, quæ vincit Mundum.

QVæ vincit Mundum. De antiquis Veteris Teſtamenti patribus dicebat Paulus in Epiſt. ad Hebr. cap. 11. per fidem eos regna viciſſe: poſt Chriſti aduentum adeò fides vires ſumpſit, vt vincere Mundum vniuerſum poſſit, qui illâ ſe munit. Vincunt Mundum Sancti *patiendo potius* (vt ille ait) *quàm pugnando.* Chriſtiani victores fiunt, dùm patiuntur.

Fides, victoria, quæ vincit Mundum, dicitur; ne fide armatus torperet, ſolâ fide contentus, bonis operibus viduus. Nudum latus hoſti exponit, qui nudam habet fidem, nec habet charitatem. Vt vincat quis non viuere tantùm debet; ſed viribus pollere, quas cæteræ virtutes fidei ſubminiſtrant. 1767

Hæc eſt victoria, quæ vincit Mundum: fides noſtra. Si propriè loquamur, victoria non vincit, ſed pugnando obtinetur: cur igitur fides hîc, *victoria*, dicitur & vincere? An, quia in eâ ſitâ vincendi ratio eſt, & ipſa victoriæ eſt cauſa? An victoria ſimul eſt & vincit etiam, vt innuatur; poſt victoriam quoque pugnandum, adeò vt à victoria excidat, qui, illâ obtentâ, ad noua ſe bella, ad nouas non parat pugnas?

Quis eſt, qui vincit Mundum? niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei.

ITáne Mundum vincit, qui credit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei? Et quot victos à Mundo videmus, mundaniſque cupiditatibus ligatos, qui tamen 176

men hoc credunt? An mortua hæc fides eſt, quæ ad virtutem non ducit nec conducit. Peritè S. Bernardus ſerm. 1. io Orat. Paſchæ, *Poteſt*, inquit, *fortè mouere, quòd tam multos videmus credentes Ieſum Filium Dei eſſe, adhuc tamen Mundi nihilominus cupiditatibus irretites. Quid ergo ait? Quis eſt, qui vincit Mundum, niſi qui credit, quia Ieſus eſt Filius Dei? cùm & ipſe iam Mundus id credat. An non ipſi quoque dæmones credunt & contremiſcunt? ſed dico: putaſne, Filium Dei reputat Ieſum quiſquis ille eſt homo, qui ipſius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promiſſionibus, nec præceptis obtemperat, nec conſiliis acquieſcit? Nonne is, etiamſi fateatur ſe noſſe Deum, factis tamen negat? Porrò fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſâ. Nec ſanè mirum videri poteſt, ſi nequaquam vincit, quæ nec viuit quidem. Quæris quænam ſit viuida & victorioſa fides: Illa ſine dubio, per quam Chriſtus habitat in cordibus noſtris: Chriſtus enim & virtus eſt & vita noſtra. Cùm Chriſtus apparuerit, vita noſtra (ait Apoſtolus) tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloriâ. Vnde gloria, niſi de victoriâ? Aut quare cum ipſo apparebimus, niſi quia in ipſo & vincimus?*

Quoniam Chriſtus eſt veritas.

1769. Q*Voniam Chriſtus eſt veritas.* Vel ab hoc capite ad veritatis amorem, ad mendacij odium duci Chriſti ſeruus debet; quia veritas Chriſtus eſt. Huc ſpectans Sanctus Petrus Damianus lib. 8. epiſt. 10. aiebat: *Noli ſupprimere veritatem, ſed eam in omni negotio & controuerſiâ, iuxta tuum poſſe, defende: Chriſtum quippe, qui veritas eſt, negare conuincitur, qui veritati pro humanâ gratiâ reluctatur.* Pergit, & in eos, qui tactis Euangeliis falſum iurabant, hæc intorquet: *Quiſquis ergo periurat, ſtudioſè perpendat, quia, niſi pœnitens, canonicè ſatisfecerit, ita ſibi ſeptem ſigilla Euangelicæ narrationis occludit; vt nec Incarnatio Domini, neque Natiuitas, neque Paſſio vel Reſurrectio aut Aſcenſio, iudicium quoque vel regnum ſibi proficere aliquatenus poſſit. Omnia ſcilicet hæc à ſe procul abiicit, & (quantum ad ſe) in nihilum redigit, qui, dum iuſiurandum violat cum adiutorio Euangelij, abrenunciat nihilominus etiam auxilio Dei.*

Eſt peccatum ad mortem? non, pro illo, dico, vt roget quis.

VGo Victorinus in Threnos Ieremiæ legit hæc poſtrema *vt oret quis*; & ex hoc loco colligit, quam difficilis peccatoris conuerſio ſit; *Ioannes de peccante ad mortem dicit. Non pro eo dico, vt oret quis: Ac ſi diceret. Sicut deſiderare ſalutem eius non prohibeo, ſic orare pro eo præcipere non præſumo: quia tam mortalis vulneris curatio quamuis potentiam Dei non excedat, omnem tamen humanam exiſtimationem ſuperat: & ideo conſideratius agitur, ſi interim humiliter ſuppreſſa oratione deſiderium tantùm Deo offeratur: quia fortaſſis citius impetrabis in cauſa tam difficili humilis, & timorata deuotio, quàm petitio præſumptuoſa.* Non adeò faciles ad lapſum homines eſſent, ſi hanc difficultatem cogitarent.

Et malignus non tangit eum.

E*T malignus non tangit eum.* Adeò non lædit, vt nec tangat. Addit ad explicatum Salmeron hîc: *Non videtur loqui de tactu corporis, ſed de tactu, quo corrumpit aut lædit electum: etſi enim diabolus tanquam leo rugiens circumeat quærens quem deuoret, & tentet omnes, ſicut & Chriſtum tentauit; non habet tamen poteſtatem electum vel ex Deo natum pro arbitrio ſuo tangendi infeſtandive, niſi quantùm Deus permiſerit ad confuſionem dæmonis, & ad vtilitatem noſtram.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

EPIST. II. B. IOAN. APOST.

Verſ. 1. SENIOR Electæ Dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatem.	Senior. *Oec. Preſbyter.* Natis. *Oec. Filiis.*
Verſ. 2. Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum.	In vobis. *Vat. In nobis. Quidd. Codd. Nobiſcum.*
Verſ. 3. Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Chriſto Ieſu Filio Patris, in veritate, & charitate.	Sit vobiſcum. *Pagn. Erit nobiſcum.* A Chriſto Ieſu. *Pagn. A Domino Ieſu Chriſto.*
Verſ. 4. Gauiſus ſum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate ſicut mandatum accepimus à Patre.	Inueni. *Oec. Inuenerim.* Mandatum. *Oec. Præceptum.*
Verſ. 5. Et nunc rogo te domina, non tanquam	Et nunc rogo. *Lucif. Oro.* Tanquam. *Lucif. Sicut.* Mandatum. *Oec. Præceptum.*

Digitized by Google

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 17. Omnis iniquitas, peccatum eſt: & eſt peccatum non ad mortem.	Omnis. *Syr. Omnis enim.* Ad mortem. *Syr. Quod non eſt mortis. Pag. Non ad mortem.*
Verſ. 18. Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum.	Scimus quia. *Syr. Porrò ſcimus quòd.* Qui natus eſt. *Ar. M. Natus.* Sed generatio Dei. *Syr. Is enim qui natus eſt ex Deo. Oec. Sed qui genitus eſt ex Deo. Ar. M. Sed ille genitus ex Deo.* Conſeruat eum. *Syr. Cuſtodit ſeipſum. Oec. Seruat ipſum. Ar. M. Conſeruat ſeipſum.* Malignus. *Pagn. Malus ille. Ar. M. Ille malignus. Caiet. Malus.*
Verſ. 19. Scimus quoniam ex Deo ſumus: & mundus totus in maligno poſitus eſt.	Maligno. *Vat. Malo.* Poſitus. *Vat. Conſtitutus.*
Verſ. 20. Et ſcimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero Filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna.	Et ſcimus. *Oec. Scimus autem.* Quoniam Filius Dei venit. *Syr. Filium Dei veniſſe.* Dedit. *Syr. Dediſſe.* Senſum. *Syr. Mentem.* Verum Deum. *Syr. Verum illum. Oec. Illum, qui verus eſt. Caiet. Verum.* Simus. *Oec. Sumus.* In vero. *Syr. In ipſo vero.* Filio eius. *Syr. In Filio eius Ieſu Chriſto.*
Verſ. 21. Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris. Amen.	Filioli. *Syr. Filioli mei. Ar. M. Nati.* Cuſtodite vos. *Syr. Cuſtodite voſmetipſos. Oec. Cauete vobis. Ar. M. Cuſtodite voſipſos.* A ſimulacris. *Syr. A cultu idolorum. Tert. Ab idolis.*

CAPVT V.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Dei præcepta quibuſnam grauia, & quibuſnam leuia ſint. 1766
Sancti mundum vincunt patiendo potiùs quàm pugnando. 1766
Sola fide nullus contentus ſit. 1767
Victoria cur fides dicta. 1767
Quiſnam plenam & veram fidem habeat. 1768
Mendacij odium in Chriſti ſeruo. 1769
Quàm difficilis peccatorum conuerſio. 1769
Diabolus infeſtare nequit niſi quantum Deus voluerit ad illius confuſionem & vtilitatem noſtram. 1770

Mandata eius grauia non ſunt.

1766. MANDATA *eius grauia non ſunt.* Grauia non ſunt, niſi grauiter feras. Leuia erunt, ſi libenti excipiantur animo. Dat illis pondus torpor: pondus ab illis auferi ferentis affectus & amor. Denique leuia Dei mandata, non grauia, duces, ſi gloria æterna deſideretur, ad quam nos ducunt. Hinc illud Sancti Gregorij in lib. 5. Reg. cap. 11. *Ioannes ait: Mandata eius grauia non ſunt, grauia quippe non ſunt electis, quia, dum æternæ vitæ gloriam magno deſiderio appetunt, præcepta Euangelica gratanter ferunt.*

Hæc eſt victoria, quæ vincit Mundum,

QVæ vincit Mundum. De antiquis Veteris Teſtamenti patribus dicebat Paulus in Epiſt. ad Hebr. cap. 11. per fidem eos regna viciſſe: poſt Chriſti aduentum adeò fides vires ſumpſit, vt vincere Mundum vniuerſum poſſit, qui illâ ſe munit. Vincunt Mundum Sancti *patiendo potiùs* (vt ille ait) *quàm pugnando.* Chriſtiani victores fiunt, dùm patiuntur.

Fides, victoria, quæ vincit Mundum, dicitur; ne fide armatus torperet, ſolâ fide contentus, bonis operibus viduus. Nudum latus hoſti exponit, qui nudam habet fidem, nec habet charitatem. Vt vincat quis non viuere tantùm debet; ſed viribus pollere, quas cæteræ virtutes fidei ſubminiſtrant. 1767

Hæc eſt victoria, quæ vincit Mundum: fides noſtra. Si propriè loquamur, victoria non vincit, ſed pugnando obtinetur: cur igitur fides hîc, *victoria,* dicitur & vincere? An, quia in eâ ſuâ vincendi ratio eſt, & ipſa victoriæ eſt cauſa? An victoria ſimul eſt & vincit etiam, vt innuatur; poſt victoriam quoque pugnandum, adeò vt à victoriâ excidat, qui, illâ obtentâ, ad noua ſe bella, ad nouas non parat pugnas?

Quis eſt, qui vincit Mundum? niſi qui credit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei.

ITáne Mundum vincit, qui credit, quoniam Ieſus eſt Filius Dei? Et quot victos à Mundo videmus, mundaniſque cupiditatibus ligatos, qui tamen 1768

men hoc credunt? An mortua hæc fides eſt, quæ ad virtutem non ducit nec condocit. Periitè S. Bernardus ſerm. 1. in Orat. Paſchæ, *Poteſt*, inquit, *fortè mouere, quòd tam multos videmus credentes Ieſum Filium Dei eſſe, adhuc tamen Mundi nihilominus cupiditatibus irretitos. Quid ergo ait? Quis eſt, qui vincit Mundum, niſi qui credit, quia Ieſus eſt Filius Dei? etiam & ipſe iam Mundus id credat. An non ipſi quoque dæmones credunt & contremiſcunt? ſed dico: putaſne, Filium Dei reputat Ieſum quiſquis ille eſt homo, qui ipſius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promiſſionibus, nec præceptis obtemperat, nec conſiliis acquieſcit? Nonne is, etiamſi fateatur ſe noſſe Deum, factis tamen negat? Porrò fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipsâ. Nec ſanè mirum videri poteſt, ſi nequaquam vincit, quæ nec viuit quidem. Quæris quænam ſit viuida & victorioſa fides: Illa ſine dubio, per quam Chriſtus habitat in cordibus noſtris: Chriſtus enim & virtus eſt & vita noſtra. Cùm Chriſtus apparuerit, vita noſtra (ait Apoſtolus) tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloriâ. Vnde gloria, niſi de victoriâ? Aut quare cum ipſo apparebimus, niſi quia in ipſo & vincimus?*

Quoniam Chriſtus eſt veritas.

1769. QVoniam Chriſtus eſt veritas. Vel ab hoc capite ad veritatis amorem, ad mendacij odium duci Chriſti ſeruus debet; quia veritas Chriſtus eſt. Huc ſpectans Sanctus Petrus Damianus lib. 8. epiſt. 10. aiebat: *Noli ſupprimere veritatem, ſed eam in omni negotio & controuerſiâ, iuxta tuum poſſe, defende: Chriſtum quippe, qui veritas eſt, negare conuincitur, qui veritati pro humanâ gratiâ reluctatur.* Pergit, & in eos, qui tactis Euangeliis falſum iurabant, hæc intorquet: *Quiſquis ergo periurat, ſtudioſè perpendat, quia, niſi pœnitens, canonicè ſatisfecerit, ita ſibi ſeptem ſigilla Euangelicæ narrationis occludit; vt nec Incarnatio Domini, neque Natiuitas, neque Paſſio vel Reſurrectio aut Aſcenſio, iudicium quoque vel regnum ſibi proficere aliquatenus poſſit. Omnia ſcilicet hæc à ſe procul abiicit, & (quantum ad ſe) in nihilum redigit, qui, dum iuſiurandum violat cum adiutorio Euangelij, abrenunciat nihilominus etiam auxilio Dei.*

Eſt peccatum ad mortem? non, pro illo, dico, vt roget quis.

VGo Victorinus in Threnos Ieremiæ legit: hæc poſtrema *vt oret quis*; & ex hoc loco colligit, quam difficilis peccatoris conuerſio ſit: *Ioannes de peccante ad mortem dicit. Non pro eo dico, vt oret quis: Ac ſi diceret. Sicut deſiderare ſalutem eius non prohibeo, ſic orare pro eo præcipere non præſumo: quia tam mortalis vulneris curatio quamuis potentiam Dei non excedat, omnem tamen humanam exiſtimationem ſuperat: & ideo conſideratius agitur, ſi interim humiliter ſuppreſſa oratione deſiderium tantùm Deo offeratur: quia fortaſſis citius impetrabit in cauſa tam difficili humilis, & timorata deuotio, quàm petitio præſumptuoſa.* Non adeò faciles ad lapſum homines eſſent, ſi hanc difficultatem cogitarent.

Et malignus non tangit eum.

ET *malignus non tangit eum.* Adeò non lædit, vt nec tangat. Addit ad explicatum Salmeron hîc: *Non videtur loqui de tactu corporis, ſed de tactu, quo corrumpit aut lædit electum: etſi enim diabolus tanquam leo rugiens circumeat quærens quem deuoret, & tentet omnes, ſicut & Chriſtum tentauit; non habet tamen poteſtatem electum vel ex Deo natum pro arbitrio ſuo tangendi infeſtandive, niſi quantùm Deus permiſerit ad confuſionem dæmonis, & ad vtilitatem noſtram.*

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

EPIST. II. B. IOAN. APOST.

Verſ. 1.

SENIOR Electæ Dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatem.

Senior. *Oec. Preſbyter.*
Natis. *Oec. Filiis.*

Verſ. 2.

Propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiſcum erit in æternum.

In vobis. *Vat. In nobis. Quidd. Cadd. Nobiſcum.*

Verſ. 3.

Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Chriſto Ieſu Filio Patris, in veritate, & charitate.

Sit vobiſcum. *Pagn. Erit nobiſcum.*
A Chriſto Ieſu. *Pagn. A Domino Ieſu Chriſto.*

Verſ. 4.

Gauiſus ſum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate ſicut mandatum accepimus à Patre.

Inueni. *Oec. Inuenerim.*
Mandatum. *Oec. Præceptum.*

Verſ. 5.

Et nunc rogo te domina, non tanquam

Et nunc rogo. *Lucif. Oro.*
Tanquam. *Lucif. Sicut.*
Mandatum. *Oec. Præceptum.*

Vulgata Editio.

mandatum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum.

Verſ. 6.

Et hæc eſt charitas, vt ambulemus ſecundùm mandata eius. Hoc eſt enim mandatum, vt quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis.

Verſ. 7.

Quoniam multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carnem: hic eſt ſeductor, & antichriſtus.

Verſ. 8.

Videte voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis: ſed vt mercedem plenam accipiatis.

Verſ. 9.

Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet.

Verſ. 10.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis.

Verſ. 11.

Qui enim dicit illi AVE communicat operibus eius malignis.

Verſ. 12.

Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam & atramentum: ſpero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium veſtrum plenum ſit.

Verſ. 13.

Salutant te filij ſororis tuæ Electæ.

Lectionum Varietas.

Scribens. *Vat. Scribo.*
Alterutrum. *Occ. Nos mutuo Lucif. Nos alterutrum. Vat. Inuicem.*

Charitas. *Occ. Dilectio.*
Mandata. *Occ. Præceptum.*
Hoc eſt enim mandatum. *Occ. Hoc eſt præceptum. Lucif. Hoc eſt mandatum.*
Vt quemadmodum. *Occ. Quemadmodum. Lucif. Sicut.*
In eo. *Occ. & Lucif. Vt in eo.*

Seductores. *Lucif. Fallaces.*
Exierunt. *Goth. Prodierunt. Lucif. Progreſſi ſunt. Pagn. Ingreſſi ſunt. Caiet. Introierunt.*
Mundo. *Lucif. Seculo.*
Qui non confitentur. *Quidd. Codd. Si quis non confitetur.*
Veniſſe in carnem. *Lucif. Veniſſe in carne. Occ. Venire in carne. Pagn. Venturum in carne.*
Hic eſt ſeductor & Antichriſtus. *Lucif. Iſti ſunt fallaces & Antichriſti.*

Videte voſmetipſos. *Lucif. Videte eos. Pagn. Intuemini voſipſos. Vat. Cauete vobiſipſis.*
Perdatis. *Pagn. & Vat. Perdamus.*
Quæ. *Lucif. Quod.*
Eſtis. *Pagn. & Vat. Sumus.*
Accipiatis. *Lucif. Recipiatis. Pagn. & Vat. Recipiamus.*

Recedit. *Occ. Tranſgreditur.*
Permanet. *Occ. Manet.*
Qui permanet. *Lucif. Qui autem manet. Occ. Qui manet.*
Doctrina. *Lucif. Doctrinâ eius. Oecum. Doctrinâ Chriſti.*

Venit. *Lucif. Venerit.*
Hanc doctrinam non affert. *S. Cypr. Doctrinam Chriſti non habet.*
Nolite recipere. *S. Cypr. Nolite admittere. Lucif. Nolite accipere. Pagn. Ne recipiatis.*
Nec aue ei dixeritis. *Lucif. Et aue nolite dicere ei.*

Dicit. *S. Cypr. Dixerit.*
Operibus. *S. Cypr. Factis.*
Malignis. *S. Cypr. Malis. S. Iren. Nequiſſimis.*

Plura. *Goth. Ecce prædixi vobis vt in die Domini non confundamini plura. Pagn. Cùm multa.*
Habens vobis ſcribere. *Pagn. Haberem vobis ſcribenda.*
Spero enim. *Pagn. Sed ſpero.*
Futurum apud vos. *Goth. & Pagn. Venturum ad vos.*
Os ad os loqui. *Pagn. Ore ad os loquuturum. Occ. Præſentem præſentibus loquuturum.*
Veſtrum. *Goth. & Pagn. Noſtrum.*
Plenum. *Pagn. Completum.*

Electæ. *Goth. Electa. Vat. Electa. Amen.*

CAP. VNIC.

CAPVT VNICVM EPIST. II. B. IOANNIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Solus Chriſti amor, verus eſſe videtur. 1771
Priuatus amor amouendus. 1771
Homini non tribuendum quod eſt Dei. 1772
In inferiores reſilit quod ſuperior præſtiterit. 1772
Qui Mariam ſalutat, eius mores æmuletur. 1773

Quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus.

1771. QVos *ego diligo in veritate.* Magnum eſt ab eo diligi, quem Ieſus diligebat, qui Ieſum diligebat: hinc totus iſte amor puritatem ſanctitatemque ſpirans, nihil habens terrenæ fæcis. *In veritate.* id eſt verè: vel (vt alij explicant) ad veritatem conſequendam, quæ eſt vita æterna. Omnis alius amor, licèt verus videatur, verè non eſt.

Et non ego ſolus. Cur non ſolùm ſe illos diligere adiicit; ſed diligi & ab aliis aſſerit? *ſed & omnes*, inquit, *qui cognouerunt veritatem.* An iſtuc fecit, vt *ſuſpicionem priuati amoris amoueret?* ita innuebat Gloſſa. Priuatus amor plerunque eâ perfectione eſt priuatus, vt cum vero veréque ſpirituali minimè cohæreat.

Gauiſus ſum valde, quoniam inueni.

1772. G*Auiſus ſum valde.* Non eam directè laudat, ſed ei congratulatur; aut ne ſuperbiendi occaſionem præberet, quòd bene filios inſtituerit, vt aliqui notarunt; aut ne homini tribueretur, quod præcipuum Dei beneficium eſt; bonos ſcilicet habere filios.

Quoniam inueni. Signatè dixit, *inueni*; ſolicitè nimirum inquirens de fidelium profectu, vt ait Vgo: aut narrantibus aliis: vel denique proprio experimento, cognoſcens eius filios in veritate ambulare, doctrinæ veritatem cum vitæ puritate coniungentes.

In eo ambuletis.

I*N eo ambuletis.* Scilicet in mandato dilectionis. Superiùs dicebat: *Rogo te domina*, tanquam ſolam alloquens: nunc ait: *In eo ambuletis*, quia quod vni dicitur, dicitur omnibus; rectè innuens in inferiores facilè reſilire, quod ſuperior præſtiterit; vt vix aliquid matri imperetur, quin imperetur & filiis.

Nec, Aue, ei dixeritis.

N*Ec, Aue, ei dixeritis.* Sed cur? Cauſam ſtatim adiicit: *Qui enim dicit illi, aue, communicat operibus eius malignis.* Rem ſic transfert ad Mariæ ſalutationem Vgo: *Vnde & B. Virginem frequenter ſalutare debemus, vt ſic eius operibus applaudamus.* eius mores moribus, & vitâ vitam exprimamus. 1773.

Vt gaudium veſtrum plenum ſit.

V*T gaudium veſtrum plenum ſit.* Nam Mundi gaudium eſt vacuum. Græcè pro *gaudium veſtrum* eſt *gaudium noſtrum.* Sed cohærent omnia: nam aliorum gaudium, aliorúmque bonum, gaudium noſtrum, noſtrúmque bonum eſſe debet:

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

EPIST. III. B. IOAN. APOST.

Verſ. 1.

SENIOR Gaio chariſſimo, quem ego diligo in veritate.

Verſ. 2.

Chariſſime, de omnibus orationem facio proſperè te ingredi, & valere, ſicut proſperè agit anima tua.

Verſ. 3.

Gauiſus ſum valde venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas.

Verſ. 4.

Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.

Verſ. 5.

Chariſſime, fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos.

Senior. *Mar. Preſbyter.*
Chariſſimo. *Mar. Ex Greg. Dilecto.*

Chariſſime. *Oec. Dilecte.*
De omnibus. *Goth. Per omnia. Oec. In omnibus.*
Orationem facio. *Goth. Opto. Oec. Opto. Mar. ex Gr. Oro.*
Proſperè te ingredi. *Goth. Te bene agere. Oec. Proſperè agas. Vat. Proſperè agant.*
Valere. *Oec. Rectè valeas. Vat. Rectè valeant.*

Sum. *Pagn. Sum enim.*
Perhibentibus. *Pagn. Reddentibus.*

Maiorem horum. *Goth. Maius horum. Vat. Maius his. Mar. Nihil.*
Non habeo gratiam. *Goth. Non habeo gaudium. Mar. Mihi gratius eſt.*

Chariſſime. *Vat. Dilecte.*
Hoc in peregrinos. *Vat. In hoſpites.*

Verſ. 6.

Vulgata Editio.

Verſ. 6.

Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos, benefaciens, deduces dignè Deo.

Verſ. 7.

Pro nomine enim eius profecti ſunt, nihil accipientes à Gentibus.

Verſ. 8.

Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veritatis.

Verſ. 9.

Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos.

Verſ. 10.

Propter hoc ſi venero, commonebo eius opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos: & quaſi non ei iſta ſufficiant, neque ipſe ſuſcipit fratres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet, & de Eccleſia eiicit.

Verſ. 11.

Chariſſime noli imitari malum; ſed quod bonum eſt. Qui benefacit, ex Deo eſt: qui malefacit, non vidit Deum.

Verſ. 12.

Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, & ab ipſa veritate, ſed & nos teſtimonium perhibemus: & noſti quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt.

Verſ. 13.

Multa habui tibi ſcribere: ſed nolui per atramentum & calamum ſcribere tibi.

Verſ. 14.

Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi, Salutant te amici, Saluta amicos nominatim.

Lectionum Varietas.

Benefaciens. *Oec. Benefacias.*
Deduces. *Oec. Si deduxeris. Caiet. Deducens.*

Nomine. *Vat. Hoc nomine.*

Soſcipere. *Pagn. Recipere.*
Veritatis. *Pagn. Veritati.*

Scripſiſſem forſitan. *Oec. Scripſi.*

Commonebo. *Oecum. Suggeram. Pagn. Indicabo. Mar. Increpabo.* vel, *Arguam.*
Eius opera. *Pagn. Facta illius.*
Malignis. *Pagn. Malitioſis.*
Quaſi non ei iſta ſufficiant. *Pagn. Nec his contentus.*
Neque ipſe ſuſcipit. *Pagn. Non ſolùm non recipit.*
Et eos qui ſuſcipiunt. *Pagn. Verumetiam volentes recipere.*
De Eccleſia. *Pagn. E congregatione.*

Chariſſime. *Vat. Dilecte.*
Noli imitari. *Vat. Ne imiteris.*
Malum. *Vat. Quod malum eſt.*
Qui. *Vat. Qui autem.*
Vidit. *Vat. Videt. Mar. Nouit.*

Redditur. *Oec. Redditum eſt.*
Nos. *Oec. Noſtis.*

Habui tibi ſcribere. *Pagn. Habebam quæ ſcriberem.*
Nolui. *Pagn. Nolo.*
Calamum. *Caiet. Chartam.*

Os ad os. *Oec. Præſentes coram. Caiet. Ore ad os.*
Nominatim. *Mar. Sigillatim. Beda. Per nomen.*

CAPVT VNICVM

EPIST. III. B. IOANNIS Expenditur & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Electam cur chariſſimam non vocauerit S. Ioannes. 1774
Amor proximi temporalia non ſpectet. 1774
In Dei cultu ſemper proficere quiſque debet. 1775
Bene agit qui bona agit. 1775
Commendari iuſtorum bona debent, vt ad paria cæteri animentur. 1766
Neceſſaria tribuere iis qui pro veritate laborant, quanti ſit. 1776
Ambitio aliorum vitiorum ſatellitium ſibi quærit. 1777
Malorum teſtimonium contemnendum. 1777

Senior Gaio chariſſimo, quem ego diligo in veritate.

SENIOR *Gaio chariſſimo.* Quæri hîc poteſt, cur hunc eundem titulum non adhibuerit, cùm ad Electam ſcripſit. An, quia illa, mulier; iſte, vir erat? Cum mulieribus autem agenti, etiam verba, quæ blanditiem aliquam ſapiunt, amolienda ſunt. Ita quidem innuebat Vgo & alij; ſed vereor, ne minùs ſolidè hoc dictum ſit: ſic quippe damnare deberemus Paulum, quòd Apiam, *chariſſimam ſororem*, dixit; ſimúlque & Patſidem hoc eodem titulo donat. Simpliciùs dicemus, Electam non dixiſſe, *chariſſimam*; quia, *dominam*, vocabat congruentiori eius ſtatui vocabulo. 1774
Quem ego diligo in veritate. Dilectio, quæ nudis verborum officiis innititur, nec tendit vltrà, non eſt vera. *Quem ego diligo.* Addit interlinearis: *Non temporalium bonorum gratiâ, ſed propter æterna.* Amorem inficit, qui, amando, temporalia ſpectat.

Proſperè

Proſperè te ingredi.

1775. P*Roſperè te ingredi.* Ac ſi diceret : Deum oro, vt felicia omoia tua ſint, proſperè in omnibus locedas. Acuminis plus habet, quàm ſoliditatis, quod hsbet Vgo. *Sic*, inquit, *intelligendum eſt, proſperè te ingreds; vt ſemper in ingreſſu & inceptione te eſſe credas*, vt tunc quoque incipiss, cùm coosſommaueris; ſicque torpor omnis sbſit, ſemper nouus vegetúſque aoimus io Dei obſequio ſit.

Proſperè te ingredi. Ac ſi diceret : Deum precor : vt io omnibus proſpereris. Ne putes temporalem muodanámque proſperitatem amico amicum optare. Non eſt Apoſtolicæ mentis ita ſe demittere : non eſt Iosnnis, qui Cæleſtia ſemper ſpectabat, terreua nihilíque facienda ſuis vouere. Gothica legit : *Per omnia opto te bene agere.* Noo beoe agit, qui nun sgit bona. Igitur proſperitas omnis ſpiritalem ſalutem ſpectet, & ad veram felicitatem ducat : alioquio vers proſperitas non eſt. Interlinearis ſic explicst : *Hoc à Domino crebris precibus expete, vt, bene quod agis, bene perficias.*

Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ.

1776. Q*Vi teſtimonium reddiderunt charitati tuæ.* Quam ſcilicet eis exhibuiſti. *In conſpectu Eccleſiæ.* Vt nimirum hoc exemplo slij alliceteotur ad paria. *Pro hoc* (inquit Liranus) *multi moti ſunt ad ſimile faciendum exemplo tuî.* Et interlinearis : *Et ita exemplo tui alij incitantur ad hoſpitalitatem.* Efferri bonorum bona opera debent; vt ad ſimilia præſtands cæteri animeotur.

Vt cooperatores ſimus, veritatis.

V*T cooperatores ſimus veritatis.* Vide qusnti ſit, oeceſſaria tribuere iis, qui pro veritste laboraot. *Vt cooperatores ſimus veritatis, miniſtrando* (inquit hîc Liranus) *neceſſaria, iis qui veritatem dicant; & illis, qui pro veritate fidei tribulationes & praexilia ſuſtinent.*

Sed is, qui amat primatum gerere in eis.

S*Ed is, qui amat primatum gerere in eis.* Peſſi- 1777.
mum hunc hominem fuiſſe, plures tradunt, adeò vt aliqui eum vocent hæteſiatcham. Hîc nudam eius ambitionem notat Apoſtolus tanquam malorum omnium fontem, vt ab eâ in immania alia ſcelera ſit prolapſus. Nimitum, vbi ambitio regnat, ſola non eſt: aliorum vitiorum ſibi ſatellitium quærit.

Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus.

ITáne ab omoibus? Et quinam adeò ab omni psrte perfectus, vt omnium poſſit calculis probari? *Conſueto more* (inquit hîc Salmeron) *hoc intelligendum venit : hoc eſt à pluribus bonis viris, & conſequenter à veritate*, atque adeò, ſi aliorſum mali ſeotiant, contemnendi ſunt.

APOCALYPSIS B. IOANNIS APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 1.

APOCALYPSIS Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri citò: & ſignificauit mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni.

Apocalypſis. *Oec. Reuelatio.*
Palam facere. *Oec. Palam faceret. Pagn. Oſtenderet. Mar. Indicare.*
Quæ oportet. *Pagn. Quam oporteat.*
Significauit. *S. Bern. Sen. Significauit. Gagn. Sigillauit.*
Mittens per Angelum ſuum. *Pagn. Cum miſiſſet. Vat. Emiſſo mandato per Angelum ſuum. Al. Cùm miſiſſet mandatum ſuum.*

Verſ. 2.

Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti, quæcunque vidit.

Teſtimonium perhibuit. *Oec. Teſtificatus eſt.*
Verbo. *Oec. Sermonem. Pagn. Verbum. Mar. ex Gr. De Verbo.*
Teſtimonium. *Mar. ex Gr. De teſtimonio.*
Quæcunque. *Oec. Et quacunque. Mar. ex Gr. Et de omnibus qua.*
Vidit. *Oec. Vidit, & quacunque audinit & qua oportet fieri poſt hac. And. Caſ. Vidit & qua ſunt, & qua poſt hac oportet fieri. Quidd. Codd. ap. Aret. Vidit & quacunque ſunt, & quacunque opertet fieri poſt hac.*

Verſ. 3.

Beatus qui legit & audit verba Prophetiæ huius: & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt? tempus enim prope eſt.

Legit & audit. *Oec. Qui legit & qui audiunt. Pagn. Legerit & audierit. S. Amb. Qui legunt.*
Prophetiæ huius. *Oec. & Pagn. Prophetia.*
Seruat. *Oec. Seruant. Pagn. Seruauerit.*
Tempus. *Corn. Opportunitas.*

Verſ. 4.

Ioannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt.

Pax. *S. Aug. Pax multiplicetur.*
Ab eo qui eſt. *S. Aug. A Deo Patre.*
Qui venturus eſt. *S. Aug. Et à Filio hominis. Oec. Venit. Mar. Qui futurus eſt.* vel, *erit.*

Verſ. 5.

Et à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Fidelis. *Mar. Verax.*
Mortuorum. *S. Victor. Ex mortuis.*
Qui dilexit. *Oec. Et qui dilexit.*
Lauit. *Oec. Qui lauit.*
In ſanguine ſuo. *Oec. Per ſanguinem ſuum. Vat. Per ſanguinem ipſius.*

Verſ. 6.

Et fecit nos regnum & ſacerdotes Deo & patri ſuo, ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum: Amen.

Regnum. *Tert. Reges.*
Et ſacerdotes. *Oec. Sacerdotes.*
In ſecula. *Pagn. Et in ſecula.*

Verſ. 7.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: etiam, amen.

Venit. *Nicet. Egredietur.*
Pupugerunt. *S. Fulg. Crucifixerunt. Pagn. Compunxerunt. Mar. Occiderunt.*
Plangent ſe. *And. Caſ. Plangent.*
Super eum omnes. *Pagn. Omnes. Mar. Propter ipſum omnes.*
Tribus. *Mar. Familia.* vel, *Gentes.*
Amen. *Mar. Vera & certa ſunt qua dico.*

Verſ. 8.

Vulgata Editio.

Verſ. 8.

Ego ſum Alpha, & Omega, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens.

Verſ. 9.

Ego Ioannes frater veſter & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Ieſu, fui in inſula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & teſtimonium Ieſu.

Verſ. 10.

Fui in ſpiritu in Dominica die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ, dicentis.

Verſ. 11.

Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.

Verſ. 12.

Et conuerſus ſum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea:

Verſ. 13.

Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem Filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas Zona aurea.

Verſ. 14.

Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix: & oculi eius tanquam flamma ignis.

Verſ. 15.

Et pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti: & vox illius tanquam vox aquarum multarum.

Verſ. 16.

Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua.

Verſ. 17.

Et cùm vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timere: Ego ſum primus & nouiſſimus.

Verſ. 18.

Et viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis & inferni.

Lectionum Varietas.

Dominus Deus. *Pagn. Dominus.*
Qui eſt. *Tert. Ego Dominus qui eſt.*
Et qui erat. *Tert. Et qui fuit. And. Caſ.* omittit.
Venturus eſt. *Tert. Venit.*

Tribulatione. *Oec. Afflictione. Mar. Aduerſis.*
Regno. *Mar. Proſperis.*
In Chriſto Ieſu. *Oec. Per Chriſtum Ieſum.*
Verbum Dei. *Oec. Sermonem Dei. Mar. Prædicationem Euangelij.*
Ieſu. *Oec. Ieſu Chriſti.*

Spiritu. *Mar. Raptu.* vel, *Viſione.*
Io Domioica. *Vat. In Dominico.*

Eccleſiis quæ ſunt io Aſia. *Goth. Eccleſiis.*

Conuerſus ſum. *S. Cypr. Conuerſus reſpexi.*
Conuerſus vidi. *S. Cypr. Vidi.*

Candelabrorum aureorum. *S. Cyp. Candelabrorum.*
Podere. *Oec. Veſte ad pedes vſque demiſsâ.*
Et præcioctum ad mamillas. *S. Cypr. Et erat præcinctus ſuper mamillas. S. Aug. Cinctum inter mamillas.*
Zona aurea. *S. Cypr. Zonam auream.*

Caput autem. *S. Aug. Caput.*
Candidi. *S. Cypr. Albi. Oec. Alba.*
Tanquam lana alba. *S. Cypr. Velut lana. S. Aug. Sicut lana alba.*
Et tanquam nix. *S. Cypr. Aut nix. S. Aug. Et nix.*
Et oculi eius. *S. Aug. Oculis eius. Oec. Oculi quoque ipſius.*
Taoquam. *S. Aug. Velut. Oec. Sicut.*

Aurichalco. *S. Cypr. Aurichalco ignis. S. Aug. Aurichalco clibano ignis. Vat. Chalcolibano.*
Sicut. *S. Aug. Velut.*
In eamioo ardenti. *S. Cypr. De fornace ignis. S. Aug. In fornace ignis. Vat. In camino ardentes.*
Tanquam vox. *S. Cypr. Vt ſonus.*

Et de ore eius gladius. *S. Aug. Gladium verò de ore ipſius.*
Vtraque parte acutus. *S. Aug. Bis acutum. Oec. Ex vtrâque parte acutus. Vat. Anceps & acutus.*
Exibat. *S. Aug. Procedentem.*
Sicut ſol lucet. *S. Cypr. Splendebat vt ſol.*
Virtute. *Pagn. Potentia.*

Poſuit. *S Cypr. Impoſuit.*
Dicens. *Vat. Dicens mihi.*
Noli. *S. Cypr. Noli te.*
Primus & nouiſſimus. *Mar. Principium & finis.*

Et fui. *S. Cypr. Qui fueram.*
Et habeo. *S. Aug. Habeo.*
Mortis & inferoi. *S. Cypr. Mortis & inferorum. Vat. Inferni & mortis. Al. Infernorum & mortis.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 19. Sctibe ergo quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ opottet fieri poſt hæc.	Sctibe ergo. *Oec. Scribe.* Oportet fieri. *Oec. Futurum eſt vt fiant.*
Verſ. 20. Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptem candelabra aurea: ſeptem ſtellæ, Angeli ſunt ſeptem Eeeleſiarum: & candelabra ſeptem, ſeptem Eeeleſiæ ſunt.	Sactamentum. *Oec. Myſterium.* Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum. *S. Cypr. Aageli ſeptem.* Et candelabra ſeptem. *S. Cyr. Septem candelabra. And. Caſ. Et candelabra ſeptem quæ vidiſti.* Eccleſiæ ſunt. *S. Cypr. Eccleſiæ.*

CAPVT PRIMVM APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Ex Ioauuis fonte etiam Angeli bibere potuerunt. 1778
Reuelationis magnitudo Ioanni facta. 1778
Nemo aliis inuideat, quæ aliis vtilia eſſe poſſunt. 1779
Chriſtus cur tamdiu diſtulerit reuelationem ſuis ſeruis manifeſtare. 1779
Occultarum rerum notitia Iudæis & Philoſophis occultata. 1780
Citò aliquid facit, qui ſtatim operi manum admouet, licèt non totum opus ſimul abſoluat. 1781
Angelorum cum Ioanne familiaritas ob virginitatem. 1781
Vtritati potius conſulant Dei ſerui quàm ſuæ gloria. 1782
Ioannis humilitas vnde collecta. 1782
Apocalypſim cur Ioaanes ſcripſerit. 1783
Virginitatis candor aptiorem diuinis rebus excipiendis Ioanuem fecit. 1783
Mente in Deum migrant ſacri ſcriptores. 1784
Apocalypſis excellentia. 1785
Sacrarum literarum lectio in quo ſita. 1785
Mortem propinquam cogitare quàm ſit vtile. 1786
Tempus ſpiritualibus operibus præcipuè impendendum. 1786

Apocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus palàm facere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri citò.

1778. EX Ioannis fonte non homines tantùm bibiſſe, ſed & Angelos, ſunt qui putent. Sancti Chryſoſtomi bæc ſunt verba Præf. in Ioann. *Ipſi Angeli, Cherubim ac Seraphim nobiſcum per Ioannis vocem didicerunt, quæ cognouimus; hoc enim ait Paulus: Vt innoteſcat Principatibus & Poteſtatibus in Caleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei.*

Singularia dilectionis ſigna in Ioanne præfuerunt, quibus veluti via ſterneretut ad credendum, tam ſublimi teuelatione iuſtè donatum. Præclarè Anſbertus præfat. in Apoçal, *Cui autem talia reuelarentur ac tanta, niſi illi, quem Dominus Ieſus Chriſtus præ ceteris diſcipulis ſic præcipue amore dilexit, vt hic adhuc poſitus præſentia corporali, ſuper ſuum pectus faceret felici ſorte diſcumbere, & de ipſius fonte vita ſpiritalia veritatis arcana vbertim haurire, vt præeunte huius dilectionis indicio, nulli putaretur dubium, tali Ioannem reuelatione condignum? magnitudinem quippè reuelationis commendari primum decuit magnitudine charitatis.*

1779. *Palàm facere*, Vt aliis ſcilicet arcana communicaret, qui ipſi commiſſa. Dei ſeruus aliis non inuidet, quæ vtilia aliis eſſe poſſunt; *Palàm facere; ad hoc namque*, inquit Richardus Victorinus, *dedit illi Deus ipſam Apocalypſim, vt eam palam faceret. Vult etenim Deus vt talentum expendatur, vult vt lucrum referatur, vult vt bonum quod cognoſcimus palam faciamus, & quod ab aliis diſcimus, alios doceamus, vult vt quod aure & in cubilibus audiuimus ſuper tecta prædicemus, & lucerna diuina cognitionis in animo accenſa non abſcondatur ſub modio taciturnitatis.*

Palàm facere ſeruis ſuis. Chriſtus in inſtantl ſuæ eonceptionis hane reuelationem, quà homo accepit; ſed cur tamdiu diſtulit eam ſeruis ſuis manifeſtare, ſcilicet poſt ſuam paſſionem, mortémque, atque adeo poſt ſuam in Cælum abitionem? An vt hoc tamquam præmium Chriſti paſſioni tribueretur? An quia ſerui illius bis myſteriis excutiendis aptiores?

1780. Seruis ſuis manifeſtandam Apocalypſim à Patte accepit Chriſtus; cur igitur vni eam Ioanni per Angelum ſuum manifeſtauit, quia Ioannes ad Chriſti mentem arcana iſta erat omnibus traditurus; quæ aliis communicata in aliis fructum poſſunt parturire: non facilè ſibi vni tetinet, qui Deum amat.

Seruis ſuis; ſignatè dixit *ſeruis ſuis* hanc occultarum rerum notitiam manifeſtandam, *non Iudæis*, inquit Gloſſa interlinearis, *non Philoſophis*; vtrique hac reuelatione indigni.

1781. *Quæ oportet fieri citò*; citò fieri inceperunt, licèt non ſtatim finita ſint, pleraque hæc enim quæ hîc narrantur nonniſi extremis mundi temporibus abſoluentur. Nimirum citò facit, qui ſtatim operi manum admouet, licèt non totum opus ſimul abſoluat.

Mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni.

MIttens per Angelum; Angelum ad Ioannem miſit qui virginitate Angelum referebat. *Nota* inquit hîc Sanctus Bernardinus Senenſis, *quòd Chriſtus virgo, Angelum virginem Ioanni virgini tranſmiſit*; vt non mirum ſi paſſim in hoc libro Angelos legas ad Ioannem adlegatos, Ioannem alluquutos.

1782. *Per Angelum ſuum*; explicare hoc voluit, ne quis

quis crederet ore ſuo Chriſtum hæc, quæ dicturus eſt, reuelaſſe; Veritati potiùs conſultum voluit, quàm ſuæ gloriæ; Bene Aretas; *Cùm*, inquit *adiungit, quòd Chriſtus myſticam illam reuelationem nequaquam proprij oris oraculo, ſed tantùm per Angelum ſuum peregerit, quàm ſit veritatis tenax, adeoque amator ille, qui reuelationem acceperat, inſinuauit.*

Seruo ſuo; Humilitati Ioannes ſeruit dum ſeruum ſe potius vocat, quàm Apoſtolum; *In hoc*, inquit Beatus Dionyſius Carthuſianus, *Ioannis commendatur humilitas, quòd ſe Chriſti ſeruum potiùs, quàm Apoſtolum vocat.* Hæc magnorum nota eſt, ſe demittere, nec ſe aut ſua efferre.

Licèt aliqui olim dubitauerint, an Ioannes author fuerit huius libri Apocalypſis, certum tamen eſt fuiſſe. Futura myſteria per eum ad nos tranſmiſit Chriſtus, ne fideles propter futuros caſus euerterentur: vnde Sancta Brigitta ab ipſo quærens, num Ioannes Apocalypſim ſcripſiſſet; hoc reſponſum audiuit, lib. 6. Reuelat. cap. 89. *Ego ſum Ioannes, cui in Cruce aſſignaſti Matrem tuam. Tu, Domine, inſpiraſti mihi myſteria eius; & ego ſcripſi ad conſolationem futurorum, ne fideles tui propter futuros caſus euerterentur.*

1784. *Seruo ſuo Ioanni*, Cur ſignatè Ioanni hæc tam magna, tam occulta cæteris manifeſtanda manifeſtantur? An quia his excipiendis virginitatis candore aptior erat? *Seruo ſuo Ioanni, vt per Ioannem*, inquit B. Beda, *qui ſingularis priuilegio caſtitatis hæc præ cæteris cernere meruit; eadem omnibus ſuis palam faceret ſeruis.*

Seruo ſuo Ioanni. De ſe loquitur tamquam de alio; quia nimirum ſacri Scriptores à ſe quodammodo abeuntes, mente in Deum migrant, & Diuini Spiritus ſpiritu ſenſúque loquuntur, imò & verbis. Tetigit iſtuc Anſbertus hîc: *Ioannes tamquam de alio loquitur dicens: Et ſignificauit mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni, quis non conſideret morem eſſe ſanctarum Scripturarum? Hinc eſt enim quod Moyſes ait. Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes, qui morabantur in terra. Hinc probatiſſimus Iob dicit: Vir erat in terra Hus, nomine Iob & erat Vir ille ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Hinc etiam idem Ioannes, cuius eſt hæc reuelatio, in Euangelio ſuo loquitur; dicens; diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus. In quibus ſcilicet verbis, atque ſententiis patenter intelligi datur, quia Scriptores ſacri eloquij non à ſe loquuntur, ſed ab illo qui de eis teſtimonium perhibere videtur; à ſummo videlicet atque omnia viuificante Spiritu, cuius opus eſt loqui per os omnium Prophetarum.*

Beatus, qui legit & audit.

1785. B*Eatus qui legit*; non facilè reperies beatos dictos, qui legerint, audierintque cæteras prophetias, vt iſtius excellentia hinc quoque colligatur: *Hîc liquidò claret*, inquit Anſbertus, *quantæ auctoritatis, quantæve excellentiæ inter cæteras prophetias iſta habeatur prophetia, quæ beatitudinem legenti; & audientibus, atque ſeruantibus ea, quæ in ea ſcripta ſunt, ſpeciali quodammodo repromittit ſponſione.*

Qui legit, & audit. Græcè; *Qui legit, & qui audiunt*, vt hac numeri mutatione innuatur plures eſſe qui ſacras literas audiunt, quàm qui legunt; eruditiores verò eas legunt, & omnibus exponunt, neque enim hîc nuda commendatur lectio, ſed quæ intelligentiam eorum, quæ leguntur ſecum vehat.

Tempus enim propè eſt.

T*Empus enim propè eſt.* De mortis tempore aliqui hoc intelligunt. *Propè eſt tempus*, inquit 1786.
ſanctus Bernardinus Senenſis hîc, *ſcilicet mortis debitum exoluendi, & præmium recipiendi*; vix aliquid vtilius ingeri fidelibus poteſt, quàm mortis propinquitas.

Tempus enim propè eſt, operi non eſt χρόνος, ſed καιρός, ideſt *opportunitas*, non explicuit cui rei tempus, & opportunitas debeat deſeruire, ſed facilè intelligitur, vix tempus dici poſſe quod ſpiritualibus operibus actibuſque non impenditur, vnde aliqui ſic explicant inſtat tempus, & opportunitas fructum vberrimum ex hac prophetia capiendi, inſtat occaſio beatitudinem promerendi.

SECTIO II.

Eorum præcipuè habenda cura, quæ curæ noſtræ commiſſa. 1787
Terrena bona, vera bona non ſunt: 1788
In conſpectu throni cur eſſe dicantur Angeli. 1788
Gratia paci ſubſternenda. 1788
Teſtis fidelis electis præcipuè cur dicatur Chriſtus. 1789
Cur potiùs filius, quàm Spiritus ſanctus aut Pater, dicatur teſtis fidelis. 1789
Vita immortalis ſola vita nomen meretur. 1790
Mala ſpe præmij libenter ferenda. 1790
Mortis nexus & principatus. 1791
Electi vt reges referant. 1791
Princeps Regum terræ cur dictus Chriſtus. 1792
Lauit nos Chriſtus, quia dilexit. 1792
Quotidie nos à peccatis noſtris Chriſtus lauat. 1793
Ad regnum, non ad ſeruitutem nos emit Chriſtus. 1894
Sacerdotes & altare vt referant fideles. 1794
Regni conſortium nobis Chriſtus non inuidit. 1795
Fideles membra ſua tanquam hoſtiam mactant. 1795

Ioannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſiâ, Gratia vobis & pax.

I*Oannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſiâ.* Cur 1787.
ad has potius ſcribit. Quod ſibi hæ in diuiſione terrarum obtigerant, & diu in illis docuerat, vt Haymo ait? Nimirum illorum præcipuè habenda cura eſt, qui curæ noſtræ commiſſi, licet curandum ſit, vt poſt illos fructus quoque ad alios extendatur.

Gratia vobis, & pax: Nulla hîc diuitiarum mentio, nulla bonorum terrenorum, non eſt Apoſtolici moris, hæc ſuis optare; quæ verè bona non ſunt, licet eſſe putentur; in gratia, & pace omnia bona precatur.

Gratia vobis, & pax. Non eſt myſterio viduum, 1788.
quòd gratia paci præmittatur, ac veluti ſubſternatur, nam ſtare vera pax ſine gratia nequit hunc ordinem ita expendit Anſbertus hîc: *Notandum, quòd non dicitur, pax vobis, & gratia; ſed præmittitur gratia, ac deinde ſubiungitur, & pax. Vnde ſciendum, quia nullus ad pacem Dei reconciliatus venire poterat, niſi hunc gratia miſericordiæ præceſſiſſet. Vt enim ad pacem Dei venire poſſimus, hac ſumus præuenti.*

Qui in conſpectu throni.

QVi in conſpectu Throni eius ſunt. Non ſui tantùm cauſa adſtant ante Deum, ſed etiam noſtri; vnde ſubdit; *gratia vobis, & pax, & à ſeptem ſpiritibus*; non tanquam à gratiæ auctoribus, ſed tamquam ab impetratoribus; atque adeo inuocandi à nobis ſunt; ſcilicet angelicum eſt Deo alienæ quoque vtilitatis cauſa ſtare.

Qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum & princeps regum terræ.

1789. QVi eſt teſtis fidelis; omnibus fidelis eſt teſtis, Ieſus Chriſtus, ſed præcipuè in iis implendis, quæ electis ſuis promiſit; *ille veraciter*, inquit Beatus Ambroſius, *eſt fidelis qui neſcit mentiri: Qui quod electis ſuis miſericorditer repromiſit, ſine dubio implebit. Qui nec eum, qui calicem aquæ frigidæ egenti dederit, à mercede vacuum derelinquit. Cuius verba ita fixa permanent, vt facilius ſit Cælum & terram in nihilum redigi, quàm aliquid immutari ex omnibus quæ ſe facturum eſſe prædixit.*

Qui eſt teſtis fidelis. Quæri ſtatim poteſt cur filius potiùs quàm Pater aut Spiritus ſanctus teſtis dicatur fidelis. Sanctus Bernardinus Senenſis hîc nodum proponit, & ſoluit. *Quare*, inquit, *magis appropriatur filio, quod ſit teſtis fidelis, quàm alteri perſonæ? Ad hoc reſpondetur quia pro teſtimonio veritatis vſque ad mortem peruenit carnis.* Tanti eſt
1790. teſtandæ veritati ſanguinem fundere, mortem obire.

Primogenitus mortuorum. Quî Primogenitus dici poteſt, cùm alij ante illum à morte redierint ad vitam? Et Elias, & Eliſæus aliquot reuocarunt ad vitam, reuocarunt ſed ad iſtam, quæ mortalis eſt, vita; ſolus Chriſtus ad vitam beatam immortalémque reſurrexit quæ ſola vitæ nomen meretur, & idcirco Primogenitus mortuorum eſt dictus.

Mortuorum Primogenitum Ieſum vocat, vt non ſolùm reſurrexiſſe innueret, ſed ſeruos ſuos eodem perventuros, & poſt tribulationes mortémque beatâ vitâ donandos. Quid non ferat mali ad tantum bonum efferendus?

1791. *Et Princeps regum terræ*; Verborum ordinem pende; vix mortis facta eſt mentio, quàm pro nobis Dei Filius ſubiit, illis verbis. *Primogenitus mortuorum*, cùm ſubditur, *& Princeps Regum terræ*, vt colligeremus illum per ſuam mortem Principatum obtinuiſſe, nos quoque ſi nobis noſtríſque affectionibus moriamur, Principes, Regéſque euademus.

Et Princeps regum terræ. Quî electi Reges referantur ſic explicat Anſbertus hic: *Qui per Reges terræ, niſi omnes electi deſignantur? Qui bene Reges vocantur, quia nequaquam vitiorum tyrannidem in ſe conſurgere permittunt ſed eis iure poteſtatis dominantur. Dúmque modò luxuriæ appetitum frænant, modò æſtum auaritiæ temperant, modò gloriam elationis inclinant, modò ſuggeſtiones liuoris obruunt, modò ignem furoris extinguunt, quaſi ſuper ſubiectam terram lege virtutis regnant.*

1792. *Et Princeps regum terræ*; Cur hoc titulo Ieſum effert? vt dura à duris Regibus paſſuri fideles ſtatim erigerentur, neque Reges terræ timerent, quorum Rex, & Princeps eſt ille, cuius cauſa eſſent paſſuri, quæ paſſuri.

Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes.

DIlexit nos, & lauit nos. Priùs dilexit, & poſtea lauit, *non lauiſſet*, inquit Richardus Victorinus, *niſi dilexiſſet*; ex amore effuſio ſanguinis fuit, fuit ablutio ſanguine facta. Dilexit, & lauit, ab amore fuit ablutio, non abluiſſet nos ſuo ſanguine, niſi nos ſuo amore dilexiſſet; ſanguis fuſus eius in nos amorem fusè, ac prolixè probat; lauit nos: *ſed inter hæc ſtudendum*, inquit Anſbertus, *ne ſemel abluti per ſanguinem Chriſti, iterum inquinemur ſordibus ſeculi.*

Lauit nos; Non lauit tantùm, ſed quotidie etiam lauat, & quod ſemel fecit, facere non deſinit; quod 1793.
tetigit etiam Innocentius III. lib. 4. myſteriorum Miſſæ, dum ait: *Non ſolùm lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando ſanguinem ſuum fudit pro nobis in Crucis patibulo: verùm etiam quotidie nos lauat à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, quando eius ſanguinem nos accipimus in calicis poculo.*

Ordinem pende prius nos ſanguine ſuo lauiſſe 1794.
aſſerit, deinde nos feciſſe ſuum regnum, quia vt ait Rupertus, *non ad ſeruitutem nos emit tam caro pretio, ſed vt faceret nos regnum*: nihil non regium, vbi Chriſti ſanguis operatur.

Et fecit nos Regnum; & ſacerdotes. Non Reges tantùm electi ſunt, ſed ſacerdotes, quin & altare, ac ſacrificium, quod ita explicabat hîc Anſbertus, *ipſi ſunt Reges, ipſi & ſacerdotes, ipſi & altare, ipſi & ſacrificium quia & tumultus carnalium vitiorum contra ſe inſurgentes, vt Reges refrenant: & ſacrificium mortificationis & laudis, vt ſacerdotes, Deo immolant, & corda ſua igne compunctionis tanquam altare ſuccendunt: & corpus ſuum à praſentis ſeculi voluptatibus mortificant, vt hoſtia viua fiant.*

Et fecit nos Regnum, & ſacerdotes. Hic ſanguinis 1795.
eius, quem pro nobis fudit, & quo nos lauit eſt fructus; Reges, & ſacerdotes conſtituit eum quis poterat credere, nos ſeruos tali pretio emptos conſtitutos; Reges fecit, nec nobis regni titulum conſortiúmque inuidit; adeo beneficiis beneficia ſua cumulat. Bene Rupertus hîc: *Et fecit nos*, inquit, *Regnum, & ſacerdotes, Deo & Patri ſuo. O mira bonitatis dignatio, mater cordi, & ori noſtro, non ad ſeruitutem nos emit tam caro pretio, tam pretioſo ſanguine ſuo, ſed vt faceret nos Regnum, & ſacerdotes, Deo & Patri ſuo, Regnum vtique Patri ſuo, ſacerdotes Deo ſuo. Rex & ſacerdos ſolus erat, Reges & ſacerdotes facere de ſeruis peccati, de filiis mortis propoſuerat, & idcirco ſanguinem fundebat.*

Regnum & ſacerdotes, in ipſo Chriſto cuius quilibet fidelis eſt membrum *fecit* inquit B. Beda, *nos Regnum, & ſacerdotes quia Rex Regum & ſacerdos Cæleſtis ſe offerendo pro nobis nos ſuo corpori adunauit. Nemo ſanctorum eſt, qui ſpiritaliter ſacerdotis officio careat, cùm ſit membrum æterni ſacerdotis.*

Et ſacerdotes, & quî hoc omnibus poteſt conuenire fidelibus? quia nimirum corpus, & membra ſua Deo vt hoſtiam mactant, *ſeipſos offerunt Deo*, inquit B. Dionyſius, *& corpora ſua mortificant per pœnitentiæ actus, & per compunctionem internam, animas ſuas immolant Creatori*, Verè Dei erunt Regnum, qui hac ratione ſacerdotis funguntur munere.

SECTIO

SECTIO III.

Malorum pœna cùm in Iudicio Chriſtum viderint. 1796
Chriſtum vidiſſe non videntur, qui inſultarunt Chriſto. 1796
Pœnitenda malorum pœnitentia, ſi nimis ſera. 1797
Beatorum conſortio priuari quàm graue ſit. 1797
Pœnitentia ante mortem obeunda. 1798
Terrenis nullus ſit addictus. 1799
In Dei filios plures adoptandos Dei Filius quæſiuit. 1799
Dei omnipotentia in extremo iudicio apparebit. 1800
Ioannis humilitas. 1801
Tribulatio bonorum negotiatio. 1801
Tribulationis & regni nexus. 1802
Patientia in tribulatione neceſſaria. 1802
Serui Dei plagis non franguntur ſed firmantur. 1803
Iniuria obliuioni tradenda, & iniurias inferentes nomen. 1804
Hominum perſequutio Diuinarum rerum contemplationi officere non debet. 1804
Verus Dei cultor inter beneficia computat à malis malè tractari. 1805
Ægre ſe ſuper homines effert qui inter homines eſt. 1805
Secreta cæleſtia faciliùs manifeſtantur iis, qui hic affliguntur. 1806

Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt; & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ.

1796. VIdebit eum omnis oculus; etiam malorum; *vt erubeſcant* inquit Sanctus Bernardinus, *intuendo quantum, & qualem ſauciauerunt.* Hæc viſio vt bonos beabit, ſic torquebit malos, & ruboris quodam telo perfodiet.

Videbit eum omnis oculus. Vidiſſe vix videntur, qui videntes contempſerunt, illuſerunt viſo; cæci fuerunt, etiamſi acutè alioquin videant, qui Chriſto inuidentes, Chriſto inſultarunt, irriſere Chriſtum, in Chriſtum fuere debacchati.

1797. Videbunt qui eum pupugerunt, & videntes timore pungentur; *videbunt non vt iam ſicut prius,* inquit hîc Anſbertus, *contemnant, irrideant, inſultent ac lætentur; ſed vt paueant, gemant, lugeant & triſtentur, cùm eum talem viderint, qualem aut non credebant, aut credentes, eius præcepta contemnebant; contemnentes falſa ſeipſos ſecuritate decipiebant: omnes ſemetipſos ſera pœnitentia lamentabuntur.*

Plangent ſe ſuper eum; quia eius mandata temerarunt, aut quia in eum ſæuierunt? hic autem planctus non erit ad ſalutarem pœnitentiam ſed in damnatorum cruciatum: *Plangent ſe ſuper eum:* cur ſuper eum? non potiùs inferni, & pœnarum cauſa? an quia Chriſti conſortio, Beatorumque priuati non minus damnatos cruciabit, quam ignis inferni? Sanctus Bernardinus, *plangent*, inquit, *ſuper eum id eſt vehementer dolebunt, reſpicientes gloriam eorum, qui fundati ſunt ſuper eum, quia verè dolebunt de tormento inferni, & corpore infecto tantùm quantum de amiſſione tanti conſortij.* Pergit ſtatim, *vel plangent ſuper eum quia amiſerunt tantum, & tam amabilem Deum magis enim dolebunt in ſe, quia talem perdunt Dominum, quàm quòd in atrociſſimum incidunt tormentum.*

1798. *Plangent ſe ſuper eum.* Planctus iſte dignus eſt planctu, aut etiam riſu, qui nimis eſt ſerus; *plangent ſe, ſera,* inquit B. Beda, *ſemetipſos pœnitentia lamentabunt*; ante mortem obeunda pœnitentia eſt, ne mortua ſit, ſi poſt mortem ſit; aut morti proxima, ſi morti nimis proximus eam acceſſat.

Tribus terræ; Quin tribus terræ, rebuſque terrenis addictæ, & Cæleſtium prorſus oblitæ. *Notandum,* inquit Anſbertus, *quòd tribus cum terra additamento ponantur, terrena vtique deſiderantes, auaritiæ ſtudentes elationi ſuccumbentes, honoribus excellentes, in luxuriis degentes, quibus videlicet terribiliter Dominus minatur dicens: Væ vobis diuitibus quia habetis conſolationem veſtram, quibuſque rurſum vanè lætantibus, per ſententiam aſpera inuectionis ait. Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis, & flebitis. Quis autem ſermo, quod eloquium, quæ lingua huius planctus infelicitatem exprimere valet? Vbi etſi amariſſimæ ſint lacrymæ, indulgentiam tamen inuenire vltra minimè poſſunt.* 1799.

Ego ſum Alpha & Omega.

EGo ſum Alpha, & Omega; Litterarum elementa Græcorum, & Hebræorum more & numeros ſignant; Alpha quidem vnum, Omega octingentos, vt moueret Chriſtum, qui initio vnus erat, alios ſibi acquiſiturum, in Dei filios adoptandos. Hoc voluit Rupertus, dum ait; *Littera α vnum, ω autem apud Græcos octingentos ſignificat, quia qui in principio vnus erat Filius vnicus ſiue vnigenitus, in fine ſæculorum Filios Dei ſecum adoptatos habebit, quaſi octingentos, id eſt innumerabiles. Amplius autem quando veniet cum nubibus, quando videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt; tunc opportunè dicet hic Dominus Deus, tunc, inquam, vociferabitur, & clamabit, & ſuper illos inimicos ſuos confortabitur, & iſtud dicet eis: Ego ſum α & ω.*

Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.

QVi venturus eſt omnipotens. Mirum cur poſtremum verbum addiderit, quod in eadem ſententia omiſerat paulò antè, contentus dixiſſe *qui venturus eſt*, non vacat hæc omiſſio myſterio, hæc adiectio. Richardus hîc ita rem verſat, & expendit. *Notandum, quòd in ſalutatione, vbi iſta verba, videlicet, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, poſuit, nequaquam omnipotent adiecit. Hoc autem loco poſt eadem verba omnipotens poſuit. Illic etenim in ſalutatione, vbi de beneficiis diuinis dicere voluit, ne erga largitorem noſtra dilectio ex terrore omnipotentiæ illius minui poſſet, omnipotens tacuit. Quod hic vbi de aduentu eius, & de vltimi diſtrictione iudicij dixit ad incutiendum contemptoribus, & negligentibus terrorem in fine terribiliter exclamamit, omnipotens, quaſi dicat: Qui modo benignus eſt per pietatem largiendo gratiam, ipſe in fine terribilis per omnipotentiam apparebit in contemptores faciendo vindictam.* 1800.

Qui eſt, & qui erat. Similem formulam Gentiles vſos falſorum numinum falſæ diuinitati ſignificandæ reperio. Plutarchus de Iſide & Oſiride: *Signum Mineruæ, quam eandem putant Iſim eſſe, inſcriptionem habet huiuſcemodi: Ego ſum vniuerſum, quod fuit, quod eſt, & quod eſt futurum.*

Frater veſter & particeps in tribulatione.

FRater veſter: & particeps in tribulatione. Quàm ad modeſtiæ libram omnia appenſa! nihil hîc 1801.

 vides

vides niſi humilitatis tegmine veſtitum; Apoſtoli titulum omittit, & quidquid laudem ſonat: *Nota*, inquit Rupertus, *quanta hæc ipſa nominis autoritas ſancta humilitatis gratia reſplendeat: frater, inquit, veſter & particeps in tribulatione, & Regno & patientia Ieſu. Poterat enim dicere: Ego Ioannes doctor & Apoſtolus veſter prædicator, & Euangeliſta veſter; Diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus; cuius participes, cuius vos meruiſtis eſſe fratres; & rectè quidem dixiſſet, ſed hic locutionis modus non adeò paruuli eſſet, paruuli talis qualem vnumquemque Apoſtolorum fieri vel eſſe voluit, bonus magiſter cùm diceret: Amen dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cælorum.*

Particeps in tribulatione, Quæ ſcilicet, vt ait Vgo, *eſt negotiatio bonorum, vnde & ſequitur, & regno, & hoc iuſtum eſt, vt qui eſt particeps in negotiatione particeps & in lucro*; vt non abierit, qui aduerſitatis tempus *Chriſtianorum nundinas* dixit.

1802. Tribulationem cùm regno nectit, nectit patientiã, quia in Chriſto Ieſu hæc quodam nexu copulantur, quòd tetigit etiã Anſbertus hîc; *Notandum*, inquit, *quod & tribulatio, & regnum, & patientia, quadam in Chriſto Ieſu connexione ſibi adhæreant*, quæ alioquin valde inter ſe diſſita putantur. Addit nonnullis interiectis; *ſolicitè itaque conſiderandum eſt, quia tres hereditatum vncias introducit Ioannes, quibus ſe participem eſſe oſtendit; ideſt tribulationem, regnum & patientiam, ſed media harum id eſt Regnum poſſideri non poteſt, niſi & hic tribulatio exercuerit, & illic patientia defenderit.*

Et patientiâ, in Chriſto Ieſu.

ET *patientia*; nec enim prodeſt tribulationes pati, ſi patientia abſit; B. Dionyſius; *Et patientia*, inquit, *ſine qua tribulatio ad regnum non duceret, nec prodeſſet.*

1803. *Et patientia in Chriſto Ieſu.* In quo ſita Ieſu patientia? in quo illam æmulatus eſt Ioannes? An quia Ieſus pro ſuis perſecutoribus orauit, quod fecit & Ioannes, vt non mirum ſi adeo in ſublime erecta eius mens fuerit. *Sicut Ieſus* inquit Rupertus, *patienter ſuſtinuit, & orabat dicens: Pater ignoſce illis, ita & iſte diligebat illos, qui mala inferebant, & pro eis orabat*, quod diuinæ vindictæ genus eſt, & huiuſmodi patientia Ieſu characterem habet.

Fui in inſulâ, quæ appellatur Patmos.

F*Vi in Inſula, quæ appellatur Patmos*, Non franguntur plagis Dei ſerui, ſed in Dei obſequio magis firmantur. Ioannes in exilium mittitur, cùm priùs duris eſſet modis exercitus; à feruentis olei dolio exiens illæſus; Diceres feruenti oleo inunctum, vt Chriſti Athletam. Pulchrè Liranus hîc: *Fui in inſula, quæ appellatur Patmos, de feruentis enim olei dolio non aduſtus exiens, ſed vt fortis athleta perunctus ad inſulam Patmos fui in exilium relegatus*; mala, quæ putantur bonis vires adimere vires ad alia ferenda adiiciunt.

1804. *Fui in Inſula quæ appellatur Patmos*: Inſulam nominat, non nominat à quo in eam miſſus, & cuius iuſſu eò fuerit relegatus, non tanti habuit hominis iniuriam inferentis nomen referre, quia tantum in Deum raptus, in Deum reiecit, quod imperfectiores ſolent in homines reiicere. Vera hæc perfecti hominis conſignatio eſt, iniurias obliuioni tradere, & iniuriis afficientis nomen.

Fui in Inſula; eo in exilium miſſus à Domitiano, non quòd aliquid culpæ commiſerit ſed *propter verbum Dei, & teſtimonium Ieſu*, hoc enim ille ſubdit; perſequutio verò adeo ſummæ Ioannis contemplationi non obfuit, vt potiùs eius mentem extulerit, & in ſe ipſam magis, vt ita loquar, coëgerit.

Exul factus Ioannes non exulauit à Ioanne ſin- 1805.
gularis patientia, nec enim legis impij Imperatoris edictum eum exarguiſſe, non Diocletiani pupugiſſe ſeueritatem; non queſtus eſt, ſe immeritò exulare coactum. Verus Dei cultor inter beneficia computat malorum duritiem, & tunc demum optimè ſe habet, cum malè tractatur à malis.

In Inſulâ, quæ appellatur Patmos tam mira, tam ſublimia vidit Ioannes, non in vrbibus, populíque frequentia, non in regum aulis hæc ei manifeſtata fuêre, ægrè ſe ſuper homines efferet, qui inter homines eſt; nimirum cui ob exilium alia terrarum ſpatia interdicta erant, mentis celſitudine inter cæleſtia deambulabat: Bene rem premit Anſbertus præfat. in Apoc. *Vbi talia videre, ac tanta promeruit? Numquid in Vrbibus? Numquid in Regum ædibus? Numquid in locis ſublimibus? Non, ſed in Inſula Patmos à Domitiano relegatus, exilio deportatus, metallo damnatus. Sed in magna celſitudine, in magna mentis conſtantia ſtetit; qui vbi putabatur humana vinciri cuſtodia, ibi metas humanitatis tranſcendens, libero contuitu meruit videre diuina. Et cui tunc certa terrarum ſpatia vetita ſunt adire, ſecreta conceſſa ſunt cæleſtia penetrare. Sic, ſic Chriſti fides, ſic ſibi etiam bene vtens temporalibus malis, bonis perfruitur ſempiternis.*

In Patmos inſulam relegatus Diuina vidit; ni- 1806.
mirum *cui negabatur terra*, inquit Rupertus, *Cælum apertum eſt. Exemplum ergo eſt omnibus ſanctis, quòd quanto magis in freto præſentis ſeculi affliguntur, tanto amplius illis ſecreta cæleſtia manifeſtantur.*

In hac Inſula contemplationi ſe rerum diuinarum Ioannes dedit: dedit, ſed non ſoli, etiam hominum ſalutem adeo quæſiuit vt omnes eius inſulæ incolas ad Deum conuertiſſe de eo tradant auctores, & præcipuè Metaphraſtes, ſicque in exilio, à Chriſto exules reuocauit ad Chriſtum.

Humano ſolatio deſtitutus Ioannes diuinis beatur deliciis; in exilio cæleſtis patriæ myſteria diſcit; nimirum, *in medio malorum*, inquit hîc Cæl. Pannut. *nota faciet Deus ſuis arcana ſua; vt mala bonis bona ſint, & aduerſa minimè aduerſa.*

SECTIO IV.

Diei Dominici dignitas. 1807
Diuinis occupationibus dedicatus dies Dominicus. 1808
Qui in ſpiritu eſt, omnia creata poſt ſe reiicit. 1809
Per verba Apocalypſis ad pugnam fideles prouocantur. 1810
Chriſtus cur ſimilis filio hominis dictus. 1811
Terrarum orbem non in veſte vt Aaron, ſed in corde Chriſtus circumferebat. 1812
Cor ab immundis cogitationibus cohibendum. 1812
Amoris vinculo noxiæ cogitationes coercendæ. 1813
Sacerdotis nota, mentis puritas. 1813
Dei amore præſtanda quæ agimus. 1814
Chriſti perfectio. 1814

Fui in ſpiritu in Dominicâ die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ.

1807. FVi in ſpiritu, ſignatè hoc addidit, ne corporea phantaſmata crederemus eſſe, quæ ſcribit; quod tetigit etiam Primaſius *Ne carnalis*, inquit, *phantaſmate putaretur illuſus, in ſpiritu ſe fuiſſe, & vidiſſe teſtatur.*

In Dominica die. Diei Dominicæ dignitatem ſic expendebat ſanctus Bonauentura in comp. Theol. verit.cap.9. *dignitas Dominicæ diei notatur in hoc, quòd fuit prima dierum: item, vt dicitur, erit vltima dies: item nox illam non præceſſit, item nox illi non ſuccedet: item Cælum, & Terra in ea creata ſunt: item Angelus in ea conuerſus eſt ad Deum: item primò data ſunt in ea Filiis Iſrael mandata, vt dicit Origenes: item in ea Chriſtus natus eſt: item in ea reſurrexit: item in ea Spiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis, item omnes in ea reſurgemus atque iudicabimur, item in ea perpetuò continuandum in laude Dei.*

1808. *In Dominica die*; Aptior hic dies rebus diuinis conſiderandis, quia à terrenorum occupatione homines auocat. *In Dominica die*, inquit Beatus Dionyſius, *qui eſt dies diuinorum occupationibus dedicatus, plus quàm cæteri dies.*

In Dominica die; Nam lex, quæ ſabbati iubebat cuſtodiam, tanquam vmbra prætererat. *Notandum*, inquit Anſbertus, *quod idem Ioannes non in ſabbato, ſed in Dominica die in ſpiritu fuiſſe ſe dicit, quia nimirum iam vetus illa, quæ mortem operabatur, lex tranſierat? & noua quæ viuificat, in Chriſti reſurrectione claruerat; atque corporalis illa vacatio ſabbati in ſpiritualem animarum requiem conuerſa vigebat, quando ille hæc ſacramenta cernebat.*

1809. *In Dominica die.* Dies notatur diuinarum rerum contemplationi maximè aptus, *tempus conueniens*, inquit ſanctus Bernardinus hîc, *quanto enim ſanctius, tanto reuelationi conuenientius.* Diei iſtius ſanctitas trios fideles in Dei obſequium cultúmque rapere deberet.

Fui in ſpiritu, & audiui poſt me vocem magnam. Bonus nexus, erat in ſpiritu Ioannes atque ideo audiuit poſt ſe vocem; nam qui in ſpiritu eſt, quidquid creatum eſt poſt ſe reiicit; *quid erat poſt Ioannem*, inquit Rupertus, *cùm eſſet in ſpiritu? Nimirum totus Mundus, quidquid corporeis oculis cernitur*; omnia poſt ſe habet, quis ſe ſuper ſe effert, & abit extra ſe.

1810. *Tanquam tuba*, vox tubam referebat; nam *ſicut per tubam*, inquit hîc beatus Dionyſius, *ad pugnam homines prouocantur; ita per verba libri huius fideles ad prælia contra peccata, diabolum & perſecutorum inſaniam inuitantur, & animantur*, excutere ergo teporem omnem debet, qui verba, quæ hîc dicuntur, excipit. *Tanquam tuba.* Cur tubam vox magna à Ioanne audita referebat? An vt ſciret ſe ad bellum inuitari; *Tanquam tuba*, inquit, Anſelmus Laudunenſis hîc, *quia incitatur ad bellum.*

Similem filio hominis veſtitum podêre, & præcinctum ad mamillas Zonâ aureâ.

1811. SImilem Filio hominis; cur non ſimpliciter Filius hominis dicitur, qui in Euangelio hoc titulo donatur? Nodum ſoluit Anſbertus hîc: *idcirco*, inquit, *hoc loco*, non iam Filius hominis; *ſed ſimilis Filio hominis, appellatur: quia deuicta morte iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur: Vel certè propterea ſimilis Filio hominis vocatur, quia non cum peccato, ſed in ſimilitudine carnis peccati notus, inter homines apparuit.*

Similem Filio hominis. Cur ſimilis dicitur, qui verè Filius hominis erat, homo pro hominibus factus? An quia vt olim occultabatur diuinitas dum mortalis apud nos degeret ſic in cæleſti gloria humanitas quodammodo abſorberi, & exinaniri à diuinitate videbitur? hoc voluit Abbas Ioachim; *Quid ſibi*, inquit, *voluiſſe dicemus: quod vnigenitus Dei Filius, quem Ioannes in maieſtate conſpicit: nequaquam Filius hominis: ſed ſimilis filio hominis eſſe dicitur: niſi quia tanta (poſitus in regno diuinitatis ſuæ) præeminet claritate: tanta maieſtatis gloria ſuper Angelos fulget: qui quondam propter homines ab Angelis extiterat minoratus: vt ſicut in eo aliquando diuinitatis ſuæ gloriam occultabat humanitas: ita nunc humanitatis eius abiectio exinanita à maieſtatis ſuæ gloria, & à ſplendore ſummæ lucis velut abſorpta eſſe videatur? Vt enim aliquando ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: ita nunc forma ipſa ſeruilis à maieſtate gloriæ exinanita eſt: vt nihil in eo ſuſpicionis remaneat: quo verus Dei Filius minus eſſe credatur.*

Veſtitum podêre; veſte ſcilicet ſacerdotali, ſed 1812.
mirum non addi, quod de Aaronis veſte legitur cap.18. in veſte poderis habuiſſe totum terrarum orbem deſcriptum. An Chriſtus in hoc quoque Aaroni præfertur, quod ille in veſte terrarum orbem habebat; Chriſtus in corde?

Præcinctum ad mamillas. Quî idem nobis præſtandum docet Petrus Bleſenſis ſerm. 45. *Ioannes in Apocalypſi vidit hominem ſuccinctum vſque ad mamillas. Succingamur ergo non tantum vſque ad renes, corpus cuſtodiendo, ſed vſque ad mamillas cor ab immundis cogitationibus cohibendo.*

Præcinctum ad mamillas, vt vel habitu innueret, 1813.
cogitationes etiam coërcendas; *Danielis 9. dicitur*, inquit ſanctus Bernardinus, *eſſe vir veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo; hic verè dicitur, quod erat præcinctus ad mamillas zona aurea, quia nouum Teſtamentum nefarias cogitationes culpat.* Et ſanctus Gregorius lib. 34. moral. cap.8. *Zonam auream circa mamillas habere, eſt cunctos mutabilium cogitationum motus per ſolius amoris vincula reſtringere.*

Præcinctum ad mamillas zona aurea; Veſtitum podêre ſuperiùs dixerat, quæ cum ſit veſtis ſacerdotalis ſignum eſt ſacerdotis, nunc zona aurea præcinctum ait, quâ mentis caſtitas ſignificatur, vt à nexu colligeremus, veri ſacerdotis hanc eſſe notam, vt non corpus tantùm ab omni impuritate eximat, ſed & mentem ab immundis cogitationibus.

Zonâ aureâ; veſtes conſtringens tacitè clamat, 1814.
quicquid in Dei obſequium fit, id Dei amore præſtandum non timore: Bona eſt Zona, quæ autes, quæ charitatem referat, timorem excludat.

Zonâ aureâ, Ioannes quoque zonam circa lumbos habuit, ſed pelliceam, Chriſtum aurea zona præcinctum vidit dilectus diſcipulus; quia nimirum vt ait Abbas Ioachim, *quantacumque Ioannes perfectionis fuerit, comparatus tamen Chriſto imperfectus apparet.*

SECTIO V.

Quamcunque formam recipere debent Dei ſerui. 1815
Prædicatoris vox aquæ comparata quia abluit dum loquitur. 1815
Quanti referat qualis ille ſit, qui oculis obiicitur. 1816
Dei auxilio quiſque indiget, ne cadat. 1816
Omni plaga ſæuior ſupremi iudicis ſententia. 1817
A torpore & negligentia ſuos Deus auocat. 1817
In Dei comparatione ſe quiſque nihil eſſe videt. 1817
Prælatus primus ad laborem nouiſſimus ad requiem. 1818
Claues inferni Chriſtus habet, vt infernum obſtruat. 1819
Perſequutiones aduersùs Eccleſiam à Chriſto ordinata. 1819
Pœnitentia clauis eſt, quæ Infernum claudit, aperit Paradiſum. 1819
Impij, Infernus, in quo diabolus habitat. 1820
Sacri præſules honorandi etiamſi aliqua committant reprehenſione digna. 1820

Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba.

1815. C*Aput autem eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba*, cur potiùs eius capilli lanæ albæ comparantur, quam nigræ? *quia lana alba* inquit Gloſſa, *apta eſt ad quoſcumque colores recipiendos*, quibus recipiendis non eſt apta nigra. Hæc ſeruorum Dei vera nota eſt, vt quamcunque formam poſſint recipere, & in omnem partem à Dei ſe manu verſari ſinant.

Tanquam lana alba. Lanam albam Domini capilli referebant; vt eius cogitationes electorum ſuorum gloriam maximè ſpectare colligeremus, qui ouibus lanam albam habentibus ſignificantur; *Eius capiti capilli adhærentes*, inquit hîc Beatus Beda, *propter oues ad dexteram futuras inſtar lanæ, & propter dealbatorum innumeram turbam, & electorum è cælo datorum inſtar niuis effulgent.*

Vox illius tanquam vox aquarum multarum.

V*Ox illius tanquam vox aquarum.* Quid vox ad aques? Quænam aquarum & vocis cohærentia? Multa. Vox aquis petiatur, quia abluit, dum loquitur. *Prædicatio Chriſti*, inquit hîc B. Antonius Paduanus, *obtinet vim aquæ, quia aqua lauat: vnde Ioann. 15. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.*

Oculi eius tanquam flamma ignis.

1816. O*Culi eius tanquam flamma ignis.* Per Dei oculos Dei præcepta aliqui intelligunt; Victorinus Pictauienſis hîc: *oculi eius vt flamma ignis præcepta Dei ſunt, quæ credentibus lumen miniſtrant, incredulis incendium.* Tanti refert qualis ille ſit, qui oculis obiicitur.

Habebat in dexterâ ſuâ ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius vtrâque parte acutus exibat.

H*Abebat in dexterâ ſuâ ſtellas ſeptem.* Etiam illi qui in Dei Eccleſiâ ſtellas referunt indigent Dei dextera ſuſtentari, ne cadant; *ſeptem ſtellæ*, inquit Rupertus hîc, *Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum iam iſte dicto ſtellas eiuſmodi ſalubris timor conſtringit; quia videlicet, ſic ſtellæ iſtæ in cælo ſunt, vt eas teneri oporteat, ne cadant in terram, nam de cælo ſtellæ plurimæ ceciderunt, & de ſtellis facti ſunt Principes tenebrarum; dicendo itaque: Qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, ſimul terribiliter innuit, vt qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat; non enim ſtat ſua virtute, ſed dextera Domini continente.*

Gladium in ore habet, quia punitiones comminatur potius, quàm inferat, aut quia ſententiam contra malos ferens ſæuius eos ferit, quàm ſi gladio vteretur; omni plaga ſæuior iudicis ſententia eſt, quæ impios æternis flammis adiudicabit. 1817.

Poſt ſtellarum mentionem, gladij ex vtrâque parte acuti & ex ore iudicis exeuntis meminit; vt, ſicut illud erat ad ſolamen, ſic iſtud ad terrorem eſſet, & à torpore ac negligentiâ auocaret. Pulchrè Richardus hîc: *Quia per negligentiam Epiſcoporum in Eccleſiis ipſis commiſſis quædam vitia pullulauerant, poſtquam dixit, quòd habebat ſeptem ſtellas in dexterâ ſuâ, & hoc eſſet eis ad ſolationem; ſtatim addidit, quòd gladius ex vtrâque parte acutus de ore eius exibat, quod eſſet ad correptionem; vt illud conferret fiduciam de gratiâ, iſtud incuteret terrorem de negligentiâ.*

Cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.

C*Ecidi ad pedes eius tanquam mortuus.* Humanæ imbecillitatis imaginem hîc habes; *ecce Ioannes*, inquit Beatus Ambroſius, *qui ſibi ſtare videbatur, viſo Domino cecidit tamquam mortuus, quia vnuſquiſque vir ſanctus, quantum ſe ad contemplandam diuinitatem Dei altius erexerit, tanto apud ſe introrſus inferius cadit; quia in comparatione Dei eius magnitudo quàm parua ſit facilè perſpicit. Vnde & tamquam mortuus cecidit, quia in comparatione Dei, ſe nihil eſſe perſpexit.*

Noli timere.

N*Oli timere.* Ioannem erigit, iubétque ne timeat, ſed mirum quod ſtatim adiicit: *& habeo claues mortis & inferni*; hæc non deiectæ menti erigendæ apta videntur, ſed potiùs magis deprimendæ, & cur non timeatur qui ſimiles claues habet? An claues habet mortis & inferni, quia à morte, ab inferno ſuos euocat nec ſinit inferni flammis adiici quantum in ſe eſt? 1818.

Ego ſum primus & nouiſſimus.

E*Go ſum primus, & nouiſſimus.* Hoc & Eccleſiæ præſulibus, omnibuſque ſuperioribus aptari poteſt. *Bonus Prælatus*, inquit hîc Liranus, *debet eſſe primus ad laborem, nouiſſimus ad requiem temporalem.*

Et

Et habeo claues mortis & inferni.

1819. *ET habeo claues mortis, & inferni.* Claues habet potiùs vt claudat, quàm vt aperiat; *Habeo claues mortis, & inferni, id eſt* vt ait Rupertus *poteſtatem dimittendi peccata; peccata namque dimittendo mortem in me credentibus claudo, infernum obſtruo.*

Habeo claues mortis & Inferni. Sed cui rei? *Vt ex eo conſtet* (inquit ille tractator) *perſequutiones, quæ aduerſus Eccleſiam conſurgunt, ab ipſo Chriſto eſſe ordinatas, nec maiores futuras, quàm Chriſtiana felicitati conueniat?* nec in Chriſti ſeruos plùs poſſe Chriſti hoſtes, quàm ipſe voluërit.

Habeo claues mortis, & inferni. Has voces cuilibet pœnitenti aptat Vgo Carenſis *pœnitens,* inquit, *non ſolùm habet clauem, qua clauditur Infernus, ſed etiam illam, qua aperitur Paradiſus, & hæc eſt pœnitentia.* Felix qui poſt lapſum hac opportunè vtitur claui, nec pœnitendo errore pœnitentiam differt

Mortis, & inferni; Inferni nomine impios ſignificari cenſent aliqui, & inter alios Anſelmus Laudunenſis hîc: *Habeo claues mortis & inferni, id eſt, diaboli & membrorum eius. Ipſe dicitur mors, quia eſt cauſa totius mortis: miniſtri eius infernus, quia locus eſt, in quo ipſe habitat.*

Septem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum.

SEptem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum; Licet in harum Eccleſiarum præſulibus aliqua notauerit, quæ repudianda, non tamen tam ſpecioſo titulo eos priuat, quo *ſtellæ* dicuntur, vt innueret ſacros Præſules reuerendos etiamſi aliqua committant, quæ reprehenſione ſunt digna. Bene Rupertus hîc, *Eccleſiarum præſules quamuis aliqui pro vitâ propria reprehenſibiles ſint, & Angelos, & ſtellas appellare maluit, & Eccleſias omnes quamuis in aliquibus multa ſint obſcura candelabrorum aureorum pulchris nominibus, ſiue ſignificatiuis imaginibus honeſtauit, & rectè quia videlicet ſacerdotes ſiue præſules quamuis interdum pro ſuis actibus ſint obſcuri, pro officio tamen lucent recitando verbum Dei, & celebrando cæleſtia ſacramenta Chriſti, atque ita quaſi quædam ſtellæ in ſigna ſunt, & tempora.*

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ANGELO Epheſi Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas in dextra ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum.

Angelo. *Mar. Epiſcopo.*
Epheſi. *Oec. Epheſinæ.*
Dextera. *S. Aug. Manû.*

Verſ. 2.

Scio opera tua & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt: & inueniſti eos mendaces.

Scio. *Oec. Noui.*
Laborem. *Oec. Laborem tuum.*
Suſtinere. *S. Victor. Portare.*
Mendaces. *Pagn. Mendaces & tuliſti.*

Verſ. 3.

Et patientiam habes, &, ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti.

Suſtinuiſti. *Vat. Laboraſti.*
Propter nom. m. *S. Amb. Propter me.*

Verſ. 4.

Sed habeo aduerſùm te, quod charitatem tuam primam reliquiſti.

Te. *Quidd. Codd. Te pauca.*
Charitatem tuam primam. *S. Victor. Amorem tuum priſtinum. Mar. Feruorem charitatis. Al. Charitatem primam.*
Reliquiſti. *S. Victor. Deſeruiſti.*

Verſ. 5.

Memor eſto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.

Memor eſto itaque. *S. Cypr. Memor eſto, S. Victor. Memento itaque.*
Age pœnitentiam. *Oec. Reſipiſce.*
Et prima. *S. Cypr. Et propria. S. Ambr. Opera tua.*
Sin autem. *S. Cypr. Si quò minùs. Pagn. Sin minùs.*
Venio *S. Cypr. Veniam. Pagn. Veniam citò.*
Et mouebo. *S. Aug. Mouebo.*
Pœnitentiam egeris. *Oec. Reſipueris. Vat. Reſipueritis.*

Verſ. 6.

Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ ego odi.

Sed hoc habes. *Tert. Quia hoc tenes.*
Quia odiſti. *Tert. Odiſti. Pagn. Quod odio habes.*
Facta. *Tert. Doctrinam.*

Verſ. 7

Vulgata Editio.

Verſ. 7.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſijs: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei.

Verſ. 8.

Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit primus & nouiſſimus, qui fuit mortuus, & viuit.

Verſ. 9.

Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, ſed diues es, & blaſphemaris ab his qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga ſatanæ.

Verſ. 10.

Nihil horum timeas quæ paſſurus es: ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis vſque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.

Verſ. 11.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis: Qui vicerit, non lædetur à morte ſecunda.

Verſ. 12.

Et Angelo Pergami ſcribe: Hæc dicit qui habet rhomphæam vtraque parte acutam.

Verſ. 13.

Scio vbi habitas, vbi ſedes eſt ſatanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Et in diebus illis Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud vos, vbi ſatanas habitat.

Verſ. 14.

Sed habeo aduersùs te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſraël, edere, & fornicari.

Verſ. 15.

Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

Verſ. 16.

Similiter pœnitentiam age: ſi quo mi-

Lectionum Varietas.

Qui habet aurem. *S. Ambr. Qui habet aures audiendi.*
Vincenti dabo. *S. Cypr. Qui vincet dabo illi.*
Edere. *S. Aug. Manducare.*
Paradiſo. *Vat. Medio Paradiſi.*

Smyrnæ. *Oec. Smyrnæorum.*
Viuit. *Vat. Vixit.*

Scio. *Vat. Noui.*
Tribulationem tuam. *Vat. Opera tua & afflictionem.*
Paupertatem tuam ſed diues es. *Mar. ex Gr. Paupertatem.*
Blaſphematis ab his. *Vat. Blaſphemiam eorum.*

Horum. *S Cypr. Eorum.*
Miſſurus eſt. *Tert. Coniciet.*
Aliquos ex vobis. *Goth. Ex vobis. Tert. Ex numero tuo.*
Tentemini. *Oec. Affligamini.*
Et habebitis tribulationem diebus. *S. Aug. Et habebitis preſſuram diebus. Tert Diebus. Oec. Et habebitis afflictionem dierum. Mar. Tempore.*
Decem. *Mar. Exiguo.*
Vitæ. *S. Val. Victoria.*

Pergami. *Oec. Pergamorum. Pagn. Pergamenſis.*
Rhomphæam. *Oec. & Vat. Gladium.*
Vtraque parte. *Vat. Ancipitem.*
Acutam. *Oec. Acutum. Vat. Et acutum.*

Scio vbi. *Oec. Noui opera tua & vbi. Pagn. Scio opera tua, & vbi.*
Habitas. *Oec Habites.*
Vbi ſedes. *S. Aug. Vbi introitus. Oecum. Nempe vbi thronus.*
Nomen meum. *Mar. Doctrinam meam.*
Non negaſti. *Quidd. ap. Mar. Etiam in illa procella non negaſti.*
In diebus. *Goth. Diebus.*
Illis. *Oecum. Quibus. Pagn. Meis. Mar. ex Gr. In quibus.*

Illic tenentes. *Goth. Illic.*
Docebat. *Oec. Docuit.*
Balac. *Vat. Per Balac. Al. In Balac.*
Mittere ſcandalum. *Oec. Vt poneret offendiculum. Vat. Mittere offendiculum.*
Coram filiis. *S. Proſp. Sub oculis filiorum.*
Edere. *S. Proſp. Edere de ſacrificio. Oec. Quæ ederent idolis immolata. Vat. Vt ederent ex his, quæ ſimulachris immolabantur. Al. Edere ex iis, quæ ſimulachris immolantur.*
Fornicari. *Oec. Scortarentur. Vat. Fornicarentur.*

Nicolaitarum *Oec. Nicolaitarum ſimiliter. Pagn. Nicolaitarum quod odi. Mar. ex Gr. Nicolaitarum quod odi ſimiliter. And. Caſ. Nicolaitarum quam odi.*

Similiter pœnitentiam age. *Oec. Reſipiſce itaque. Al. Reſipiſce. Mar. ex Gr. Pœnitentiam age.*

nus,

Vulgata Editio.

nus, veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Verſ. 17.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis : Venienti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum, & in calculo nomen nouum ſcriptum quod nemo ſcit, niſi qui accipit.

Verſ. 18.

Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco.

Verſ. 19.

Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam & miniſterium, & patientiam tuam & opera tua nouiſſima plura prioribus.

Verſ. 20.

Sed habeo aduersùs te pauca : quia permittis mulierem Iezabel, quæ ſe dicit propheten, docere, & ſeducere ſeruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

Verſ. 21.

Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione ſua.

Verſ. 22.

Ecce mittam eam in lectum, & qui mœchantur cum ea in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint.

Verſ. 23.

Et filios eius interficiam in morte: & ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcru-

Lectionum Varietas.

Si quo minus. *Oec. Alioqui. Pagn. Alioquin. Gagn. Si minùs.*
Veniam. *Pagn. Venio.*
In gladio. *Pagn. Gladio.*

Manna abſconditum. *S. Aug. Manducare de mannâ abſcondito. Vat. Edere ex manna abſcondito. Gagn. Comedere manna abſconditum.*
Calculum candidum. *S. Proſp. Calculum.*
In calculo. *S. Proſp. Per calculum. S. Aug Super calculum.*
Nouum ſcriptum. *S. Proſp. Notum.*
Scit. *Mar. Æſtimat.*

Thyatiræ. *Oec. Thyatirorum. Pagn. Thyatirenſis.*
Oculos. *Oec. Oculos ſuos.*
Et pedes eius. *Vat. Cuius ſunt pedes.*
Aurichalco. *Vat. Chalcolibano.*

Fidem & charitatem & miniſterium. *Vat. Charitatem & miniſterium & fidem.*
Nouiſſima. *Vat. Et neoiſſima.*
Prioribus. *Oec. Primis.*

Sed habeo. *S. Cypr. Habeo.*
Pauca. *S. Cypr. Multa. S. Aug.* omittit.
Quia permittis. *S. Cypr. Quòd ſinis. S. Aug. Quia permiſiſti. Oec. Quòd permittas.*
Mulierem. *S. Aug. Mulieri. Oec. Mulierem tuam.*
Propheten, docere. *Oec. Propheteiſſam, docere. Pagn. Prophetas docere.*
Fornicari. *Oec. Vt ſcortentur. Tert. Ad fornicandum.*
Manducare. *Oecum. Edant. Tert. Edendum. Al. Edere.*
De idolothytis. *S. Cypr. De ſacrificiis. Oec. De his, quæ idolis immolata ſunt. Al. Ex iis, quæ ſimulacbris immolantur.*

Dedi. *Tert. Largitus ſum.*
Tempus. *Tert. Temporis ſpatium.*
Pœnitentiam ageret. *Tert. Pœnitentiam iniret. Oec. Reſipiſceret. Al. Reſipiſceret à ſcortatione ſuâ.*
Et non vult pœnitere à fornicatione ſua. *Tert. Nec vult eam inire nomine fornicationis. Oec. Et non vult reſipiſcere à ſcortatione ſua. Al. Nec reſipuit.*

Mittam. *S. Cypr. Mitto. Tert. Dabo. Vat. Ego mitto. Mar. Premam.*
In lectum. *Mar. Morbo. Quidd. ap. Anſb. In luctum. Gagn. In infirmitatem.*
Qui mœchantur. *S. Cypr. Qui fornicati ſunt. Tert. Mœchos. Oec. Eos qui commiſcentur. Vat. Qui adulterio miſcentur. Pagn. Adulterium committunt.*
Cum ea. *Tert. Eius cum ipsâ.*
Tribulatione maxima erunt. *S. Cypr. Tribulationem maximam. Oec. Afflictionem magnam. Tert. Maximam preſſuram. Vat. Afflictionem maximam.*
Ab operibus ſuis. *Tert. Operum eius.*
Egerint. *S. Cypr. Geſſerint.*

Filios. *Vat. Liberos. Mar. Sectatores.*
Interficiam in morte. *Vat. Interficiam morte. Mar. Morte occidam. Quidd. Codd. ap. Mar. Interficiam in mortem.*

tans

Vulgata Edirio.

Lectionum varietas.

tans renes & corda : & dabo vnicuique veſtrum ſecundùm opera ſua.

Scient. *Oec. Cognoſcent.*
Scrutaos. *S. Cypr. Scrutator. Oec. Quj ſcruter. Pagn. Ille ſcrutans.*
Renes & corda. *S.Cypr. Renis & cordis.*
Vnicuique veſtrum. *S.Cypr. Vnicuique.*
Secuodùm opera ſua. *Oec. Iuxta opera veſtra.*

Verſ. 24.

Vobis autem dico , & cæteris qui Thyatiræ eſtis. Quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altirudines ſatanæ , quemadmodum dicunt:non mittam ſuper vos aliud pondus.

Eſtis. *Oec. Sunt.*
Quicunque. *Oec. Quotquot.*
Altitodines. *Oec. & Gagn. Profunditates.*
Qoemadmodum. *Oec. Veluti.*
Mittam. *S.Aug. Mitto.*
Vos. *Mar. Eos.*

Verſ. 25.

Tamen id quod habetis , tenete donec veniam.

Tamen id quud. *S. Aug. Verùm quod.*

Verſ. 26.

Et qui vicerir & coſtodierir vſque in finem opera mea: dabo illi poteſtatem ſuper Gentes.

Et qui vicerit. *S. Aug. Qui vincit.*
Et cuſtodierit. *S. Aug. Et qui ſeruat.*
Io finem. *And. Caſ. Ad finem.*
Opera. *Mar. Præcepta.*
Poteſtatem. *S. Aug.* omiſit. *Mar. Victoriam.*
Super gentes. *S. Aug. Gentes. Mar. Contra gentes.*

Verſ. 27.

Er reget eas in virga ferrea,& tanquam vas figuli confringenrur,

Reget. *S. Aug. Paſcet.*
In virga. *Pagn. Virgâ.*
Et tanquam vas figuli. *Oec. Vt vaſa fictilia. Pagn. Et tanquam vaſa figulina.*
Confringentut. *S. Aug. Comminuentur. Oec. Contereutur.*

Verſ. 28.

Sicot & ego accepi à patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam.

Illi. *And. Caſ. Tibi.*

Verſ. 29.

Qui habet aurem , audiat quid Spiritus dicar Eccleſiis.

CAPVT II.

APOCALYPSIS
Expenditur & illuſtratur.

SECTIO I.

Epiſcopus de ſubditorum peccatis rationem reddere debet. 1821.
In inferiores reſilit , quod ſuperioribus dicitur. 1821
Redarguendi qui temerè prælatos arguunt. 1822
Nullus ſuâ virtute ſtat: Dei indiget auxilio. 1822
Præſulum forma , ſuorum mores inueſtigare. 1823
Patientia ſingulare Dei munus. 1823
Correctionis vtilis forma. 1824
Tepor cauendus in Dei obſequio. 1825
Propter ſubditorum peccata prælati puniuntur. 1825
Ad pœnitentiam quid moneat 1826
Pœnitenti facile ignoſcendum. 1826
Magnus nexus operum & charitatis. 1827
Quod tollitur malis : bonis exhibetur. 1827
Nullius deſperanda ſalus. 1828

Et Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe.

1821. CVR potiùs non ad omnes epiſtola dirigitur, qoi Epheſi erant;præſertim cùm etiam Paulus Epiſtolas ad Romanos ſcripſerit , ad Corinthios , ad Coloſſenſes ? An quia hîc agitur de ſubditorum peccatis, quorum rationem reddere is debet , qui præeſt ? Huc certè ſpectauit Anſelmus Laudunenſis : *Epiſcopo* , inqoit, *ſcribit de manu cuius ſubditorum peccata requirit,nec ſine eius commonitu ſubditos eſſe iudicandos præſumit.*

Et Angelo Epheſi Eccleſiæ. Cur huic ſoli ſcribendum , & non etiam ſubditis ? An quia in inferiores reſilit ,quod ſuperioribus dicitur ? An quia io præſule informatur & popolus ? *Informando Epiſcopum* , inquit Lyranus, *qui eſt caput illius Eccleſiæ informabat populum ſibi ſubditum*; præſertim quia ſuperiorum mores facilè æmulantur ſubditi , vt quod illi indicitur , indictum omnibus poſſit videri.

Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe. Cùm de Eccle- 1822.
ſiæ præſulibos corrigendis agitur , Ioanoem refeſat , qoi iſtuc muneris debet exercere , idque Dei iuſſu , imò & verba ipſa ipſo Deo dictante , vt hîc audis factum : quo illi redarguendi qui temerè prælatos redarguunt , imo & detractoriis proſcindunt verbis.

Qui tenet ſeptem ſtellas in dexterâ ſuâ, qui ambulat in medio ſeptem. candelabrorum.

QVi tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua. Niſi à tali dexterâ hæ ſtellæ tenerentur in tenebras verterentur. Nullus ſua virtute ſtat, niſi Dei ſui manu teneatur. Pulchrè rem vrget Rupertus: *Septem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum. Iam iſto dicto ſtellas eiuſmodi ſalubris timor conſtringit, quia videlicet ſic ſtellæ iſtæ in cælo ſunt; vt eas teneri oporteat ne cadant in terram. Nam de cælo ſtellæ plurimæ ceciderunt, & de ſtellis facti ſunt principes tenebrarum. Dicendo itaque, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, ſimul terribiliter innuit, vt qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Non enim ſtat ſua virtute, ſed dextera Domini continetur. Hoc idcirco maximè cauendum eſt, quia is ipſe, qui tenet ſtellas eaſdem, vigilanter attendit; ne fortè pro ipſa claritate veniat alicui pes ſuperbiæ. Vnde & ſubditur. Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum: Nam idem eſt ac ſi dicat: Qui in medio veſtri digrediens, corda ſingulorum, & renes inueſtigat.*

1823. *Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum*; ſcilicet in medio ſeptem Eccleſiarum, ſingulorum intuens lumen; explorans luceat nec ne quilibet, an non luceat, & ne fortè aliquis charitatis indigeat oleo, & ſine dilectionis operibus ſit. Hæc præſulum forma eſt, vt ſcilicet diligenter ſubditorum ſuorum mores inueſtigent, ne noxia ſupinitate, dum ſui peccant, ſocordiæ indormiant.

Scio opera tua & laborem & patientiam tuam.

SCio opera tua & laborem, & patientiam; In his verbis gradus quidam eſt, patientia tanquam ſuprema vltimo loco recenſetur; *Sciendum*, inquit hîc Anſbertus, *quia magna laus Eccleſiæ in operibus ac laboribus, ſed magnificentior in patientia prædicatur, quæ cunctas cuſtodit virtutes, cunctoſque tolerat labores. Opera enim & labores, communia ſunt bonis & malis. Patientia autem vera, ſingulare munus collatum electis. Quæ ſi deſit, multa opera multique labores, ſubito ad nihilum rediguntur. Patientia autem vera eſt, quæ & mala proximorum æquanimiter tolerat: & eos quos prauè agentes perſequitur, ſinceriter amat.*

Suſtinuiſti propter nomen meum.

1824. SVſtinuiſti propter nomen meum: Sæuierint licet mali, tu illis fortior extitiſti; malos, & mala toleras, nec ſuccumbis; *quia non pro terrena gloria* inquit Anſbertus, *ſed propter nomen meum ſuſtines.* Terrenæ gloriæ amor & inficit tolerantiam, aut etiam tollit.

Sed habeo aduerſùm te, quod charitatem tuam primam reliquiſti.

SEd habeo aduerſùm te. Vtilem correctionis hîc habemus formam, vt prius efferamus eos, quos debemus corrigere; commendemus ea quæ in illis laude digna; quòd expendebat etiam B. Dionyſius hîc: *Commendatione*, inquit, *præmiſſa increpationem ſubiungit, quam tamen ſobriè promit dicendo pauca: Nam in multis offendimus omnes. Per quod informamur, vt ſi quem reprehendere volumus, primò bona eius commemorando, beneuolentiam eius captemus: ne nimis aſperè increpatio proponatur, ſed magis ſpiritu bonitatis, ne fortè ratio aliud poſtulet, propter cauſas.*

Quod charitatem tuam primam reliquiſti; Hoc eſt, vt multorum auctorum expoſitio fert à primæ charitatis feruore excidiſti; nihil facilius, quàm qui magno feruore ſpiritalis vitæ viam inierunt, tepore deinceps corripiantur; *multi in initio feruentes ſunt*, inquit hîc ſanctus Bernardinus, *ſed proceſſu temporis tepeſcunt; vnde propter iſtum torporem dicitur ei; dimiſiſti charitatem primam, quia in gratia accepta vixerat minus ſecurè.* 1825.

Non deſunt, qui hæc verba non minus Epiſcopo conuenire aſſerant, quàm ſubditis; Hinc illud illius. *Fideles Epheſij hic teporis arguuntur, in ſuo, & per ſuum Epiſcopum, vt pote in quem quaſi in caput, & paſtorem omnis ſubditorum culpa, nota & reprehenſio redundat*; vt in ſuperiorem reſiliat, quod committit ſubditus; eadem ſpectabat idem ſanctus Bernardinus dum ait: *Vel poteſt referri ad ſubditos; vnde patet quod prælati puniuntur propter peccata ſubditorum, maximè ſi fuerint negligentes.*

Memor eſto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.

MEmor eſt itaque vnde excideris; nam præteriti caſus notitia lapſum debet erigere, atque 1826.
etiam poteſt, ſi ſeria, & pœnitentiæ copulata; amiſſæ dignitatis cogitatio meliorem debet mentem ſanioremque afferre. *Memor eſto vnde excideris*, ſic enim facilè ad pœnitentiam duci te ſines. *Redeat ad mentem*, inquit hîc Anſbertus, *celſitudo dignitatis tuæ, quando mihi dilectione coniuncta quælibet anima, ſanctitatis decore fulgebas, virtutumque prole fœcundabaris. At quia reſecto amoris mei fœdere, ſubintroductum huius ſeculi amorem tanquam adulterum ſuſcepiſti: decorem ſanctitatis prolemque virtutum amittens, germina vitiorum quaſi vile mancipium parere cœpiſti.*

Age pœnitentiam. Quod vni præſuli dicit dicit omnibus; vocat autem ad pœnitentiam, additis etiam minis, vt ſciremus, eum ignoſcere pœnitenti. Pulchrè Tertullian. de pœnitentia cap 8. *Euolue quæ ſpiritus eccleſiis dicat. Deſertam dilectionem Epheſiis imputat: Stultam idolothytorum eſum Thyatirenis exprobrat. Sardos non plenorum operum incuſat; Pergamenos docentes peruerſa reprehendit. Laodicenos fidentes diuitiis obiurgat, & tamen omnes ad pœnitentiam commonet, ſub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non pœnitenti, ſi non ignoſceret pœnitenti.*

Prima opera fac; Prius eum arguerat, quod 1827.
charitatem primam reliquiſſet? cur non ad charitatem reuocat ſed prima opera præſtanda impoſuit? Magnus nexus operum, & charitatis; qui amat operatur, neſcit torpere amor, operibus, laboribúſque fouetur; & cum illis adeo cohæret, vt idem fuerit ad prima opera Epiſcopum iſtum vocare, & ad primam charitatem.

Mouebo candelabrum tuum de loco ſuo.

MOuebo candelabrũ tuum de loco ſuo; Cur moturum ſe potius candelabrum dixit; quam ablaturum? An quia quod amouetur à malis, bonis datur? *ipſum candelabrum*, inquit auctor ſub nomine B. Auguſtini homil. 2. in Apoc. *moueri dicit*

non auferri; per quod intelligitur, quod iuſte Dei iudicio id quod tollitur malis, bonis augetur.

1828. *Mouebo candelabrum tuum de loco ſuo*; Cur dixerit, *mouebo*, non *proiiciam*, ſic expendebat Anſbertus hîc: *Notandum*, inquit, *quod non ait, proiiciam candelabrum tuum de loco ſuo: ſed tantùm mouebo: oſtendens vtique, impœnitentem quamdiu in hac vita verſatur, nequaquam de Eccleſia funditus auelli: ſed decorum ſanctitatis quo pridem ante humanos oculos lucebat, propter duritiam & cor impœnitens non mereri. Sic enim huius Angeli candelabrum de loco ſuo Dominus mouere dicitur, pro eo quod eſt, non ſtatuere illum in loco ſuo: ſicuti cor Pharaonis indurare, pro eo quod eſt duritiam cordis eius non emollire. Quando igitur quiſque mortale crimen admittit, tunc in conſpectu hominum de loco ſuo mouetur. Qui ſi citò perpetratam nequitiam pœnitentiæ fletibus diluat, à Domino de loco ſuo non mouetur: quia rurſus in eodem loco miſericorditer collocatur.*

SECTIO II.

Correctionis amarities vt temperanda. 1829
Moras amoliatur, acturus pœnitentiam 1830
Aliorum torpor alteri non officit. 1830
Omnia vincenda, quæ nobis in Dei cultu aduerſantur. 1830
Ægrè vna tribulatio ſolitaria incedit. 1831
Qui Chriſti paſſionem cogitat dura quæque fortiter fert. 1832
Mali in bonos ſæuiunt diabolo inſtigante. 1832
Diabolus cur pœnas iuſtorum produci ſtudeat. 1833
Laborum diuturnitas contrahitur, ſi conſolatorem Chriſtum habeamus. 1833
Certamina non defugiat, qui coronam cupit. 1833
Sedes ſatanæ, inuidi. 1834
Ob populi lapſus Epiſcopus reprehenditur 1834
Subditorum pœna, negligentium ſuperiorum ſupplicium. 1835
Euchariſticus panis comedendus. 1835
In mortificationis operibus ſumma dulcedo deliteſcit. 1836
Viuere & vincere eoſdem terminos habeant. 1836
Omnia vincenda, quæ nobis obſiſtunt. 1837
Amoris dulcedo. 1837
Epiſcopi miniſterium quale. 1838
Innata peccatoris ſecuritas 1838
Lecti & luctus coharentia. 1839
Quàm malè de illis agatur qui pœnitentiam ſpernunt. 1850

Quia odiſti facta Nicolaitarum.

1829. Q*Via odiſti facta Nicolaitarum*; à laudibus, quibus reprehenſionem poſtpoſuerat, iterum redit ad laudes, vt correctionis amaritiem hac arte leniret, *Notanda*, inquit Rupertus, *diſpoſitio ſermonis*, quàm artificioſa ſit. Et priuſquam emitteret auſteritatem reprehenſionis, quæ laudanda erant collaudauit, ſcio (inquiens) opera tua, & laborem, & patientiam tuam &c. Et poſt vbi corripuit atque minas intentauit, rurſus quod laudandum erat laudauit: quia (inquit) facta Nicolaitarum odiſti, quæ & ego odi. Ita reprehenſionis amaritudinem, ne nimis offenderet atque exterreret, collaudationis dulcedine circumliniuit. Hoc modo & cum muliere Samaritana loquens, & antequam diceret, quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt vir tuus, præmiſit collaudans, Bene dixiſti, non habeo virum, & poſtquam illi quod tot viros habuiſſet, expreſſit, iterum collaudans, hoc, inquit, verum dixiſti. Magnum hoc, & dignè imitandum eſt magiſterium Spiritus Dei, corripere quidem ea, quæ emendatione indigent, ſed inter corripiendum, & prius & poſterius collaudare, ſi qua bene dicta ſunt vel acta ab eodem, qui in aliis corripitur, quatenus, quoad fieri poteſt, teneatur beneuolus, & non refugiat confuſus aut exterritus, audire non ſuſtinens peccatoris animus.

Veniam tibi citò.

V*Eniam tibi citò*; qui citò ſe venturum dicit, 1830.
moras pœnitentiam acturo amoliendas indicat; ac ſi diceret, *veniam citò* puniturus, tuum eſt iudicem anteuertere, & ſtatim ad pœnitentiam ire; *Dicens, veniam*, inquit Abbas Ioachim, *adiunxit citò, ne in agenda pœnitentia moram exiſtimet faciendam*; cum facilè omittatur omnino, quæ diu differtur.

Vincenti dabo edere.

V*Incenti dabo edere*; Licet ſuperius dixerit, *quid Spiritus dicat Eccleſiis*, ad plures verba extendens, hic tamen dicit *vincenti*, non vincentibus; nam etiamſi vnus tantum vincat, aliorum torpor illi non officiet; nihil gloriæ à victoria demitur, licet vnus ſit qui vincat, vincantur cæteri.

Vincenti, non explicat qui vincendi, quæ vincenda, de Nicolaitis hæreticis id aliqui interpretantur, alij de tyrannis. Poſſumus ad omnia extendere, omnia quæ nobis in Dei via aduerſantur vincenda ſunt, vt præmio donemur; mundus, caro, dæmon vincendi ſunt.

Quod eſt in Paradiſo Dei mei.

Q*Vod eſt in Paradiſo Dei mei*: Vbi lignum 1831.
vitæ, quo Euchariſtia ſignificatur, ibi eſt Paradiſus; *quod eſt in Paradiſo*, id eſt inquit Richardus à Sancto Laurentio de laudibus Virginis lib. 12. *in Eccleſia militante per præſentiam corporalem in Sacramento altaris.*

Scio tribulationem tuam.

S*Cio tribulationem tuam*; Erátne vna tantùm tribulatio? ægrè in hac vita ſolitaria tribulatio incedit, ſed alias comites habet; Hinc Anſbertus: *Sanctorum tribulatio ſingulari numero poſita; quaſi ſimplex hoc loco ſonare videtur: ſed proculdubio ſubtiliter indagata, omnifaria & multiplex inuenitur. Vnde & alia tranſlatio, plurali numero tribulationes poſuiſſe videtur. Hinc & Pſalmiſta: Multæ, inquit tribulationes iuſtorum.*

Nihil horum timeas, quæ paſſurus es.

N*Ihil horum timeas, quæ paſſurus es.* Ad expel- 1832.
lendum timorem omnem, opportunè præmiſit, *qui fuit mortuus, & viuit*; nimirum dura quæque forti animo ferre debet qui Chriſtum, Chriſti paſſionem, ac Reſurrectionem cogitat *cùm in eo velut* in exemplari quodam vt ille ait, *conteſcat tribulationum, ac dolorum magnitudinem, eſſe magna Dei amicitiæ pignus, & viam ad maximum decus, & gloriam.*

Ecce

Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini.

ECce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem. Cur diabolo tribuit, quod ab hominibus eſt, quia mali homines diabolo inſtigante in bonos ſæuiuot; atque adeo ab hac parte ignoſcendum perſequutoribus eſt, quod eos in iuſtos dæmon agat, & impellat. Rem egregiè expendit Rupertus hîc dum ait: *Cur non dixit, miſſuri ſunt homines mali, ſed ait, miſſurus eſt diabolus ex vobis in carcerem? Videlicet, quia ſic dicere, & ſic docere debuit ſpiritus pietatis, ad hoc inſtruens pium martyrem, vt intrinſecus facit homo perſequens, & condoleat homini perſequenti, quod eum diabolus obſedit, optetque illũ à diabolo liberari, memor eius qui dixit: Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.*

1833. *Vt tentemini.* Nec enim vult vt ſtatim occidantur, victoreſque migrent ad palmam; ſed cupit vt pœnarum morâ patientiam amittant, in fide hæſitent, & animam perdant; *Miſſurus eſt diabolus,* inquit hîc Rupertus, *ex vobis in carcerem, vt non omnes citò moriamini repentino ictu gladij, ſed protelatione pœnarum, & mora mortis percaſſi, conturbemini in cordibus veſtris, & inter procellas ſaturarum fluctuantes concidatis, & perditâ (ſi fieri poteſt) fide abſorbeamini.*

Et habebitis tribulationem diebus decem.

HAbebitis tribulationem diebus decem. Dictum numerum annotum numerum hîc ſignificare aliqui traduot. Quælibet laborum diuturnitas contrahitur, ſi conſolatorem Ieſum habeamus; & bona ſpectemus, quæ naſcuntur à malis.

Dabo tibi coronam vitæ.

DAbo tibi coronam vitæ. Coronæ nomen rectè monet certamina non eſſe defugienda? Scitè Anſbertus hîc: *Dabit tibi coronam vitæ. Tanquam diceretur: Inter multas preſſuras, inter innumeras clades, inter diuerſas tentationes poſitus, ſemper victoria triumphum attende. Certa vt fortiſſimus agonotheta bonum certamen, curſumque vt agiliſſimus gigas conſumma. Noli regis tui fidem relinquere, noli aduerſariis eius terga præbere. Antequam vincas, noli puſillanimis exiſtere. Antequam bellum conficias, noli ignauia ſuccumbere. Antequam iter perficias, noli in via laſſeſcere. Erige arma contra tentationes. Sed nec deponas arma, antequam finiantur tentationes. Nunc enim eſt tempus decertandi, tunc autem coronandi.*

Vbi ſedes eſt ſatanæ.

1834. VBi ſedes eſt ſatanæ: ibi plerumque ſedes eſt ſatanæ, vbi eſſe Chriſti ſedes debebat, *ſedes ſatanæ*, inquit Etherius lib. 2. *ipſi pſeudoapoſtoli ſunt* qui ſe Eccleſiæ doctores eſſe mentiuntur, & diaboli tuentur partes.

Vbi ſedes eſt ſatanæ. Ad inuidos hoc aliqui flectunt. Beatus Antonius Paduanus hîc: *Inuidi ſunt ſedes diaboli.* Illorum cordibus ſatanas inſidet. Locum diabolo præbent, qui præbent inuidiæ.

Habeo aduersùs te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam

OB populi lapſus Epiſcopus reprehenditur, & præſuli tribuuntur ſubditorum errata; vt videant paſtores quanta eos diligentia vigilare oporteat, ne ob ea puniantur quæ illorum incuria ſubditi commiſere: vnde & ſubditur: *Pœnitentiam age, ſi quo minus veniam tibi:* veniam ad te perdendum, qui tua negligentia tuos perdidiſti.

Et pugnabo cum illis

ET pugnabo cum illis; cur non dixit *& pugnabo tecum*, an vt oſtenderet in ſupinos, & negli- 1835.
gentes reſilire quod in ſubditos fit, & horum pœnam illorum quoque ſupplicium eſſe? Anſbertus hîc *cur ergo*, inquit ſi pœnitere voluerit non ſubdit: *Pugnabo tecum, ſed pugnabo cum illis: niſi quia (vt dictum eſt) illos etiam cum torpenti prædicatore ad lamentum venire hortauerat, quos eodem torpore periſſe cognouerat? ſic quippe vtrumque quod dicitur, venio tibi & pugnabo cum illis in gladio oris mei ad vtroſque pertinet. Quod tale eſt, quale ſi diceretur, venio tibi, & pugnabo tecum. ſicut alia tranſlatio demonſtrat, vel venio vobis, & pugnabo vobiſcum. Pari enim reatu aſtringitur, & ille qui praua docet, & ille qui praua docere tacens permittit.*

Vincenti dabo manna abſconditum.

PRo eo, quod noſter habet: Dabo manna, græci addunt φαγεῖν id eſt *comedere de manna abſcondito*; parum enim eſt alicui offerri manna, ſi de exhibito manna non comedat; parum refert omnibus Euchariſticum panem exponi, niſi de illo quilibet comedat.

Vincenti dabo manna abſconditum. Nimirum 1836.
in mortificationis operibus, quibus ſe carnémque ſuam, & affectus homo vincit ſumma dulcedo delitеſcit, & quæ mundi cultoribus videntur amara, Dei dilectoribus ſapidiſſima ſunt; Benè hîc Sanctus Bernardinus: *Vincenti dabo manna abſconditum; anima ſancta in ieiuniis, diſciplinis infirmitatibus ſuauitatem inuenit.* Addit; *Vincenti id eſt pœnitenti, dabo manna abſconditum, id eſt deuotionis ſpiritum prius abſconditum, & ignotum.*

Vincenti; Non ei qui vicerit tantùm, ſed qui aſſiduè vincat, vt perſeuerantia in victoria notetur; *Vincenti*, inquit Vgo, *vniuerſaliter quo ad tempus, vt ſemper vincat, & perſeueranter*; incipit vinci qui contentus viciſſe iacet, & torpet; viuere, ac vincere eoſdem terminos debent habere.

Præterea dum non explicat, circa quæ ſit vin- 1837.
cens, innuit omnia eſſe vincenda; *Vincenti vniuerſaliter*, inquit Vgo, *& quo ad numerum vincendorum, vt vincat omnia, quæ ſunt vincenda, mundum ſcilicet, carnem, & diabolum.*

Quod nemo ſcit, niſi qui accipit.

AD hunc locum, ad hæc verba reſpiciens B. Laurentius Iuſtinianus in Faſciculo amoris cap 8. hæc ad explicatum habet: *Quanti ſit, quod dicitur, nemo nouit, niſi qui accipit. Eſt enim abſconditum manna, & calculus candidus. Porrò Chriſti mellifluus amor in anima manna abſconditum eſt. Calculus verò candidus pius ad Verbum animæ affectus eſt, honorabile connubium & thorus immaculatus. Hoc nullus, niſi qui accipit, intelligit. Nemo, niſi qui ſponſa eſt, accipit. Accipit vtique à Verbo in ipſo per amoris caſti deſiderium manente, atque fructificante.*

non auferri; per quod intelligitur, quod iuſte Dei iudicio id quod tollitur malis, bonis augetur.

1828. *Mouebo candelabrum tuum de loco ſuo*; Cur dixerit, *mouebo*, non *proiiciam*, ſic expendebat Anſbertus hîc: *Notandum*, inquit, *quod non ait, proiiciam candelabrum tuum de loco ſuo: ſed tantùm mouebo: oſtendens vtique, impœnitentem quamdiu in hac vita verſatur, nequaquam de Eccleſia funditus auelli: ſed domum ſanctitatis quo pridem ante humanos oculos lucebat, propter duritiam & cor impœnitens non mereri. Sic enim huius Angeli candelabrum de loco ſuo Dominus mouere dicitur, pro eo quod eſt, non ſtatuere illum in loco ſuo: ſicuti cor Pharaonis indurare, pro eo quod eſt duritiam cordis eius non emollire. Quando igitur quiſque mortale crimen admittit, tunc in conſpectu hominum de loco ſuo mouetur. Qui ſi citò perpetratam nequitiam pœnitentia fletibus diluat, à Domino de loco ſuo non mouetur: quia rurſus in eodem loco miſericorditer collocatur.*

SECTIO II.

Correctionis amaritiès vt temperanda. 1829
Moras amoliatur, acturus pœnitentiam 1830
Aliorum torpor alteri non officit. 1830
Omnia vincenda, quæ nobis in Dei cultu aduerſantur. 1830
Ægrè vna tribulatio ſolitaria incedit. 1831
Qui Chriſti paſſionem cogitat dura quæque fortiter fert. 1832
Mali in bonos ſæuiunt diabolo inſtigante. 1832
Diabolus cur pœnas iuſtorum produci ſtudeat. 1833
Laborum diuturnitas contrahitur, ſi conſolatorem Chriſtum habeamus. 1833
Certamina non defugiat, qui coronam cupit. 1833
Sedes ſatanæ, mundi. 1834
Ob populi lapſus Epiſcopus reprehenditur 1834
Subditorum pœna, negligentium ſuperiorum ſupplicium. 1835
Euchariſticus panis comedendus. 1835
In mortificationis operibus ſumma dulcedo deliteſcit. 1836
Viuere & vincere eoſdem terminos habeant. 1836
Omnia vincenda, quæ nobis obſiſtunt. 1837
Amoris dulcedo. 1837
Epiſcopi miniſterium quale. 1838
Intuta peccatoris ſecuritas 1838
Lecti & luctus cohærentia. 1839
Quàm malè de illis agatur qui pœnitentiam ſpernunt. 1830

Quia odiſti facta Nicolaitarum.

1829. Q*Via odiſti facta Nicolaitarum*; à laudibus, quibus reprehenſionem poſtpoſuerat, iterum redit ad laudes, vt correctionis amaritiem hac arte leniret, *Notanda*, inquit Rupertus, *diſpoſitio ſermonis*, quàm artificioſa ſit. Et priuſquam emitteret auſteritatem reprehenſionis, quæ laudanda erant collaudauit, ſcio (inquiens) opera tua, & laborem, & patientiam tuam &c. Et poſt vbi corripuit atque minas intentauit, rurſus quod laudandum erat laudauit: quia (inquit) facta Nicolaitarum odiſti, quæ & ego odi. Ita reprehenſionis amaritudinem, ne nimis offenderet atque exterreret, collaudationis dulcedine circumlinioit. Hoc modo & cum muliere Samaritana loquens, & antequam diceret, quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt vir tuus, præmiſit collaudans, Bene dixiſti, non habeo virum, & poſtquam illi quod tot viros habuiſſet, expreſſit, iterum collaudans, hoc, inquit, verum dixiſti. Magnum hoc, & dignè imitandum eſt magiſterium Spiritus Dei, corripere quidem ea, quæ emendatione indigent, ſed inter corripiendum, & prius & poſterius collaudare, ſi qua bene dicta ſunt vel acta ab eodem, qui in aliis corripitur, quatenus, quoad fieri poteſt, teneatur beneuolus, & non refugiat confuſus aut exterritus, audire non ſuſtinens peccatoris animus.

Veniam tibi citò.

V*Eniam tibi citò*; qui citò ſe venturum dicit, moras pœnitentiam acturo amoliendas indicat; ac ſi diceret, *veniam citò* puniturus, tuum eſt iudicem anteuertere, & ſtatim ad pœnitentiam ire; *Dicens, veniam*, inquit Abbas Ioachim, *adiunxit citò, ne in agenda pœnitentia moram exiſtimet faciendam*; cum facilè omittatur omnino, quæ diu differtur. 1830.

Vincenti dabo edere.

V*Incenti dabo edere*; Licet ſuperius dixerit, *quid Spiritus dicat Eccleſiis*, ad plures verba extendens, hic tamen dicit *vincenti*, non vincentibus; nam etiamſi vnus tantum vincat, aliorum torpor illi non officiet; nihil gloriæ à victoria demitur, licet vnus ſit qui vincat, vincantur cæteri.

Vincenti, non explicat qui vincendi, quæ vincenda, de Nicolaitis hæreticis id aliqui interpretantur, alij de tyrannis. Poſſumus ad omnia extendere, omnia quæ nobis in Dei via aduerſantur vincenda ſunt, vt præmio donemur; mundus, caro, dæmon vincendi ſunt.

Quod eſt in Paradiſo Dei mei.

Q*Vod eſt in Paradiſo Dei mei*: Vbi lignum vitæ, quo Euchariſtia ſignificatur, ibi eſt Paradiſus; *quod eſt in Paradiſo, id eſt* inquit Richardus à Sancto Laurentio de laudibus Virginis lib. 12. *in Eccleſia militante per præſentiam corporalem in Sacramento altaris.* 1831.

Scio tribulationem tuam.

S*Cio tribulationem tuam*, Erátne vna tantùm tribulatio? ægrè in hac vita ſolitaria tribulatio incedit, ſed alias comites habet; Hinc Anſbertus: *Sanctorum tribulatio ſingulari numero poſita; quaſi ſimplex hoc loco ſonare videtur: ſed proculdubio ſubtiliter indagata, omnifaria & multiplex inuenitur. Vnde & alia tranſlatio, plurali numero tribulationes poſuiſſe videtur. Hinc & Pſalmiſta: Multæ, inquit tribulationes iuſtorum.*

Nihil horum timeas, quæ paſſurus es.

N*Ihil horum timeas, quæ paſſurus es.* Ad expellendum timorem omnem, opportunè præmiſit, *qui fuit mortuus, & viuit*; nimirum dura quæque forti animo ferre debet qui Chriſtum, Chriſti paſſionem, ac Reſurrectionem cogitat *cùm in eo velut* in exemplari quodam vt ille ait, *eniteſcat tribulationum, ac dolorum magnitudinem, eſſe magna Dei amicitiæ pignus, & viam ad maximum decus, & gloriam.* 1832.

Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini.

ECce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem. Cur diabolo tribuit, quod ab hominibus eſt, quia mali homines diabolo inſtigante in bonos ſæuiunt; atque adeo ab hac parte ignoſcendum perſecutoribus eſt, quod eos in iuſtos dæmon agat, & impellat. Rem egregiè expendit Rupertus hîc dum ait: *Cur non dixit, miſſuri ſunt homines mali, ſed ait, miſſurus eſt diabolus ex vobis in carcerem? Videlicet, quia ſic dicere, & ſic docere debuit ſpiritus pietatis, ad hoc inſtruens pium martyrem, vt intrinſecus ſciat homo perſequentes, & condoleat homini perſequenti, quod eum diabolus obſedit, optetque illū à diabolo liberari, memor eius qui dixit: Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.*

1833. *Vt tentemini.* Nec enim vult vt ſtatim occidantur, victoréſque migrent ad palmam; ſed cupit vt pœnarum morâ patientiam amittant, in fide hæſitent, & anima pereat; *Miſſurus eſt diabolus*, inquit hîc Rupertus, *ex vobis in carcerem, vt non omnes citò moriamini repentino ictu gladij, ſed protelatione pœnarum, & mora mortis pertæſi, conturbemini in cordibus veſtris, & inter procellas iniuriarum fluctuantes concidatis, & perditâ (ſi fieri poteſt) ſide abſorbeamini.*

Et habebitis tribulationem diebus decem.

HAbebitis tribulationem diebus decem. Dierum numerum annorum numerum hîc ſignificate aliqui tradunt. Quælibet laborum diuturnitas contrahitur, ſi conſolatorem Ieſum habeamus; & bona ſpectemus, quæ naſcuntur à malis.

Dabo tibi coronam vitæ.

DAbo tibi coronam vitæ. Coronæ nomen tectè monet certamina non eſſe defugienda? Scitè Anſbertus hîc: *Dabo tibi coronam vitæ. Tanquam diceretur: Inter multas preſſuras, inter innumeras clades, inter diuerſas tentationes poſitus, ſemper victoriæ triumphum attende. Certa vt fortiſſimus agonotheta bonum certamen, curſumque vt agiliſſimus gigas conſumma. Noli regis tui fidem relinquere, noli aduerſariis eius terga præbere. Antequam vincas, noli puſillanimis exiſtere. Antequam bellum conficias, noli ignauiæ ſuccumbere. Antequam iter perficias, noli in via laſſeſcere. Erige arma contra tentationes. Sed nec depones arma, antequam finiantur tentationes. Nunc enim eſt tempus decertandi, tunc autem coronandi.*

Vbi ſedes eſt ſatanæ.

1834. VBi ſedes eſt ſatanæ: ibi plerumque ſedes eſt ſatanæ, vbi eſſe Chriſti ſedes debebat, *ſedes ſatanæ*, inquit Etherius lib. 2. *ipſi pſeudoapoſtoli ſunt* qui ſe Eccleſiæ doctores eſſe mentiuntur, & diaboli tuentur partes.

Vbi ſedes eſt ſatanæ. Ad inuidos hoc aliqui flectunt. Beatus Antonius Paduanus hîc: *Inuidi ſunt ſedes diaboli.* Illorum cordibus ſatanas inſidet. Locum diabolo præbent, qui præbent inuidiæ.

Habeo aduersùs te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam

OB populi lapſus Epiſcopus reprehenditur, & præſuli tribuuntur ſubditorum errata; vt videant paſtores quanta eos diligentia vigilare oporteat, ne ob ea puniantur quæ illorum incuria ſubditi commiſere: vnde & ſubditur: *Pœnitentiam age, ſi quo minus veniam tibi:* veniam ad te perdendum; qui tua negligentia tuos perdidiſti.

Et pugnabo cum illis

ET pugnabo cum illis; cur non dixit *& pugnabo tecum*, an vt oſtenderet in ſupinos, & negligentes reſilire quod in ſubditos fit, & horum pœnam illorum quoque ſupplicium eſſe? Anſbertus hîc *cur ergo*, inquit ſi pœnitere volueris non ſubdit: *Pugnabo tecum, ſed pugnabo cum illis: niſi quia (vt dictum eſt) illos etiam cum torpentis prædicatoris ad lamentum venire hortauerat, quos eodem torpore periſſe cognouerat? ſic quippe vtrumque quod dicitur, venio tibi & pugnabo cum illis in gladio oris mei ad vtroſque pertinet. Quod tale eſt, quale ſi diceretur, venio tibi, & pugnabo tecum, ſicut alia tranſlatio demonſtrat, vel venio vobis, & pugnabo vobiſcum. Pari enim reatu aſtringitur, & ille qui praua docet, & ille qui praua docere tacens permittit.* 1835.

Vincenti dabo manna abſconditum.

PRo eo, quod noſter habet: Dabo manna, græci addunt φαγεῖν id eſt *comedere de manna abſcondito*; parum enim eſt alicui offerri manna, ſi de exhibito manna non comedat; parum refert omnibus Euchariſticum panem exponi, niſi de illo quilibet comedat.

Vincenti dabo manna abſconditum. Nimirum in mortificationis operibus, quibus ſe carnémque ſuam, & affectus homo vincit ſumma dulcedo deliteſcit, & quæ mundi cultoribus videntur amara, Dei dilectoribus ſapidiſſima ſunt; Benè hîc Sanctus Bernardinus: *Vincenti dabo manna abſconditum; anima ſanctà in ieiuniis, diſciplinis infirmitatibus ſanitatem inuenit.* Addit; *Vincenti id eſt pœnitenti, dabo manna abſconditum, id eſt deuotionis ſpiritum prius abſconditum, & ignotum.* 1836.

Vincenti, Non ei qui vicerit tantùm, ſed qui aſſiduè vincat, vt perſeuerantia in victoria notetur; *Vincenti*, inquit Vgo, *vniuerſaliter quo ad tempus, vt ſemper vincat, & perſeueranter*; incipit vinci qui contentus viciſſe iacet, & torpet; viuere, ac vincere eoſdem terminos debent habere.

Præterea dum nòn explicat, circa quæ ſit vincens, innuit omnia eſſe vincenda; *Vincenti vniuerſaliter*, inquit Vgo, *& quo ad numerum vincendorum, vt vincat omnia, quæ ſunt vincenda, mundum ſcilicet, carnem, & diabolum.* 1837.

Quod nemo ſcit, niſi qui accipit.

AD hunc locum, ad hæc verba reſpiciens B. Laurentius Iuſtinianus in Faſciculo amoris cap 8. hæc ad explicatum habet: *Quanti ſit, quod dicitur, nemo nouit, niſi qui accipit. Eſt enim abſconditum manna, & calculus candidus. Porrò Chriſti melliſluus amor in anima manna abſconditum eſt: Calculus verò candidus pius ad Verbum animæ affectus eſt, honorabile connubium & thorus immaculatus. Hoc nullus, niſi qui accipit, intelligit. Nemo, niſi qui ſponſa eſt, accipit. Accipit vtique à Verbo in ipſo per amoris caſti deſiderium manente, atque fructificante.*

Et miniſterium.

1838. E*T miniſterium*;quodnam eſt Epiſcopi miniſterium? Sanctus Bernardinus; *Miniſterium*,inquit,*in eleemoſynarum largitione & pauperum releuatione, quibus de ſuis facultatibus libenter largiens erogabat; quod eſt miniſterium Epiſcoporum*; vt à miniſterio ſuo abeant, ſi facultates ſeriniis claudant,pauperibus ſua viſcera.

Mittam eam in lectum.

M*ittam eam in lectum*; non quietis cauſa, ſed ſupplicij, in lecto peccator iacere permittitur, cum intuta ſecuritate ſinitur peccare; Bene Anſbertus hîc: *Quid hoc loco appellatione lecti niſi audaciam,ac ſecuritatem delinquendi accipere debemus? A Domino autem ponuntur in hoc lecto, non quo ipſe impellat,ſed quo ab hac ſecuritatis deceptione flagellando non eripiat: ſicut & cor Pharaonis indurare dicitur, cuius duritiam etiam per flagella miſericorditer non emolliuit. Quæ videlicet reproborum peccandi ſecuritas,non ſolùm peccatum eſt,ſed peccatum ſimul & pœna peccati: quia præcedens peccatum quod per pœnitentiam deletum non eſt, Iezabelis videlicet fornicatio, hoc de ſe genuit. Quaſi enim quædam ſunt peccatoris ſupplicia, ipſa vitiorum incrementa.*

Mittam eam in lectum. Aliqui apud Anſbertum 1839.
pro lecto luctum habent; magna lecti; & luctus cohærentia, ſi elementa ipſa ſpectemus, magna quoque ſi rem ipſam; impiorum quippè ſecuritas inquies tota luctuoſa eſt, vt in luctum eorum lectus verti videatur.

Niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint.

N*Iſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint.* Iſtis pœnitentiæ locus offertur, non impiæ mulieri eiuſque filiis cum ſpreuerint pœnitentiam agere,quod expendens B. Ambroſius aiebat: *Ecce mulieri, & filiis eius pœnitentiæ locus nullus promittitur;eo quod pœnitentiæ tempus à Deo ſibi indultum ſpreuerint: iis autem qui mœchabantur cum ea,adhuc locus pœnitentiæ repromittitur. Videntur ergo mihi ij qui mœchabantur cum ea, eos deſignare, qui prauis eius aſſertionibus fauentes necdum ex toto in foueam malitiæ eius demerſi fuerant. Per filios eius eos deſignari,qui iam ex toto ab ea decepti medicamentum correctionis nullo modo recipere volebant.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe: Hæc dicit qui habet ſeptem Spiritus Dei, & ſeptem ſtellas: ſcio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es.

Sardis. *Vat. Quæ eſt Sardis.*
Scio. *Vat. Noui.*

Verſ. 2.

Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.

Inuenio. *Vat. Inueni.*
Deo meo. *Vat. Deo.*

Verſ. 3.

In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & ſerua, & pœnitentiam age.Si ergo non vigilaueris,Veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.

In mente ergo habe. *Oec. Memento.*
Qualiter. *Oec. Quomodo.*
Pœnitentiam age. *Oec. Reſipiſce.*
Si ergo. *Oec. Quòd ſi.*
Tanquam fur. *Mar. Improuiſo.* vel, *Te non cogitante.*
Et neſcias *Goth. Et neſcis. Mar. Cùm neſcias.*

Verſ. 4.

Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt.

Sed habes. *Pagn. Habes.*
In Sardis qui. *Pagn. Qui Sardis.*
Veſtimenta ſua. *Mar. Corpus.*

Verſ. 5.

Qui vicerit,ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo,& coram Angelis eius.

Sic. *Mar. ex Gr. Hic.*
Confitebor. *Mar. Laudabo.*

Verſ. 6.

Qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

Philadelphiæ. *Oec. Philadelphiorum. Vat. Philadelphienſis.*
Et verus. *Oec. Ille verus. Vat. Ille verax. Al. Et verax.*
Clauem Dauid. *S. Aug. Claues Dauid. Mar. Poteſtatem ſuper thronum Dauid.*
Qui aperit, & nemo claudit. *Oec. Nemo claudit ipſum niſi is, qui aperit.*
Claudit & nemo aperit. *S. Nil. Et nemo claudet, & nemo aperiet. Oec. Et nemo aperiet, niſi is, qui claudit.*

Verſ. 8.

Scio opera tua: Ecce dedi coram te oſtium apertum, quòd nemo poteſt claudere: quia modicam habes virtutem, & ſeruaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum.

Scio. *Vat. Noui.*
Coram te. *S. Aug. Ante te. Mar. Tibi.*
Quod nemo poteſt claudere. *Oec. Nullúſque poteſt illud claudere. Vat. Et nemo poteſt claudere illud.*
Modicam habes virtutem. *Vat. Exiguam habes potentiam.*
Verbum. *Oec. & Vat. Sermonem.*
Et non. *Mar. Nihilominus non.*
Nomen meum. *Mar. Fidem meam.*

Verſ. 9.

Ecce dabo de ſynagoga ſatanæ, qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur: Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & ſcient quia ego dilexi te.

Dabo. *Gagn. Do.*
De ſynagoga. *Mar. Ex ſynagogâ.*
Faciam. *Oec. Adigam.*
Scient. *Oec. Cognoſcant. Pagn. Sciant.*
Quia ego dilexi. *Oec. Quòd dilexerim.*

Verſ. 10.

Quoniam ſeruaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſeruabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem vniuerſum tentare habitantes in terra.

Verbum. *Vat. Sermonem.*
Tentationis. *Oec. Afflictionis.*
Tentare. *Oec. Vt affligat. Vat. Vt tentet.*

Verſ. 11.

Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

Ecce venio. *Oec. Venio.*
Vt nemo. *S. Cypr. Ne alius.*

Verſ. 12.

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur ampliùs & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.

Columnam. *Mar. Stabilem.*

Verſ. 13.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Aurem. *And. Caſ. Aures.*

Verſ. 14.

Et Angelo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit: Amen, teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.

Laodiciæ. *Pagn. Laodicenſium.*
Teſtis. *Oec. Qui eſt teſtis. Vat. Teſtis ille.*
Qui eſt principium. *Oec. Principium.*

Verſ. 15.

Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus eſſes aut calidus.

Scio. *Vat. Noui.*
Calidus. *S. Aug. Feruens. Vat. Feruidus.*
Aut calidus. *Vat. Aut feruidus.*

Verſ. 16.

Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.

Sed quia. *Pagn. Itaque quoniam.*
Nec frigidus nec calidus. *Pagn. Nec frigidus nec feruidus. Oec. Neque feruidus neque frigidus.*
Incipiam te euomere. *Vgo Victor. Euomam te.*

Verſ. 17.

Quia dicis: Quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

Quòd diues. *S. Cypr. Diues.*
Locupletatus. *S. Cypr. Ditatus.*

Vulgata Editio.

Verſ. 18.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & veſtimentis albis induaris, & non appareat confuſio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas.

Verſ. 19.

Ego quos amo, arguo, & caſtigo Æmulare ergo, & pœnitentiam age.

Verſ. 20.

Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

Verſ. 21.

Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius:

Verſ. 22.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Lectionum Varietas.

Suadeo. *S. Aug. Conſulo.* vel, *Conſilium do.*
Emere. *S. Aug. Vt emas.*
Ignitum probatum. *S. Cypr. Ignitum de igne. S. Aug. Conflatum. Oec. Probatum ex igne. Vat. Ignitum de igne.*
Locuples fias. *S. Cypr. Sis diues. Oec. Diteſcas.*
Veſtimentis albis induaris. *S. Cypr. Veſtem albam veſtiaris. Oec. Veſtimenta alba vt induaris.*
Confuſio. *S. Cypr. In te fœditas. Oec. Dedecus.*
Collyrio inunge. *Oec. Collyrium, quo inungas.*

Quos. *Oec. Quoſcunque.*
Amo. *S. Cypr. Diligo.*
Arguo. *S. Cypr. & Greg. Redarguo.*
Caſtigo. *Oec. Erudio.*
Æmulare ergo. *Mar. Zelare Zelum.*
Pœnitentiam age. *Oec. Reſipiſce.*

Ecce ſto. *And. Caſ. Ego ſto.*
Aperuerit mihi. *Vat. Aperuerit.*

Qui vicerit. *S. Cypr. Vincenti.*
Dabo ei. *S. Cypr. Dabo. S. Amb. Dabo poteſtatem.*
Sedere. *Oec. Vt ſedeat.*
Mecum in throno meo. *S. Cypr. Super thronum meum. S. Ambr. Mecum in ſede meâ.*
Sedi. *And. Caſ. Conſedi. S. Amb. Sedeo.*
Cum Patre meo. *S. Cypr.* omittit.
In throno eius. *S. Cypr. Super thronum Patris mei. S. Ambr. In ſede ipſius.*

CAPVT III.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Quæ in nobis mortua ad vitam vt euocanda. 1840
Quam magnum inter malos innocentia litare. 1840
Cum Chriſto quinam dicantur ambulare. 1841
Nullibi tuta ſecuritas, niſi poſt Cæli ingreſſum. 1842
Certus Electorum numerus. 1842
Columnam quinam in Dei templo referant. 1843
Superioris vitæ quantas vires in inferiores habeat. 1843
Difficilè quis tepiditatis ſuæ infelicitatem cognoſcit. 1844
Quiſnam tepor maximè noxius. 1845
Tepidos cur euomere Chriſtus dicatur. 1846
Diuites ſteriles perſtricti. 1846
Noxius religioſorum tepor. 1847
Dei pietas, & patientia in ferendis peccatoribus. 1848
Iuſtis ſuauiſſimus Dei cibus, dum feruentes. 1849
Tepidi quàm Deo diſpliceant. 1849

Quæ moritura erant.

1840. QVÆ *moritura erant*; Rectè hæc verba explicat Sanctus Gregorius 3. part. paſtoralis curæ admonit. 35. *Sardis Eccleſiæ,* inquit, *ab Angelo dicitur: Eſto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant: non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. Quia ergo plena coram Deo eius opera inuenta non fuerant, moritura reliqua etiam quæ erant geſta prædicebat. Si enim quod mortuum in nobis eſt, ad vitam non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quaſi adhuc viuum tenetur.*

Sed habes pauca nomina.

SEd *habes pauca nomina,* eorum tamen paucitas eorum meritis nihil præiudicauit; magnum eſt inter magnum malorum numerum innocentiæ, puritatiſque litare: *Ecce diſcipuli,* inquit B. Ambroſius, *paſtori negligenti præponuntur, vt ſaltem in eorum imitatione proficeres. Sed mirum cur pauca nomina habere dicatur, & non paucos homines. Sed hoc ad excellentiam magnam alicuius ſancti pertinet: cùm eum Deus nominatim ſcire dicitur, ſicut Moyſi perfecto viro dicitur: Noui te ex nomine. Et Dominus dicit in Euangelio: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.*

Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt.

CAndor veſtium caſtitatis reſpondet candori; Tertullianus ita explicat lib. de reſurrectione carnis. *In albis erunt veſtibus, id eſt in claritate innubæ carnis.* 1841.

Ambulabunt mecum in albis. In tuorum albo mentetur eſſe, qui tecum ambulant in albis, qui innocentiam poſſident; *Ambulabunt mecum;* nemo bene ambulat, qui tecum Domine non ambulat; ſemper

iacet,

iacet, qui tecum non incedit, etiam ſi videatur ambulare. Sed, *quo Domine*, inquit Aoſbertus, *tecum enim quotidie ambulant, qui paſſionis tuæ veſtigia ſequentes obſeruant. Tu certè præcedis dando exempla: illi ſequuntur imitando exempla.*

Ecce dedi coram te oſtium apertum.

1842. ECce dedi coram te oſtium apertum; Vt intrare poſſet, ita tamen vt timorem, ſolicitudinémque non poneret, niſi poſt ingreſſum, cum pericula vbique occurrant, nullibi ſit ſecuritas, donec cælum quis intrat; vnde ſtatim ſubdit: *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*; cadere etiamſi in oſtio ſit quiſque poteſt, tunc erit ſecurus, & columnæ non caſuræ titulo inſignietur cùm intus erit; additur quippè: *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius*; Ac ſi diceret, vt ait Rupertus, *quamdiu quidem in oſtio eſt, quod dedi apertum coram eo, ſolicitus ſit, ne labatur. At vbi per remunerationem iuſtus quaſi columna fuerit ſtabilitus, non erit, cur timeat.*

Vt nemo accipiat coronam tuam.

VT nemo accipiat coronam tuam; certus ex his verbis electorum numerus colligitur, & ſtata coronatorum multitudo; *In Apocalypſi dicitur*, inquit Vgo Victorinus tract. 1. erud. Theod cap. 12. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non eſt accepturus, niſi iſte perdiderit; certus eſt electorum numerus.*

Faciam illum columnam.

1843. FAciam illum columnam; Quinam columnam in Dei templo referat, exponit ſanctus Gregorius lib. 17. moral. cap. 17. vbi ait: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Nam quiſquis in Dei operè recta intentione firmatur, columna in ſtructura fabrica ſpiritalis erigitur: vt in hoc templo quod eſt Eccleſia, poſitus, & vtilitati ſit & decori.*

Et Angelo Laodiciæ.

ET Angelo Laodiciæ ſcribe; ſeptima & vltima epiſtola hæc eſt ad Epiſcopum Laodicenum ſcripta; dignum quod hîc obſeruetur ſeptem ad ſeptem Epiſcopos epiſtolas mitti, nullas ad ſubditos dirigi: ſed in Præſulibus moneantur & ſubditi; & ſuperiore ad rectam viam reuocato eius exemplum ſequentur ſubiecti; explicari vix poteſt quantas ſuperioris vita vires habeat, ſiue ad bonum ſi bona ſit, ſiue ad malum ſi mala.

Hæc dicit Amen, teſtis fidelis.

1844. HÆc dicit Amen, teſtis fidelis; Ille qui eſt amen, ideſt conſtans, fidelis, ac verax. Sed cur ſuæ fidelitatis teſtationem præmittit Chriſtus? An quia dicturus Epiſcopo erat, præſtare frigidum eſſe, quàm tepidum, quodque miſer eſſet ac miſerabilis; ægrè nimirum tepidi infelicitatem, & miſeriam ſuam cognoſcunt, difficilè credunt teporem ſuum adeo diſplicere Deo.

Vtinam frigidus eſſes aut calidus!

VTinam frigidus eſſes! Hæc verba ita ſibi ſanctus Paulinus humiliter aptabat epiſt. 9. ad Seuerum: *Tu verè ſpiritu feruens ſalubriter cum in tempore frigoris ignito fidei tuæ fouebis calore: at ego frigidus ad æſtiuam illi ſtationem aptior ero. Sed vtinam vel frigidus magis quàm tepidus eſſem, nec Domino meo vomitum facerem, & proximi mei æſtum leuarem: nunc vero faſtidium potius de ſatietate mei facio viuentibus tempore incolatus mei, nec algentibus nec æſtuantibus, neceſſariò modica fidei tepore remouendus ab his qui ſaporem ſocietatis meæ ſpe dulcedinis ſpiritalis guſtare tentauerunt. Quò magis mirer vel concupiſcentiam tuam in deſiderando, vel patientiam in perferendis ineptiarum mearum moleſtiis.*

Vtinam frigidus eſſes, aut calidus! Egregiè totum hunc locum verſat ſanctus Gregorius 3. parte curæ paſtoralis admonit. 33. *Calidus*, inquit, *eſt qui bona ſtudia, & arripit & conſummat. Frigidus verò eſt, qui conſummanda nec inchoat. Et ſicut à frigore per teporem tranſitur ad calorem, ita à calore quoque per teporem reditur ad frigus. Quiſquis ergo amiſſo infidelitatis frigore, ſed nequaquam tepore ſuperato exardeſcit vt ferueat, proculdubio calore deſperato, dum noxio in tepore demoratur, agit vt frigeſcat. Sed ſicut ante teporem frigus ſub ſpe eſt, ita poſt frigus tepor in deſperatione. Qui enim adhuc in peccatis eſt, conuerſionis fiduciam non amittit. Qui verò poſt conuerſionem tepuit, & ſpem quæ eſſe poterit, de peccatore ſubtraxit. Aut calidus ergo quiſque eſſe, aut frigidus quæritur, ne tepidus euomatur: vt videlicet aut nedum conuerſus adhuc de ſe ſpem conuerſionis præbeat, aut iam conuerſus in virtutibus inardeſcat, ne euomatur tepidus qui à calore quem propoſuit, torpore ad noxium frigus redit.* 1845.

Totum hunc locum hoc donat explicatu Vgo Victorinus elucid. in Epiſt. Pauli ad Romanos dum ait: *Vtinam eſſes aut calidus aut frigidus: ſed quia tepidus es, euomam te ex ore meo. Calidus, eſt feruens in charitate: frigidus, penitùs infidelis, vel in grauibus peccatis iacens: tepidus, qui nec magna mala facit nec magna bona: ſic ſancti exponunt. Quomodo ergo optat magis vt ſit frigidus quàm tepidus. Nónne maius eſt malum eſſe in mortalibus quàm in venialibus, & ſic melius eſt eſſe tepidum quàm frigidum: Solutio: non rem ſicut eſt, ſed quæ ex re eſt opportunitatem in verbis illis attendit. Frequenter enim contingit, quòd ij, qui in profundo vitiorum ſunt, ad Deum conuerſi ad maiorem perueniant perfectionem, quàm ij qui ſunt tepidi.* 1846.

Quia tepidus es, nec frigidus nec calidus.

NEc frigidus nec calidus; Auctor ſub nomine B. Auguſtini hom. 3. in Apoc. legit: *Neque frigidus es, neque feruens*; & locum de diuitibus ſterilibus explicat; *Poteſt*, inquit, *& ſuper diuitum ſterilium perſona accipi: qui habent facultates, & non inde faciunt miſericordiam. Pauperes non ſunt, qui habent facultates: diuites non ſunt qui ex diuitiis non operantur.*

Tepidi porrò imaginem in iis, qui in religioſis familiis ſeculo contempto ſe dederunt, nobis eleganter exhibet B. Laurentius Iuſtinianus de interiori conflictu cap. 6. *Relaxant oris ſui cuſtodiam, morum deſerunt grauitatem, mentem incultam pernicioſa otioſitate relinquunt, virtutum habitum, & perfectionis culmen obtinere ſe poſſe diffidunt. Sat eſſe arbitrantur, ſi perſeuerent in clauſtro, ſi delicta priora non repetant, ſi aliena non rapiant, ſi in aperto opere mortaliter non delinquant. Quamobrem orationem negligunt, abhorrent pugnam, fugiunt ſancti-* 1847.

tatem. Interdum iſ prioribus deteriores ſunt. De talibus Dominus in Apocalypſi loquitur dicens: Vtinam eſſes calidus, aut frigidus: ſed quia neque es calidus, neque frigidus, incipiam te euomere ex ore meo. Huiuſmodi tanquam iſ, qui reuertuntur ad ſeculum longanimitatis ſuſtinentiam perdiderunt. Nempe ignauiæ torpore compreſſi, & charitate frigidi, & in ſpirituali prælio ſunt infirmi. Nullo aduerſarius virtutis repugnant zelo quoniam nec gehenna metum, neque æternæ vitæ degaſtant præmium, ſola diuturnæ conſuetudine, plerunque neceſſitate, atque fas rubore compulſi, tam illa, quæ ad diuinum cultum pertinent, quàm ea, quæ vtilitatibus inſeruiunt proximorum, remiſſo peragunt corde.

Incipiam te euomere ex ore meo.

1848. INcipiam te euomere. Teporem igitur euomat quilibet, ne euomatur: alioquin *væ qui euomitur* (inquit B. Laurentius Iuſtinianus de Caſto connubio cap. 7.) *quoniam regno Dei ineptus iudicatur.*

Incipiam te euomere: Cur non potius dixit *euomam?* An, vt ægrè, paulatim tepidos ſe reiicere ſignificet ſicut & ipſi paulatim deficiunt, à minoribus ad grandia eunt? *Notandum*, inquit Richardus Victorinus, *quod non dixit euomam, ſed incipiam euomere, quia qui per teporem reſoluitur, non ſubito, nec ex toto à gratia deſeritur, vt rapsim ad malum relabatur. Sed gratia deſerente, & ipſo primùm minima, deinde maiora contemnente, paulatim ſuccidítur, & gradatim à ſummis ad ima deſcendit, & tandem præcipitanter ad ima ruit.*

Incipiam te euomere; Tepidos prædicit euomendos antequam euomat vt vel hinc eius pietas in peccatores eluceat; *O magna mansuetudo*, inquit Caſſianus productus in allegoriis Tilmanni, *dulcedinis Dei; & iuſtos in ore tenet, & peccatores non ante euomit, quàm denunciet euomendos;* vt curent vitæ morúmque mutatione ne euomantur.

1849. *Te euomere;* nimirum velut ſuauiſſimum cibum ſumpſerat quem prædicit euomendum. Pulchrè de hac re philoſophatur Caſſianus apud Tilmannum in allegoriis. *Non immeritò eos dominus quos iam receperat in viſceribus charitatis noxiò tepefactos, cum quadam auulſione ſui pectoris euomendos eſſe pronunciat: qui cùm ſalutarem quodammodo ei præbere potuiſſent ſubſtantiam, euelli ab illius viſceribus maluerunt, tantò deteriores effecti illis qui nunquam ori dominico illati ſunt, cibis, quantò id quod nauſea compellente proiicimus, odibilius deteſtamur. Quicquid enim frigidum eſt etiam ore noſtro ſuſceptum, vertitur in calorem, & ſalutifera ſuauitate percipitur: Quod autem vitio ſemel perniciosi teporis eſt abiectum, non dicam labiis admouere, ſed etiam eminus intueri ſine ingenti horrere non poſſumus. Rectiſſimè ergo tepidus frigido pronunciatur deterior, quia facilius ad ſalutarem conuerſionem, ac perfectionis faſtigium carnalis quis, id eſt, ſecularis vel gentilis accedit, quàm is qui profeſſus Monachum, nec tamen viam perfectionis arripiens ſecundùm regulam diſciplinæ, ab illo ſemel ſpiritualis feruoris igne diſceſſit.*

Ex ore meo; Mirum quod ea ora dicat non ex ſtomacho. *Tepidi*, inquit ille, *adeo diſplicent Deo vt in ſtomachum eos non admittat, ſed ſtatim vt eos in ore ſenſerit euomat, & expuat.*

SECTIO II.

Nemo ſua extollat aut ſe. 1850
Malorum extremum, quàm quis ſpiritualibus bonis viduus, id non cognoſcit. 1851
Obedientiæ pretium. 1851
Deuotionis feruor. 1852
Bona voluntas & affectus quanti à Deo fiant. 1852
Aſperis lenia permiſcenda in increpationibus. 1853
Diues verè fit qui eleemoſynas largitur. 1854
Tribulationes ſtudiosè quærendæ. 1854
Bonæ operationis vnguentum mentis oculis illuminandis. 1855
Ab amoris radice vt prodeant Dei flagella. 1856
Vitia non palpanda, ſed ſecanda. 1856
Verberibus ſuos Deus exercet & erudit. 1857
Præſules corrigant, quos amant, immò quia amant. 1857

Dicis, quòd diues ſum.

DIcis, quòd diues ſum; incipit pauper eſſe, qui ſe diuitem dicit, & omnibus indigere qui de ſua iuſtitiis ſe extollit. *Meminerimus*, inquit B. Laurentius Iuſtinianus opuſc. de contemptu mundi cap. 17. *quam ſeuerè Dominus in Apocalypſi, de propria ſe extollentem iuſtitia redarguendo feriat: Dicis (inquit) diues ſum & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu miſer es, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Quiſque igitur quamdiu in hoc exilio eſt mortalitatis carne veſtitus ſe peccatorem agnoſcat, delicta ſua confiteatur, deploret & corrigat.* 1850.

Et pauper & cæcus.

ET pauper & cæcus; Hoc malorum extremum, cùm quis virtutibus caret ſpiritualibus bonis aſt viduus nec paupertatem ſuam cognoſcit: *Reprobis ſæpè euenit*, inquit ſanctus Gregorius lib. 34. Moral. cap. 3. *vt per elationis dementiam ſubleuati, dum nequaquam ruinæ ſuæ damna conſiderant, eſſe ſe etiam à bonis actionibus inopes non cognoſcant. Vnde voce angelicâ prædicatori Laodiceæ dicitur: Dicis quòd diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis & pauper, & cæcus & nudus. Quaſi diuitem ſe aſſerit, qui per arrogantiam ſanctitatis extollitur, ſed pauper, cæcúſque & nudus arguitur. Pauper vtique, quia virtutum diuitias non habet: cæcus, quia nec paupertatem quam patitur, videt: nudus, quia primam ſtolam perdidit: ſed peius, quia nec ſe perdidiſſe cognoſcit.* 1851.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias.

SUadeo tibi emere à me aurum; Sed quodnam erit huius auri pretium cùm aurum ipſum ſoleat aliarum rerum pretium eſſe? Per aurum ſapientiam intelligit ſanctus Gregorius, quæ obedientiæ pretio emitur; ſic ille ſcribit lib. 4. Moral. cap. 58. *Si aurum ſapientia non eſſet, nequaquam Laodiceæ Eccleſiæ ab Angelo diceretur: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. Aurum quippe emimus, cum accepturi ſapientiam, prius obedientiam præbemus. Ad quem videlicet contractum bene nos quidam ſapiens excitat, dicens: Concupiſti ſapientiam, ſerua mandata: & dominus præbebit illam tibi.*

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum. 1852.

Hanc

Hanc Ioannis ſententiam donat hoc explicatu Sanctus Ambroſius in Pſalm. 118. *Conſulo te, vt emas à me aurum igne probatum: hic eſt Dei zelus. Hic eſt fidei vapor, deuotionis feruor, qui nos velut ſpiritualem cibum in Chriſto remolit, & efformat: quam a Dei gratia, vt nos in ſuo ore conſtituat, vt quaſdam meritorum noſtrorum amuletur dapes.*

Suadeo tibi emere à me aurum; Sed quale pretium poterit ſoluere, qui pauper & nudus eſt dictus? ſed à Deo accipiendum quod ſoluatur Deo; Satis ex ſuo ſoluet qui voluntatem offeret, afferet affectum petitionis: emit, qui fundit preces; pretij quippè loco preces ſunt; Anſbertus hic ſic nodum ſoluit. *Suadeo tibi emere à me; ſed quid dabit tepidus Domino, vt paſſiones illius imitari, vt illi poſſit commori? Aut nunquid is, qui miſer & miſerabilis & pauper & cæcus & nudus redarguitur, aliquid boni habet, quod pro tanto bono largitori ſuo tribuat, niſi fortè prius ab ipſo accipiat, quod pro accipiendis alius illi tribuat? Sic certè inueniet quod det, qui niſi deſuper acceperit, non habet quod det. Et quid aliud erit niſi voluntas, niſi deuotus petitionis affectus.*

1853. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum.* Erigit, quem priùs terruerat; quod expendens Anſbertus hic, ait: *Notandum quòd pius conditor quem ſuperiori verſiculo vehementer increpando terruerat, nunc ad emendum aurum non terrendo, ſed ſuadendo tepidum inuitat, formam ſcilicet imitandam nobis præbens, vt aſperis lenia permiſceamus, & modo increpationibus, modo ſuaſionibus auditorum corda pulſemus.*

Suadeo tibi. Tibi conſulo, non impero, non iubeo, vt quò liberior emptio eſt futura, eò ſit melior; conſiliis potius quàm imperiis parentis elucet obedientia.

1854. *Emere à me aurum*, cui rei? *Vt locuples fias*; emitur aurum cùm pauperibus diſtribuitur, aurúmque fit, qui aurum dat; Auctor ſub nomine D. Auguſtini hom 3. in Apoc. *Conſilium tibi do, vt emas aurum tibi, vt locuples fias, vt eleemoſynas faciendo, & actibus bonis inſiſtendo ipſe efficiaris aurum.* Aurum efficitur, qui aurum contemnit, fit plumbum, qui plurimi aurum facit.

Emere à me aurum ignitum. Sanctus Auguſtinus legit *aurum conflatum* additque ad explicatum; *id eſt contende vt pro nomine Chriſti aliquid patiaris*; nimirum tam ſtudioſè quærendæ tribulationes, vt laboris quodam pretio emendæ ſint.

1855. *Aurum ignitum*; Vtile aurum ſi ignitum ſit, vt ſordes decoquantur, eme hoc aurum, vt euadas aurum; Pulchrè ſanctus Cyprianus de opere, & eleemoſyna: *Audi in Apocalypſi Domini tui vocem, eiuſmodi homines iuſtis obiurgationibus increpantem: Dicis, inquit, diues ſum, & ditatus ſum, & nullius rei egeo; & neſcis quoniam tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum de igni, vt ſis diues, & veſtem albam veſtiaris, & non appareat in te fœditas nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas. Qui ergo locuples & diues es eme tibi à Chriſto aurum ignitum, vt ſordibus tuis tanquam igne decoctis, eſſe aurum mundum poſſis, ſi eleemoſynis & iuſta operatione purgeris.*

Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.

QVi inungi collyrio oculi poſſint docet Vgo Victorinus lib. 3. alleg. in Leuit. cap. 17 *Bene*, inquit, *per Angelum* dicitur: *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Collyrio quippe oculos vt videamus inungimus: cùm ad cognoſcendam veri luminis claritatem, noſtros intellectus aliquo medicamine bonæ operationis adiuuamus,*

Quos amo, arguo & caſtigo; vt ab amoris radice 1856.
prodeant & flagella; Peritè B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. in feſto ſanctorum Philippi, & Iacobi; *Flagella*, inquit, *quæ irrogantur peccatoribus, quamuis de indignationis fonte emanare credantur, prodeunt tamen de radice charitatis. Ego (inquit Dominus) quos amo, arguo & caſtigo. Hoc verbere ſe emendatum fuiſſe Propheta commemorans, ait: Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me. Quamobrem ſiue Dominus nos feriat, ſiue muneribus mulceat, ad emendatiorem vitam ſemper nos prouocat, vt non quod puniat, ſed potiùs in nobis reperiat quod coronet.*

Quos diligit Dominus corrigit, & caſtigat, vt illius exemplo, qui aliis præſunt deſinant illorum vitia palpare; hîc qui parcit, ſæuit, deſinat ſæuire, qui non parcit; peccandi ſubminiſtrat fomitem, qui vulnera leuiter tangit, & non ſecat; Audiendus hîc ſanctus Cyprianus de lapſis: *Quos diligo, inquit Dominus, redarguo & caſtigo. Sic oportet & Dei ſacerdotem non obſequiis decipientibus fallere, ſed remediis ſalutaribus prouidere. Imperitus eſt medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat & in altis receſſibus viſcerum virus incluſum dum ſeruat exaggerat. Aperiendum vulnus eſt & ſecandum, & putaminibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licèt, & conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias aget poſtmodum cùm ſenſerit ſanitatem.*

Arguit quos amat, vt amatos probet exerceat, 1857.
erudiat; *Conſueuit*, inquit B. Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 18. *Dei ſapientia ſua probare dona, & quos charitatis nobilitat munere, flagelli virgâ erudire. Ego (inquit ipſa ſapientia) quos amo arguo. Nunquam ſine patientiæ exercitio eſſe charitas ſolet, ſpiritualibus anima lacertis dimicat, & qualis ſit oſtentat patientia. Impudica quidem mentis ac frigidæ experimentum eſt nolle pati, reproba verò murmurare de verbere.*

SECTIO III.

Pœnitentia iniri non poteſt, niſi cordis fores pulſet Chriſtus. 1858
Corripit nos Chriſtus, quia excipi à nobis vellet. 1858
Etiam Chriſtus cupit ſatiari & refici de micis. 1858
Spontanea vult Chriſtus eſſe noſtra obſequia. 1859
Inſpirationes diuinæ non negligendæ. 1859
In cor admitti quàm Chriſtus cupiat. 1860
Noſtra conſcientia bonus quàm Chriſtus delectetur. 1861
Anima Dei ſui præſentiâ ſaginatur. 1861
Suauiſſima fercula ſecum Chriſtus defert. 1862
Ægrè à nobis Chriſtus recedit. 1862
In Mariâ vt ſedem & thronum ſibi Chriſtus iudex fecerit. 1863

E*Cce ſto ad oſtium, & pulſo.* Dixerat priùs, *age* 1858.
pœnitentiam, & poſtea ſubdit ſe ad oſtium ſtare, vt innueret, pœnitentiam iniri non poſſe niſi cordis fores pulſet Chriſtus.

Stat ad oſtium, & pulſat, qui priùs errantem corripiebat, vt noueris reprehenſionem ab amante fuiſſe, & à vnto cor noſtrum ſubire cupientis. Ac ſi diceret, vt ait hic Rupertus. *Iſtud, quod hactenus*

Etenim corripiens te, dixi, ſimile eſt ſtanti ad oſtium cuiuſpiam diuitis, & pulſanti, quatenus admiſſus hoſpitio cœnet cum illo.

Ecce ſto ad oſtium. Ad oſtium ſtat, qui oſtium eſt. *Stat ad oſtium* (inquit hîc B. Antonius Paduanus) *& pulſat. Cupit ſatiari & refici de micis, id eſt ſaltem de paruis operibus ſibi dari.*

1859. *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo.* Et cur non intras Domine, cùm poſſis? an non vis inuitum adire, & nolentem cogere, vt cordis diducat fores? ſpontanea vult eſſe noſtra obſequia, & ex arbitrij libertate prodeuntia.

Sto ad oſtium, non ſtat tantùm ſed etiam pulſat, addit quippe *& pulſo*; ad quæ verba ait B. Laurentius Iuſtinianus de caſto connubio cap. 11. *Quoties prouocat ad dilectionem, ad virtutes, toties pulſat, vt aperiatur. Inſpirationis ſancta vtique ſunt verba interna ſpiritualia, ſponſi voces, quas ignorare non expedit, neque negligere. Quàm ſit hæc deteſtabilis ignorantia, qui amat, nouit*

1860. *Ecce ſto ad oſtium,* vtique cordis, vt fores illius illi aperiamus; nam & ob id pulſat, quia impensè cupit admitti non ſui cauſa, ſed noſtri: *O Sapientia æterna!* exclamat ad hæc verba B. Laurentius Iuſtinianus de gradibus perfectionis cap. 6. *incommutabile Verbum, & ſplendor paternæ gloriæ! O inquam meridiana lux, in qua nulla ſunt tenebra, in qua contemplantur, quæcunque facta ſunt, & eſſentialiter vniuerſi exiſtunt ſapientia & ſcientia Dei theſauri, quam profectò inſpicere felicitas eſt, quam cognoſcere vita beata eſt, cui inhærere perpetua requies eſt, quàm laudare ineffabile gaudium, quam ex toto corde diligere ſummum bonum, cui famulari eſt ſemper viuere, cuius pulchritudinem intueri eſt ſempiterna fruitio, iucunditas plena, perſeuerans iubilus, ſuauitas immenſa, perfecta lætitia, immortalis vita &, conſummata ſatietas. Quis apprehendere vales, & enarrare ſufficit, quanta erga hominum ſalutem tua ſit charitas, ſolicitudo indefeſſa, peruigil cura, ac materna compaſſio? Equidem parum tibi fuit pro illis mortalem naturam ſumere, humanitatis perferre incommoda, eſurire, ſitire, flere, laborare, peregrinari pati contumelias, ſuſtinere opprobria, deturpari ſputis, ſpinis coronari, flagellis cadi, iniuſtè damnari, configi clauis, aceto potari, cum ſceleratis deputari, & poſtremo in crucis patibulo morte turpiſſima vita priuari. Cæterum vt indicibile tua dilectionis inſinuares arcanum, & ad te per amoris vinculum & beneficiorum cumulum per abrupta vitiorum, & denſiſſimas delictorum tenebras errantium mortalium attraheres corda, quotidie per aſpirantem gratiam, & veritatis lumen, atque internam vocem, quam nemo intelligit niſi qui audit mente, & ſecum habitare conatur, nec non per ſpirituale experimentum cum Propheta veraciter poteſt dicere: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. Interioris hominis pulſas ad ianuam non propter te, qui nullius eges, ſed pro illius bono, qui ſine te nihil agere poteſt boni, nec eſſe bonus, neque ſummi boni, quod tu es, habere conſortium. Quamobrem tibi pulſanti per obedientia virtutem ſpiritualis habitaculi ſui patefaciat aditum, quatenus pro libito tuo ingredi valeas. Pulſet nihilominus & ipſe ad oſtium tuum per orationis inſtantiam, æternorúmque deſiderium, necnon per tuam in ſpiritu iugiter meditatam præſentiam, atque per cordis dulcem guſtatam munditiam.*

Cœnabo cum illo, & ipſe mecum.

COenabo cum illo, & ipſe mecum; Hæc verba hac 1861.
expoſitione donat Anſbertus; *ſubaudis*, inquit, *in faciendo voluntatem Patris & ego illius, & ipſe meis paſſionibus concorporatus, vterque delectabimur.*

Cœnabo cum illo; Quàm magna Dei dignatio vt ſe dicat cœnaturum; Nimirum ſuauiſſimæ illi epulæ ſunt bona opera, quæ in illius præſtamus obſequium. *Cœnabo tecum*, inquit Rupertus, *delectabor bonis conſcientia tua.*

Cœnabo, cum illo, & ipſe mecum. Cœnæ audio mentionem fieri non edulium. Quid alia fercula quæramus, cùm ipſe qui cœnaturum ſe dicit ferculum ſit lectiſſimum? optimè hîc cadit quod ait Guerricus ſerm. 3. de Annunt. *Idem eſt qui cœnat, & qui cœnatur, qui comedit ipſe eſt panis*; quid? quod anima *Domini præſentia* vt ſanctus Maximus ait *ſaginatur*, vt cibus deeſſe non poſſit vbi ipſe Dominus adeſt.

Cœnabo cum ille; & ſecum ſuauiſſima fercula de- 1862.
fert, quæ cœnat, ſanctus Auguſtinus ſerm. 171. de tempore, ita legit: *Cœnabo cum illo, & Pater meus*; additque. *Quàm bona domus, vbi pater & filius ingreditur hoſpes amicus, quin & Spiritus ſanctus? Ipſe ibi exhibet in domo pauperis, in hoſpitio puritatis diuerſa pulmentaria, propter cœnam Dominicam. Quæ ſunt iſta pulmentaria? Gaudium, longanimitas, continentia, fides, caſtitas. Tantummodò non pigeat hoſpitem ſuſcipere Dominum, ipſe ſecum portat dulcedines deliciarum, vt paſcat ibi latantes exercitus Angelorum. Cum illo hoſpite pax eſt & iucunditas, qui venit ad hoſpitem ſuum, non torquere ſed paſcere: non expoliare, ſed veſtire: non percutere, ſed ſanare. Ipſum hoſpitem ſemper apertis cordis noſtri ianuis ſuſcipiamus, & nunquam nobis dominetur tyrannus inimicus, & in omnibus, Chriſto donante, eius mandata ſeruemus.*

Cœnabo cum illo; Cur cœnæ potius meminit, quàm prandij? vt ſe non facilè receſſurum ſignificaret. Feſtiuè Vgo: *Nec dicit*, inquit, *prandebo, iterum receſſurus, ſed cœnabo permanſurus.*

Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo.

MAgna dignitas eum iudicante ſedere iudi- 1863.
caturum. Sancti in iudicio ſedent Throno, ſed in Maria ſedem, & Thronum ſibi iudex fecit. Pulchrè rem verſat in Virginis laudem Guarricus Abb. ſerm. 1. in Aſſumpt. B. Mariæ: *Diſcipulis quidem Dominus loquebatur, qui pauperes facti pauperem ſequebantur: In generatione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes. Alibi quoque promittit idem agonotheta noſter, de cœlo ſpectans & incitans decertantes: Qui vicerit, inquit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici & ſedi in throno patris mei. Matri verò cuius longè differens eſt meritum, nihilominus differens promittit præmium. Veni, inquit, electa mea: & ponam in te thronum meum. Parum eſt, inquit, vt iudicanti conſedeas, niſi & ipſa mihi ſedes fias: vt maieſtatem regnantis eo fœlicius quo familiarius in te contineas, & ſpecialius præ cæteris incomprehenſibilem comprehendas. Continuiſti paruulum in gremio: continebis immenſum in animo. Fuiſti diuerſorium peregrinantis: eris palatium regnantis. Fuiſti tabernaculum pugnaturi in mundo, eris ſolium triumphantis in cœlo. Fuiſti thalamus ſponſi incarnati: eris thronus regis coronati.*

CAPVT IV.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

POST hæc vidi: & ecce oſtium apertum in cælo: & vox prima, quam audiui, tanquam turbæ loquentis mecum, dicens: Aſcende huc, & oſtendam tibi quæ oportet fieri poſt hæc.

Fieri. *Quidd. Codd. Fieri citò.*

Verſ. 2.

Et ſtatim fui in ſpiritu: & ecce ſedes poſita erat in cælo, & ſupra ſedem ſedens.

Spiritu. *Mar. Viſione.* vel, *Extaſi.*
Sedes poſita erat. *S. Aug. Solium poſitum. Oec. Thronus ponebatur.*
Supra ſedem. *Oec. Super thronum.*

Verſ. 3.

Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis: & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ.

Et qui ſedebat. *Oec.* omittit.
Similis erat. *Oec. Similis.*
Aſpectui lapidis iaſpidis. *Oec. Aſpectu lapidis iaſpidis.*
Et ſardinis. *S. Aug. Vel ſardij. Oec. Et ſardio.*
Iris erat. *Oec. Iris.*
Sedis. *Oec. Throni.*
Similis. *Oec. Similiter.*
Viſioni ſmaragdinæ. *Oec. Aſpectu ſmaragdino.*

Verſ. 4.

Et in circuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor: & ſuper thronos vigintiquatuor ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.

Sedis. *S. Aug. Throni.*
Sedilia. *S. Aug. Vidi ſedes. Oec. Sedes.*
Thronos. *S. Aug. Sedes. Oec. Vigintiquatuor ſedes. Vat. Sedilia.*
Vigintiquatuor. *Oec. Vidi vigintiquatuor.*
Circumamicti. *Oec. Circumamictos.*
Veſtimentis albis. *Oec. Veſtibus albis. Pagn. Stolis albis. Mar. Gloria.*
In capitibus eorum. *Oec. Super capita ipſorum. Pagn. Habebant in capitibus ſuis.*
Coronæ aureæ. *Pagn. Coronas aureas.*

Verſ. 5.

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ardentes ante thronum qui ſunt ſeptem Spiritus Dei.

Throno. *S. Aug. Sede.*
Procedebant. *Oec. Egrediuntur. S. Amb. Procedunt.*
Voces & tonitrua. *Vat. Tonitrua & voces.*
Lampades. *Oec. Lampades ignis.*
Qui. *Oec. Quæ.*

Verſ. 6.

Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis antè & retrò.

Sedis. *S. Aug. Throni.*
Tanquam mare. *S. Aug. Mare.*
Et in medio ſedis. *S. Aug. Et in medio Throni. Oec.* omittit.
Et in circuitu ſedis. *S. Aug.* omittit. *Mar. Et circum,* vel *prope ſedem.*

Verſ. 7.

Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis, & quartum animal ſimile aquilæ volanti.

Quaſi hominis. *Oec. Hominis. Pagn. Velut homo. Vat. Inſtar hominis.*

Verſ. 8.

Et quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas: & in circuitu, & intus plena ſunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.

Animalia. *Oec. Animalium.*
Singula eorum *Oec. Singula.*
Et in circuitu. *S. Aug. Et per circuitum. Pagn. In circuitu.*
Sunt. *Pagn. Erant.*
Habebant. *S. Aug. Habebant animalia illa.*
Omnipotens. *S. Cypr. Sabaoth.*
Erat & qui eſt. *And. Caſ. Eſt & qui erat.*
Qui venturus eſt. *S. Cypr. Venturus eſt omnipotens. Oec. Qui venit.*

Verſ. 9.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 9. Et cùm darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſæcula ſæculorum.	Cùm darent. *Oec. Quandocunque dederint.* Benedictionem. *Oec. Gratiarum actionem.* Supet thronum. *Oec. In throno.* Viuenti. *Oec. Qui viuit.*
Verſ. 10. Procidebant vigintiquatnor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes:	Procidebant. *Oec. Procident. Pagn. Procidunt.* Adotabant. *Oec. Adorabant. Pagn. Adorant.* Et mittebant. *S. Aug. Mittentes. Oec. Et abiicient. Pagn. Et abiiciunt.*
Verſ. 11. Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.	Domine Deua noſter. *Oec. Domine & Deus noſter. Vat. Domine & Deus. Al. Domine.* Et vittutem. *Oec. Ac potentiam.* Propter voluntatem tuam. *S. Aug. Ex voluntate tuâ. Vat. Per voluntatem tuam.* Erant. *Vat. Sunt.*

CAPVT IV.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Expeditior ad cælum aſcenſus Chriſti aduentu & paſſione redditus. 1864
Cæleſtis Regni fores omnibus patent. 1864
Ad pœnitentiam vt inuitemur. 1865
In imis non reſideat, qui alios docet. 1865
Iris miſericordiæ ſignum, quæ in Deo. 1866
Diſſidia & diſcordias Deus tollit. 1866
E Mariâ cur fulgura & voces & tonitrua procedere dicantur. 1867
Lubrica ſæculi via. 1867
Credentium fides per vitrum cur expreſſa. 1868
A Dei laude nunquam ceſſandum. 1869
Verus pœnitens de præteritis, caueat etiam futura. 1869
Totus circumſpectus & oculis plenus Euangelicus prædicator. 1869
Prælati cur Leoni comparati. 1870
Plura poſt Chriſti aduentum data adminicula. 1870

Ecce oſtium apertum in Cælo.

1864 ECce *oſtium apertum in cælo*; Vt imaginatia, aut intellectualis fuit hæc viſio, ſic & imaginatia cæli diductio, & oſtium fuit. Mitum nulla hîc ſcalæ viſio, vt vidit olim Iacob, cui innixus Deus erat. Ac ſi homines in nouo teſtamento ſcalis non indigerent; adeo leues Dei gratia redduntur; olim vel Angeli per ſcalas deſcendebant, & aſcendebant, nunc ſcalæ nulla fit mentio adeo facilem, expeditum à terra ad cælum iter reddidit Chriſti aduentus, paſſio, mors. Stephanus quoque apertum cælum vidit, nec vidit ſcalam, per quam illuc aſcenderetur; ſcala eius charitas fuit, ſcala eius martyrium.

Ecce oſtium apertum in cælo. Omnibus cæleſtis regni fores patent; hunc locum de Chriſto ita exponit B. Ambroſius: *Per oſtium, Chriſtus intelligitur, qui dicit ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Quod oſtium apertum eſſe dicitur, quia omnibus ad ſe venire deſiderantibus, quamuis ſceleribus deprimantur, oſtium miſericordiæ ſuæ aperire non dedignatur, ſicut ipſe dicit in Euangelio: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos.*

Et vox prima, quam audiui, tanquam tubæ loquentis.

ET *vox prima*; Oſtio in cælo aperto, aperuit 1865.
alius os, loquentiſque vox tubam referebat; ſed quænam fuit hæc vox, prima quæ inter cæleſtia gaudia auditur; an illa quæ in deſerto pœnitentia eſt indicta? Huc flexit ſanctus Petrus Damianus ſerm. 1. de Ioanne Baptiſta: *Veni ergo ad Ioannem, & audi vocem exultationis, vocem nouitatis, vocem lætitiæ, miſericordiæ verbum, ſermonem gloriæ, gratiæ largitatem; quod celauerat Deus: tacuerat Angelus: latuerat Patriarchas: Prophetæ neſcierant: Pœnitentiam, inquit, agite; appropinquabit enim regnum cælorum. Verbum pœnitentiæ dulce & glorioſum: verbum regni cælorum lætum, & adorandum: illi ſoli primariò conueniens, qui primus noui teſtamenti poſuit fundamenta. Hæc eſt illa vox, de qua maximus contemplator cæleſtium viſionum ait: Et vox prima, quam audiui tanquam citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.*

Aſcende huc.

AScende huc; Nec enim in imis debet reſidere, qui cæleſtia myſteria diſcere debet, vt alios doceat; hinc illud ſancti Gregorij in cap. 15. lib. 1. Regum. *De excelſo veniunt: quia, quæ in terra prædicant, in cælo vident; vnde & Ioanni quaſi ex vero, & excelſo grege Prophetarum à cælo dicitur: Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc. De excelſo igitur Prædicatores veniunt: quia, quod minoribus prædicant, in cæleſti contemplatione didicerunt.*

Et iris erat in circuitu ſedis.

ET *iris erat in circuitu ſedis*; Iris ſignum quod 1866.
miſericordia eum ab omni parte ambit, quæ omnibus

omnibus eſt expoſita; Peritè Rupertus hîc: *Iris, inquit, propitiationis eſt ſignum, dicente Domino ad Noe: Ponam arcum meum in nubibus cæli, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum. Iris ergo in circuitu ſedis, miſericordia eſt cunctis eam quærentibus præparata in aduentu Redemptoris, quæ vſque per circuitum mundi cum magno euangelicæ prædicationis præconio iudicium præcurrit.*

Sedilia vigintiquatuor.

SEdilia vigintiquatuor; Qui duodecim ſedes pollicitus, Apoſtolis eſt, nunc ſedilia vigintiquatuor ſuis parat, vt ſeſſuros eos omnes ſcires qui ad Apoſtolorum vitam compoſuerint ſuam, ablatámque maceriam inter Græcos, & Iudæos, colligeres, & duplicare ſua dona Deum potius, quam minuere. Hinc illud Clementis Alexandrini 6. ſtrom. *Propter quam cauſam tollitur maceria, quæ diuidebat Græcum à Iudæo, ad hoc, vt eſſet populus peculiaris, & ſic ambo perueniunt ad vnam fidei vnitatem, & ex ambobus vna eſt electio. Et electi, inquit, ſunt magis electi, qui ex perfecta cognitione, & ab ipſa Eccleſia ſunt decerpti, & magnificentiſſima gloria honorati Iudices, & adminiſtratores ex æquo, & Iudæis, & ex Græcis, quatuor & viginti, duplicata gratia.*

De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua.

1867. HÆc Ionnis verba ad Dei Matrem in hunc modum aptat ſanctus Bernardus ſerm. de Beata Maria; *Ioannes in Apocalypſi, De throno ait, ſcilicet de Maria, procedebant fulgura & voces & tonitrua: quia Maria mater filij Ieſu Chriſti parabolas, ænigmata, legalia & mirifica geſta, dicta, opera auidius ebibit, fidelius credidit, ſyncerius luculentiúſque aliis edidit.*

Tanquam mare vitreum.

TAnquam mare vitreum; Facilem in his verbis Chriſtianorum lapſum ruinámque niſi ſibi caueant, notabat Bacchiarius epiſt. de recipiendis lapſis, dum ait: *Memento frater, quòd caro ſumus, mare illud, id eſt, forma baptiſmi, quod beatus Ioannes vidiſſe ſe dicit, vitreum fuiſſe deſcribitur, & ideo in nobis citò periclitatur, aut frangitur. Lubrica via eſt ſæculi huius glaciali iniquitate conſcripta, quam cùm immodicæ concupiſcentiæ calor ſoluerit, facilis eſt ad lapſum, ruinamque miſerorum.*

1868. De hoc mare vitreo, quod ſimile Chryſtallo dicitur, ita philoſophatur Anſbertus; *Rectè credentium fides per vitrum exprimitur, quia omni vento doctrinæ non circumfertur. Ne autem fragilis putaretur hæc credentium fides, vt pote vitrum, quod clarum quidem eſt, ſed cunctis metallis fragilius, dignè chryſtallo comparatur. Talis ſi quidem effectus chryſtalli dicitur, vt glacies hyemali preſſa continuo frigore, poſt plurimorum annorum curricula, in fortitudinem petræ obduretur. Sic, ſic electorum fides inter preſſuras ac tribulationes, per incrementa temporum ad effectus ſui firmitatem perducitur.*

In medio ſedis & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis antè & retrò.

IN *medio ſedis, & in circuitu ſedis.* Peritè hæc verba verſat Gillebertus in Allegoriis Tilman. *Nouiarin. in nouum Teſt. Tom. III.* ni: *Hoc de beatis illis oculatis animalibus, & pennatis legitur. In medio & in circuitu ſedis Dei. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipſo in ipſum? ire & redire? ire deſiderio, delectatione redire? dum ſemper eius quod experientia deſiderat, præſentia ſatiat, vt mens poſſidentis ſimul & continentis & illi ſit per appetentiam intenta, & illo ſit ſufficienter contenta. In medio, inquit, quia voti ſui perducuntur ad intima. Et in circuitu, quia ſemper voto rediuiuo feruntur in eadem ipſa. In medio, quia eorum iam completum eſt votum. In circuitu, quia non ſufficiunt comprehendere totum. In medio ſunt admiſſa per gratiam. In circuitu ſunt excluſa per differentem naturam.*

Per hæc animalia quatuor Euangeliſtæ ſignificantur; ſed cur requiem non habere dicuntur? an 1869.
quia à Dei laude nunquam ceſſant, licèt abierint, obierintque adhuc laudant Deum; *laudauerunt eum in vita ſua verbo*, inquit Richardus, *laudant adhuc ſcripto, amando in cælo laudant.*

Plena oculis antè & retrò, vt ſcilicet ita præterita reſpiciant, vt futura non negligant *oculis plena retro*, inquit Rupertus, *pœnitudinem gerunt de malis præteritis, plena oculis ante, cauendo de futuris.*

Plena oculis ante & retro. Hic prædicatoris euangelicique doctoris eſt habitus, vt oculis ſit plenus, totus circumſpectus? *Hic* inquit Vgo Carenſis, *exprimitur, quam circumſpecti debent eſſe, qui officium habent prædicandi; ne in aliqua parte morſu ſerpentis veneneſi feriantur*; & vt ab omni parte muneri ſuo reſpondeant.

Et animal primum ſimile leoni.

ANimal primum ſimile leoni. Præclarè hîc de 1870.
leone philoſophatur S. Antonius Patauinus, remque ad Eccleſiæ flectit præſules. *Leo veſtigium ſuum caudâ delet, ne à venatoribus capiatur: ſic prælatus conſideratione ſupremi finis bona ſua debet occultare à vanâ gloriâ, & quaſi annihilare, nam prælati maximè occaſiones habent elationum.*

Nec illud omiſerim, quod ſtatim idem author adiicit, cùm vtile monitum contineat. *Ad retardandam feritatem leonis dedit ei natura febres quartanas: ſic Dominus prælatis ſemper aliquem defectum ad humiliationem ipſorum, vt Paulo ſtimulum carnis, angelum ſatanæ, qui ipſum colaphiZet.*

Habebant alas ſenas.

SEnas habere alas hæc animalia Ioannes vidit, quæ Ezéchieli viſa quatuor tantùm habuiſſe; vt ſcilicet ſtatim innueretur plura poſt Chriſti aduentum data ſalutis adminicula, quàm legis veteris tempore fuerint exhibita. Vel quia, vt ait Ribera, Ioannes de iis loquitur, quæ in ſæculi fine futura, quæ idcirco pluribus teguntur alis, quia valde obſcura erunt ob eorum incredulitatem, qui tunc futuri.

SECTIO II.

Perfecti & exteriora & interiora ſua vigilanter attendunt. 1871

Se non negligat, qui proximorum ſaluti proſpicit. 1871

Vera requies à Dei laude non ceſſare. 1872

Deus efferendus & in aduerſis, & in proſperis. 1872

Iuſti vt Deum glorificent. 1873
Victoria Deo tribuenda. 1873
Quidquid boni habemus aut facimus in Deum referendum. 1874
Efferri & benedici merentur, qui magna præſtant. 1874

In circuitu & intus plena ſunt ſunt oculis.

1871. ET intus & extra oculis plena hæc animalia referuntur; quia perfectorum nota & cognitio eſt, & exteriora ſua conſpicere in aliorum exemplum, & interiora, ne Dei, qui illa videt, offenſam incurrant. Scitè Anſbertus *omnes electi quia ſanctarum ſcripturarum luce perfuſi, & exteriora ſua indeſinenter conſpiciunt, vt bona de ſe exempla fratribus præbeant, & interiora ſua vigilanter attendunt, vt ſeſe irreprehenſibiles interni iudicis obtutibus oſtendant, & in circuitu & intus pleni ſunt oculis.*

Sed cur intus oculi? vt qui aliorum curam habent ita extra ſint pleni oculis, proximorúmque ſaluti proſpiciant, vt ſe non negligant, ſed ſui quoque cuſtodiam habeant in ſe in ſua oculos figant.

Et requiem non habebant die ac nocte.

1872. ET *requiem non habebant.* Magna requies requiem non habere, verè ſumma quiete fruebantur, quia quietem non habebant; *hoc eſt nimirum,* inquit Richardus, *ſummè & perfectè quieſcere, à Creatoris pia laude nunquam ceſſare.*

Die ac nocte; hoc eſt ſemper; moraleeſt quod ait Anſelmus Laudunenſis, *die ac nocte in proſperis, & in aduerſis; dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus*, pleríque Deum laudant in die proſperitatis, in aduerſitatis nocte querelas emittunt, pro laude.

Et, cùm darent illa animalia gloriam & honorem.

ET, *cùm darent illa animalia gloriam, & honorem,* Quî id à iuſtis fiat ita explicat B. Ambroſius? *Dant ſancti gloriam Deo, quando quicquid boni faciunt, eo ſtudio faciunt, vt glorificent Deum patrem, ſicut Filius Dei dicit in Euangelio: Vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt, nam & Ioannes Petrum dicit morte ſua Deum glorificaſſe, dant honorem quando in omnibus quæ agunt honorem Dei quærunt, non ſuum.*

Mittebant coronas ſuas ante thronum.

MIttebant coronas ſuas ante thronum; contra ac de illis dicatur cap. 9. v. 7. qui locuſtarum ſimilitudinem referebant; *Et ſuper capita earum tanquam coronæ:* nimirum vt non ſibi ſed agno victoriam tribuerent. *Seniores*, inquit ſanctus Bernardinus in cap. 9. Apoc. *habebant coronas aureas quas miſerunt ante agnum, adſcribentes ei ſuas victorias; ſed præcurſores Antichriſti habituri ſunt coronas ſimiles auro, ideſt fictas victorias de ſua ſapientia. Victor incipit ſtatim vinci, vbi ſuis lacertis victoriam adſcribit non Deo.*

Mittebant coronas ſuas ante thronum. Miſerint olim triumphantes exacto triumpho coronas in Iouis Capitolini gremium, quaſi teſtarentur Deorum beneficio triumphum ſibi contigiſſe; noſtri ſanctiùs iuſtiúſque ante thronum Dei coronas mittunt, vt ab ipſo ſe habuiſſe indicent, quòd vicerint.

Mittebant coronas ſuas ante thronum. Vt innuerent ſe non ſuis lacertis tribuere, quod viciſſent, ſed Deo; *Mittebant coronas*, inquit Vgo, *victorias ſcilicet, quas de diabolo, & peccatis per ipſum obtinuerant ipſi attribuendo & quicquid boni habent, ad ipſum retorquendo.*

Et virtutem.

ET *virtutem*; cum ſuperius dixiſſet *benedictionem* nunc *virtutem* dixit; nam qui magna præſtant merentur benedici, & efferri; id quod tetigit etiam B. Ambroſius: *Superius benedictio tertio loco ponitur, hîc virtus. Et quia ſancti dum magna faciunt, benedicuntur ab hominibus, conuenit virtus cum benedictione.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT V. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem.

In dextera. *SS. Aug. & Hil. Super dexteram.*
Sedentis. *S. Cypr. Dei ſedentis.*
Supra thronum. *S. Aug. In throno.*
Intus. *S. Hil. Deintus.*
Et foris. *S. Cypr. In retrò. S. Hil. Deforis. Pagn. Et in tergo.*
Signatum. *And. Cæſ. Obſignatum.*
Sigillis. *S. Cypr. & Primaſ. Signis. S. Hil. Signaculis.*

Verſ. 2.

Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis eſt dignus aperire librum, & ſoluere ſignacula eius?

Fortem. *S. Hil. Validum.*
Prædicantem. *S. Cypr. Clamantem.*
Aperire. *S. Aug. Accipere.*
Soluere ſignacula. *S. Aug. Aperire ſigna.*

Verſ. 3.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 3.

Et nemo poterat, neque in cælo, neque in terra, neque ſubtus terram, aperire librum, neque reſpicere illum.

Et nemo. *S.Cypr. Nec quiſquam.*
Poterat. *S.Hil. Potuit.*
In cælo. *S.Cypr. De cælo.*
In terra. *S.Cypr. Super terram.*
Subtus terram. *S. Cypr. Sub terrâ. S. Hil. Infra terram.*
Neque reſpicere. *S. Cypr. Sed neque perſpicere. And. Caſ. Neque aſpicere.*

Verſ. 4.

Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum, nec videre eum.

Inuentus eſt. *S. Cypr. Repertus eſſet. S.Hil. Repertus eſt.*
Aperire. *S.Cypr. Qui aperiret. Vat. Aperire & legere.*
Nec videre. *S.Cypr. Aut videret.*

Verſ. 5.

Et vnus de ſenioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.

Vnus de. *S. Aug. Ecce vnus ex.*
Dixit. *And. Caſ. Dicit.*
De tribu. *Vat. Qui eſt de tribu.*
Radix. *Syr. Illa radix. Arab. Et de radice.*
Aperire librum & ſoluere. Oec. *Qui aperit librum & ſoluit. Vat. Vt aperiat librum & ſoluat.*

Verſ. 6.

Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum, agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptem Spiritus Dei, miſſi in omnem terram.

Et ecce in medio. *S.Cypr. In medio.*
Agnum ſtantem. *Vat. Agnus ſtans.*
Tanquam. *S. Aug. Quaſi.*
Occiſum. *Vat. Occiſus. Corn. Iugulatum.* vel, *Immolatum.*
Habentem. *Vat. Habens.*
Qui. *Oec. Qua.*
Septem ſpiritus. *S. Aug. Spiritus.*
In omnem terram. *S. Cypr. Per orbem terrarum. Oec. In vniuerſam terram.*

Verſ. 7.

Et venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum.

Sedentis. *S.Cypr. Dei ſedentis.*

Verſ. 8.

Et cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.

Aperuiſſet. *Goth. & S.Cypr. Accepiſſet.*
Ceciderunt. *S. Cypr. Proſtrauerunt ſe. And. Caſ. Prociderunt.*
Coram agno. *S.Cypr. Ante Agnum.*
Phialas. *S.Cypr. Pateras.*
Odoramentorum. *S.Cypr. Odoramentis ſupplicantium. S.Iſid. Hiſp. Incenſo.*
Orationes. *Oec. Precationes.*
Sanctorum. *S.Cypr. Sanctarum.*

Verſ. 9.

Et cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & natione.

Cantabant. *Goth. Cantant. S. Cypr. Cantauerunt. Pagn. Canunt.*
Es Domine. *Goth. Es.*
Signacula. *S.Cypr. Signa. Vat. Sigilla.*
Es. *Oec. Fuiſti.*
Redemiſti. *Corn. Eruiſti.*
Nos Deo. *S.Cypr. Nos.*
In ſanguine tuo. *S. Cypr. Sanguine tuo. Oec. Per ſanguinem tuum.*

Verſ. 10.

Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram.

Regnum. *Pagn. Reges.*
Et ſacerdotes. *S.Cypr. Sacerdoteſque feciſti.*
Regnabimus. *Goth & S.Cypr. Regnabunt.*
Super terram. *Oec. In terrâ.*

Verſ. 11.

Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum: & erat numerus eorum millia millium,

Vocem. *Oec. Tanquam vocem.*
Et erat numerus eorum. *Vat. Et.*
Millia millium. *Oec. Myriades myriadum. Græ. Codd. Decem millia decem millium, & millia millium.*

Vulgata Editio.

Verſ. 12.

Dicentium voce magna : Dignus eſt Agnus,qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem,& ſapientiam,& fortitudinem, & honorem, & gloriam , & benedictionem.

Lectionum Varietas.

Dicentinm. *Vat. Dicentia.*
Occiſus eſt. *Oec. Occiſus fuit.*
Virtutem & diuinitatem. *S. Aug. Poteſtatem & diuitias. Pagn. Potentiam & diuitias.*

Verſ. 13.

Et omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram , & ſub terra , & quæ ſunt in mari,& quæ in eo omnes audiui dicentes : ſedenti in throno , & Agno , benedictio, & honor, & gloria , & poteſtas in ſecula ſæculorum.

Eſt. *Oec. Erat.*
Super terram. *Oec. In terrâ. Vat. Quæ ſuper terram.*
Quæ ſunt in mari. *Oec. In mari.*
In eo. *Oec. In ipſis. Vat. In eis. Pagn. In eis ſunt.*
Omoes. *Vat. Omnia.*
Et agno. *Tert. Agno.*
Benedictio & hooor. *Tert. Sit honor.*
Et glotia & poteſtas. *S.Aug. Et claritas. Tert. Gloria, claritas , dignitas, poteſtas. Oec. Et gloria & imperium.*
In ſecula ſeculorum. *S.Aug. In ſecula. Tert. Nunc in ſecula ſeculorum.*

Verſ. 14.

Et quatuor animalia dicebant : Amen, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas: & adorauerunt viuentem in ſecula ſeculorum.

Dicebant. *Oec. Dicentia.*
Et viginti quatuor ſeniores. *Goth.* omittit. *Oec. Et ſeniores.*
Ceciderunt in facies ſnas. *Goth.* omittit. *Oec Prociderunt.*
Et adorauetont viuentem in ſecula ſeculotum. *Goth.* omittit. *Oec. Ac adorauerunt.*

CAPVT V.

APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Liber Euangelicus quibus ſigillis obſignatus. 1875
Dei ſolius, ſalutis Mundi negotium exequi. 1875
Dæmonis ſuperba mens nihil non tentat. 1876
Superbi Philoſophi & impij hæretici nihil non temerant. 1877
Chriſti vulnera quàm nobis ſalutaria. 1877
Angeli eos conſolantur, qui ſanctè lugent. 1878
Præſulis iuſtitia & manſuetudo. 1878
Chriſti victoria. 1879
Leo cur dictus Chriſtus. 1879
Radix David cur vocatus Chriſtus. 1880
Scripturarum arcana Chriſtus aperuit. 1880

Signatum ſigillis ſeptem.

1875. SIGNATVM *ſigillis ſeptem*; De his ſigillis hæc habet ſanctus Petrus Damianus lib. 8. epiſt. 10. *Quæ ſunt autem ſigilla , quibus liber Euangelicus obſignatus dicitur, niſi ſeptem illa ſacramenta, quibus vtique totus ordo Dominicæ diſpenſationis impletur ? videlicet incarnatio Domini , natiuitas, paſſio, reſurrectio, ad cælos aſcenſio, deinde iudicium, poſtremò regnum. His itaque ſigillis liber Euangelicus ita ſignatus eſt , vt niſi enim Chriſtus aperuiſſet, cuilibet omnino patere non poſſet. Vnde ſubiungitur; Ecce vicit leo de tribu Iuda , radix David , aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.*

Et nemo poterat neque in cælo neque in terrâ, neque ſubtus terram aperire librum.

DAniel cap. 7. cum ſedentis io throno meminiſſet addidit : *Iudicium ſedit , & libri aperti ſunt*; nulla in hac apertione difficultas ſtatim libri apparent aperti, ſed illum, quem Ioannes vidit ſolus occiſus agnus potuit aperire ; ineptos hoic muneri quilibet alius , & vnde orta hæc difficultas; An quia io iſto de mundi ſalute agebatur ? *Nemo illorum*, inquit Rupertus , *poterat ſperare de ſemetipſo quod tantum, támque diuinum poſſet exequi ſalutis mundi negotium* ; in Danielis libris ſolum peccata peccatorúmque ſupplicia continebantur.

Neque in terrâ , neque ſubtus terram. Cùm in 1876.
cælo nullus repertus fuerit , qui poſſet ſoluere ſignacula, & aperire librum , non erat quod adderet nec in terra, nec ſubtus terram nullum inuentum iri; cur igitur hoc adiecit? Liranus ait dictum, *in cælo , quantùm ad Angelos , in terra quantùm ad homines, ſubtus terram quantùm ad dæmones , in quibus remanſerunt naturalia integra.* Plerumque accidit , vt eò euadere hominis dæmoniſque mens ſuperba tentet , quò Angelus non pertingit. Rupertus per illos , qui ſubtus terram eſſe dicuntur intelligit Patriarchas , Prophetas , & iuſtos , qui ſubtus terram io quadam degebant requie. Denique vt ait B. Dionyſius hoc accipi poteſt etiam de bonis Angelis , qui ad eas animas cooſolandum deſcendunt , quæ purgatricibus flammis excipiuntur.

Et ego flebam.

ET *ego flebam* ; non quòd ipſe aperire librum, eiúſque ſignacula ſoluere non poſſet, ſed quod nemo dignus inuentus eſt , aperire librum nec videre illum ; Satis fuit Ioanni ab aliquo librum apetiri,

apetiri, nec adeo altè de ſe ſentiebat vt huic ſe muneti parem eſſe crederet; *liber* enim *hic* inquit Andreas Cæſarienſis, *Angelorum captum excedit*; & ſolius erat Chriſti illum aperire.

Nemo dignus inuentus eſt aperire librum.

1877. NEmo dignus inuentus eſt aperire librum. Nun audio aliquem tentaſſe apeoire, nec Ioannes quidem; nimirum non erat ibi ſuperbus philoſophus, nec impius hæreticus, qui ſibi omnia faciunt peruia, vt omnia temerent quibus nihil arcanum, nihil occultum, nihil ſanctum.

Nemo dignus, nemu aptus erat librum aperire, eiúſque ſignacula ſoluere, hoc agno ſeruabatur; *Meritò*, inquit ſanctus Bernardinus ſerm. a. in natali Dumini, *flebat Ioannes non inueniri qui aperiret librum, & ſolueret ſignacula eius: dum enim clauſus ſtaret, nemo ex nobis diuinam illam attingere ſapientiam praualeret. Aperi tu librum agne Dei, vera manſuetudo. Fodiendas expone Iudæo manus tuas & pedes tuos, vt qui in eis latet precedat theſaurus ſalutis, & copioſa redemptio.*

Ne fleueris.

1878. NE *fleueris*; Non interrogat cur ploret, cum id ſciret, eum erigit & conſolatur; *Fieri non poteſt*, inquit hìc Pannon. *vt non conſolentur, qui ſanctè lugent*; nec enim aut terrenarum rerum amiſſio, aut quippiam temporale lacbrymas à Ioannis oculis elicuerat.

Vicit leo.

V*Icit leo*: Et leo & Agnus erat, eiúſque exemplo quilibet qui cæteris præeſt eſſe debet; *Prælatus*, inquit hìc Vgo Catenſis, *debet eſſe leo per iuſtitiam, ſed agnus per manſuetudinem.*

1879. *Vicit leo.* Qui vicerit, & quid vicerit explicat ſanctus Bernardus ſerm. 1. in die ſancto Paſchæ; *Vicit leo de tribu Iuda; vicit planè malitiam ſapientia attingens à fine vſque ad finem fortiter, & ſuauiter vniuerſa diſponens: ſed pro me fortiter, ſuauiter mihi. Vicit Iudæorum blaſphemias in patibulo, fortem armatum alligauit in atrio, & de ipſo mortis imperio triumphauit. Vbi enim ſunt opprobria tua Iudæe? vbi ſunt vaſa captiuitatis? vbi eſt mors victoria tua? Confuſus eſt calumniator, raptor ſpoliatus eſt. Nouum genus potentiæ: hactenus victorioſa mors obſtupeſcit. Quid tu Iudæe? quid pridie ante crucem agitabas caput ſacrilegum? quid ſacrum hominis Chriſti caput exagitabas opprobriis.*

Leo dictus eſt Chriſtus, diabulus quoque ſic appellatus eſt; ſed iſte propter feritatem, ille propter fortitudinem: *Quid tam diſtat*, inquit ſanctus Auguſtinus ſerm. 46. de diuerſis, ab *inuicem, quam Chriſtus & diabolus? Tamen leo & Chriſtus eſt appellatus, & diabolus. Chriſtus leo. Vicit leo de tribu Iuda. Diabolus leo: Neſcitis quia aduerſarius veſter diabolus circuit, quærens quem deuoret? Ergo & ille leo & ille leo. Ille leo, propter fortitudinem: ille leo propter feritatem. Ille leo ad vincendum: ille leo ad nocendum.*

Radix Dauid.

1880. R*Adix Dauid.* Sed qui Dauidis potuit dici radix Chriſtus qui ex Dauidis eſt propagine natus? An radix illius fuit quoad diuinitatem, licèt quoad humanitatem ſit ipſe ex Dauidis radice? An quia licet quoad naturam Chriſtus ex radice Dauidis fuerit, quoad ſanctitatem tamen & gratuita dona, gratiam, gloriámque Chriſtus Dauidis fuit radix, ſicut & fidelium omnium.

Aperire librum.

A*Perire librum*; ſanctus Hieronymus legit, *vt aperiat librum* additque ad explicatum in cap. 43. Ezechielis: *In Apocalypſi Ioannis dicitur. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix & genus Dauid: vt aperiat librum, & ſoluat ſignacula eius. Priùs enim quàm Saluator humanum corpus aſſumeret, & humiliaret ſe formam ſerui accipiens clauſa erat lex, & propheta, & omnis ſcientia Scripturarum: clauſus erat paradiſus. Poſtquam autem ille pependit in cruce, & locutus eſt ad latronem, Hodie mecum eris in paradiſo: ſtatim velum templi ſciſſum eſt, & aperta ſunt omnia: ablatoque velamine, dicimus nos autem omnes reuelatâ facie gloriam Domini contemplantes in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam.*

SECTIO II.

Manſuetudinis & fortitudinis nexus. 1881
Orationis vis. 1881
Mortificatio ex Dei amore quàm Deo grata. 1882
Chriſtus cur tanquam occiſus dictus. 1883
Beneficia ſua vt Deus extenuet, contrà ac homines faciant. 1883
Non diuitias, non gloriam, quærat legis librum accepturus. 1884
Humilitas non deſcendit ſed cadit. 1884
Phiala aurea ex lebete vt quis fieri poſſit. 1885
Orationis odor quàm ſuauis. 1885
Oratio ſuauis ſi ab humili corde fundatur. 1886
Regnum ſacerdotale cur dictum. 1886

Agnum ſtantem tanquam occiſum.

A*Gnum ſtantem*; Mirum qui ſuperiùs leo dictus fuerat, nunc agnus appellatur; & agnus 1881.
eſt ob mititatem & leo ob fortitudinem, vt vna virtus ſine alterius non ſit conſortio. Pulchrè ſanctus Bernardus ſerm. 1. de Paſchate: *Leonem Ioannes audierat, & agnum vidit: agnus occiſus eſt, agnus accepit librum, agnus aperuit, & apparuit leo. Denique dignus eſt (aiunt ſeniores) agnus qui occiſus eſt, accipere fortitudinem Non manſuetudinem amittere, ſed accipere fortitudinem, vt & agnus maneat, & leo ſit.* Idem in quolibet præſule requiras nec ſolus agnus ſit, ne ſit minus remiſſus ac leuis nec ſolus leo, ne nimis ſeuerus ſed agni manſuetudinem leonis fortitudini, vt ita loquar, inoculet leonemque ſimul referat, & agnum.

Agnus dicitur, qui anteà vocabatur leo. Sed vnde iſta mutatio? An ex orationum fuſu? Præmiſerat enim: *Habentes ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum.* Nimirum, orantibus Dei ſeruis, Deus, qui leonem referebat in agnum mutatur, totus fit mitis.

Agnum ſtantem tanquam occiſum; Et non verè 1882.
occiſus eſt agnus? verè, cur ergo particulam illam, quaſi, adhibuit? An quia qui in ſe verè eſt occiſus occidi videtur in ſuis, cùm ſe eius amore mortificant? Patronum hæc cogitatio habet Anſbertum,

qui ait: *In medio ſedis, & in medio quatuor animalium ac vigintiquatuor ſeniorum, agnus tanquam occiſus ſtat, quia in ſingulis ſuis membris idem quotidie immolatus hoſtia viua fit. Hoc eſt etiam, non occiſus, ſed tanquam occiſus agnus videri. Toties enim idem agnus quaſi occiditur, quoties membra eius qua nos ſumus, aut ſponte à præſentis vitæ deſideriis ſemetipſa mortificant, aut à prauis hominibus perſecutiones tolerant, vt paſſiones capitis in carne ſua adimpleant.*

Agnum ſtantem tanquam occiſum. Qui ſtare poterat? agni occiſi iacere ſolent non ſtare? Licet iam fuerit occiſus, iam tamen viuens erat, & non moriturus reſurrexerat, imò ſtabat *ad opitulandum* ait Anſbertus, quia fuerat occiſus vt ſaluaret.

1883. *Tanquam occiſum*; verè fuerat occiſus, ſed ob reſurrectionis celeritatem, & à corruptione immunitatem mors eius non tam mors fuit, quàm mortis quædam imago.

Tanquam occiſum; Quæ verba ſic exponit Primaſius: *Quoties occiſus Chriſtus in medio Eccleſiæ prædicatur, toties idem agnus pro mundi crimine quaſi immolari videtur.*

Tanquam occiſum. Beneficia ſua vt Deus extenuat; homines ſi quid hominibus præſtant, iactant, & augent, Deus magna exhibet, nec verbis nimis effert; agnus non modò occiſus, ſed multis, variiſque cruciatibus eſt tortus, hîc tamen *quaſi occiſus* dicitur. *Agnus* inquit B. Ambroſius, *non occiſus, ſed tanquam occiſus viſus eſt, quia mortem in tranſitu guſtauit, & paulò pòſt reſurgens iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.*

Accepit de dexterâ ſedentis in throno librum.

1884. NIhil de ſiniſtra accepit, accepit de dextera librum. Prou. 3. 16. hæc habentur; *& in ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria*; non diuitias non gloriam quærat, qui legis librum eſt accepturus; ſatis in illo diuitiarum, ſatis gloriæ habiturus. Præclarè Rupertus rem verſat hîc: *cùm in dextera ſedentis ignea ſit lex, quæ eſt iſte liber, in ſiniſtra verò illius diuitiæ, & gloria, valde notandum, quia veniens Chriſtus in hunc mundum, nihil diuitiarum, aut gloriæ de ſiniſtra; ſed tantummodo librum, ſiue igneam legem accepit de dextera: Bonum exemplum cunctis præbens diſcipulis, & credentibus in ſe, nihil diuitiarum, aut gloriæ voluit, aut quæſiuit in hoc mundo, tantummodo meditari in lege Domini die ac nocte, tantummodo librum de dextera dignatus eſt accipere, intendens aperire illum, & ſoluere ſignacula eius.*

Ceciderunt coram agno.

C*Eciderunt coram agno:* Iſte caſus non eſt caſus; cadit qui coram agno non cadit, non ſe deiicit, non ſe humiliat; Qui coram agno cadit magis erigit ſe: *Ceciderunt dicit*, inquit Vgo, *non deſcenderunt, quia humilitas neſcit deſcenſum; ponit enim ſe in imo, ita quod deſcendere non poteſt.*

Phialas aureas.

P*Hialas aureas*; Qui ex lebete quis fieri phiala aurea poſſit docet ſanctus Petrus Damianus opuſc. 25. cap. 3. ad hæc verba ſpectans: *Illa*, inquit, *corda lebetes ſunt, in quibus edacitas regnat, & per cupiditatis æſtum excoquuntur edulia, & copia diuerſa ciborum. Sed hi lebetes conuertuntur in phialas, & ſunt coram altari, ac ſanctificati Domino, cum ſanctum Domini, qui frano ſuperponitur, cùm denique zona aurea mamillis interioribus adhibetur. Tunc nimirum lebetes, & olla carnium conuertuntur in phialas aureas, videlicet plenas odoramentorum quæ ſunt orationes Sanctorum. Et iſtæ ponuntur coram altari phialæ, quæ priùs dum lebetes eſſent, potiùs verſabantur in nidore culinæ.* 1885.

Orationes ſanctorum.

O*Rationes ſanctorum*; cur odoramentis orationes Sanctorum comparantur; An quia gratum Deo odorem emittunt; rectè de hoc odore philoſophatur auctor operis imperfecti hom. 18. in Matthæum: *Oratio quaſi odor ſuauitatis eſt operis boni. Sicut ergo res aliqua ſine odore poteſt eſſe, odor autem ſine re aliqua eſſe non poteſt: ſic opus ſine oratione aliquid eſt, oratio autem ſine opere bono nihil eſt.*

Suauem ſecum odorem defert oratio, ſi ab humili corde fundatur, humilitate ſit inſignita; Pulchrè huc ſpectans B. Laurentius Iuſtinianus lib. 1886.
de humilitate cap. 17. *Nequaquam*, inquit, *valet repelli deprecatio, quæ eſt humilitatis ſale condita: aſcendit ſurſum fragrantiſſimo odore reſperſa, vſque ad conſpectum maieſtatis æternæ, per Angelorum miniſterium delata ſanctorum: ſicut per Ioannem in Apocalypſi legitur ſcriptum: Et habebat phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Nam & orationem atque ſacrificium patriarchæ Abrahæ, qui præditus humilitatis virtute ſe eſſe puluerem & cinerem fatebatur, odoratus eſt Dominus in odorem ſuauitatis.*

Regnum & ſacerdotes.

R*Egnum, & ſacerdotes*; cur non potiùs dixit *regnum ſacerdotale*, vt eſt Exodi 19. aut *regale ſacerdotium*, ſicut dixit Petrus in ſua Canonica. 1. 2. Nodum ita ſoluit Vgo Carenſis hîc: *ſed cum in Exod. 19. dictum ſit: Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Item 1. Petr. 2. 6. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium innitebatur regno, quia figuratiuum erat ſacerdotium, & non verum, ſed regnum erat verum, & propter hoc regnum ponitur ſubſtantiuè. Item in noue Teſtamento, ſcilicet in Canonica Petri ſacerdotium ponitur ſubſtantiuè, & regnum adiectiuè, quia ibi regnum innititur ſacerdotio, ſed hîc vtrunque ponitur ſubſtantiuè, quia hic liber pertinet ad ſtatum patriæ, vbi nullus alij innititur, quia 1. Cor. 15. cap. ceſſabit omnis prælatio.*

CAP. VI.

Vulgata Editio.

CAPVT VI. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi quòd aperuiſſet Agnus vnum de ſeptem ſigillis; & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui: Veni, & vide.

Verſ. 2.

Et vidi: & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.

Verſ. 3.

Et cùm aperuiſſet ſigillum ſecundum, audiui ſecundum animal dicens: Veni, & vide.

Verſ. 4.

Et exiuit alius equus rufus: & qui ſedebat ſuper illum datum eſt ei vt ſumeret pacem de terra, & vt inuicem ſe interficiant, & datus eſt ei gladius magnus.

Verſ. 5.

Et cùm aperuiſſet ſigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui ſedebat ſuper illum habebat ſtateram in manu ſua.

Verſ. 6.

Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentium: Bilibres tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum & oleum ne læſeris.

Verſ. 7.

Et cùm aperuiſſet ſigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide.

Verſ. 8.

Et ecce equus pallidus: & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors, & infernus ſequebatur eum, & data eſt illi poteſtas ſuper quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & beſtiis terræ.

Verſ. 9.

Et cùm aperuiſſet ſigillum quintum, vidi ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium quod habebant.

Verſ. 10.

Et clamabant voce magna dicentes: Vſquequo Domine, (Sanctus, & verus)

Lectionum Varietas.

Quòd aperuiſſet. *Oec. Quòd aperuerit. Vat. Cùm aperuiſſet.*
Vnum. *Mar. Primum.*
Septem ſigillis. *Vat. Sigillis.*
Vnum. *Mar. Primum.*
De quatuor. *Oec. E quatuor.*

Et vidi: & ecce. *Oec. Et ecce.*
Vt vinceret. *Pec. Et vt vinceret.*

Alius equus. *S. Aug. Equus.*
Qui ſedebat. *S. Aug. Sedenti. Vat. Inſidenti huic.*
Eſt ei. *S. Aug. & Vat. Eſt.*
Vt ſumeret. *S. Aug. Tollere. Vat. Vt tolleret.*
Et vt. *Oec. Vt.*
Interficiant. *S. Aug. Occiderent. Oec. Interficerent.*

Ecce. *Pagn. Vidi & ecce.*

Tanquam vocem. *Oec. Vocem.*
In medio. *Oec. De medio.*
Dicentium. *Oec. Dicentem.*
Bilibris. *Oec. Chœnix.*
Denario. *And. Caſ. Denario vno.*
Bilibres. *Oec. Chœnices.*
Denario. *And. Caſ. Denario vno.*

Dicentis. *Vat. Dicentem.*
Vide. *Vat. Vide & vidi.*

Pallidus. *Tert. Viridis.*
Qui ſedebat ſuper eum illi. *Oec. Sedenti ſuper ipſum erat.*
Mors. *Mar. Supplicium.*
Sequebatur. *Pagn. Sequitur.*
Eum. *Oec. Ipſum.*
Illi. *Oec. Illis.*
Quatuor partes. *Pagn. Quartam partem.*
Interficere. *Oec. Vt interficerent. Vat. Interficiendi.*
Beſtiis. *Oec. A beſtiis.*

Aperuiſſet. *Pagn. Aperuiſſent.*
Subtus altare. *S. Aug. Sub arâ. S. Cypr. Sub arâ Dei.*
Interfectorum. *S. Cypr. Occiſorum.*
Propter teſtimonium quod habebant. *S. Cypr. Martyrium ſuum.*

Clamabant. *S. Cypr. Clamauerunt. Tert. Clamant.*
Voce magna dicentes vſquequò. *Tert. Quoniam vſque.*
Domine. *Pagn. Tu qui es Dominus.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra?

Sanctus & verus. *Oec. Qui eſt iuſtus & verax. Pagn. Qui es ſanctus & verax. Tert.* omittit.
Iudicas & vindicas. *Tert. Vlciſceris.*
De iis qui habitant in terra. *S.Cypr. De his, qui inhabitant in terris. Tert. In incolis terra.*

Verſ. 11.

Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ: & dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi ſunt ſicut & illi.

Datæ ſunt. *Oec. Data eſt.*
Illis ſingulæ. *Oec. Ipſis. Pagn. Singulis.*
Albæ. *Oec. Alba.*
Tempus modicum. *S. Cypr. Breui tempore. Oec. Ad tempus. And. Caſ. Puſillum temporis. Pagn. Exiguum tempus.*
Compleantur. *S.Cypr. Impleretur. Oec. Compleretur.*
Conſerui eorum, & fratres eorum. *S.Cypr. Numerus conſeruorum & fratrum eorum.*
Qui. *S.Cypr. Quique.*
Interficiendi ſunt. *S. Cypr. Poſteà. Oec. Occidendi erant. Pagn. Interficiendi eſſent.*
Sicut & illi. *S.Cypr. Exemplo ipſorum.*

Verſ. 12.

Et vidi, cùm aperuiſſet ſigillum ſextum: & ecce terræmotus magnus factus eſt, & ſol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus: & luna tota facta eſt ſicut ſanguis.

Vidi cùm aperuiſſet & ecce. *S.Cypr. Cùm aperuiſſet, ecce.*
Tota facta eſt ſicut ſanguis. *SS. Cypr. & Proſp. Sanguinea facta eſt. Oec. Tota facta eſt tanquam ſanguis.*

Verſ. 13.

Et ſtellæ de cælo ceciderunt ſuper terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos cùm à vento magno mouetur.

Stellæ. *Mar. Cometa.*
De cælo. *Goth. Cali. S. Aug.* omittit. *Al. E calo.*
Ceciderunt. *Tert. Ruent.*
Super terram. *S. Aug. In terram. S. Proſp.* omittit.
Sicut. *S.Proſp. Et modo quo. S. Aug. Quomodo.*
Ficus. *Tert. Fici arbor.*
Emittit. *S.Proſp. & Tert. Amittit. S. Aug. Mittit. Oec. Abiicit.*
Groſſos ſuos. *S. Proſp. Acerbos fructus ſuos. Tert. Acerba ſua.*
Cùm à vento magno. *S.Proſp. Vento magno. S. Aug. Cùm à vento. Tert. Cùm valido vento.*
Mouetur. *S.Proſp. Agitata. S. Aug. Agitatur. Tert. Commota.*

Verſ. 14.

Et cælum receſſit ſicut liber inuolutus: & omnis mons, & inſulæ de locis ſuis motæ ſunt,

Receſſit. *Mar. Claudetur.*
Inuolutus. *S. Aug. Quùm inuoluitur. S. Proſp. Quùm euoluitur. Vat. Qui circumuoluitur. Al. Volutus. Mar.* omittit.
Motæ ſunt. *Mar. Mouebuntur.*

Verſ. 15.

Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis ſeruus, & liber, abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in petris montium.

Principes. *S.Cypr. Maximi quique. S. Proſp. Maximi. Oec. Primates.*
Tribuni & diuites. *Vat. Diuites & tribuni. And. Caſ. Tribuni.*
Fortes. *S.Proſp. & And. Caſ. Nobiles.*
Et liber. *S. Proſp.* omittit. *And. Caſ. Et omnis liber.*
Abſconderunt ſe. *S. Aug. Fugerunt & abſconderunt ſe.*
Speluncis & in petris montium. *S.Cypr. Speluncis & in cauernis montium. S. Aug. Speluncis terra.*

Verſ. 16.

Et dicunt montibus, & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni.

Et dicunt. *S.Proſp. Dicentes.*
Abſcondite. *Oec. Occultate.*
A facie. *SS.Cypr. & Proſp. A conſpectu Patris.*

Verſ. 17.

Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum: & quis poterit ſtare?

Dies magnus. *S.Cypr. Dies.*
Iræ ipſorum. *S. Cypr. Interitionis. Oec. Ipſius. Al. Illius.*
Poterit. *And. Caſ. Poteſt.*
Stare. *Oec. Saluus fieri.*

CAP. VI.

CAPVT VI.

APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Iuſtus ab vna victoria ad aliam tranſit. 1887
Detractoris lingua gladio comparata. 1888
Lingua ſæuities. 1888
Simulata iuſtitia quàm noxia. 1888
Diaboli aſtutia in decipiendis hominibus. 1889
Mortis cogitatio quàm vtilis. 1890
Mortis velocitas. 1890
Inferni pœnas non cogitare, quàm grauia afferat damna. 1891
Mors ætatum diſcrimina neſcit. 1891
Eucharistici panis inedia quàm noxia. 1892
Diabolus ſecum gehennam defert. 1892
Inuidi & gehenna nexus. 1893
Inferni nomine quinam ſignificati. 1893

Et ecce equus albus.

1887. E*T ecce equus albus.* De equis, quorum in hoc capite fit mentio ita philoſophatur Vgo Victorinus libr. 3. Miſcell. tit. 29. *Hac tria vitia ſuperbia, luxuria, hypocriſis, ſunt tres equi Apocalypſis, ruffus, niger, pallidus. Ruffus portat ſeſſorem ſuum, ſpiritum ſcilicet hominis ad bella, lites & iras. Niger ad luxuriam, crapulam, ebrietatem, Pallidus ad hypocriſim, & ſimulationem. Ruffus per loca dura & aſpera, niger per immunda & fœtida, pallidus per ardua & excelſa. Equus albus eſt innocentia: Super hunc qui aſcendit erit vincens vt vincat.*

Et exiuit vincens vt, vinceret.

E*Xiuit vincens, vt vinceret.* Iuſto non ſatis vna victoria eſt, ſed vnâ ſternit ſibi viam ad aliam. Vincere quiſque debet ſuos hoſtes: deinde (quod eſt maius) ſeipſum. Pulchrè Abſalon Abb. ſerm. 45. in Dedic. Eccleſ. *Et exiit vincens, vt vinceret. Primò ſiquidem egrediuntur vincendo inimicos; poſtmodum egrediuntur & vincendo ſeipſos.*

Et vt inuicem ſe interficiant.

1888. E*T vt inuicem ſe interficiant*; non tam ſanguinis fuſu, quàm ſæuitiâ: *Sunt multi interfectores,* inquit ſanctus Bernardinus hîc, *quia multi detractores ſe ad inuicem linguarum gladio perimentes.*

Sequitur Ioannes, *& datus eſt illi gladius magnus*; cur non datus & illis, qui ſe inuicem dicuntur interfecturos; An quia ſecum ſemper habent linguæ gladium quod maximè cognouit ſi de interfectione loquamur, quæ lingua fit. Præterea ſe interficientibus non eſt datus gladius quia ſublata pace, & initâ inimicitia, arma quibus ſe confodiant facilè homines inueniunt; Præſertim quia per gladium magnum poteſtatem hîc intelligit idem ſanctus Bernardinus in homines ſæuiendi.

Habebat ſtateram in manu ſuâ.

H*Abebat ſtateram in manu ſuâ.* Plerique extimè iuſtitiam præſeferunt; quâ intus carent; *Stateram habebat in manu*, inquit auctor ſub nomine B. Auguſtini homil. 5. in Apoc. *hoc ideo quia dum ſe fingunt mali iuſtitia libram tenere, ſic plerumque decipiunt*; licèt tandem deceptionis damna in ipſos reſiliant. Addit: *Libram habebat in manu ſua, id eſt examen æquitatis, quia dum fingit ſe iuſtitiam tenere, ſeipſum per ſimulationem lædit.* Alius arcum habuiſſe legitur, ſed telis omnibus nocentior ſimulata iuſtitia eſt.

Habebat ſtateram. Et cui rei, præſertim cùm hîc ſeſſor ex multorum ſententia diabolum referat, qui iuſtitiæ omnis hoſtis? An quia quæ ſuis exhibet ponderat, & appendit, vt habeat quod pluribus offerat, plures decepturus? An quia in decipiendis hominibus omnia exactiſſimè examinat, vocatque ad lancem, nec enim huic muneri vacat tanquam aliud agens. Etiam ſatanicus hoſtis ſtatera vtitur, nec enim omnes eodem modo aggreditur, ſed omnia expendit, & librat, vt videat, quia cuius rei obiectu decipi poſſit, & vinci. 1889.

Et ecce equus pallidus; &, qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors.

R*Ectus nexus mortis, & equi pallidi. *Per pallidum equum*, inquit Albertus Magnus ſerm. 47. *intelliguntur illi, qui ieiuniis & vigiliis ſe pallidos efficiunt*; Mors quæ illorum animis inſidet, dura quæque ſuauia reddit, & facilia factu, quæ aliàs eſſent difficilia; ſi mortis nos memoria regat, carnis laſciuia quæ velut effrænis equus nos agit, facile coërcebitur. 1890.

Et ecce equus pallidus; ſed quid huic equo inſidebat? mors, ſequitur enim, *& qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors*: equo mors vehitur vt vel hinc citiſſimè ad mortales ferri diſceremus, vt eorum opinionem anteuertat ſæpè, antéque moriantur, quàm cogitauerint.

Et ecce equus pallidus; Hypocritam, & inanis gloriæ vitio captum per hunc pallidum equum intelligit ſanctus Bernardinus vt non mirum ſi ſtatim ſequatur; *& Infernus ſequebatur eum*; *quia*, inquit: *hypocrita habent gloriam ante oculos & nunquam pœnam Inferni, ſed poſt tergum*; & vniuersè in varia labuntur mortales crimina, quia inferni pœnas, æternáque ſupplicia ob oculos non habent. 1891.

Ecce equus pallidus; Aliqui ex græco legunt: *ecce equus viridis*; ſic Tertulianus de pudicitia cap. 20. Vide quid huic equo inſideat, & has lectiones in concordiam duces; mors illi inſidebat, cui ſæpè pallida, quæ videtur viridis, cùm plerumque eos inuadat, qui in viridi ætate, & iuuenili ſunt, tanquam ſi pallidos ſenes aggrederetur.

Ecce equus pallidus. Equus pallidus eſt diabolus non ſolùm propter inuidiam, ſed etiam propter inediam, nam vt ait Rupertus lib. 3. in Exod. *Eucharistici panis ſempiternam patiens inediam ſemper eſt pallidus, & mors illum ſequitur.* Quod ad illos etiam porrigas, qui tardò ad hanc menſam accedunt, & Eucharistici panis fame corripiuntur. 1892.

Infernus ſequebatur eum.

I*Nfernus ſequebatur eum.* Quocumque eat diabolus, ſecum gehennam defert, ſuiſque vrgetur pœnis

pœnis, vt in homines ſæuiat. Ita & Vgo Carenſis. *Infernus ſequebatur eum; hoc*, inquit, *dicit, quia diabolus vbicumque eſt ſuam gehennam ſecum habet, vnde & hominibus pœna ſua commotus, per qua eos ad ſe trahat praua opera ſuggerat.* Satanici ergo eſt ſpiritus ſuis pœnis ad pœnas aliis ioferendas extimnlari.

1893. *Infernus ſequebatur eum*; cut potius Infernus equum pallidum ſequebatur, quam alios equos alterius coloris? An qnia pallor inoidi liuoriſque eſt color, inuidíque ſecum gehenoam quaodam vehunt, infernum in ſe ipſis habent. *In colore pallido*, ioquit Abbas Ioachio, *liuor & odium deſignatur.* Aliter nodum ſoluit Ribera, dum air: *Ponitur Infernus poſt equum pallidum potiùs quam poſt rufum, & nigrum, propter ſuperbiam, & potentiam, & fortitudinem tyrannorum, & regum, qui neminem in terra timebant, nec putabant, ſibi quidquam mali imminere, & quia tunc Chriſtiani maximè videbantur & Deo & hominibus inuiſi cùm talia patiebantur.*

Ioferoi nomine quinam ſignificantur? an dæmonis ſectatores; qui terrenis iohiant, nec voquam ſatiaotur, ſicot nec Ioſernus animahus, quas recipir. Peritè Auſbertus; *Si autem*, inquir, *per mortem auctor mortis, qui alij per Infernum, niſi illi in quibus mors inhabitat, debent intelligi? Qui videlicet rectè per Inferuum deſignantur, quia ſicut profundus tartarus ad recipiendas animas ſemper ſinum laxat, nec dicit, ſufficit: ſic ſequaces occulti aduerſarij ad ambienda qualibet terrena, mentem per incrementa dilatant: nec tantum ſe acquiſiſſe quantum cupiunt, dolent. Ipſi ſanè ſunt ſubiugales, qui & ſequaces. Ipſi à peremptore miſerabiliter praſidentur, qui peremptorem miſerabiliter ſequuntur.*

SECTIO II.

Altaris honor. 1894
Vltio & vindicta non quærenda. 1894
Aduentum noſtrum vt auidè deſiderent Sancti. 1895
Corporis beatitudo quando danda. 1895
Saccus cilicinus vt in Solem vertatur. 1896
Sacra Scriptura ſaccum cilicinum vt referat. 1896
Iudicij extremi ſeueritas. 1897
Pauor & pudor damnandorum. 1897

Vidi ſubtus altare animas interſectorum.

1894. NOn in regio throno viſæ ſunt animæ, ſed ſub altare, quod non minoris hoc gloriæ ſit, & honoris; hoc ſupremus hoooris apex, ſuh illa ara quieſcere, vhi victimæ immolantur Deo, & ſacrificia offeruntur: Hinc illud ſaocti Auguſtini ſerm. ro. de Saoctis: *Quid reuerentius; Quid honorabilius dici poteſt, quàm ſub illa ara requieſcere, in qua Deo ſacrificium celebratur, in qua offeruntur hoſtia.*

Et non vindicas ſanguinem noſtrum?

ET *non vindicas ſanguinem noſtrum?* Noo vltionem, & viodictam aoimas quærere: ſed citam corporum reſurrectionem poſtulare indicat ſanctus Bernardus ſerm. 3. in feſto omnium ſaoctorum, vhi air: *Vnde & dicunt: Vindica, Domine, ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt, non tanquam vindicta cupidi, nec de propria vltionis zelo; ſed ex deſiderio reſurrectionis, & glorificationis corporum ſuorum; quam nimirum, vſque in diem iudicij differendam eſſe non dubitant.*

Et non vindicas ſanguinem noſtrum? Vindicandi verbum in diuinis litteris ſæpè oudam liberationem ſignificat; optant ergo hîc martytes viodictam ideſt liberationem, ſcilicet & vt Deus eorum ſangoinem occiſaque corpora ſibi reſtituat, & vt Eccleſiam; fideleſque à perſecutorum tyrannide liberet.

Vt requieſcerent adhuc tempus modicum.

VT *requieſcerent adhuc tempus modicum.* Scilicet eorum deſiderium non expletur donec 1895.
fratrum numerus impleatur; Proh qnam auidè aduentum ooſtrum deſiderant, quàm cupidè nos expectant. Pulchrè ad hæc verba ſanctus Bernardus ſerm. 2. in vigilia natiuitatis Domini; *Et Martyres*, inquit, *cùm iudicij diem poſtularent, non tanquam vindicta cupidi, ſed perfectionem deſiderantes beatitudinis, quam tunc habituri ſunt, acceperunt diuinum reſponſum: ſuſtinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. Acceperunt ergo iam ſingulas ſtolas, ſed non veſtientur duplicibus, donec veſtiamur & nos. Vadia tenemus & obſides ipſa eorum corpora, ſine quibus conſummari non poſſunt, nec ea recipient ſine vobis. Vnde de Patriarchis & Prophetis ait Apoſtolus: Deo melius aliquid prouidente pro nobis, vt non ſine nobis conſummarentur. O ſi cognoſceremus & nos quomodo expectant, & quantum deſiderant aduentum noſtrum, quàm ſolicitè quarunt, quàm libenter audiunt bona de nobis.*

Donec compleantur conſerui eorum.

DOnec *compleantur conſerui eorum.* Non datur Sanctis corporis heatitudo niſi beatorum numeros compleator; quod ſcitâ ſimilitndine explicat ſaoctus Chryſoſtomus hom. 28. in epiſt. ad Hebræos: *Intelligite vos*, inqoit, *quale, & quantum eſt Abraham ſedere, & Apoſtolum Paulum expectare, quando & tu conſumeris, vt poſſint tunc mercedem recipere: niſi enim, & nos illuc veniſſemus, tunc prædixit eis Saluator, non dare mercedem; Sicut pater bonus amator filiorum & probis, geminis filiis, & opus perficientibus, dicit non ſe daturum comedere, niſi veniant alij fratres.*

Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus.

SOl *factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus*; 1896.
Malis, & pœnitentiam reſpuentibus ſol in ſaccum cilicinum vertitur, pœnitentihns ſaccus cilicinus vertetur in Solem, Solémque in regno referent, quod in pœnitentiæ ſignum cilicio ſo induerint.

Quod de ſole hie dicitur ſaccom cilicinom referente ad ſacram Scripturam, quæ Soli ſolet pariari in hunc modum aptat Abſalon Abbas ſerm. 21. *& quoniam Domini legem acceptam opere non implemus videtur illud Ioannis in Apocalypſi iam in nobis impleri, vbi dicitur. Et factus eſt Sol niger quaſi ſaccus cilicinus. Quippe Scriptura ſancta, qua tanquam ſol lucet nobis, oſtendendo ea qua ad ſalutem conducunt, abiecta & vilis, dum non eſt qui eam opere impleat, reputatur.*

Luna

Luna tota facta eſt ſicut ſanguis.

1897. L*Vna tota facta eſt ſicut ſanguis*; Id eſt fiet, & hoc ad ſignificandam iudicij ſeueritatem, & hoc colore tacitò clamabit iuſtè impios puniri ob neglectum Chriſti ſanguinem eorum cauſa effuſum. Addit laoctus Antoninus Lunam ſanguine ſuffuſam videndam, quaſi pudore afficienda ſit ob turpiſſima ſcelera noctu præſertim cum lucet Luna, ab impiis perpetrata; erubeſcet luna, quòd improbis hominibus ſeruierit, non erubeſcunt homines, quod creatoris ſui neglectu, ſe tot enormibus peccatis maculent.

Cadite ſuper nos.

C*Adite ſuper nos*; Taotus erit pauor, tantúſque pudor damnandorum coram Chriſto iudice, vt optent à montibus obrui potiùs, imò & io Inferoo eſſe, quàm Chriſti iratam faciem videre.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT VII. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

POST hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, teoentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram, neque ſuper mare, neque in vllam arborem.

Poſt. *Vat. Et poſt.*

Verſ. 2.

Et vidi alterum Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ, & mari,

Alterum. *Oec. Alium.*
Signum. *Pagn. Sigillum.*
Viui. *Pagn. Viuentis.*
Nocere. *S. Aug. Lædere. Oec. Vt nocerent.*
Terræ & mari. *S. Aug. Terram & mare.*

Verſ. 3.

Dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadvſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.

Nolite nocere. *Oec. Ne nocueritis.*
Et mari. *Oec. Neque mari.*
Eorum. *Oec. Suis.*

Verſ. 4.

Et audiui numerum ſignatorum, centum quadragita quatuor millia ſignati, ex omni tribu filiorum Iſraël.

Signati. *Oec. Signati erant.*

Verſ. 5.

Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati: ex tribu Ruben duodecim millia ſignati: ex tribu Gad duodecim millia ſignati:

Verſ. 6.

Ex tribu Aſer duodecim millia ſignati: ex tribu Nephthali duodecim millia ſignati: ex tribu Manaſſe duodecim millia ſignati.

Verſ. 7.

Ex tribu Simeon duodecim millia ſignati: Ex tribu Leui duodecim millia ſignati: Ex tribu Iſſachar duodecim millia ſignati.

Verſ. 8.

Ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati: Ex tribu Ioſeph duodecim millia ſignati: Ex tribu Benjamin duodecim millia ſignati.

Verſ. 9.

Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus

Poſt hæc. *S. Aug. Peſteà.*
Turbam magnam. *Goth. Turbam magnam ſtantem. S. Aug. Et ecce populus multus. Mar. ex Gr. Et ecce turba multa.*

genibus,

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.

Quam. *S. Aug. Quem.*
Nemo. *S. Cypr. Ex his nemo.*
Ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis. *S. Cypr. Ex omni gente & ex omni tribu, & ex omni populo. S. Aug. Ex omnibus populis & gentibus.*
Linguis. *S. Cypr. Linguâ.*
Ante thronum. *S. Cypr. In conſpectu throni.*
In conſpectu Agni. *Oec. Ante Agnum.*
Amicti. *S. Cypr. Et erant amicti. Oec. Amictos.*
Stolis albis. *S. Cypr. Stolas albas. Mar. Gloriâ.*
Palmæ. *S. Cypr. Palmæ fuerunt.*

Verſ. 10.

Et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno.

Et voce magna dicentes. *S. Cypr. Magno clamore dicebant.*
Salus. *Pagn. Saluatio.*
Deo noſtro qui ſedet. *S. Cypr. Deo noſtro ſedenti. Pagn. Ei qui ſedet.*
Thronum. *Pagn. Thronum Dei noſtri.*

Verſ. 11.

Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ſeniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt Deum,

Ceciderunt. *Oec. Procubuerunt. Vat. Prociderunt. Pagn. Proſtrauerunt ſe.*
In conſpectu throni. *Oec. Ante thronum illius.*

Verſ. 12.

Dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſecula ſeculorum, Amen.

Claritas. *Pagn. Gloria.*
Honor. *And. Caſ. Et honor.*
Virtus. *Pagn. Potentia.*

Verſ. 13.

Et reſpondit vnus de ſenioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & vnde venerunt?

Reſpondit. *Mar. Loquutus eſt.*
Et dixit. *Goth. Dicens.*

Verſ. 14.

Et dixi illi: Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi: Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni.

Domine mi. *Vat. Domine.*
Scis. *Oec. Noſti.*
Venerunt. *Tert. Veniunt.*
De tribulatione. *Tert. Ex illâ preſſurâ. Vat. Ex afflictione.*
Lauerunt. *Vat. Dilatauerunt.*
Stolas ſuas. *Tert. Veſtimenta ſua. Mar. Conſcientias ſuas.*
Et dealbauerunt eas. *S. Aug.* omittit. *S. Proſp. Et candidas eas fecerunt. Tert. Et candidauerunt ipſa.*
In ſanguine. *Oec. & Vat. Per ſanguinem.*

Verſ. 15.

Ideo ſunt ante thronum Dei, & ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos.

Ante thronum. *S. Cypr. In conſpectu throni.*
Die ac nocte. *S. Cypr. Diebus ac noctibus.*
Qui ſedet. *S. Cypr. Is qui ſedet. Al. Conſidens.*
Habitabit. *S. Cypr. Inhabitat. S. Aug. Habitat.*
Super illos. *Mar. Cum illis.*

Verſ. 16.

Non eſurient, neque ſitient ampliùs, nec cadet ſuper illos ſol; neque vllus æſtus.

Non eſurient. *S. Cypr. Neque eſurient.*
Ampliùs. *S. Cypr. Vnquam.*
Nec cadet. *S. Cypr. Sed neque cadet. S. Aug. Nec cadit.*
Neque vllus æſtus. *S. Cypr. Nullum vnquam æſtum patientur. S. Aug. Neque æſtus.*

Verſ. 17.

Quoniam Agnus, qui in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Reget. *Oec. Paſcet.*
Vitæ fontes. *Pagn. Viuos fontes. Mar. Aquas viuas.*
Abſterget. *Tert. Delebit. Vat. Abſterſurus eſt.*

CAPVT VII.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Dæmones plus nituntur nocere quàm poſſint. 1898
Cita pœnitentia & conuerſio commendatur. 1898
Gentium ſaluandarum numerus innumerus. 1898
Tribus Dan cur in tribuum recenſione non recenſita. 1899
Palma cur in manibus Sanctorum eſſe dicantur. 1899
Gratiarum actio Sanctorum noui Teſtamenti propria. 1900

Nolite nocere terræ & mari.

1898. NOLITE *nocere.* Terræ marique cur nocere prohibentur, quibus datum ſuprà dicebatur terræ, marique nocere? *Quia dæmones* inquit Vgo Carenſis, *plus nituntur nocere, quàm poſſint, & hoc patet per hoc, quod additur hic (neque arboribus) quod non fuit poſitum, quando de poteſtate nocendi eis data agebatur.*

Ex tribu Iuda duodecim millia ſignati.

EX *tribu Iuda.* Cur prima hæc Tribus ponitur cùm ponenda primo loco videatur tribus Ruben, cùm primus in filiis Iacob eſſet Ruben? An tribus Iuda prima omnium ponitur, quia ex ea ortus eſt Dominus? An quia prima omnium ſe ad Chriſtum conuertet, vt ait Ribera, ante alias ſcilicet Chriſtum amplexura tanquam ex ſe ortum & ad ſe præcipuè pertinentem. Addit hic auctor idem eſſe de cæteris iudicium, priúſque nominari quæ prius ſe conuertent. Scilicet in hoc ſita vera præeminentia eſt, ſi cum de conuerſione ad Chriſtum agitur mora omnis amolitur, & ille prior, qui prius ſe ad Chriſtum conuertit prius amplectitur Chriſtum.

Duodecim millia ſignati; Cur numerantur Iudæorum tribus, nec Gentium numerus recenſetur? quia ex iſtis numerus innumerus ſaluabitur, ex Iudæis pauci.

1899. Mirum quod Tribus Dan, hîc minimè recenſetur nec tribus Ephraim. Cur ita? *Ex Dan* (inquit ſanctus Bernardinus) *naſcetur Antichriſtus & ideo meritò eſt ab iſto excludendus.* Addit: *De Ephraim autem natus eſt Ieroboam qui filios Iſrael induxit ad idololatriam 3. Reg. 13. & fuit filius ſchiſmaticorum, diuiſis docentibus à cultu diuino.*

Palma in manibus eorum.

PALMA *in manibus eorum*; Cur in manibus? ſanctus Auguſtinus ſerm. 11. de ſanctis. *Stolis fulgent albis, & palmas in manibus habent, quia præmia in operibus habent*; Iuſtis & præmiorum loco opera bona ſunt, & præmium ob bona opera exhibetur.

Palma in manibus eorum; Rectè in manibus victoriæ ſignum quæ victoriam parturiere; *Palmas quippè,* inquit ſanctus Gregorius hom. 17. in Ezechielem, *in manibus tenere, eſt victoriam in operatione tenuiſſe.*

Et clamabant voce magnâ.

ET *clamabant voce magnâ.* Magna vox magnum clamantium prodebat affectum. *Magna voce,* inquit ſanctus Auguſtinus in appendice ſerm. 73. *ſalutem Deo decantant qui magna gratiarum actione recolunt, non ſua ſe virtute, ſed ipſo auxiliante tribulationum impugnantium ſuperaſſe certamina.* 1900.

Et gratiarum actio.

ET *gratiarum actio*; ſæpè in nouo Teſtamento gratiarum actio recenſetur, commendatur, mentioque illius fit; quia nimirum vt ait Cornel. *Gratiarum actio propria eſt ſanctorum noui Teſtamenti, ob ingentes gratias, & dona, quæ ipſi in eo per Chriſtum acceperunt, & quotidie accipiunt*; vt à noui Teſtamenti ſpiritu abeat, qui ſegnis in gratiarum actione eſt.

SECTIO II.

Tribulatio alas addere debet. 1901
Eſſe non videntur, qui à tribulatione non veniunt. 1901
Talis quiſque cenſendus, qualis in tribulationibus fuerit. 1902
Sanguine, quo Martyres fœdari videbantur fuerunt abluti. 1902
Sanguis Martyrum, ſanguis Chriſti cur dicatur. 1903
Templum cur in ſuperna Hieruſalem non eſſe dicatur. 1903
Suos vt tegat & obumbret Deus. 1904
Diuinarum perſonarum vna ſedes vna poteſtas. 1905
Dei ſolius eſt gaudio vero mentes perfundere. 1906
Præſens vita, locus lachrymarum. 1906

Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magnâ.

DE tribulatione magna venerunt, & venerunt magni; non detinuit eos tribulatio, ſed alas addidit, vt velociùs ad cælum irent; falluntur qui putant profectum impedire tribulationes, non impediunt, niſi aliunde torpor nos, & ignauia corripiat. 1901.

Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magnâ. Ac ſi nihil eſſe viderentur, ſi ab ipſa non venirent, expertéſque tribulationum eſſent; quod acumen patronum Vgonem Carenſem habet; *Et dixit mihi ſunt,* verè, *qui venerunt de magna tribulatione, quia qui non ſunt in tribulatione, non ſunt* verè, *ſed ſunt ſocij eius, qui non eſt. Iob.* 18.

Venerunt de tribulatione magnâ; Atque adeo magni euaſêre, quia tribulationes fortiter tulerunt. Hinc cùm ſuperius quæſiſſet quinam iſti eſſent, & vnde venerint, vni quæſito reſpondet eos de tribulatione magna veniſſe, ac ſi hinc colligi poſſet quinam, & quales fuerint, qui in tribulationibus fuerunt, & ſuperiores in illis extiterunt. Scilicet non poteſt non eſſe magnus qui à magnis tribulationibus ita venit, vt vinci ab illis non potuerit, imò nec in illis. 1902.

Et dealbauerunt eas in ſanguine agni.

D*Ealbauerunt eas in ſanguine agni.* Nimirum illo ſanguine quo martyres fœdari videbantur fuère abluti: *Stolas quippè martyres*, inquit ſanctus Auguſtinus ſerm. 75. in appendice *in ſanguine agni lauerunt, dum membra ſua quæ oculis inſipientium viſa ſunt pœnarum ſqualore fœdari, ſic potius fuſo pro Chriſto ſanguine ab omnibus mundauêre contagiis, inſuper & beatæ immortalitatis luce digna reddidere, quod eſt etiam lotas habuiſſe ſtolas in ſanguine agni.*

1903. *In ſanguine agni*; cur non potius in ſuo, quem agni amore fuderunt? An quia vt in ſuis patitur Chriſtus; ſic etiam ſuorum ſanguis ſanguis dicitur Chriſti? Liranus hîc ad illud: *Dealbauerunt eas in ſanguine agni*; hæc habet; *Propter quod eorum ſanguis fuit effuſus; & ideo meritò dicitur ſanguis agni, quia eſt ſanguis membrorum ipſius, in quibus ſe dicit perſecutionem pati, Act. 9. Saule Saule quid me perſequeris.*

Et ſeruiunt ei die ac nocte in templo eius.

QVam amabilis, quam optanda ſeruitus iſta, & imperiis omnibus præferenda? ſed mirum quod additur *in templo eius*, quum cap. 21. dicatur: *templum non vidi in ea*; vtrumque verum; non eſt eſt in ea templum quia tota ipſa templum eſt. *Tota ciuitas beatorum*, inquit hîc Ribera, *templum Dei dicitur quia in ea ſemper amore magno, & dignis laudibus Deus celebratur, vt Pſal. 10. Dominus in templo ſancto ſuo Dominus in cælo ſedes eius.*

Habitabit ſuper illos.

1904. H*Abitabit ſuper illos*; eos protegens & gubernans; nec dixit erit ſuper illos, ſed *habitabit, id eſt perpetuam ibi manſionem, habebit, quaſi in ſuo domicilio*, vt inquit Ribera.

Habitabit ſuper illos. Eos tegens, ac velut obumbrans, non ſecus ac ſi tabernaculum extenderet ſuper eos. Pulchrè vt ſolet Agellius in Pſalm. 5. *Pſalmo centeſimo trigeſimo nono legimus: Obumbraſti ſuper caput meum in die belli; id eſt, tanquam ſcuto quodam ſupra caput obtento mihi vmbram feciſti. Sic etiam eſt intelligendum illud Apocalypſis: Et qui ſedet in throno, habitabit ſuper illos σκηνώσει ἐπ' αὐτοὺς quaſi tabernaculum extendet ſuper illos, quod etiam liquet ex eo quod ſequitur. Non eſurient, neque ſitient amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neque vllus æſtus.*

Agnus, qui in medio throni eſt.

1905. A*Gnus, qui in medio throni eſt*; Qui prius accepit librum ab eo qui in medio throni ſedebat, nunc in medio throni ſedere dicitur, vt diſcamus vnum eſſe diuinarum perſonarum thronum, vnam poteſtatem; *Agnum*, inquit hîc Beda, *in medio dicit eſſe throni, qui ſuperius agnum à ſedente in throno librum dixerat accepiſſe, docens eccleſiam vnum eſſe patri & filio thronum, in qua per fidem inhabitat vnus, tota Trinitas, Deus.*

Et abſterget Deus omnem lachrymam.

1906. E*T abſterget Deus omnem lachrymam*; Tertullianus lib. de reſorrectione carnis legit: *Delebit Deus omnem lachrymam ab oculis eorum*; additque *vtique ex iiſdem oculis qui retro fleuerant, quique adhuc flere potuiſſent, ſi non omnem lachryma imbrem indulgentia diuina ſiccaret.*

Et abſterget Deus omnem lachrymam. Adeo ſe Diuina maieſtas demittit, vt ſuorum lachrymas abſtergat; ſed vt ſolius Dei eſt vero gaudio ſuos beare ſic illius tantùm eſt abſtergere lachrymas ſuorum.

Et abſterget Deus omnem lachrymam. Rectè dictum, abſterget quia nunc tempus eſt fletus, ac lachrymarum; *docet* inquit Ribera *lachrymas non eſſe in hac vita abſtergendas, quia vallis lachrymarum eſt, ſed in futura.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT VIII. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum factum eſt ſilentium in cælo, quaſi media hora.

Et cùm aperuiſſet. *S. Aug. Cùm aperuiſſet.*
Quaſi mediâ. *Oec. Dimidiâ ferè. Pagn. Media fermè.*

Verſ. 2.

Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei: & datæ ſunt illis ſeptem tubæ.

Septem Angelos. *Pagn. Angelos.*
Stantes. *S. Aug. Qui ſtant. Oec. Qui ſtabant. And. Caſ.* omittit.
In conſpectu Dei. *Oec. Ante thronum.*

Verſ. 3.

Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.

Ante. *Oec. Super.*
Incenſa. *Pagn. Suffimenta.*
De orationibus. *Goth. Orationibus. Vat. Deprecationibus. Mar. Orationes.*
Eſt. *Oec. Erat.*
Thronum Dei. *Oec. Thronum.*

Verſ. 4.

Vulgata Editio.

Verſ. 4.

Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum de manu Angeli coram Deo.

Verſ. 5.

Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terram, & facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.

Verſ. 6.

Et ſeptem Angeli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe vt tuba canerent.

Verſ. 7.

Et primus Angelus tuba cecinit, & facta eſt grando, & ignis, miſta in ſanguine, & miſſum eſt in terram, & tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum concremata eſt, & omne fœnum viride combuſtum eſt.

Verſ. 8.

Et ſecundus Angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare, & facta eſt tertia pars maris ſanguis.

Verſ. 9.

Et mortua eſt tertia pars creaturæ eorum quæ habebant animas in mari, & tertia pars nauium interiit.

Verſ. 10.

Et tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo ſtella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.

Verſ. 11.

Et nomen ſtellæ dicitur Abſinthium, & facta eſt tertia pars aquarum in abſinthium: & multi hominum mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt.

Verſ. 12.

Et quartus Angelus tuba cecinit: & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter.

Verſ. 13.

Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra, de cæteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

Lectionum Varietas.

Incenſorum. *Pagn. Suffimentorum.*
De orationibus. *Oec. Cum precibus. Vat. De precibus.*
De manu. *Vat. E manu.*

Thuribulum. *And. Caſ. Thuribulum aureum.*
Miſit. *Oec. Proiecit.*
Facta. *S. Aug. Facta.*
Tonitrua, & voces. *S. Aug. Voces & tonitrua. Oec. Tonitrua.*
Et terræmotus magnus. *Goth. & S. Aug. Et terræmotus. Oec.* omittit.

Qui habebant. *Oec. Habentes.*

Primus Angelus. *Oec. Primus.*
Miſta in ſanguine. *S. Aug. Mixtus in ſanguine. Pagn. Mixta ſanguine.*
Miſſum eſt. *S. Aug. Miſſa eſt. Pagn. Miſſa ſunt.*
Et tertia pars terræ. *Pagn. Vat.* omittunt.
Combuſta eſt. *Oec. Exuſta eſt. Pagn. Vat.* omittunt.
Concremata eſt. *S. Aug.* omittunt.
Omne fœnum viride combuſtum. *Pagn. Omnis herba viridis combuſta.*

Secundus Angelus. *S. Aug. Secundus.*
Tanquam. *S. Aug. Velut.*
Miſſus. *Vat. Proiectus.*

Creaturæ. *Oec. & Vat. Creaturarum.*
Habebant animas in mari. *Oec. In mari viuebant. Vat. Erant in mari quæ habebant animas.*
Nauium. *Oec. Nauigiorum.*

De cælo. *Oec. In cælo. Pagn. E cælo.*
Tanquam. *S. Aug. Velut.*

Stellæ. *S. Aug. Huius ſtellæ.*
Facta eſt. *Oec. Verſa eſt. Vat. Fit.*
Pars aquarum. *Vat. Pars.*
Hominum. *Vat. Homines.*
De aquis. *Vat. Ex aquis.*
Amaræ factæ ſunt. *S. Aug. Amaricauerunt aquæ. Oec. Amara facta erant.*

Percuſſa eſt tertia pars. *Oec. Percuſſit tertiam partem.*
Tertia pars Lunæ. *Oec. Tertiam partem Lunæ.*
Tertia pars ſtellarum. *S. Aug. Stellarum. Oec. Tertiam partem ſtellarum.*

Vocem vnius aquilæ volantis. *Oec. Vnam aquilam volantem. Pagn. Vnum Angelum volantem.*
Per medium. *S. Aug. In medio.*
Dicentis voce magna. *S. Aug. Et dicentem.*
In terra. *S. Aug. Terram. Al. In terris.*
De cæteris vocibus. *Goth. De cæteris vocibus tubæ. Oec. A cæteris tubarum vocibus. Pagn. E cæteris vocibus tubæ. Mar. Propter cæteras voces.*
Erant. *Oec. Sunt.*

CAPVT VIII.

APOCALYPSIS.

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Miſſa ſacrificium quàm excellens. 1907
Vix mens contemplationis ſilentio vix frui poteſt. 1907
Angeli noſtræ ſalutis quàm cupidi. 1908
Diuina miniſteria ad diuinam nutum exercenda. 1908
Impiorum damnatio cur tam cantu. 1908
Noſtros labores & opera vt Angeli offerant Deo. 1909
Quanam orationes Deo grata. 1909
Orationis & operum nexus. 1910
Ignem tamquam peritus medicus in terram Angelus mittit. 1910
Charitas prædicationi ſubſternatur. 1911
Lites & diſſenſiones quàm noxia. 1911

Et, cùm aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cælo quaſi mediâ horâ.

1907. CÆli nomine ſæpè ſancta Dei Eccleſia hîc militans ſignificatur, ſed quando in ea hoc ſilentium fuit, aut quando erit, Sanctus Bernardinus tom. 4. ſerm. 5. extremo tempore futurum hoc ſilentium cenſet. *Quia tunc ceſſabunt omnia ſacrificia, nec dicentur Miſſa.* Etiamſi iuſti voces editurî ſint, precéſque & orationes fuſuri, ſi clamor alius Miſſæ ſacrificio comparetur ſilentium videri poteſt.

Horæ quaſi dimidiæ ſpatio ſilentium in cælo factum eſſe legimus, ad integram horam non eſt peruentum; rarò accidit vt diu mens in cælum euecta in contemplationis ſilentio ſtare poſſit, quin variarum curarum, cogitationúmque ſtrepitu percellatur. Huc flexit hanc ſententiam Abſalon Abbas ſerm. 2. de Aduentu Domini, vbi ait: *Factum eſt ſilentium in cælo hora quaſi dimidia. In cælo, hoc eſt, in præſenti Eccleſia. Quia enim in ea hora integra id eſt continuè non poteſt haberi ſilentium contemplationis propter varias tentationes, quæ animi quietem impediant. Inde dicitur. Factum ſilentium in cælo quaſi hora dimidia: quia etſi non ſemper, interdum tamen ſancta Eccleſia per cæleſte deſiderium ſurſum eleuatur.*

Et data ſunt illis ſeptem tubæ.

1908. ET *data ſunt illis ſeptem tubæ*; Adeo vt ſinguli Angeli ſuam tubam haberent; tubæ in ſacris literis ſacros prædicatores ſignificant; ſed cur dicuntur Angeli tubis canere? An quia Angeli noſtræ ſalutis cupidi prædicatoribus inſpirant quid debeant clamare? *Arbitror*, inquit hîc Ribera, *per tubas prædicatoris veritatis ſignificari, quibus dicitur Iſai. 58. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam: qui cum hæc mala cœperint, Angelis inſpirantibus clamabunt, & Dei iram prædicent, hominéſque ad pœnitentiam hortabuntur. Quod optimè conuenit cum figura illa vrbis Ierichuntis.*

Et data ſunt illis ſeptem tubæ; Non illas illi arripuerunt; tubæ Angelis exhibitæ fuerunt; vt eſſent exemplo diuina miniſteria ad Dei voluntatem, nutúmque exercenda, adeo vt nullus ſe temerè ingerat, nec lacertis ſuis fidat, ſuis viribus.

Datæ ſunt Angelis tubæ, quibus malorum plagas prænunciarent, ſed cur cantus peccatorum pœnas comitatur? *Quia non diſplicet Deo damnatio impiorum*, inquit hîc Gloſſa; & cur Deo diſpliceat, quod eſt à Deo? Non diſplicet Deo, non diſplicet Angelis, atque adeo non audis aliquem ſe ab hoc munere ſurripuiſſe.

Data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium.

DAta ſunt illi incenſa multa. Noſtra opera Deo offerunt Angeli, noſtros labores, noſtras lachrymas, orationes noſtras; offerunt nimirum Deo, quod accipiunt à nobis; id quod expendens ſanctus Bernardus ſerm. 1. de ſancto Michaele: *Miniſtrant*, inquit, *Angeli, ſed de alieno, offerentes Deo bona opera, non ſua, ſed noſtra, ac nobis eius gratiam referentes. Vnde & Scriptura dicens: Quoniam aſcendit fumus aromatum in conſpectu Domini de manu Angeli: ſollicitè præmiſit, data ei fuiſſe incenſa multa: noſtros enim ſudores, non ſuos; noſtras, non ſuas lachrymas offerunt Deo: nobis quoque eius munera referunt, non ſua. Non ſic miniſter ille ſublimior cunctis; ſed ſublimior vniuerſis, qui ſemetipſum obtulit ſacrificium laudis: qui Patri offerens animam ſuam, nobis miniſtrat vſque hodie carnem ſuam.* 1909.

Vt daret de orationibus ſanctorum omnium. Cur potius de orationibus dixit, quam orationes? An quia non omnes dignæ ſunt quæ Deo ſiſtantur, exaudiantúrque niſi quæ ad ſalutem eorum ſpectant, qui eas fundunt? *De orationibus dixit, non orationes*, inquit hîc Gloſſa: *quia non omnes repræſentat Patri ſed eas exaudit quæ ad ſalutem pertinent; quia illi aliquando petunt, quod petendum non eſſet, vt Paulus.*

Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum.

ET *aſcendit fumus incenſorum de orationibus ſanctorum*; Sanctus Ambroſius legit: *fumus aromatum*; additque ad explicatum, *Per fumum aromatum non ſolum orationes fidelium, ſed & fragrantia bonorum operum deſignatur*; adeo vt oratio bonis ſemper operibus iungatur. 1910.

Miſit in terram.

M*Iſit in terram*; ignem in terram Angelus miſit, non vt vexaret tantùm, ſed etiam vt tanquam peritus medicus ſanaret plagas, dum vreret; Præclatè Andreas Cæſarienſis hîc: *Angeli autem harum rerum adminiſtri, tanquam miſericordes, condolentéſque medici, dum ad Chriſti exemplum cauteria, & ſectiones illis adhibent, qui grauiori peccatorum morbo tenentur, aut omninò curam, morbúmque profligant, aut ignauis certè, ingratiſque hominibus futurum ſupplicium nonnihil ſubleuare, moderatiúſque reddere ſatagunt.*

Facta ſunt tonitrua & voces & fulgura.

F*Acta ſunt tonitrua, & voces*; Scilicet vt interpretatur Lyranus, *Tonitrua ſancta prædicationis, & voces* 1911.

& voces diuina laudis. Sed quando hæc facta? Cùm priùs ignem de altari in terram Angelus miſiſſet; vt ex charitatis feruore hæc munera exercenda eſſe colligeres.

Facta ſunt tonitrua, & voces, & fulgura; Id eſt, vt exponit Mariana, *lites, & diſſenſiones exſtiterunt;* Quieti euertendæ, adducendæ calamitati aptiſſima inſtrumenta litigia, & diſſenſiones ſunt, vt non mirum ſi *voces* inter tonitrua, & fulgura poſuerit; litigioſæ quippè contentiones fulgura, & fulmina ſecum deuehunt.

SECTIO II.

Qui aliorum mala enuntiant, vt ſe parare debeant. 1912
Prædicator quid præmittere muneri ſuo debeat. 1912
Tubæ clangor in nouo Teſtamento non inuenitur. 1913
Etiam in pœnis inferendis ſeruatus ordo. 1913.
Peccatoribus pœnitentiæ tempus dandum. 1913
Malorum timor bonorum ſecuritas. 1914
Lento gradu Dei vindicta procedit. 1914
Pœna & ſupplicia viſum acuunt. 1915
Amaritudinibus adſperſa dignitatis. 1915
Sanctitatis damnum in ſuperioribus, reſilit in ſubditos. 1915
Eorum infelicitas, qui corde terræ ſunt affixi. 1916

Septem Angeli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe, vt tubâ canerent.

1912. HI Angeli ſe parant, vt canant tuba, & non ſe parabunt quibus iubetur, vt exaltent tanquam tubæ voces ſuas? Qui aliorum mala enuntiare debent, debent ſe parare, ne illis pœnis ſint obnoxij, quas cæteris minantur.

Præparauerunt ſe vt tubâ canerent. Et quiſnam tubæ canendæ apparatus neceſſarius? Hi qui tuba canunt referunt concionatorem, qui vt bonus ille auctor ait, *præparare ſe debet orationibus, ieiuniis, vitæ munditia, frequenti meditatione, & ſacrarum rerum ſtudio;* ne ſi ab hiſce rebus imparatus prædicandi exerceat munus, prædicationis retundat vim.

1913. *Vt tubâ canerent.* Nimis acutum eſt, neſcio an ſolidum quod obſeruat Carenſis Vgo hîc circa tubæ cantum & clangorem, hæc eius verba ad hæc verba: *Notandum, quod quilibet Angelus tuba cantro dicitur nunquam autem in veteri Teſtamento dictus eſt cantus tubæ, ſed clangor, quia vetus Teſtamentum erat timoris, ſed nouum eſt amoris, vel quia nouum ducit ad amorem finaliter. Et ſi vetus Teſtamentum ducat ad amorem, hoc eſt ſolùm annunciatiuè, vel figuratiuè.* Sed hæc non eſſe ſolidè dicta euincunt auctoritates; quia in veteri quoque Teſtamento tubæ cantum haberi; 1. Paralip. 16.42. *Canentes tuba;* & 2. Par. 7.6. *Canebant tubis ante eas.* 4. Reg. 11.14. *Canentes tubis;* & alibi etiam reperias; Hoc verò vero propius, & ſolidius in nouo Teſtamento tubæ clangorem, non reperiri; vt ſæpè reperitur in veteri.

Et primus Angelus tubâ cecinit.

ET *primus Angelus tubâ cecinit.* Hic angelorum ordo ordinatè tuba canentium, & plagas mortalibus inferentium, indicat ordinatè à Deo omnia fieri, & in pœnis quoque inferendis ſeruari ordinem à Deo vt maiora ab illatis malis naſcantur bona.

Paulatim, & per partes effunduntur ab Angelis plagæ, vt peccatoribus detur pœnitentiæ tempus, & à primis plagis quiſque diſcat non prouocare ſecundas.

Primus Angelus tubâ cecinit. Ad tubæ ſonitum non legimus aliquem timore concuſſum, cecinit Angelus, nec vllus cecidit quia nullus malus aderat, cecinit, vt ait Interlinearis, *terribiliter malis ſuauiter bonis;* idem ſonus terrori eſt impiis, gratus eſt bonis; tantum bona, tantum mala conſcientia poteſt. 1914.

Et facta eſt grando & ignis, mixta in ſanguine.

VIdes vt à minoribus, eat ad grandiora? *Lento gradu*, inquit Ribera, *procedit Dei vindicta*, vt reſipiſcendi tempus concederet, & ad pœnitentiam peccantes prouocaret à grandine incipit pergit ad ignem & ſanguinem, quo cædes magnæ videntur indicari.

Et nomen ſtellæ dicitur Abſinthium.

ET *nomen ſtellæ dicitur Abſinthium;* Quia nimirum eâ aquæ amariſſimæ reddendæ ſunt; cohæret ſtellæ nomen cum abſinthio, nam ferè accidit, vt quæ amata ſuor mentem illuminent; quin & abſinthium ipſum viſum acuere tradunt. *Meritò ergò*, inquit hîc Ribera, *magnum ſupplicium vocatur Abſinthium, quoniam etſi triſtitiam afferat, viſum tamen acuit, efficitque vt homines inſtantia mala videant, & corda ſua inſpiciant, & maturè per pœnitentiam corrigantur. Certè hoc Deus efficere vult pœnis quas infligit.* 1915.

Huic ſtellæ, quæ Abſinthij habet nomen aliquos illos conferunt, qui tanquàm ſtellæ lucent in dignitatum culmine; ſed abſinthij amaritiem habent amaritudinibus non adſperſi duntaxat, ſed etiam pleni.

Percuſſa eſt tertia pars Solis & tertia pars Lunæ.

ORdinem nota: tertia pars Solis priùs percuſſa perhibetur deinde tertia pars Lunæ; ſuperiores ſolem referunt, lunam ſubditi, cùm illi in ſanctitate aliquid patiuntur damni, damnum in iſtos reſilit; *Per lunam*, inquit ſanctus Bernardinus, *poſſunt deſignari mediocres; quia ſicut luna recipit lumen à ſole, ſic iſti ad exemplar ſuperiorum ſe informant.*

Væ, væ, væ, habitantibus in terrâ.

NOn nuda habitatio in terra malorum eſt cauſa, ſed ij qui corde terræ ſunt affixi miſerum illud væ timere debent. *Væ habitantibus in terrâ*, inquit Vgo Victorinus lib. 1. Miſcell. tit. 32. *non qui corpore ſed qui corde habitant.* Vix dici Poteſt in terra habitare, qui in terra poſitus, mentem in cælo habet. 1916.

Væ comminatur in terrâ habitantibus, animo hærentibus terræ, terrenis inhiantibus: Huc ſpectans ſanctus Hieronymus in cap. 7. Ezechielis; *Quod dicitur*, inquit, *ſuper te qui habitas in terra: iuxta illud Apocalypſeos Ioannis debemus accipere: Væ ſuper omnes qui habitãt in terra. Saltus enim non*

eſt habitator terra, ſed aduena atque peregrinus: dicitque; Aduena ſum & peregrinus ſicut omnes patres mei. Quamobrem & Abraham Hebræus, id eſt, migrans & peregrinus tranſiterque memoratur: de præſenti ſeculo ad futurum tranſire feſtinans.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT IX. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET quintus Angelus tuba cecinit: & vidi ſtellam de cælo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi.

Putei. *Mar.* omittit.
Abyſſi. *Pagn. Voraginis.*

Verſ. 2.

Et aperuit puteum abyſſi; & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aër de fumo putei.

Abyſſi. *Pagn. Voraginis.*
Putei. *S. Aug. De puteo.*
Magnæ. *Oec. Ardentis.*
De fumo. *Vat. A fumo.*

Verſ. 3.

Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ.

De fumo putei. *Goth. De fumo.*

Verſ. 4.

Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: niſi tantùm homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

Præceptum eſt illis. *Oec. Dictum eſt ipſis.*
Niſi tantùm. *S. Aug. Niſi. Oec. Sed.*
Signum Dei. *Pagn. Signum.*

Verſ. 5.

Et datum eſt illis ne occiderent eos, ſed vt cruciarent menſibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus ſcorpij cum percutit hominem.

Datum. *Mar. Præceptum.*
Cruciarent. *Mar. ex Gr. Cruciarentur.*
Menſibus quinque. *Mar. Aliquanto tempore.*
Eorum. *Oec. Earum.*
Percutit. *Oec. Percuſſerit.*

Verſ. 6.

Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

Eam. *Oec. Ipſam.*
Et deſiderabunt. *S. Amb. Et cupient.*

Verſ. 7.

Et ſimilitudines locuſtarum, ſimiles equis paratis in prælium: & ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro: & facies earum tanquam facies hominum.

Similitudines. *Mar. Forma.*
Paratis. *Mar. Armatis.*
In prælium. *And. Caſ. Ad prælium.*
Tanquam facies. *S. Amb. Sicut facies.*

Verſ. 8.

Et habebant capillos ſicut capillos mulierum & dentes earum, ſicut dentes leonum erant.

Sicut dentes leonum. *And. Caſ. Quaſi leonum.*

Verſ. 9.

Et habebant loricas ſicut loricas ferreas, & vox alarum earum ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum.

Sicut loricas. *Oec. Quaſi loricas.*
Vox. *Pagn. Sonitus.*
Earum. *Oec. Ipſarum.*
Equorum multorum currentium. *Pagn. Equis multis currentibus.*
In bellum. *Oec. Ad prælium. Pagn. Ad bellum.*

Verſ 10.

Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum: &

Habebant. *And. Caſ. Habent.*
Scorpionum. *S. Aug. Scorpiis.*
Aculei erant in caudis earum. *S. Aug. Aculei in caudis earum. Oec. Aculeos.*
Poteſtas earum. *Oec. In caudis ſuis habent poteſtatem.*

poteſtas

Vulgata Editio.

poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque & habebant ſuper ſe

Verſ. 11.

Regem angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomen Exterminans.

Verſ. 12.

Væ vnum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc.

Verſ. 13.

Et ſextus Angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,

Verſ. 14.

Dicentem ſexto Angelo, qui habebat tubam: ſolue quatuor Angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.

Verſ. 15.

Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & menſem, & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.

Verſ. 16.

Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum.

Verſ. 17.

Et ita vidi equos in viſione: & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas, & capita equorum erant tanquam capita leonum; & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & ſulphur.

Verſ. 18.

Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum.

Verſ. 19.

Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum, nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & in his nocent.

Verſ. 20.

Et cæteri homines qui non ſunt occiſi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia, & ſimulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare:

Verſ. 21.

Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

Lectionum Varietas.

Nocere hominibus. *Oec. Lædendi homines. Pagn. Poteſtas eorum.*
Et habebant. *S. Aug. Habentes. Pagn. Et habens.*

Abyſſi. *Pagn. Voraginis.*
Græcè autem. *Oec. Græcè verò.*
Latinè habens nomen. *Oec.* omittit. *Pagn. Id eſt.*
Exterminans. *Pagn. Perdens. And. Caſ. Exterminatoris.*

Veniunt adhuc. *S. Aug. Venient.*

Et ſextus. *S. Aug. Poſt hæc ſextus.*
Vocem vnam. *S. Aug. Angelum vnum.*
Eſt. *Oec. Erat.*
Ante oculos Dei. *S. Aug. In conſpectu Dei. Oec. Ante Deum. S. Amb. In conſpectu Domini.*

Alligati. *Oec. Ligati.*
In flumine magno Euphrate. *Oec. Super flumen magnum Euphratem.*

Qui parati erant. *S. Aug. Parati.*
Vt occiderent. *S. Amb. Vt interficerent.*

Equeſtris exercitus. *S. Aug. Exercituum beſtiæ.*
Vicies millies dena millia. *S. Aug. Myriades myriadum.*
Et audiui. *Goth. Audiui. S. Aug. Audita.*

Ita vidi. *S. Aug. Vidi.*
Hyacinthinas & ſulphureas. *Oec. Hyacinthinos & ſulphureos.*
Tanquam capita. *S. Aug. Sicut.*
De ore. *S. Aug. Ex ore.*
Procedit. *S. Aug. Exiit. Oec. Egrediebatur. And. Caſ. Procedebat.*
Ignis & fumus. *S. Aug. Fumus & ignis.*

Et ab his. *And. Caſ. Ab his.*
Occiſa eſt. *S. S. Interfecta eſt.*
Tertia. *Mar. Maxima.*
De igne. *Oec. Nempe ab igne.*
De fumo. *Oec. Fumo.*
Quæ procede. *Goth. Qui procedebat. Oec. Quæ progrediebantur.*
De ore. *Oec. Ex ore.*

Poteſtas. *Vat. Poteſtates.*
Equorum. *Vat. Eorum.*
Eorum eſt. *Vat. Ipſorum ſunt.*
Similes. *Oec. Erant ſimiles.*
In his. *Oec. Per hæc.*

In his. *Pagn. His.*
Neque pœnitentiam egerunt. *Oec. Non reſipuerunt Vat. Neque reſipuerunt.*
De operibus. *Oec. Ab operibus.*
Manuum ſuarum. *Oec. Suis prauis.*
Simul. *Oec. Idola.*
Argentea & ærea. *Oec. Argentea.*

Ab homicidiis. *Oec. De homicidiis.*
A veneficiis. *Oec. De veneficiis.*
A fornicatione. *Oec. De ſcortatione.*
A furtis. *Oec. De furtis.*

CAPVT IX.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Sponſa aſcenſus vt fumi ex aromatibus. 1917
Superborum peccata, vt obſcurare iuſtos dicantur. 1917
Locuſtas quinam referant. 1918
Voluptatum carnalium inanitas. 1919
Diabolus vulnerare non poteſt hominem niſi volentem. 1919
Mali prædicatores perſtricti. 1919
Per homines malos diabolus ſæuit in iuſtos. 1920
Per fornicationis vitium plures perire dicuntur. 1920

Aſcendit fumus putei.

1917. ASCENDIT *fumus putei*; Etiam ſponſa aſcendiſſe ſicut virgula fumi dicitur, ſed additur ex aromatibus Cant. 3. in puteo abyſſi hæc deſiderantur, nihil ibi ſuauiter redolens; quod obſeruabat & Gillebertus Abb. ſerm. 45. in Cant. *Quaſi virgula, inquit, fumi ex aromatibus. Et fumum lege de puteo abyſſi prodeuntem, ſed non ibi virgulam, non aromata lege.*

Et obſcuratus eſt ſol.

ET *obſcuratus eſt ſol* Obſcurauit eum putei fumus; *obſcuratum dixit Solem*, inquit auctor ſub ſub nomine Auguſtini hom. 7. in Apoc. non *occidiſſe; peccata enim malorum & ſuperborum hominum, quæ paſſim committuntur per orbem, obſcurant Solem, id eſt, Eccleſiam & ſanctis ac iuſtis interdum faciunt obſcuritatem: quia tantus eſt malorum numerus, vt aliquotiens vix inter eos appareant boni.*

Exierunt locuſtæ.

1918. EXierunt locuſtæ, Quinam locuſtas referant explicat Anſbertus in huuc modum; *Dignè per locuſtas hæretici exprimuntur, quæ nec perfectè vt aues volant, nec vt cætera animalia terram gradatim paſſibus pergant: ſed tamen progreſſibus alarum libramine ſuſpenſa, ſaltus dare ac ſata terræ videntur corrodere: ſic nimirum, ſic omnes hæretici, nec planè ſcientiæ volatum, nec perfectæ operationis greſſum habent, ſolis elationum ſaltibus moti, inaudita prædicantes, prauorum animas necant.*

Et habebant capillos ſicut capillos mulierum.

ET *habebant capillos, ſicut capillos mulierum.* Voluptatum carnalium inanem apparentiam, vtpotè quæ aliud eſſe videantur, aliud ex vero ſint hîc notatam notauit Aretas; hinc quæ capillos muliebres dicuntur habere, dentes quaſi leonum geſtare referuntur, *Muliebres capillorum cæſaries,* inquit Aretas, *illis ſunt, veluti quæ contegant deceptores. Huiuſmodi enim ſunt & carnales voluptates, quæ iuxta quidem apparentiam delectare videntur, ſed ad ſui ruinam ineſcatos deorſum trahunt. Quare & prouerbiator Salomon ait, verba meretricis ad tempus quidem delinire guttur, ad extremum verò guſtum bile amariorem immittere. Hinc etiam hæc, quæ præ manibus habetur aſſlictio, poſt muliebres capillos leoninos etiam dentes addit vltores & thoraces quoque perinde ac ferreos.*

Habebant loricas.

HAbebant loricas; Mirum hîc de armis quæ portantem tuentur mentionem fieri, non de 1919.
iis, quibus hoſtis petitur, & icitur; eundem ita ſoluit hîc Vgo: *Cum duplex ſit armatura: vna quidem ad impugnandum, & alia ad muniendum. Quæritur hic, quare de illa, quæ eſt ad vulnerandum non tangit hic, ſed tamen de altera? Sol. Quia diabolus vulnerare non poteſt hominem niſi volentem.*

Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum.

HVnc locum de malis prædicatoribus bonus ipſe prædicator exponit. B. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 23. *Poteſtas equorum in ore & in caudis eorum erat. In ore nanque doctorum, ſcientia: in cauda verò ſecularium potentia figuratur. Per caudam quippe quæ retrò eſt, huius ſaculi poſtponenda temporalitas deſignatur, de qua Paulus Apoſtolus dicit: Vnum autem, quæ retrò ſunt oblitus, ad ea quæ antè ſunt extentus. Retro enim eſt omne quod tranſit, antè verò eſt omne quod veniens permanet. Iſtis ergo equis, id eſt, nequiſſimis prædicatoribus vbique carnali impulſu currentibus in ore & in cauda poteſtas eſt: quia ipſi quidem peruerſa ſuadenda prædicant, ſed temporalibus poteſtatibus fulti per ea ſe quæ retrò ſunt exaltant.*

Poteſtas enim equorum in ore eorum. Equitum 1920.
verò poteſtas vbi? nulla de hac fit mentio; An quia equitum, æquorúmque vna eſt poteſtas hominum ſcilicet, & dæmonum, qui equis ſignificantur? ita Vgo Carenſis: *Sed quæritur hîc, quare modo eam loquitur de equis oſtendit poteſtatem equitum, & non quando loquebatur de equitibus? Solutio. Quia quidquid facient tunc dæmones contra ſanctos hoc facient per homines per quos ſuam poteſtatem, & malitiam exercebunt.*

A fornicatione ſua.

A *Fornicatione ſua.* Cætera vitia plurali numero ſignificauit, fornicationem verò ſingulari; at plures hæc ſola perdit, licet non plurali numero ſignificetur, imo quia ſignificatur. Vgo Carenſis. *Quare ponit fornicationem in ſingulari, cum cætera ponantur in plurali? Quia voluit per hoc ſignificare, quòd plures per fornicationem pereunt, quàm per cætera peccata. Plus enim dicit in ſingulari, quàm ſi diceret in plurali, quia ſic dicit nomen ſpeciei quod omnibus conuenit.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT X. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET audiui alium Angelum fortem deſcendentem de cælo amictum nube, & iris in capite eius: & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columna ignis.

Vt ſol. *Oec. Sicut ſol.*
Tanquam columna. *S. Aug. Sicut columna. Quidd. Codd. Tanquam columna.*

Verſ. 2.

Et habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare: ſiniſtrum autem ſuper terram.

Verſ. 3.

Et clamauit voce magna, quemadmodum cùm leo rugit. Et cùm clamaſſet, locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.

Cùm leo rugit. *Oec. Leo mugit.*

Verſ. 4.

Et cùm locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: & audiui vocem de cælo dicentem mihi: Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua: & noli ea ſcribere.

Voces ſuas. *Oec.* omittit.
Dicentem mihi. *S. Aug. & Oec. Dicentem.*
Signa. *Oec. Obſigna ea. Pagn. Obſigna.*
Et noli. *S. Aug. Noli. Oec. Et ne.*
Scribere. *Oec. Scripſeris. Mar. Apertè vulgare.*

Verſ. 5.

Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, leuauit manum ſuam ad cælum.

Vidi. *Oec. Vidiſti.*
Suam. *Oec. Suam dexteram.*
Ad cælum. *Oec. In cælum.*

Verſ. 6.

Et iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum, qui creauit cælum, & ea quæ in eo ſunt: & terram, & ea quæ in ea ſunt: & mare, & ea quæ in eo ſunt: Quia tempus non erit ampliùs.

Iurauit. *S. Aug. Iurauit Angelus ille.*
Non erit ampliùs. *S. Aug. Iam non erit.*

Verſ. 7.

Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli cùm cœperit tuba canere, conſummabitur myſterium Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos Prophetas.

Vocis ſeptimi. *S. Aug. Septimi.*
Cùm cœperit tuba canere. *Oec. Quando tubâ caniturus eſt.*
Conſummabitur. *Oec. Conſumendus eſt.*
Myſterium Dei. *Mar. Dies iudicij.*
Euangelizauit. *Oec. Annunciauit.*
Per ſeruos ſuos. *Oec. Seruis ſuis prophetis.*

Verſ. 8.

Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli ſtantis ſuper mare & ſuper terram.

Et audiui vocem. *Goth. Et vox, quam audiui. And. Caſ. Audiui.*
Iterum loquentem. *Goth. Rurſus loquens. Vat. Iterum loquebatur.*
Dicentem. *Goth. Dicens. Vat. Dicebat.*
Vade. *Oec. Libellum.*
De manu. *Al. In manu.*

Verſ. 9.

Et abij ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel.

Vt daret. *Vat. Da.*
Librum. *Vat. Libellum.*
Dixit. *S. Aug. Tunc dixit.*
Accipe librum. *Goth. Accipe. Vat. Accipe libellum.*
Deuora. *S. Aug. Comede.*
Dulce. *Vat. Dulcis.*

Verſ. 10.

Vulgata Editio.

Verſ. 10.

Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cùm deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus.

Verſ. 11.

Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

Lectionum Varietas.

Librum. *Vat. Libellum.*
Dulee. *Vat. Dulcis.*

Dixit. *Oec. Dicunt. Pagn. Dicit.*
Oportet te iterum propbetare. *Quidd. ap. Mar. Erit breui exily finis.*
Gentibus & populis & linguis. *Oec. In populis & gentibus & linguis. Pagn. In gentibus & linguis & populis.*

CAPVT X.

APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Fortitudo doctorum, & eorum, qui latè imperium extendunt. 1921
Fortiores maioribus periculis exponi, imbecilliores minoribus. 1921
Liber Ioanni cur ab Angelo non oblatus. 1921
Librum vt Christus referat. 1922
Carnalibus amara Dei verba; ſpiritualibus ſuauia. 1923
Auidè Dei verba deuoranda. 1923
Angelum doctor referre debet. 1924
Deuorari cur liber dicatur. 1924
Nuda in voluendis libris curioſitas vitanda. 1925
Ventri cur amara Dei verba, ori ſuauia. 1925

Et vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cælo.

1921. MIRVM *fortis* titulo hunc Angelum decorari, qui titulus non paſſim aliis eſt tributus. An fortis debuit eſſe, qui libellum apertum in manu ſua habuiſſe legitor: nimirum qui legendum librum aliis offert, non debet ipſe eſſe imbecillis, eâque negligere, quæ præſtanda aliis exhibito libro offert? An quia ſuper marè ponebat dextrum pedem, ſuper terram verò ſiniſtrum? Robur magnum, & magnas vires debet exerere, qui tam latè imperium ſuum extendit, & tam diuerſis imperat, & fluctuantia ſeculi æſtibus inſiſtit.

Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram.

POſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare ſiniſtrum autem ſuper terram; nimirum firmiorem pedem ſuper infirmius, inſtabiliúſque elementum, infirmiorem ſuper firmius ſtatuit; cur non potiùs contrà factum? An vt doceremur fortiores maioribus periculis exponi imbeciliores minoribus; id quod tetigit etiam B. Beda hic; *Poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram; fortiora membra in maioribus periculis, altera in competentibus ſiſtuntur.*

Non enim patitur nos Deus tentari ſupra id, quod poſſumus.

Et audiui vocem de cælo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli.

DE cælo audiuit Ioannes vocem; de terra non ſonuit, quæ nihil terrenum continebat: *Vade & accipe librum*; non obtulit librum Angelus, ſed dedit Ioanni cum eum prius Ioannes quæſiuiſſet; vt poſtulationis eſſet ſua merces; nec librum poſtulauit, niſi è cælo moneretur, à ſua humilitate quodammodo coërcitus. 1922.

Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum.

ET *dixit mihi: Accipe librum.* Librum Ioanni dedit Angelus nec pro libro aliquid à Ioanne quæſiuit; ſatis dedit cùm iuſſus Ioannes librum deuorare deuorauit.

Et quinam iſte eſt liber, qui deuorari iubetur, & etiam poteſt? *iſte liber*, inquit ſanctus Thomas, *eſt ipſe Chriſtus, in hoc libro ſcriptum fuit ſtilo clauorum perforantium manus, pedes, & latus, & ſtilo flagellorum pertrahentium ſanguinem è corpore.*

Faciet amaricari ventrem tuum.

FAciet amaricari ventrem tuum; Ventri amarus eſt liber, ſed ori dulcis nam ſequitur; *ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel*; Cur amarus in ventre, in ore dulcis? An quia iis qui ventrem referunt, carnem nutriunt amara Dei verba ſunt, ſpiritualibus ſunt ſuauia; Huc flectebat ſanctus Auguſtinus, cuius hæc verba circumferuntur hom. 8. in Apoc. *In ore intelliguntur boni, & ſpirituales Chriſtiani, in ventre carnales, & luxurioſi. Inde eſt, quòd cùm verbum Dei prædicatur, tunc ſpiritualibus dulce eſt; carnalibus verò, quorum ſecundùm Apoſtolum, Deus venter eſt, amarum videtur, & aſpetum.* 1923.

Comedenda, quin & deuoranda Dei verba ſunt, & licet ventri ſint amara, deuoranda ſunt, cùm ſint ſuauia ori; Pulchrè rem verſat Vgo Victorinus in pſal. 118. *Per verbum quidem tuum, Domine, venter carnalitatis premitur, ſed palatum cordis intus ſapore dulcedinis delectatur: quia etſi foris infirmitatem grauat labor operis, intus tamen deſiderium paſcit dulcedo & guſtus ſuauitatis. Hinc eſt quod dilectus ille & carus Ioannes qui verbum Dei tam frequenter & tam libenter edere conſueuerat, de ſe perhibet, dicens. Accepi librum de manu Angeli & deuoraui eum: & erat in ore meo tanquam mel dulce:*

ee: & cùm deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus. Sic & tu frater deuora librum vitæ, comede verbum Dei: nec ſolùm comede: ſed auidè comede: & noli propterea dulcedinem ſaporis eius deſerere, ſi aliquid amaritudinis ſentis in ventre.

Accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum.

1924. QVi librum in mentis ventrem traiiciendum aliis uffert, qui doctrinam quæ ſpiritalem vitam foueat, ac nutriat exhibet, Angelum vitæ puritate debet refette.

Et deuoraui illum; nun ſatia illi fuit librum comedere, librum deuorauit. *Hic liber*, inquit ſanctus Thomas, *deuoratur quando magna cum auiditate ad interiora traucitur, vt anima nutriatur, debet autem deuorari quia dulciſſimus eſt*; & eò dulcior; quo auidius in mentis ſtomachum demittitur.

1925. *Deuoraui illum.* Non legimua librum legiſſe nec curiuſè voluiſſe Iuannem, viſus librum deuorare, deuorauit ſtatim; nuda in voluendis libria curiuſitas fructum plerumque impedit, qui à librorum ſena lectione naſci poteſt, Libri qui ab Angelis ſunt, deuorandi potius, quam voluendi, vt in bonorum morum ſanguinem quæ fuerint traiecta vertantur.

Erat in ore meo tanquam mel dulce.

E*Rat in ore meo tanquam mel dulce*; Igitur liber ori dulcis fuit, ventri amarus; nimirùm quæ ſpiritualibus ſuauia, carnalibus ſunt amara. *Os Eccleſiæ eminet*, inquit ſanctus Auguſtinus in Pſal. 43. *venter abſconditus eſt tanquam mollior & infirmior. Hoc ſignificat quodam loco Scriptura, vbi quidam dicit ſe accepiſſe librum: & liber ipſe dulcis erat, inquit, in ore meo, & amarus in ventre meo. Quid eſt hoc, niſi quia præcepta ſumma quæ accipiunt ſpiritales; non accipiunt carnales? Liber iſte, fratres, quid habet? Vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Quàm dulcis in ore Eccleſiæ? ab omnibus ſpiritalibus factum eſt. At verò carnali cuicunque dixeris, fac hoc: faciliùs à te triſtis recedit, ſicut ille diues à Domino, cui dictum eſt, Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, quàm facit quod dictum eſt. Quare autem triſtis receſſit, niſi quia liber ille dulcis eſt in ore, & in ventre amarus.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

CAPVT XI. APOCALYPSIS.

Verſ. 1. ET datus eſt mihi calamus virgæ: & dictum eſt mihi: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.	Datus. *S. Aug. Data.* Calamus. *S. Aug. Arundo.* Et dictum eſt mihi. *S. Aug. Dicens. Vat. A dicente mihi.*
Verſ. 2. Atrium autem quod eſt foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum eſt Gentibus, & ciuitatem ſanctam calcabunt menſibus quadraginta duobus.	Atrium autem. *S. Aug. Atrium. Pagn. Et atrium.* Foris. *Pagn. Intrà.*
Verſ. 3. Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis.	Teſtibus. *S. Proſp. Martyribus.*
Verſ. 4. Hi ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conſpectu Domini terræ ſtantes.	Domini. *S. Aug. Dei.* Stantes. *S. Proſp. Conſiſtentia. Pagn. Stantia.*
Verſ. 5. Et ſi quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum: & deuorabit inimicos eorum: & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi.	Voluerit. *S. Aug. Vult.* Eos nocere. *S. Aug. Eos lædere vel occidere. Oec. Ipſos lædere. Vat. Eis nocere.* Exiet. *Oec. Egreditur. Vat. Exit.* Deuorabit. *Vat. Deuorat.* Lædere. *Vat. Iniuriâ afficere.*
Verſ. 6. Hi habent poteſtatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipſorum: & poteſtatem habent ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinem, & percutere terram omni plaga quotieſcunque voluerint.	Claudendi cælum. *S. Aug. Claudere cælum nubibus.* Pluat. *S. Proſp. Imbrem pluat.* Diebus. *S. Aug. In diebus. S. Proſp. Per dies. Oecum. Tempore.* Super aquas. *S. Proſp. Omnium aquarum.* Et percutere. *S. Proſp. Percutere. Al. Et percutiendi.* Omni. *S. Proſp. In omni.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Et cùm finierint teſtimonium ſuum: beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduersùm eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

Et cum finierint. *Oec. Cumque expleuerint.*
Teſtimonium. *S.Proſp. Martyrium.*
Aſcendit. *SS.Proſp.& Aug. Aſcendet.*
Abyſſo. *Pagn. Voragine.*
Faciet. *Oec. Committet.*
Aduerſum eos bellum. *S.Proſp. Cum eis bellum. S. Aug. Cum eis prælium. Oec. Prælium aduerſus ipſos.*
Et occidet eos. *Vat.* omittit.

Verſ. 8.

Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus vbi & Dominus eorum crucifixus eſt.

Corpora. *S.Aug. Corpus. Oec. Cadauera.*
Iacebunt. *S.Aug. Proiicitur.*
Plateis. *Oec. Plateâ.*
Ciuitatis. *S. Proſp. Ciuitatis illius.*
Dominus eorum. *Pagn. Dominus noſter.*

Verſ. 9.

Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non ſinent poni in monumentis.

Videbunt. *S. Aug. Vident.*
Tribubus & populis. *S.Aug. Populus, tribus. Oec. Populis & tribubus.*
Et linguis & gentibus. *S.Aug. Et linguæ.*
Corpora. *S.Aug. Corpus. Oec. Ad cadauera.*
Per tres dies & dimidium. *Oec. Tribus diebus & dimidio.*
Corpora. *Oec. Cadauera.*
Sinent. *S.Aug. Sinunt. Oec. Permittent.*
Monumentis. *S. Aug. Monumento. Oec. Monumentum. Vat. Monumenta.*

Verſ. 10.

Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant ſuper terram.

Inhabitantes terram. *S.Aug. Habitantes in terrâ.*
Gaudebunt. *S.Aug. Gaudent.*
Iucundabunt. *S.Auguſt. Epulantur. Pagn. Lætabuntur.*
Mittent. *S. Aug. Mittunt. Oec. Dabunt.*
Cruciauerunt. *Oec. Cruciauerant.*
Eos qui habitabant. *Oec. Habitantes. Pagn. Eos qui habitant.*
Super terram. *Oec. In terrâ.*

Verſ. 11.

Et poſt dies tres & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper eos, qui viderunt eos.

A Deo. *Oec. Qui eſt à Deo.*
Eos qui viderunt. *S.Auguſt. Videntes. Vat. Eos qui videbant.*

Verſ. 12.

Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis: Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorum.

Audierunt. *S.Aug. & Oec. Audiui.*
Dicentem eis. *S. Aug. Dicentem.*
In nube. *Oec. In ipſa nube.*

Verſ. 13.

Et in illa hora factus terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia: & reliqui in timorem ſunt miſſi, & dederunt gloriam Deo cæli.

Illa hora. *Oec. Illo die.*
Nomina hominum. *S. Auguſt. Nomina virorum. Mar. Homines.*
Reliqui. *S.Aug. Cæteri.*
In timorem ſunt miſſi. *S. Aug. Timuerunt. Pagn. Territi ſunt.*
Gloriam Deo cæli. *S.Aug. Claritatem Deo.*

Verſ. 14.

Væ ſecundum abiit: & ecce væ tertium veniet citò.

Veniet. *Oec. Venit.*
Citò. *Mar. Continuò.*

Verſ. 15.

Et ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum. Amen.

Factum eſt regnum. *Vat. Facta ſunt regna.*
Chriſti eius. *Oec. Chriſti.*

Verſ. 16.

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
Verſ. 16. Et viginti quatuor ſeniores qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuos, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes.	In conſpectо. *Oec. Sunt in conſpectu.* Dei. *Oec. Throni Dei.* Sedent. *Oec. Qui ſedent.* In ſedibus ſuis. *Oec. Super ſedes ſuas.*
Verſ. 17. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam, & regnaſti.	Et qui venturus es. *Oec.* omittit. Virtutem. *Oec. Potentiam.*
Verſ. 18. Et iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua; & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis, & ſanctis, & timentibus nomen tuum, puſillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram.	Iratæ. *Oec. Indignata.* Indicati. *Pagn. Vt iudicentur. Mar. Vindicari.* vel, *Vt vindicentur.* Reddete. *Pagn. Reddas.* Exterminandi. *Pagn. Perdas. Mar. ex Gr. Corrumpendi.* Cortopetnot. *Pagn. Perdunt.*
Verſ. 19. Et apertum eſt templum Dei in cælo: & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.	Viſa eſt. *Oec. Apparuit.* Teſtamenti eius. *Oec. Teſtamenti Domini.* Templn eius. *Oec. Templo ſuo.* Voces. *S. Aug. & Oec. Tonitrua. Vat. Voces & tonitrua.* Et gtaodn magna. *S. Aug.* omittit.

CAPVT XI.

APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Metiri Dei templum aptè nequit, qui non ſurgit. 1926
Mundanorum hominum vita ſine regula ſine menſura. 1926
Petrus & Paulus vt duas oliuas referant. 1927
Gratia cur Deo agenda, quùm eius ira aduenit. 1928
Iram Dei hominum ira prouocat. 1928
Etiam puſilli ſuâ mercede donantur, 1929

Surge & metire templum Dei.

1926. SVRGE, *& metire templum Dei*; Metiri Dei templum aptè nequit, qui non ſurgit; *notandum*, inquit Anſbertus, *quòd qui templum Dei metiri debet ſurgere admonetur, vt ſcilicet qui aliorum vitam prædicando informare cupit, ipſe per torporis negligentiam in infimis deſideriis minimè iaceat, vt nil quod tranſit ex deſiderio quærat, nihil quod in mundo eſt per amorem concupiſcat: ſed ad excelſa virtutum faſtigia per exercitium operis aſſurgat, quatenus eo quod metitur ædificio altior fiat.*

Ne metiaris illud.

NE *metiaris illud*; Menſuras, regulas excludit quod foris, lata nimirum mundanorum hominum vita: huc vocat hæc verba ſanctus Gregorius lib. 28. Moral. cap. 28. *In Apocalypſi*, inquit, *ſcriptum eſt: Atrium quod foris templum eſt, eiice foras: & ne metiaris illud. Quid enim aliud atrium quàm latitudinem ſignificat vitæ præſentis? & rectè foris templum ſunt, qui per atrium deſignantur: atque ideo metiendi non ſunt, quia anguſta eſt porta quæ ducit ad vitam: & latitudo vitæ prauorum non admittitur ad menſuras, & regulas electorum.*

Iſti ſunt duæ oliuæ.

ISti *ſunt duæ oliuæ*; hæc verba de Apoſtolorum verticibus Petro & Paulo intelligit B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. in eorum ſolemnitate. Præſtat hîc eius verba ſiſtere, & ſunt iſta: *Oliuæ ſunt naturales, non in oleaſtris contra naturam inſertæ, vtique amœnæ, virentes, vberes & fœcundæ. Amœnitatem foliorum in verbis & ſcripturis eorum attende; viriditatem in deſideriis cæleſtibus, quibus flagrabant, excipe, vbertatem in deuotionis pinguedine, qua intus nutriebantur, intellige, fœcunditatem autem in Iudæorum ac gentium conuerſione, mirare. Quis (oro) in epiſtolarum elegantia iſtis fuit amœnior? quis in concupiſcentia æternorum virilior? quis vberior in contemplatione cæleſtium? quiſve fœcundior in aggregatione fidelium? Nempe totam Eccleſiæ terram ſuis irrigauerunt doctrinis, decorauerunt exemplis, ampliauerunt miraculis, & virtutibus perfecerunt.* 1927

Iſti ſunt duæ oliuæ; hæc verba eiſdem ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo in hunc modum aptat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 27. *Iſti ſunt duæ oliuæ. Digna prorſus comparatio oliuæ ad Apoſtolos, nec alia dignior eſt inuenta. Arbor enim iſta ſemper viridis eſt, & illum excellentiſſimum olei liquorem effundit, ſine quo nec regia, nec ſacerdotalis conſtat auctoritas.*

Gratias agimus tibi, Domine.

GRatias agimus tibi, Domine; ſed cur? *& aduenit ira tua*, quia ſcilicet eius ira in malos exarſe-

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

Verſ. 7.

Et cùm finierint teſtimonium ſuum: beſtia quæ aſcendit de abyſſo, faciet aduersùm eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

Et cum finierint. *Oec. Cumque expleuerint.*
Teſtimonium. *S.Proſp. Martyrium.*
Aſcendit. *SS.Proſp.& Aug. Aſcendet.*
Abyſſo. *Pagn. Voragine.*
Faciet. *Oec. Committet.*
Aduerſum eos bellum. *S.Proſp. Cum eis bellum. S. Aug. Cum eis prælium. Oec. Prælium aduersus ipſos.*
Et occidet eos. *Vat.* omittit.

Verſ. 8.

Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma & Ægyptus vbi & Dominus eorum crucifixus eſt.

Corpora. *S.Aug. Corpus. Oec. Cadauera.*
Iacebunt. *S.Aug. Proiicitur.*
Plateis. *Oec. Plateâ.*
Ciuitatis. *S. Proſp. Ciuitatis illius.*
Dominus eorum. *Pagn. Dominus noſter.*

Verſ. 9.

Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non ſinent poni in monumentis.

Videbunt. *S. Aug. Vident.*
Tribubus & populis. *S.Aug. Populus, tribus. Oec. Populis & tribubus.*
Et linguis & gentibus. *S.Aug. Et lingua.*
Corpora. *S.Aug. Corpus. Oec. Ad cadauera.*
Per tres dies & dimidium. *Oec. Tribus diebus & dimidio.*
Corpora. *Oec. Cadauera.*
Sinent. *S.Aug. Sinunt. Oec. Permittent.*
Monumentis. *S. Aug. Monumento. Oec. Monumentum. Vat. Monumenta.*

Verſ. 10.

Et inhabitantes terram gaudebunt ſuper illos & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant ſuper terram.

Inhabitantes terram. *S.Aug. Habitantes in terrâ.*
Gaudebunt. *S.Aug. Gaudent.*
Iucundabunt. *S.Auguſt. Epulantur. Pagn. Lætabuntur.*
Mittent. *S. Aug. Mittunt. Oec. Dabunt.*
Cruciauerunt. *Oec. Cruciauerant.*
Eos qui habitabant. *Oec. Habitantes. Pagn. Eos qui habitant.*
Super terram. *Oec. In terrâ.*

Verſ. 11.

Et poſt dies tres & dimidium, ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper eos, qui viderunt eos.

A Deo. *Oec. Qui eſt à Deo.*
Eos qui viderunt. *S. Auguſt. Videntes. Vat. Eos qui videbant.*

Verſ. 12.

Et audierunt vocem magnam de cælo, dicentem eis: Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cælum in nube: & viderunt illos inimici eorum.

Audierunt. *S.Aug. & Oec. Audiui.*
Dicentem eis. *S. Aug. Dicentem.*
In nube. *Oec. In ipſa nube.*

Verſ. 13.

Et in illa hora factus terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia: & reliqui in timorem ſunt miſſi, & dederunt gloriam Deo cæli.

Illa hora. *Oec. Illo die.*
Nomina hominum. *S. Auguſt. Nomina virorum. Mar. Homines.*
Reliqui. *S.Aug. Cæteri.*
In timorem ſunt miſſi. *S. Aug. Timuerunt. Pagn. Territi ſunt.*
Gloriam Deo cæli. *S.Aug. Claritatem Deo.*

Verſ. 14.

Væ ſecundum abiit: & ecce væ tertium veniet cito.

Veniet. *Oec. Venit.*
Citò. *Mar. Continuò.*

Verſ. 15.

Et ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in cælo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi Domini noſtri, & Chriſti eius, & regnabit in ſecula ſeculorum. Amen.

Factum eſt regnum. *Vat. Facta ſunt regna.*
Chriſti eius. *Oec. Chriſti.*

Verſ. 16.

Vulgata Editio.

Verſ. 16.

Et viginti quatuor ſeniores qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuos, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes.

Verſ. 17.

Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepiſti virtutem tuam magnam, & regnaſti.

Verſ. 18.

Et iratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis, & ſanctis, & timentibus nomen tuum, puſillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram.

Verſ. 19.

Et apertum eſt templum Dei in cælo: & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.

Lectionum varietas.

In conſpectu. *Oec. Sunt in conſpectu.*
Dei. *Oec. Throni Dei.*
Sedent. *Oec. Qui ſedent.*
In ſedibus ſuis. *Oec. Super ſedes ſuas.*

Et qui venturus es. *Oec.* omittit.
Virtutem. *Oec. Potentiam.*

Iratæ. *Oec. Indignata.*
Iudicari. *Pagn. Vt iudicentur. Mar. Vindicari.* vel, *Vt vindicentur.*
Reddere. *Pagn. Reddas.*
Exterminandi. *Pagn. Perdas. Mar. ex Gr. Corrumpendi.*
Corruperunt. *Pagn. Perdunt.*

Viſa eſt. *Oec. Apparuit.*
Teſtamenti eius. *Oec. Teſtamenti Domini.*
Templo eius. *Oec. Templo ſuo.*
Voces. *S. Aug. & Oec. Tonitrua. Vat. Voces & tonitrua.*
Et grando magna. *S. Aug.* omittit.

CAPVT XI.

APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Metiri Dei templum aptè nequit, qui non ſurgit. 1926
Mundanorum hominum vita ſine regula ſine menſura. 1926
Petrus & Paulus vt duas oliuas referant. 1927
Gratiæ cur Deo agendæ, quùm eius ira aduenit. 1928
Iram Dei hominum ira prouocat. 1928
Etiam puſilli ſuâ mercede donantur, 1929

Surge & metire templum Dei.

1926. SVRGE, *& metire templum Dei*; Metiri Dei templum aptè nequit, qui non ſurgit; notandum, inquit Anſbertus, *quòd qui templum Dei metiri debet ſurgere admonetur, vt ſcilicet qui aliorum vitam prædicando informare cupit, ipſe per torporis negligentiam in infimis deſideriis minimè iaceat, vt nil quod tranſit ex deſiderio quærat, nihil quod in mundo eſt per amorem concupiſcat: ſed ad excelſa virtutum faſtigia per exercitium operis aſſurgat, quatenus eo quod metitur ædificio altior fiat.*

Ne metiaris illud.

N*E metiaris illud*; Menſuras, regulas excludit quod foris, lata nimirum mondanorum hominum vita: huc vocat hæc verba ſanctus Gregorius lib. 28. Moral. cap. 18. *In Apocalypſi*, inquit, *ſcriptum eſt: Atrium quod foris templum eſt, eiice foras: & ne metiaris illud. Quid enim aliud atrium quàm latitudinem ſignificat vitæ præſentis? & vellè feris templum ſunt, qui per atrium deſignantur: atque ideo metiendi non ſunt, quia anguſta eſt porta quæ ducit ad vitam: & latitudo vitæ prauorum non admittitur ad menſuras, & regulas electorum.*

Iſti ſunt duæ oliuæ.

I*Sti ſunt duæ oliuæ*; hæc verba de Apoſtolorum verticibus Petro & Paulo intelligit B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. in eorum ſolemnitate. Præſtat hîc eius verba ſiſtere, & ſunt iſta: *Oliuæ ſunt naturales, non in oleaſtris contra naturam inſertæ, vtique amœnæ, virentes, vberes & fœcundæ. Amœnitatem foliorum in verbis & ſcripturis eorum attende; viriditatem in deſideriis cæleſtibus, quibus flagrabant, excipe, vbertatem in deuotionis pinguedine, qua intus nutriebantur, intellige, fœcunditatem autem in Iudæorum ac gentium conuerſione, mirare. Quis (oro) in epiſtolarum elegantia iſtis fuit amœnior? quis in concupiſcentia æternorum viridior? quis vberior in contemplatione cæleſtium? quiſve fœcundior in aggregatione fidelium? Nempe totam Eccleſiæ terram ſuis irrigauerunt doctrinis, decorauerunt exemplis, ampliauerunt miraculis, & virtutibus perfecerunt.* 1927.

Iſti ſunt duæ oliuæ; hæc verba eiſdem ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo in hunc modum aptat ſanctus Petrus Damianus ſerm. 27. *Iſti ſunt duæ oliuæ. Digna prorſus comparatio oliuæ ad Apoſtolos, nec alia dignior eſt inuenta. Arbor enim iſta ſemper viridis eſt, & illum excellentiſſimum olei liquorem effundit, ſine quo nec regia, nec ſacerdotalis conſtat auctoritas.*

Gratias agimus tibi, Domine.

G*Ratias agimus tibi, Domine; ſed cur? & aduenit ira tua*, quia ſcilicet eius ira in malos exarſe-

rit; quæ verba expendens Anſbertus ait: *Cum Dominus præcipiat, Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: quomodo iſti de aduenta ira tua in reprobos, gratias agere referuntur? Dicunt enim: Gratias agimus tibi quia aduenit ira tua & tempus mortuorum. Sciendum nobis eſt, quia non ideo gaudent electi, quia reprobi damnantur: ſed ideo gaudent, quia illud tempus aduenit, quo & impij iuſtam damnationem, & ipſi recipiunt bonorum operum dignam mercedem. Neque enim dicunt gratias agimus tibi quia iniquos condemnas: quod omnino ſi facerent, nil delinquerent, ſed potiùs iuſta iudicia eius collaudarent. Sed aiunt quia aduenit ira tua & tempus mortuorum, ſcientes proculdubio quia nequaquam tranſeant ad regnum corpora piorum niſi præceſſerit damnatio impiorum.*

Iratæ ſunt gentes, & aduenit ira tua.

I*Ratæ ſunt Gentes, & aduenit ira tua.* Ita nimirum ſua Dei iram homines prouocant; *Rectè, & ordinatè*, inquit Rupertus hic, *quia gentes prius iratæ ſunt, poſt aduenit ira tua. Hic eſt ordo iuſtitiæ legitimus, vt nulli Deus iraſcatur, niſi illi qui prior fuerit iratus inuaneſcendo, reſiſtendo, ſuúmque reatum in ſimilitudinem præuaricatoris Adæ defendendo. Vbi quis iraſcitur, & reſiſtit, ibi demùm Deus iraſcitur & reſiſtit, & contra fortem vtitur ſua vi, quæ non poteſt portari. Hinc Pſalmiſta cùm dixiſſet: Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi: continuò ſubiunxit: ex tunc ira tua. Ac ſi dicat: Non ex quo quis peccat, ſed ex quo peccatum ſuum defendendo, ſuaque iuſtitiæ reſiſtendo multiplicat, ex tunc ira tua, cui non eſt qui reſiſtere valeat, ſicut alibi ſcriptum eſt: Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt.*

Iratæ ſunt gentes, quid inde ſequutum, *& aduenit ira tua*; ita nimirum iram prouocauit & cùm iræ inter homines, & odia pullulant, ſupremi iudicis ita excitatur, quæ multis cruciatibus pœníſque non morituris mortalium excipit iras, ſi antequam illi moriantur, non moriantur iſtæ. 1929.

Puſillis, & magnis.

P*Vſillis, & magnis.* A magna mercede nec puſilli excluduntur? *Nullus itaque*, inquit Anſbertus, *de ſua imperfectione deſperet ſi tamen perfecta agere contendit, nec valet: quia non ſolùm magni, verumetiam puſilli ad illam mercedem pertingunt.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XII. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET ſignum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.

Apparuit. *S. Aug. Viſum eſt. Primaſ. Viſum.*
Amicta. *Oec. Stipata.*

Verſ. 2.

Et in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat.

In vtero habens. *Mar. Prægnans.*
Clamabat. *Goth. Clamat.*
Cruciabatur. *Vat. Cruciatur.*

Verſ. 3.

Et viſum eſt aliud ſignum in cælo: & ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem.

In capitibus eius. *Oec. Super cornua ipſius. Vat. In capitibus ſuis.*

Verſ. 4.

Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram: & draco ſtetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cùm peperiſſet, filium eius deuoraret.

Trahebat. *Pagn. Trahit.*

Verſ. 5.

Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus eſt filius eius ad Deum & thronum eius.

Peperit. *S. Aug. Genuit mulier.*
In virga. *Vat. Virgâ.*

Verſ. 6.

Et mulier fugit in ſolitudinem vbi habebat locum paratum à Deo vt ibi paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.

Solitudinem. *S. Aug. Eremum. Oec. Deſertum.*
Habebat. *Oec. Habet.*
Paratum. *Oec. Ibi Paratum.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio.

Verſ. 7.

Et factum eſt prælium magnum in cælo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat & Angeli eius.

Verſ. 8.

Et non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum ampliùs in cælo.

Verſ. 9.

Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbem: & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo miſſi ſunt.

Verſ. 10.

Et audiui vocem magnam in cælo, dicentem: Nunc facta eſt ſalus, & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.

Verſ. 11.

Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni & propter verbum teſtimonij eius, & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.

Verſ. 12.

Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet.

Verſ. 13.

Et poſt quam vidit draco, quòd proiectus eſſet in terram, perſecutus eſt mulierem quæ peperit maſculum:

Verſ. 14.

Et datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum in locum ſuum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie ſerpentis.

Verſ. 15.

Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine.

Verſ. 16.

Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen quod miſit draco de ore ſuo.

Verſ. 17.

Et iratus eſt draco in mulierem: & abiit

Lectionum Varietas.

Præliom magnum. *Goth. Prælium. S. Aug. Bellum.*
Præliabantur. *S. Augug. Pugnabant. Oec. Præliati ſunt.*
Pugnabant. *S. Aug. & Oec. Pugnauit.*

Proiectos eſt. *S. Aug. Expulſus eſt. S. Proſp. Miſſus eſt. Oec. Eiectus.*
Draco ille. *S. Aug. Draco.*
Serpens. *S. Aug. Anguis. Rib. ex Gr. Serpens ille.*
Vocator. *S. Aug. Dicitur.*
Vniuerſum orbem. *S. Proſp. Totum orbem terræ. Oecum. Totum orbem. Pagn. Totum terrarum orbem.*
Proiectus eſt. *S. Proſp. Præcipitatus eſt. Oec. Eiectus eſt. Vat. Proiectus eſt inquam.*
Miſſi. *Oec. Eiecti. Pagn. Proiecti.*

Magnam in cælo. *Goth. & Pagn. Magnam.*
Nunc. *S. Aug Modò. Pagn. In cælo nunc.*
Virtus. *Pagn. Potentia.*
Proiectus. *S. Aug. Excluſus.*
Ante coonſpectum Dei noſtri. *Oec. Coram Deo noſtro. Mar. Ipſo vidente.*

Verbum. *Vat. Sermonem.*
Teſtimonij eios. *Oec. Martyrij ipſorum.*
Animas ſuas. *Pagn. Animam ſuam.*

Terræ & mari. *S. Aug. Tibi terra & mare. Vat. Habitantibus terra & maris.*
Modicum tempus. *S. Proſp. Breue tempus Pagn. Exiguum. Vat. Paululum temporis.*
Habet. *Oec. Habeat.*

Poſtquam vidit. *Oec. Cùm videret.*
Eſſet. *Pagn. Eſt.*

In locum ſuum. *S. Aug. In locum. Oec. Ad locum ſuum.*
Vbi alitur. *Oec. Vt ibi alatur.*
Per tempus. *Pagn. Tempus.*

Miſit. *Oec. Iecit. Vat. Eiecit.*
Tanquam. *S. Aug. Velut.*
Trahi. *Vat. Rapi.*

Et adiuuit terra mulierem. *Oec. Fuitque terra mulieri auxilio.*
Miſit. *Oec. Iecerat. Pagn. Eiecit. Al. Eiecerant.*
Et abſorbuit. *S. Ambr. Et ſuſcepit.*
De ore. *Pagn. Ex ore.*

In mulierem. *Pagn. Aduerſus mulierem.*
Facere. *Oec. Vt committeret. Pagn. Vt faceret.*
Prælium. *S. Aug. Bellum.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti.	Cum reliquis. *Occ. Aduerſus reliquos.* Mandata. *Occ. Præcepta.* Ieſu Chriſti. *Occ. Ieſu.*
Verſ. 18.	
Et ſtetit ſupra arenam maris.	Stetit. *Occ. Stat.*

CAPVT XII.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Signum magnum, conſtantia & firmitas in muliere. 1930
Mariæ in omnes pietas & clementia. 1930
Anima Sole vt amicta dicatur. 1931
Mundanis rebus ſuſtentari quis poteſt, ſi eas non affectet. 1931
Eccleſiæ ſubiecta ſynagoga. 1932
Maria ornatus. 1932
Nemo in hac vitâ ſe exiſtimet ſecurum. 1933
Occulta Dæmonis fraudolentia. 1933
Quidquid maſculæ fortitudinis eſt ſatanæ diſplicet. 1933
Senſuum illecebra & voluptates cauenda. 1934
Michaël draconem vt vicerit. 1935
Angeli in Maria obſequio quàm prompti. 1935

Signum magnum.

1930. SIGNVM *magnum*; & cur non magnum appellauerit ſignum cùm dicat mulierem Sole amictam apparuiſſe, Lunam ſub pedibus habentem? nouum & magnum eſt molliorem ſexum aliquem ſolem in conſtantiæ ſignum induere, & Lunam mutabilitatis figuram habere ſub pedibus, quæ ob inſtabilitatem malè audit.

Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius.

MVlier amicta Sole; atque ideirco ſingulari pietatis amictu inſignis; Sole amicta Maria, quia non bonis tantùm, ſed etiam malis miſericordiæ ſuæ lumen impartitur; vt de ipſa quoque dici poſſit, quod de Deo habetur Matth. 5. *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*; huc nos duxit ſanctus Bernardus de verbis Apocal. vbi de Virgine loquens, ait; *Ea eſt, quæ velut alterum ſolem induit ſibi; quemadmodum enim ille ſuper bonos & malos indifferenter oritur, ſic ipſa quoque præterita non diſcutit merita ſed omnibus ſe ſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet.* Addit ſtatim: *Omnium denique neceſſitates ampliſſimo quodam miſeratur affectu. Nam & defectus omnes ſub ea, & quicquid fragilitatis ſeu corruptionis eſt, excellentiſſima quadam ſublimitate præ cæteris omnibus excedit & ſupergreditur creaturis, vt meritò ſub pedibus eius Luna eſſe dicatur.*

1931. Mulier iſta amicta eſt Sole, Chriſto ſcilicet, & veterem hominem exuerat, quod cuilibet poteſt animæ aptari, quæ tota in ſponſum ſuum migrat, hæret ſuo amori, ſuo Ieſu; & Lunam ſub pedibus habet, terrena omnia calcans.

Luna ſub pedibus eius; Quò ſpectat Luna ſub huius mulieris pedibus ſita? An quia mundana bona hanc mulierem ſuſtentant & portant, cum cæteros vorent, & abſorbeant? *licet mundanis ſuſtentetur*, ait Gloſſa, *non tamen affectat*; incipiunt terrena bona deiicere non portare, cum amantur; portant te, ſi non diliguntur à te.

Lunam hæc mulier ſub pedibus habet; nimirum 1932.
Eccleſiæ magnitudo eſt, ſynagogam habere ſubiectam; *Mulier ſole induta*, inquit Andreas Cæſarienſis, *eſt Eccleſia; aſcendit autem ſuper Lunam, quia ſynagogam ſub pedibus proſtratam habet.*

Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.

ET *in capite eius corona ſtellarum duodecim*; quas exornat potius mulier illa, quàm exornetur ab eis. Sanctus Bernardus in allegoriis Tilmanni tem Beatiſſimæ Dei matri aptans ait. *Dignum planè ſtellis coronari caput, quod & ipſis longè clariùs micans, ornet eas potius quàm ornetur ab eis. Quidni coronent ſidera quam ſol veſtit? ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum, & lilia conuallium. Quis illas æſtimet gemmas? Quis ſtellas numeret, quibus Maria regium diadema compactum eſt? ſupra hominem eſt, coronæ huius rationem exponere, indicare compoſitionem.*

Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum Cæli.

CAuda eius trahebat tertiam partem ſtellarum 1933.
Cæli; Cùm ſtellæ ipſæ in terram trahantur à dracone, quis ſe licèt ſanctitate emineat ſecurum putet? Rem ita expendebat ſanctus Auguſtinus lib. Soliloqu. cap. 19. *Vidimus multos, Domine, & audiuimus à patribus noſtris, (quod vtique ſine magno tremore non recolo, ſine multo timore non confiteor) aſcendiſſe primitus quodammodo vſque ad cælos & inter ſydera nidum ſuum collocaſſe, poſtmodum autem cecidiſſe vſque ad abyſſos, & animas eorum in malis obſtupuiſſe: vidimus ſtellas de cælo cecidiſſe ab impetu ferientis caudæ draconis.*

Cauda eius trahebat. Plerumque accidit, vt quos per apertam vim non valet draco deiicere, caudâ hoc eſt occulta fraudolentia ſternat, & maximè cum de maximis agitur viris, qui ſtellas referunt.

Filium eius deuoraret.

FIlium eius deuoraret; Nimirum minus mulier 1934.
draconi diſplicuiſſet, ſi filiam peperiſſet, quia filium peperit, in filium & in matrem exarſit; quicquid maſculæ fortitudinis eſt ſatanæ diſplicet; quod ad Dei amorem ita aptat Vgo in cap. 16. Ioannis: *Perſecutus eſt draco mulierem, id eſt animam fidelem, quæ peperit maſculum, id eſt amorem Dei fortem, & inſuperabilem.*

Peperit

Peperit filium maſculum.

P*Eperit filium maſculum.* A tanta muliere non niſi maſculus poterat expectari: *Eccleſia populus,* inquit Aretas Cæſarienſis, *filius maſculus rectè appellatur, qui carnis voluptatibus, ſenſuúmque illecebris, non frangitur, neque deuincitur, ſed animis infractis in officio perſiſtit.*

Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone.

1935. M*ichaël & Angeli eius præliabantur cum dracone.* Pugnauit cum ſuis Michaël, & vicit, quando nimirum mulier eiuſque filius draconis contriuit caput; *Nuſquam* inquit hîc Rupertus, *in tota ſerie Scripturarum ante illum ſæpe dictæ mulieris partum Michaël Archangelus pugnaſſe cum dracone, eúmque viciſſe legitur, quia videlicet nondum draconis eiuſdem caput, vt vinci poſſet ab Angelis, contriuerat ille mulieris filius, quod nunc fecit, & faciendo raptus eſt ad Deum & ad Thronum eius, vnde & illi in Pſalmo canitur. Tu contribulaſti capita draconum in aquis: Tu confregiſti capita draconis.*

Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone; qui ſcilicet ſe contra mulierem armauerat. Cum de mulieris cuſtodia agitur turba mittitur Angelorum, ac ſi vnus tanto muneri haud ſit par aut quia omnes cæleſtes ſpiritus parati in vnius virginis obſequium, vt honoris ſummi loco ducant aliquid pro eâ præſtare.

SECTIO II.

Dæmon Draconem & ſerpentem vt referat. 1936
Imbecillis quilibet qui peccato obnoxius. 1937
Et in proſperis & in aduerſis nobis diabolus inſidiatur. 1947
Paſſionis Dominicæ cogitatio quàm ſalutaris. 1937
Inuidia virus quàm lethale. 1938
Mulieri cur alæ aquilæ datæ dicantur, non columbæ. 1939
Deſideria Carnalia quantam contra homines vires habeant. 1940
Voluptates, Dæmonis arma. 1940
Humilitas diaboli viribus frangendis apta. 1941

Et proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus.

1936. E T quî draconem ſimul, & ſerpentem refert ſatanicus hoſtis? *Draco dicitur*, inquit hîc Ribera. *propter ferocitatem, & crudelitatem, ſerpens verò propterea quod in ſilentio mordet, id eſt, tacitè & quaſi abſque ſenſu eorum, quibus nocet, venenum infundit.*

Poſt mulieris partum Angelorum pugna, Michaëlis victoria, draconis proiectio narratur. Sed cur non ante? vt victoria tam feliciter parta non tam Angelicæ virtuti quàm illius partûs poteſtati tribueretur.

Nunc facta eſt ſalus.

1937. N*Vnc facta eſt ſalus*; ſcilicet per remiſſionem peccatorum *& virtus*, id eſt robur bene operandi, diaboloque reſiſtendi, nam alioquin imbecillis quilibet dum obnoxius peccato eſt.

Die ac nocte.

D*Ie ac nocte*; id eſt omni tempore, vel quod notat ſanctus Gregorius & in aduerſis, & in proſperis, nam diabolus & in proſperitate & in aduerſitate nobis aduerſatur, & nos deiicere ſtudet; *Rectè*, inquit ſanctus Pater lib. 2. Moral. cap. 5. *in Apocalypſi voce Angelica dicitur: Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte. Scriptura autem ſacra ſæpe diem pro proſperis, noctem autem pro aduerſis ponere conſueuit. In die ergo & nocte accuſare non deſinit: quia modo nos in proſperis, modo in aduerſis accuſabiles oſtendere contendit. In die accuſat, cum proſperis malè nos vti inſinuat. In nocte accuſat, cùm in aduerſis nos non habere patientiam demonſtrat.*

Vicerunt eum propter ſanguinem agni.

V*Icerunt eum propter ſanguinem agni.* Vix explicari poteſt, quantas vires adiiciat ſeria cogitatio Dominicæ paſſionis, & conſiderare attentè Chriſtum pro nobis ſanguinem fudiſſe; hoc enim eſt vincere propter ſanguinem agni; *Ipſi* inquit hîc Ribera, *conſiderantes Agnum pro ſe ſanguinem fudiſſe, ac proptereà meritò omnia pro eo eſſe perferenda, conſiderantes etiam ſe teſtimonium reddere debere de Chriſto, & tunc maximè, cùm à multis ex ſuis deſerebatur, viriliter pugnarunt, & diabolum vicerunt.*

Habens iram magnam.

1938. H*Abens iram magnam.* Et quando non habet hoſtis iram exiguam? ſed quænam eſt ira magna diaboli, & quinam eius effectus? Rupertus ait eſſe quia prius homines per ignorantiam ad malum alliciebat nunc illis inſpirat inuidiam: ſic ille ſcribit lib. 7. *In quo ira eius, quam nunc habet ſic deſcendens, diſcernere poſſumus, quòd verè magna ſit, comparatione eius iræ, quam prius habuit? In eo videlicet, quod prius vos faciebat errare per ignorantiam, nunc autem facit vos blaſphemare per inuidiam. Hæc eſt ira magna inuidia maligna vobis inſpirata.*

Data ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum.

C*Vr* aquilæ potius alæ mulieri datæ ſunt, quam columbæ? An quis fugere in deſertum debebat, ſéque à draconis inſidiis ſubducere; & in hoc certamine non eſſe imbellis, ſe committere fugæ, ſed & fortium quoque, & regium animum ſpirantium, quorum figuram Aquila exprimit?

1939. Cur potius alæ aquilæ datæ mulieri ſunt, quàm columbæ; An quia aquilæ volatus velox, & validus eſt; ſicque indicetur celeriter ſatanæ tentationes omnibus fugiendas ſed maximè mulieri? An ne quis crederet à timore hanc fugam eſſe, & non potiùs ab amore, quo in maiorem Dei gloriam ferebatur? Pulchrè Ribera hîc: *Non dicuntur*, inquit, *nunc ei datæ alæ columbæ, de quibus ſcriptum eſt Pſalm. 54. Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ & volabo, & requieſcam? Quoniam columbæ timidæ ſunt mulier autem non in timore fugit, quaſi pati pro Chriſto nolit, quo nihil ſibi gratius, aut vtilius eſſe ſentit, ſed quomodo Apoſtoli, & Martyres fugiebant, videlicet gratificari Deo cupiens, ne penitus nomen*

Chriſtianum extinguatur, & Chriſtus deſinat in terra adorari. Scit enim Deum velle vt vſque ad finem ſæculi fideles maneant, & quæ diaboli malitia perdidit, reſtituant. Pennas ergo habet aquila, quia non timore, ſed amore Dei volat, & ſemper Deum intuetur, & conuerſatione in altum tollitur, neque perſecutione deiicitur.

Vt volaret in deſertum; Quæ prius *fugere* velox incedens dicta eſt in ſolitudinem, nunc volat in deſertum; nimirum quò quis magis in Dei obſequio proficit, eo velocius a ſæuioris draconis inſidiis ſe debet ſubducere.

Miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem aquam tanquam flumen.

1940. MOlli elemento in mollem ſexum draco pugnauit; aquam poſt mulierem miſit; vix poterat fortiori telo contra illam vti; *Flumen aquæ* inquit B. Ambroſius, *deſideria ſunt carnalia. Videns autem diabolus Eccleſiam non poſſe deuici perſecutionibus, ſed potius creſcere & roborari: multitudinem deſideriorum carnalium ei immittere voluit, quibus decepta ad mala opera agenda retraheretur.*

Poſt mulierem aquam; Non vſus eſt manibus quas non habebat, non cauda, quia non poterat, ſed aquarum copia, quâ *voluptates, deliciæque* ſignificantur, hæc quippe draconis arma ſunt, in his eius virtus, & vis eſt ſita.

Aquam tanquam flumen poſt mulierem ſerpens miſit, vt eam obrueret, & aquis ſepeliret; quod ad carnales voluptates flectit Vgo in cap. 15. Ioannis; *Miſit*, inquit, *draco poſt mulierem aquam tanquam flumen, vt eam traheret à flumine. Hoc eſt, quando diabolus homini exuto à peccatis ſuggerit præteritas voluptates carnales.* 1941.

Et adiuuit terra mulierem.

E*T adiuuit terra mulierem.* Iuuit terra mulierem: prodeſſe & omnibus poteſt ſi humilitatis ſenſum iis quodam modo affricet, dum ſe terram eſſe cogitant, & terram vocant. Pulchrè Andreas Cæſarienſis. *At terra*, inquit, *iuuit illam. Iuuit autem Sanctorum ſubmiſſione, qui verè, rectéque dicere ſolent: Ego ſum terra, & cinis, omnes ſuperbi diaboli vires nihil ita frangit, vt humilitas.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIII. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi de mari beſtiam aſcendẽtem habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua eiuſdem diademata, & ſuper capita eius blaſphemiæ.

Capita ſeptem, & cornua decem. *Oec. Cornua decem & capita ſeptem.*
Super cornua eius. *Oec. In cornibus ſuis.*
Capita eius. *Oec. Capita ſua.*

Verſ. 2.

Et beſtia, quam vidi, ſimilis erat pardo, & pedes eius ſicut pedes vrſi, & os eius ſicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem ſuam & poteſtatem magnam.

Sicut pedes vrſi. *S. Aug. Vrſi.*
Os leonis. *S. Aug. Leonis.*
Virtutem ſuam. *Oec. Virtutem ſuam & thronum ſuum. Vat. Potentiam ſuam & thronum ſuum. Pagn. Potentiam ſuam & ſedem ſuam.*

Verſ. 3.

Et vidi vnum de capitibus ſuis quaſi occiſum in mortem, & plaga mortis eius curata eſt. Et admirata eſt vniuerſa terra poſt beſtiam.

In mortem. *Oec. Ad mortem.*
Admirata eſt vniuerſa terra. *Vat. Admiratio fuit in vniuerſâ terrâ.*
Poſt. *S. Aug. Sequuta.*

Verſ. 4.

Et adorauerunt draconem qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adorauerunt beſtiam dicentes: Quis ſimilis beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea?

Dedit. *Oec. Dederat.*
Poterit. *Vat. Poteſt.*

Verſ. 5.

Et datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias: & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos.

Et datum eſt ei os loquens. *S. Proſp. Data eſt poteſtas beſtiæ loquendi.*
Facere. *Oec. Faciendi prælium. Pagn. Faciendi bellum.*

Verſ. 6.

Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & eos qui in cælo habitant.

Et aperuit. *S. Aug. Deindè aperuit:*
In blaſphemias. *S. Aug. & Pagn. In blaſphemiam. Oec. Ad blaſphemiam. Al. In conuicia.*
Ad Deum. *S. Proſp. & Oec. Aduerſus Deum. Pagn. Contra Deum.*
Blaſphemare. *Oec. Vt blaſphemaret. Pagn. Vt blaſphemiis afficeret. Al. Vt conuiciis afficeret.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Et datum eſt illi bellum facere cum ſaoctis, & vincere eos. Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum & populum, & linguam,& gentem,

Datum eſt illi facere. *S. Proſp. Data eſt ei poteſtas faciendi.*
Vincere. *S. Proſp. Vincere & occidere.*
Populum & linguam. *S. Proſp. Et linguam.*

Verſ. 8.

Et adorauerunt eam omnes qui inhabitaot terram, quorum non ſunt ſcripta nomina io libro vitæ Agni, qui occiſus eſt ab origine mundi.

Adorauerunt. *Goth. & S. Aug. Adorabunt. Vatab. Adorabant.*
Qui inhabitant terram. *S. Aug. Habitantes terram. S. Proſp.* omittit. *Oec. Qui habitant in terrâ.*
Quorum non ſunt. *S. Aug. Quorum non eſt. S. Proſp. Qui non ſunt.*
Scripta nomina. *S. Aug. Scriptum nomen. S. Proſp. Scripti.*
Qui occiſus eſt. *S. Aug. Signati.*
Mundi. *S. Proſp. Seculi.*

Verſ. 9.

Si quis habet aurem, audiat.

Aurem. *S. Amb. Aures audiendi.*

Verſ. 10.

Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi: Hîc eſt patieotia & fides ſaoctorum.

Qui. *Oec. Si quis.*
In captiuitatem duxerit. *Oec. Captiuitatem ducit. Vat. Captiuitatem contraxerit.*
Vad. *Oec. Vadit.*
Qui. *Oec. Si quis.*
In gladio. *Oec. Gladio.*
Occidi. *Oec. Occidit.*
Hîc. *Mar. Hoc loco.*

Verſ. 11.

Et vidi aliam beſtiam aſceodeotem de terra: & habebat cornua duo ſimilia Agni,& loquebatur ſicut draco.

Aliam beſtiam. *S. Proſp. Beſtiam.*
De terra. *Pagn. E terra.*
Agni. *Oec. Agno.*

Verſ. 12.

Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu eius: & fecit terram & habitaotes in ea, adorare beſtiam primam,cuius curata eſt plaga mortis.

Prioris. *Oec. Primæ.*
Faciebat. *Oec. Facit.*
Fecit. *Oec. Faciebat. Pagn. Facit. Mar. Compulit.*
Habitantes. *S. Aug. Eos qui ſunt. Oec. Eos qui habitabant. Pagn. Inhabitantes.*
Adorare. *S. Aug. Vt adorent.*
Primam. *S. Aug. Priorem.*
Curata eſt. *Oec. Curata fuerat.*
Mortis. *S. Aug. Mortis eius.*

Verſ. 13.

Et fecit ſigna magna, vt etiam igoem faceret de cælo deſcendere in terram in conſpectu hominum.

Fecit. *S. Faciet. Pagn. Facit.*
Vt etiam. *S. Aug. Vt. Oec. Et vt. S. Proſp. Ita vt.*
Faceret de. *S. Aug. Faciat deſcendere. Oec. Deſcendat.*
In conſpectu. *S. Proſp. Sub oculis.*

Verſ. 14.

Et ſeduxit habitantes in terra propter ſigna quæ data ſuot illi facere io conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem beſtiæ, quæ habet plagam gladij,& vixit.

Seduxit. *Oec. Seducit.*
Habitantes. *S. Proſp. Eos qui habitant. Oec. Meos qui habitant.*
In terra. *S. Proſp. Terram.*
Facere. *Oec. Vt faceret.*
Habitantibus. *Oec. Habuit.*
Gladij & vixit. *Oec. Et vixit à gladio.*

Verſ. 15.

Et datum eſt illi vt daret ſpiritum imagini beſtiæ, & vt loquatur imago beſtiæ: & faciat: vt quicunque non adorauerint imaginem beſtiæ,occidantur.

Et vt. *Oec. Vt etiam.*
Faciat. *Pagn. Faciet.*
Vt quicunque. *S. Aug. Si qui.*
Adorauerint. *S. Aug. Adorauerunt.*
Imaginem beſtiæ. *S. Aug. Beſtiam & imaginem eius, nec acceperunt inſcriptionem in fronte aut in manu ſuâ.*
Occidantur. *S. Aug. Occidentur.*

Verſ. 16.

Et faciet omnes puſillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & ſeruos

Faciet. *Oec. Facit.*
Puſillos. *Oec. Paruos.*
Habere. *Oec. Vt dent ipſis. Vat. Accipere.*

Vulgata Editio.

habere characterem in dextera manu ſua, aut in frontibus ſuis.

Verſ. 17.

Et ne quis poſſit emere, aut vendere, niſi qui habet characterem, aut nomen beſtiæ, aut numerum nominis eius.

Verſ. 18.

Hic ſapientia eſt. Qui habet intellectum, computet numerum beſtiæ. Numerus enim hominis eſt: & numerus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

Lectionum Varietas.

Characterem. *Oec. Characteres.*
In frontibus ſuis. *Oec. Super frontem ſuam.*

Et ne quis. *S. Aug. Vt nemo. Oec. Vtque nemo.*
Poſſit. *Pagn. Poſſet.*
Emere, aut vendere. *S. Aug. Mercari.*
Qui habet. *Oec. Habeat.*
Characterem, aut nomen. *S. Aug. Nomen aut notam.*
Nominis eius. *S. Aug. Eius.*

Sapientia. *Mar. Sapientiâ opus eſt.*
Hominis. *Mar. Nominis.*
Sexcenti. *Oec. Sexcenta.*

CAPVT XIII.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Facilè qui de ſe magna loquitur, impia loquitur. 1942
Cur cum iuſtis, non cum peccatoribus bellum gerere dicatur diabolus. 1942
In ſanctis ſuis vt mori Chriſtus ſit dictus. 1943
Chriſti mors priùs profuit quam fuit. 1943
Beſtiales præfert mores, qui è terrâ cùm ſit tumore & faſtu aſcendit. 1944
Mercatores caueant, ne antichriſti characterem deferant. 1945

Datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias.

1942. FACILE qui de ſe magna loquitur euomit & blaſphemias; *Datum eſt*, inquit hic B. Ambroſius, *id eſt, permiſſum eſt à Deo, vt loquatur magna de ſemetipſo, dicens ſe eſſe filium Dei, & vt loquatur blaſphemias de Deo.*

Eſt datum illi bellum facere cum ſanctis.

CVr non cum peccatoribus? quia hos obſequentes habet, nec bellum cum illis habet, aut pugnam, quos amicos experitur & ſedulos ſectatores; nimirum qui hoſtes ſunt virtutum, diaboli non ſunt hoſtes.

Qui occiſus eſt ab origine Mundi.

1943. QVi *occiſus eſt ab origine Mundi.* Itaque occiſus eſt antequam eſſet occiſus; occiſus fuit non in ſe, ſed in ſuis ſanctis, ac ſi ſuorum mortem Chriſtus putaret ſuam. Pulchrè ſanctus Paulinus epiſt. 1. ad Aprum: *Ab initio*, inquit, *ſeculorum Chriſtus in omnibus ſuis patitur. Ipſe eſt enim initium & finis, qui in Lege velatur, in Euangelio reuelatur, mirabilis ſemper & patiens & triumphans in ſanctis ſuis Dominus. In Abel occiſus à fratre, in Noe irriſus à filio, in Abraham peregrinatus, in Iſaac oblatus, in Iacob famulatus, in Ioſeph venditus, in Moyſe expoſitus & fugatus, in prophetis lapidatus & ſectus, in Apoſtolis terra marique iactatus, & multis ac variis beatorum Martyrum crucibus frequenter occiſus. Idem igitur etiam nunc infirmitates noſtras & ægritudinem portans, quia ipſe eſt homo ſemper pro nobis in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem, quam nos ſine ipſo nec poſſumus ferre, nec nouimus.*

Qui agnus ab initio ſæculi ſit occiſus ſic expoſuit ſanctus Bernardus ſerm. in cœna Domini: *Legitur*, inquit, quia *agnus occiſus eſt ab initio ſeculi, his videlicet qui fuerunt ab initio: ita vt per hoc quod dicitur, ab initio, determinet non tempus occiſionis, ſed ſalutis.* Prius enim mors eius profuit, quàm fuit.

Vidi aliam beſtiam aſcendentem de terrâ.

VIdi *aliam beſtiam*; de hac beſtia hæc habet Ætherius lib. 2. *Aliam beſtiam dixit, ſed pro officio, pro actione, ſed tamen vna beſtia eſt, quia totum corpus diaboli vnum corpus eſt.* 1944

Et à mari, & à terra aſcendere beſtiam vidit; beſtiales præfert mores qui ex terra eſt, & tumore aſcendit. Pulchrè circa hæc verba philoſophatur Ætherius lib. 2. *Aliud*, inquit, *agit mare, aliud terra. Nam mare fluctuat: terra verò quieta eſt. Mare enim intelligitur populus iſtius ſeculi apertè malus. Terra verò religio eſt falſa, & hæretica prauitas, qui ſub nomine ſanctitatis non videntur in ſeculo fluctuare: ſed quaſi quietem ſe agere, pro quo poſſint Eccleſiam ſimulare. Illam vidit aſcendere beſtiam de mari. Id eſt, populum naſci de populo, quia ſemper fuit malus populus. Et ſemper naſcitur malus, qui ſemper dicitur beſtia. Sic & aliam beſtiam vidit aſcendere de terra: non deſcendere de cælo. Nam Hieruſalem cæleſtis ſemper de cælo in terra deſcendet: quia filij ſui ſemper in humilitate naſcuntur. Pſeudo verò propheta de terra aſcendet, quia ſemper de terreno genere gloriatur. De terra quippe aſcendere eſt, & duo cornua Agni ſimilia habet. Id eſt, duo Teſtamenta Legis & Euangelij, per quæ prophetare ſe ſimulat, vt inter ſuos Agnum ſe proferat.*

* * *

Vt

Digitized by Google

Vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere.

1945. VT *etiam ignem faceret de cælo deſcendere*; Vt Chriſtum in hoc æmularetur qui ſub ignis figura Spiritum ſanctum in ſuos diſcipulos demiſit; *Miraculum ignis*, inquit Beda, *quaſi maximum cæteris prætulit, vt quia Dominus Chriſtus diſcipulis Spiritu ſancto in igne veniente, virtutum dedit gratiam, ipſe quoque ſuos quaſi ſimili chariſmate, aſtu fallente decipiat.*

Ne quis poßit emere aut vendere, niſi qui habet characterem.

MIſtum quòd vendentes, ementeſque beſtiæ characterem deferre videantur; *Vendentes, & ementes*, inquit ſanctus Bernardinus, *per diuerſas partes mundi euagantur, ideo vt deferant nomen antichriſti, per mundum cogantur portare characterem eius*; Caueant mercatores ne fraudibus, doliſq; Antichriſti non Chriſti nomen ſecum deferant, & characterem.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIV. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi: & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.

Agnus ſtabat ſupra montem. *S. Cypr. Agnum ſtantem in monte. S. Aug. Agnus ſtans in monte.*
Centum. *Oec. Numerus centum.*
Millia. *Oec. Millium.*
Habentes. *S. Cypr. Et habebant. Oec. Habentium. Pagn. Habentia.*
Suis. *S. Aug. Eorum.*

Verſ. 2.

Et audiui vocem de cælo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.

Tanquam vocem. *S. Aug. Sicut.*
Et tanquam vocem. *S. Aug. Et ſicut.*
Vocem quam. *Oec. Vox quam. Al. Vocem.*
Sicut citharœdorum. *Oec. Veluti citharœdorum. Al. Citharœdorum.*
In citharis. *Al. Citharis.*

Verſ. 3.

Et cantabant quaſi canticum nouum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores: & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra.

Cantabant *Oec. Canunt. Vat. Cantant.*
Sedem. *Oec. Thronum.*
Dicere. *Oec. & Corn. ex Gr. Diſcere.*
Canticum. *Oec. Canticum illud.*

Verſ. 4.

Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocunque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.

Non ſunt coinquinati. *S. Proſp. Se non coinquinauerunt. Tert. Veſtimenta ſua non coinquinauerunt.*
Sunt. *S. Proſp. Permanſerunt.*
Hi ſequuntur. *SS. Proſp. & Max. Hi ſunt, qui ſequuntur.*
Ierit. *S. Max. Vadit.*
Empti. *Oec. A Ieſu empti.*

Verſ. 5.

Et in ore eorum non eſt inuentum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei.

Inuentum mendacium. *Vat. Inuentus dolus.*
Macula. *Mar. Culpâ & notâ.*
Ante thronum Dei. *Goth.* omittit. *Oec. Hi ſunt, qui ſequuntur Agnum.*

Verſ. 6.

Et vidi alterum Angelum volantem per medium cæli habentem euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem & tribum, & linguam, & populum.

Alterum Angelum. *S. Cypr. Alium Angelum. Oec. Angelum.*
Per medium cæli. *S. Cypr. In medio cælo.*
Euangelizaret. *S. Cypr. Annunciaret.*
Sedentibus. *S. Cypr.* omittit. *Pagn. Habitantibus.*
Super terram. *S. Cypr. Super omnem terram. S. Aug. In terra.*
Super omnem gentem. *S. Cypr. Super omnes nationes. Pagn. Omnis gentis.*
Tribum & linguam. *S. Cypr. Tribus & linguas. Pagn. Tribum & lingua.*
Populum. *S. Cypr. Populos. Pagn. Populo.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio.

Verſ. 7.

Dicens magnâ voce, Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum.

Verſ. 8.

Et alius Angelus ſecutus eſt dicens: cecidit, cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potauit omnes gentes.

Verſ. 9.

Et tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens voce magna: ſi quis adorauerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua:

Verſ. 10.

Et hic bibet de vino iræ Dei, quod miſtum eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni.

Verſ. 11.

Et fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam & imaginem eius, & ſi quis acceperit characterem nominis eius.

Verſ. 12.

Hîc patientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, & fidem Ieſu.

Verſ. 13.

Et audiui vocem de cælo dicentem mihi: Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos.

Verſ. 14.

Et vidi, & ecce nubem candidam & ſuper nubem ſedentem ſimilem Filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.

Verſ. 15.

Et alius angelus exiuit de templo, clamans voce magnâ ad ſedentem ſuper nubem: Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur: quoniam aruit meſſis terræ:

Lectionum Varietas.

Dicens magna. *S. Aug. Dicens. Al. Dicentem magnâ.*
Timete Dominum. *S. Cypr. Metuite potiùs Deum. S. Aug. Timete Deum.*
Honor. *S. Cypr. Claritatem. Oec. Gloriam.*
Qui fecit. *S. Cypr. Fecit.*
Mare. *S. Cypr. Et mare.*

Alius. *Oec. Alius ac ſecundus.*
Secutus eſt. *S. Ambr. Profecutus eſt.*
Babylon illa. *Oec. Babylon, ciuitas. Pagn. Babel, ciuitas illa.*
Quæ à vino. *Oec. & Pagn. Quia de vino. Vat. Quia à vino.*
Potauit omnes gentes. *Pagn. Propinauit omnibus gentibus.*

Adorauerit. *S. Cypr. Adorat.*
Acceperit characterem. *S. Cypr. Accipit notam.*
Aut in manu ſua. *S. Cypr. Et manu.*

Et hic. *S. Cypr. Et ipſe. Oec. Ipſe quoque.*
Quod miſtum eſt mero. *S. Cypr. Mixto.*
Calice. *S. Cypr. Poculo. Oec. Cratere.*
Cruciabitur. *S. Cypr. Punietur.*
In conſpectu Angelorum ſanctorum. *S. Cypr. Sub oculis Angelorum ſanctorum. Oec. Coram ſanctis Angelis.*
Ante conſpectum Agni. *S. Cypr. Sub oculis Agni. Oec. Coram Agno.*

Tormentorum eorum. *S. Cypr. De tormentis eorum. Oec. Tormenti eius. Vat. Tormenti eorum.*
Aſcendet. *Vat. Aſcendit.*
Habent. *S. Cypr. Habebunt.*
Qui adorauerunt. *S. Cypr. Quicunque adorant. Vat. Qui adorant.*
Si quis acceperit. *Oec. Quicunque accipit.*

Hîc. *Mar. Hoc loco.*
Patientia ſanctorum eſt. *Mar. Patientia opus eſt. Quidd. ap. Mar. Qua dico.*
Qui cuſtodiunt mandata Dei. *Mar. Expectatione. Quidd. ap. Mar. Suo tempore complebuntur. Oec. Cuſtodientes præcepta Dei. Pagn. Hîc quo cuſtodiunt mandata.*

Dicentem mihi. *Oec. Dicentem.*
Moriuntur. Amodo iam. *Oec. Moriuntur à modò. Profectò. Vat. Moriuntur amodò etiam.*
Opera enim. *Oec. Sed opera.*
Illos. *Oec. Ipſos.*

Nubem candidam. *Oec. Nubes candida.*
Sed. *Oec. Sedens.*
Similem Filio. *S. Aug. Filium. Oec. Similis Filio.*
Habentem. *Oec. Habens.*
Capite ſuo. *S. Aug. Capite.*
Manu ſua. *S. Aug. Manu habens.*

Ad ſedentem ſuper nubem. *Oec. Sedenti in nube.*
Hora. *Oec. Tempus. Pagn. Tibi hora.*
Vt metatur. *Oec. Metendo. Pagn. Vt metas.*

Verſ. 16.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 16. Et miſit qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam in terram: & demeſſa eſt terra.	Qui. *Oec. Is qui.* In terram. *S. Ambr. Super terram.*
Verſ. 17. Et alius Angelus exiuit de templo quod eſt in cælo, habens & ipſe falcem acutam.	Eſt. *Oec. Erat.*
Verſ. 18. Et alius Angelus exiuit de altari qui habebat poteſtatem ſupra ignem: & clamauit voce magnâ ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ ſunt vuæ eius.	Qui habebat. *Oec. Habens.* Voce magnâ. *Oec. Clamore magno.* Vineæ terræ. *Vat. Terra.* Maturæ ſunt vuæ eius. *Oec. Matura eſt vua terra.*
Verſ. 19. Et miſit Angelus falcem ſuam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum.	Suam autem. *Oec. Suam.* In lacum. *S. Aug. & Oec. In torcular. Mar. ex Gr. Botros in torcular.*
Verſ. 20. Et calcatus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſque ad frænos equorum per ſtadia mille ſexcenta.	Calcatus eſt lacus. *S. Aug. & Oec. Calcatum eſt torcular.* Lacu. *S. Aug. & Oec. Torculari.* Frænos. *Oec. Fræna.*

CAPVT XIV.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Hypocritæ perſtricti. 1946
Prædicator qualis eſſe debeat. 1946
Sancti de Chriſti bonis quantùm gaudeant. 1947
Virgines cur ſignatè empti dicantur à Chriſto. 1947
Mariæ dignitas vnde collecta. 1948
Virgines agnum ſequi, quocunque ierit, cur dicantur. 1949
Quónam Chriſtus eat, & quò Chriſtum ſequantur virgines. 1950
Virgines vt ſequi Chriſtum debeant. 1951
Virgines viduis & coniugatis præferendæ. 1952
Caſtitati cætera virtutis iungenda. 1952
Virginum puritas quàm eximia eſſe debeat. 1953

In citharis ſuis.

1946. IN *citharis ſuis*; ſua quilibet habet inſtrumenta, nec aliena ſurripit, *Væ citharœdis*, inquit ſanctus Bernardus in Apol. ad Guiliel. *citharizantibus, non vt illi de Apocalypſi in citharis ſuis; ſed verè vt hypocritæ in alienis*; quod in illos conuenit, qui alienis precibus fidunt, aliorum ſe orationibus commendant, ſed ipſi interim otio torpent, indormiunt ſegnitiei.

In citharis ſuis; Hunc locum vtiliter verſat Abſalon Abbas ſerm. 13. *Et vox, quam audiui tanquam citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. Cuius enim vox docendo vel prædicando auditur citharizare debet in cithara corporis ſui, vt ſonum vocis ſequatur teſtimonium boni operis.*

Nemo poterat dicere canticum.

N*Emo poterat dicere canticum*; In Græco eſt 1947.
μαθεῖν, vnde legendum eſt *diſcere*; quod ait *non poterat* indicat in eis fuiſſe aliquem conatum; quod quo ſenſu accipiendum ſit explicat in hunc modum Ribera: *At non dicit; Non poterant, ſed non poſſe aſſequi quod conantur. In quo non conatus aliquis intelligendus eſt, quo fruſtrentur, quaſi velint diſcere, & non poſſint: ſed hoc tantùm indicatur; Sanctos videntes Chriſti puritatem, & quàm grata ei ſit virginitas gaviſuros fuiſſe ſi ſibi quoque virginitas contigiſſet, quo Chriſto in ea re & ſimiliores eſſent, & gratiores. Sed neque illis, qui habent, inuident, neque ipſi quòd non habuerint dolent.*

Qui empti ſunt de terrâ.

CVr Virgines præcipuè empti dicuntur, cùm conſtet omnes Chriſti ſanguine emptos à Chriſto? *Omnes electi*, ait Ribera *empti ſunt ſanguine Chriſti, vt ſint peculium Dei, ſed virgines peculiari quodam modo empti ſunt, vt Deum in corpore, & in anima haberent, & tamquam primi fructus, qui gratiores eſſe ſolent, Deo offerrentur. Atque hoc eſt, quod paulò poſt ait hæc ipſa verba exponens: Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno; id eſt, hos ſibi dari voluit Chriſtus, & pretio ſui ſanguinis emptos ſibi ſelegit, vt ſe corporis, & animæ puritate imitarentur: primitiæ enim ſunt de primis, & præſtantioribus fructibus, atque ideò gratiores ſunt.*

Sequuntur Agnum quocunque ierit.

S*Equuntur Agnum.* Magna Virginum laus quod 1948.
Agnum ſequantur quocunque ierit. Pende hîc mihi quanta Mariæ Virginis dignitas fuerit, quæ Agno præibat, quam Agnus ſequebatur, cui Agnus parebat.

parebat. Rem egregiè expendit ſanctus Bernardus hom. 1. ſuper Miſſus eſt; *Erat, inquit Euangeliſta, ſubditus illis, quis quibus? Deus hominibus. Deus inquam, cui Angeli ſubditi ſunt, cui principatus, & poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ. Nec tantùm Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam. Mirare ergo vtrumlibet, & elige quid ampliùs mireris, ſiue filij benigniſſimam dignationem, ſiue matris excellentiſſimam dignitatem. Vtrinque ſtupor, vtrinque miraculum. Et quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo: & quòd Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter canitur, quod ſequuntur Agnum quocunque ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi, diſce puluis obtemperare.*

1949. *Sequuntur Agnum quocunque ierit.* Alij Agnum ſequuntur, ſed non quocunque ierit, hoc virginum eſt priuilegium; Præclare hunc locum verſat Vgo Victorinus lib. 1. Miſcell. tit. 178. *Sequuntur*, inquit, *Agnum quocunque ierit. Agnus per humilitatem & virginitatem venit ad nos. Per humilitatem & virginitatem præceſſit nos. De humili enim & virgine natus eſt virgo ipſe & humilis. Humilitas virginis, & virginitas humilis via eſt, qua venit. Nos ergo venire non poſſumus qua venit, ſequi tamen poſſumus qua iuit: quia ſi habere non poſſumus parentes virgines permanere non prohibemur. Qui virgo eſt, & humilis non eſt: ſiue qui humilis eſt, & virgo non eſt, ſequitur Agnum, ſed non quocunque ierit. Solus ille Agnum ſequitur quocunque ierit, qui cum humilitate virginitatem, & cum virginitate humilitatem cuſtodit. Sanè ex duobus imperfectis melius eſt Agnum ſola humilitate, quàm ſola virginitate ſequi: quia humilitas ſine virginitate ſaluare hominem poteſt, virginitas ſine humilitate non poteſt.*

Sequuntur Agnum quocunque ierit. Virginum hîc apparet prærogatiua, vt cæteris in hoc videantur præferri; *Quapropter*, inquit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 7. cap. 24. *penſandum eſt, atque in mente noſtra omni ſtudio reuoluendum, quanta dignitatis quantaque ſit excellentia illic fieri ſummum, vbi ſumma felicitas eſt eſſe vel vltimum: illic priuilegij celſa conſcendere, vbi beatiſſimum eſt paria æquitatis iura ſeruare. Nimirum ſicut atteſtante veritate, Non omnes capiunt verbum hoc in hoc ſeculo: ſic ad illam egregiæ remunerationis gloriam non omnes perueniunt in futuro.*

1950. *Quocunque ierit.* Sed quò it Agnus? quò eum virgines ſequuntur? *Quò ire putamus hunc Agnum* (inquit S. Auguſtinus lib. de ſanctâ virginit. c. 27.) *quò nemo eum ſequi vel audeat vel valeat niſi vos. Quò putamus eum ire? in quos ſaltus & prata? Vbi credo ſunt gramina gaudia, non gaudia ſeculi huius vana, inſaniæ mendaces; nec gaudia qualia in ipſo Regno Dei cæteris non virginibus erunt, ſed à cæterorum omnium gaudiorum ſorte diſtincta. Gaudium virginum Chriſti, de Chriſto, in Chriſto, cum Chriſto, poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum. Gaudia propria virginum Chriſti non ſunt eadem non virginum quamuis Chriſti: nam ſunt aliis alia, ſed nullis talia. Ite in hæc: ſequimini Agnum, quia & Agni caro vtique virgo: hoc enim in ſe retinuit auctus, quod Matri non abſtulit conceptus & natus. Meritò eum ſequimini virginitate cordis & carnis quocunque ierit.*

Sequuntur Agnum quocunque ierit; ſed quò it Agnus ipſe? ſanctus Bernardus ſerm. 3. in feſto omnium Sanctorum; *Vis*, inquit, *adhuc noſſe, quò eat Agnus, & quò neceſſe habeant beatæ animæ ſequi illum? In omnibus requiem quæſiui. Hæc eſt plane requies Domini, non interciſa, non circa aliquod certum reſtricta: quoniam in omnibus gaudet, in omnibus delectatur, in omnibus requiem quærit, & inuenit. Nam & bona placent in ſeipſis, & delectantur in bona ordinatione malorum.*

Quocunque ierit. Non ſatis eſt virgines Agnum ſequi, niſi ſequantur quocunque it; *Sequitur Agnum*, inquit Sanctus Bernardus ſerm. 1. ſuper Miſſus eſt, *coinquinatus humilis, ſequitur & virgo ſuperbus, ſed neuter quocunque ierit: quia nec ille aſcendere poteſt ad munditiam Agni qui ſine macula eſt; nec iſte ad eiuſdem manſuetudinem deſcendere dignatur, quâ ſcilicet non coram tondente, ſed coram occidente ſe obmutuit. Attamen ſalubriorem eligit ſequendi partem in humilitate peccator, quàm in virginitate ſuperbus; cùm & illius immunditiem ſua humilis ſatisfactio purget, & huius pudicitiam ſuperbia inquinet.* 1951.

Primitiæ Deo.

P*Rimitiæ Deo*; Cum virgines primitiæ Deo ſint, præferri coniugibus non ſolùm debent, ſed & viduis. Benè ſanctus Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum; *Si virgines*, inquit, *primitiæ Dei ſunt: ergo viduæ & in matrimonio continentes erunt poſt primitias, id eſt, in ſecundo & tertio gradu: nec priùs perditus populus ſaluari potuit, niſi tales hoſtias caſtitatis Deo obtulerit, & immaculatum Agnum puriſſimis victimis reconciliauerit.* 1952.

Et in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium.

NEc enim in nuda caſtitate debent ſiſtere, qui Agnum, quocunque ierit ſequi debent; incipit eſſe impurus, qui ſolâ corporis puritate contentus vitæ morúmque ſanctimoniam non ei copulat, & nectit; Pulchrè B. Beda; *Et in ore ipſorum non eſt inuentum mendacium; non ſolùm pudicitiæ merito, diuino comitatui virgines copulantur, ſi & ab omni contagione peccati immaculatam geſſerint vitam*, vt fruſtra de ſua caſtitate ſibi virgo blandiatur, quæ cæteris virtutibus non nubit.

Sine maculâ enim ſunt.

S*Ine maculâ enim ſunt*; Non ante homines tantùm, qui falli poſſunt, ſed ante Dei Thronum, Dei tribunal à quo fictio omnis exulat ac falſitas; ſed cur de virginibus id præcipuè dicitur, quod ſanctis omnibus eſt commune? quia virginum puritas eſt præcipua. *Ante Deum iudicem*, inquit ſanctus Bernardinus, *licèt omnes Sancti ſint ſine macula ante thronum Dei, quia ſine corruptione, & à peccatis purgati; tamen in comparatione aliorum dicuntur virgines eſſe ſine macula, ob integritatem mentis & corporis.* 1953.

Sine maculâ enim ſunt. Ab omni eſſe immunes macula aſſerit Ioannes; ſed rugam in eis aliquam notabat Vgo Victorinus lib. 4. Miſcel. tit. 57. vbi ait? *Sine macula ſunt* (inquit) *ante thronum Dei. Nondum tamen ſine ruga. Adeo enim viget in eis deſiderium domus Dei, in qua veſtiantur duplicibus, vt necdum illorum recta intentio tendat in Deum, ſed quodammodo retrahatur, & rugam faciat, cum deſiderio inclinati clament: Vindica Domine ſanguinem ſeruorum tuorum, qui effuſus eſt. non tanquam vindictæ cupidi, ſed deſiderio reſurgendi*

gendi, quod differendam eſt vſque ad diem iudicy.

SECTIO II.

Beati Marci Euangeliſtæ laus. 1954
Mali cur bis cadere dicantur. 1954
Luxuriæ fœtor, pœna. 1955
Malorum pœna cur coram Angelis & Agno eſſe dicatur. 1955
Prius ſeculo moriendum quàm carni. 1956
Religioſa vita, mortificationiſque commendatio. 1956
In Domino quis dicatur mori. 1957
Firmum bonum propoſitum quanti meriti apud Deum ſit. 1957
A bono opere Sancti non ceſſant. 1958
Bona opera Sanctos ſequi cur dicantur. 1959
Pauperibus quàm eximiè delectentur Sancti. 1959

Vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum.

1954. HÆc verba Beato Mateo Euangeliſtæ aptat B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. 10 eius feſto, vt potè qui vitæ ſanctitate Angelum referret: *Nemo ſanè*, inquit, *ſufficienter edicit, quanta per hunc erudimenta virtutum, fidei ſacramenta, dona gratiæ, futuræ vitæ indicia, ſtupenda Saluatoris geſta, veritatis teſtimonia ſancta perceperit Eccleſia. Iſte enim eſt, quem Ioannes myſterialiter prævidens ait. Vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret illud ſedentibus ſuper terram. Angelus ideò nuncupatur, quia degens in carne angelicam ducebat vitam. Quamuis enim cum hominibus conuerſaretur; humana pertractaret negotia, & corporalis vitæ ſuſtentaretur alimonia; mente tamen & deſiderio iugiter ferebatur in cælum, ita vt cum Apoſtolo diceret, conuerſatio noſtra in cælis eſt.*

Cecidit, cecidit Babylon.

CEcidit, cecidit Babylon. Cur caſum repetit, non contentus dixiſſe ſemel cecidiſſe? *Bis ponit cecidit*, inquit Richardus Victorinus, *quia vniuerſitas malorum in confuſione præſentis ſæculi fluctuantium dupliciter ruit, cadit Babylon mala cogitando, cadit mala perpetrando, cadit in mundo, cadit in inferno, in mundo per grauem actionem, in inferno per æternam damnationem.*

Et cruciabuntur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum Sanctorum & coram agno.

1955. ET *cruciabuntur igne & ſulphure*; Igne cruciabuntur, qui vitiorum igne cum hîc eſſent cõburebãtur. Sulphuris fœtor luxuriæ fœtori, quem quæſierunt, reſpondet; Hinc B. Ambroſius. *Ignis exurit, ſulphur autem fœtorem peſſimum de ſe emittit. Igne autem corporaliter cruciabuntur, qui ignem vitiorum in ſe extinguere noluerunt: fœtore ſulphuris torquebuntur, quibus dulcis fuit fœtor luxuriæ.*

Ad pœnam hoc accedet, vt in conſpectu Angelorum, & agni crucientur, in quorum conſpectu peccauere. Agni præſentia, Angelorúmque non minuet cruciatus, ſed potius augebit, cum memoriæ illorum occurret, ſe coram tam bonis adeo malos extitiſſe, tot mala perpetraſſe; *In conſpectu Angelorum ſanctorum inquit B. Ambroſius, cruciabuntur, & in conſpectu agni, videlicet vt in eorum conſpectu crucientur, in quorum conſpectu non timuerunt multa mala perpetrare.*

Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

SEd quî mori poſſunt, qui mortui ſunt? nodum 1956.
petitè ſoluit B. Ambroſius; *Quid eſt*, inquit, *quod dicit: Beati mortui, qui in Domino moriuntur? Quis mortuus mori poteſt? Nullus proculdubio mortuus mori poteſt, niſi prius animam recipiat, vt iterum mori poſſit. Sed illi ſunt beati, & illi in Domino moriuntur, qui prius moriuntur ſeculo, poſtea carne: qui prius veterem hominem, id eſt, omnes nequitias ſpirituales & carnales in ſe extinguunt, vt poſſint dicere cum Apoſtolo: Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.*

Beati mortui. Quod mortuos non occiſos extulerit, ad religioſæ vitæ commendationem tranſtulit Philippus Abb. Bonæ ſpei epiſt. 14. Nequeo hîc eius verba ſupprimere. *Cæleſtis*, inquit, *præco non occiſos, ſed mortuos in Domino beatos prædicauit: in quo noſtris clauſtralibus obtinendæ beatitudinis ſpem donauit, qui, dum ſublato carnifice quaſi viuere conceduntur, quotidiè morte ſatis miſerâ, ſed planè ſaluiferâ, moriuntur; quæ mors, cùm à Domino medicinaliter inferatur, & ab illis æquo animo, iuuante gratiâ, ſufferatur, ſufferentes laborioſâ quidem viâ ad aliam mortem ducit, quæ, laborem iam terminans, ad beatitudinem introducit.*

Beati mortui; non omnes mortui ſunt beati, ſed 1957.
qui moriuntur *in Domino*, in Dominum ipſum migrant; *Tunc in Domino morimur*, inquit ſanctus Paſchaſius huc ſpectans epiſt. ad Frudegar: *ſi nos in illo, & ille in nobis per hoc myſterium maneamus*; & Eucharisticis deliciis immorientes, huic mundo mortui ſumus.

Qui in Domino moriuntur, Aliqui hæc verba de martyribus intelligunt, qui moriuntur in Domino, id eſt pro Domino inque eius fidei fidem, ac teſtationem; Addunt nonnulli *moriendi* verbum moriendi propoſitum importare; hi quippe, qui ſe Deo vouent, antequam reipſa moriantur, iam depoſitis laboribus requieſcent, ac ſi actu occubuiſſent: Tanti apud Deum valet boni ſerium firmumque propoſitum, vt inter facta computetur, quod quis in Dei obſequium ſe facturum ſtatuit.

Qui in Domino moriuntur. Pulchrè ad hæc verba S. Antonius de Paduâ in cap. 1. Geneſ. *In Domino moritur, qui poſt mortem Domino ſociatur. Alij moriuntur contra Dominum, in mortali decedentes.*

Quinam in Domino moriantur exponit in hunc 1958.
modum Vgo Victorinus lib. 2. de Sacramentis fidei parte 16. cap. 1. *Scriptura dicit. Beati mortui qui in Domino moriuntur. In Domino moriuntur, qui in carne quidem moriuntur in Domino tamen viuentes inueniuntur. Quid eſt in Domino? in fide, & ſpe, & charitate. Per iſta enim viuitur in illa vita, quæ viuitur in Domino.*

Vt requieſcant à laboribus ſuis.

VT *requieſcant à laboribus ſuis.* Ceſſabit labor, ab operibus tamen ſancti non ceſſabunt, *opera ſiquidem*, ait Bleſenſis ſerm. 24. de S. Iacobo,

tunc erunt ſpiritualia, nam corpora noſtra fient ſpiritualia, corpus adhærebit ſpiritui, ſpiritus Dei, vt fiat vnus ſpiritus cum illo. A labore itaque ceſſabunt iuſti non ab operibus; Pulchrè Gillebertus Abb. ſerm. 11. in Cant. *A laboribus*, inquit, *requieſcant, non ab operibus. Opera enim illorum ſequuntur illos: opera ſequuntur ſpiritum, ſicut calor ignem: vmbra corpus; lux ſolem: effectus cauſam.*

Opera enim illorum ſequuntur illos.

1959. CVr non potius dicta ſunt iuſta opera iuſtos præcedere, quam ſequi? *Quomodo ſequuntur?* inquit B. Ambroſius; *Nonne Cornelium opera ſua præceſſerant, cui ab Angelo dictum eſt, orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei? Sed ſequi, pro comitari poſuit. Nam & exercitus qui regem comitatur, eum ſequi dicitur, cùm alij præcedant, alij ſequantur, alij ad dexteram, ſiue ſiniſtram incedant. Opera igitur Sanctorum ſequuntur illos, quia merces operum illorum comitatur illos in perpetuum.*

Opera enim illorum ſequuntur illos; In morte omnes, omneſque nos deſerunt amici, opes, honores, ſola nos opera ſequentur. *Ad quid ſequuntur opera ſanctos*, inquit ſanctus Bernardus, *niſi vt laudent eos in portis opera eorum*, quæ tuta erit laus, nec tumori obnoxia,

Sequuntur opera iuſtos non eos ſequuntur labores; ab illis quippe requieſcere dicuntur: labores bonorum finem habent, non habent opera id eſt operum præmium, & merces; Adeo grata iuſtis opera, vt operum merces opera dicantur, ac ſi vel operum nomine ſumma lætitia afficiantur, ac veluti beentur, & operibus adeo delectantur, vt nec nominis obliuiſcantur.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XV. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi aliud ſignum in cælo magnum & mirabile: Angelos ſeptem, habentes plagas ſeptem nouiſſimas. Quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.

Mirabile. *Oec. Admirabile.*
Septem. *Mar. Multos.*
Illis conſummata eſt. *S. Aug. His finita eſt. Oec. Ipſis completur.*

Verſ. 2.

Et vidi tanquam mare vitreum miſtum igne, & eos qui vicerunt beſtiam & imaginem eius, & numerum nominis eius, ſtantes ſuper mare vitreum habentes citharas Dei.

Tanquam. *S. Aug. Sicut.*
Mixtum igne. *Oec. Commixtum igni.*
Eos qui vicerunt beſtiam. *S. Aug. Victores beſtiæ. Oec. Eos, qui victoriam reportauerunt de beſtiâ.*
Et imaginem eius. *S. Aug.* omittit. *Oec. Et de imagine ipſius, & de charactere ipſius.*
Numerum eius. *S. Aug.* omittit. *Oec. De numero ipſius.*

Verſ. 3.

Et cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum Agni dicentes: Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ rex ſeculorum.

Cantantes. *Oec. Canentes. Pagn. Cantant.*
Mirabilia. *Oec. Admiranda.*
Seculorum. *Oec. Gentium. Pagn. Sanctorum. Mar. Æterne.*

Verſ. 4.

Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo quoniam iudicia tua manifeſta ſunt.

Magnificabit. *Oec. Glorificabit.*
Pius. *Oec. Sanctus.*
Omnes gentes. *Oec. Gentes omnino.*
In conſpectu tuo. *Oec. Coram te.*
Manifeſta. *Goth. Magnificata. Pagn. Manifeſtata.*

Verſ. 5.

Et poſt hæc vidi, & ecce apertum eſt templum tabernaculi teſtimonij in cælo:

Templum tabernaculi. *S. Aug. Tabernaculum. Mar. Et tabernaculum.*

Verſ. 6.

Et exierunt ſeptem Angeli, habentes ſeptem plagas, de templo: veſtiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

Septem. *Mar. Multi.*
Veſtiti. *S. Aug. Induti. Oec. Qui erant veſtiti.*
Lino. *Quidd. Codd. Lapide.*
Candido. *S. Aug. Splendido.*
Præcincti circa. *S. Aug. Cincti ſuper.*

Verſ. 7.

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 7. Et vnum de quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis ſeptem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in ſecula ſeculorum.	De quatuor. *Pagn. Ex quatuor.* Iracundiæ. *S. Aug. De irâ.* Dei viuentis in ſecula ſeculorum. *S. Aug. Ac. Tert. Dei.*
Verſ. 8. Et impletum eſt templum fumo à maieſtate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.	De virtute eius. *Oec. Potentiâ ipſius. Vat. De potentiâ eius.* Et nemo. *Oec. Nulluſque.* Introire. *Oec. Ingredi.* Conſummarentur ſeptem plagæ. *Oec. Complerentur ſeptem phialæ.*

CAPVT XV.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Impiorum ſcelera Deo manifeſta. 1960
Iuſti inter Dei beneficia numerant impiorum ſupplicia. 1960
Victoria Deo tribuenda. 1961
Dei pietas ad timorem nos debet allicere. 1961
Plagis afficitur Diuinæ legis contemptor. 1962
Purus ſit, qui alios punit. 1963
Lenitas ſeueritati iungenda. 1963

Et vidi tanquam mare vitreum mistam igne.

1960. MARIS nomine impiorum hominum multitudinem ſignificat, ſed cur *vitreum* vocat? *Quia*, inquit, Ribera hîc, *quantumuis impij ſcelera ſua tegant, etiam eorum cogitationes Deo manifeſtiſſima ſunt, ac ſi lucido quodam vitro tantùm tegerentur*. Plerumque & hominibus ſunt nota, quæ ab illis occulta creduntur.

Habentes citharas Dei.

ID eſt à Deo datas; ſed cui rei citharas habebunt iuſti? in lætitiæ ſignum, nam *videntes* vt ille ait *ſupplicia illa magna impiorum lætabuntur & gratias Deo agent toto corde, quod per eius gratiam liberati fuerint*; iuſtorum hæc nota inter beneficia Dei ea numerare ſupplicia, quibus impij affciuntur.

Cantabant canticum Moyſi ſerui Dei; & canticum agni.

1961. ERgo & vetus, & nouum hoc erat canticum ſi Moyſi erat, & agni; *vetus in figura*, inquit Agellius in Pſalm. 32. *nouum in veritate*, nec enim contrarius Moyſes agno fuit, nec agnus Moyſi.

Magna & mirabilia ſunt opera tua.

MAgna, & mirabilia ſunt opera tua, Dei opera vocant, quod victoriam obtinuerint, nam poſt victoriam à victoria excidit, qui ſibi eam tribuit viribus non Deo. *Mirabilia ſunt opera tua*, addit Lyranus, *nam dictas victorias attribuerunt potentiæ diuinæ*.

Quis non timebit te, Domine?

QVis non timebit te, Domine? Timendum illi maximè, qui Dominum non timet; ſed nimirum, quod adiicit; *quia ſolus pius es*: ac ſi Dei pietas ad eius timorem omnes alliceret, in Græco pro *pius* eſt ὅσιος, id eſt ſanctus, iuſtus innocens, purus; ſed qui ſolus dici poteſt iuſtus, & ſanctus? An quia ab eo omnis alia ſanctitas dependet, & qui eam habet ab eo habet? An quia vix ſanctus innocénſque videtur, qui Deo comparatur.

Et exierunt ſeptem Angeli habentes ſeptem plagas de templo.

EXierunt Angeli à templo quod ſuprà dixerat apertum fuiſſe, à templo ſcilicet tabernaculi 1962.
teſtimonij; ac ſi diceret à templo vnde erat lex; vt à loco diſcerent, plagis affici, qui Dei lege contempta voluptatibus ſe totos tradunt: Bene hîc Ribera: *Quoniam omnes plagæ in homines mittentur, quoniam voluptates ſequi voluerunt, & legem Dei contempſerunt, iure Angeli ferentes impiis plagas exeunt à tabernaculo teſtimonij*.

Angeli qui ſeptem plagas habebant hominibus inferendas de templo perhibentur exiiſſe, vt vel hinc colligeremus ſanctitatis quoddam genus eſſe impios punire.

Veſtiti lino mundo & candido & præcincti circa pectora zonis aureis.

VEſtiti lino mundo, in puritatis ſignum, & munditiei; nimirum æquum eſſet vt qui alios 1963.
punit, ab omni impuritate ſit alienus, ne ſupplicia mereatur, quæ aliis infert.

Pulchrè qui manibus iracundiæ plagas præferebant zonas aureas in charitatis indicium pectori appenſas geſtabant vt vel habitu innuerent lenitatem ſeueritati iungendam, amorémque inſerendum punitioni. Angelum referre videtur, qui corrigit & amat, caſtigat & diligit.

Vulgata Editio.

CAPVT XVI. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET audiui vocem magnam de templo, dicentem ſeptem Angelis. Ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram.

Verſ. 2.

Et abiit primus, & effudit phialam ſuam in terram, & factus eſt vulnus ſæuum & peſſimum in homines qui habebant characterem beſtiæ: & in eos qui adorauerunt imaginem eius.

Verſ. 3.

Et ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens, mortua eſt in mari.

Verſ. 4.

Et tertius effudit phialam ſuam ſuper flumina & ſuper fontes aquarum: & factus eſt ſanguis.

Verſ. 5.

Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iuſtus es Domine, qui es, & qui eras, Sanctus, qui hæc iudicaſti.

Verſ. 6.

Quia ſanguinem ſanctorum & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni enim ſunt.

Verſ. 7.

Et audiui alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens vera & iuſta iudicia tua.

Verſ. 8.

Et quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt illi æſtu affligere homines & igni.

Verſ. 9.

Et æſtuauerunt homines æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, neque egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam.

Verſ. 10.

Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ: & factum eſt regnum eius tenebroſum, & commanducauerunt linguas ſuas præ dolore.

Verſ. 11.

Et blaſphemauerunt Deum cæli præ

Lectionum Varietas.

De templo. *Oec.* omittit. *Mar. Cælo.*
Et effundite. *Vat. Effundite.*
Iræ. *Oec. Plenas iracundiæ.*

Primus. *Pagn. Primus Angelus.*
Vulnus ſæuum. *Pagn. Vlcus malum. Al. Vulnus malum.*
Peſſimum. *Pagn. & Al. Noxium.*
Et in eos qui. *Oec. Qui.*
Adorauerunt. *Pagn. Adorabant.*

Secundus Angelus. *Goth. Secundus.*
Factus eſt. *Mar. Factum eſt mare.*
Omnis anima viuens, mortua eſt. *Ex Mar. Viuentia mortui ſunt.*

Tertius. *Pagn. Tertius Angelus.*
Super flumina. *Pagn. In flumina.*
Super fontes. *Pagn. In fontes.*
Factus eſt. *Pagn. facta ſunt. Mar. Flumina facta ſunt.*

Angelum aquarum. *Pagn. Angelum.*
Domine. *Oec. Tu.*
Sanctus. *Pagn. Et ſanctus.*
Qui. *Oec. Quòd. Pagn. Quia.*
Iudicaſti. *Oec. Iudicaueris.*

Eis. *Oec. Ipſis.*
Bibere. *Oec. Vt biberent.*

Alterum ab altari. *Oec. Alium de altari. Vat. Alterum.*
Et. *Oec. Profectò.*
Iuſta. *Oec. Iuſta ſunt.*

Quartus Angelus. *Oec. Quartus.*
In ſolem. *S. Aug. Super ſolem.*
Et igni. *Oec. Per ignem.*

Æſtuauerunt. *S. Aug. Vſti ſunt.*
Æſtu magno. *S. Aug. Vſtione magnâ.*
Super has plagas. *S. Aug. In his plagis.*
Egerunt pœnitentiam. *Vat. Reſipuerunt. Al. Egerunt ſcelerum pœnitentiam.*

Quintus Angelus. *S. Aug. Quintus.*
Sedem. *Oec. Thronum.*
Factum eſt tenebroſum. *Oec. Obſcuratum eſt.*
Commanducauerunt. *S. Aug. Comedebant. Pagn. Manducauerunt.*
Præ dolore. *S. Aug. A doloribus ſuis.*

Blaſphemauerunt. *Pagn. Blaſphemiis affecerunt. Vat. Conuiciis affecerunt.*
Præ doloribus. *Oec. Propter dolores iſtos. Pagn. & Vat. Præ doloribus ſuis.*
Vulneribus ſuis. *Oec. Propter vlcera ſua. Pagn. Vl-*

doloribus

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

doloribus & vnlneribus ſuis: & non egeruot pœnitentiam ex operibus ſuis.

ceribus ſuis. Vat. Pro vlceribus ſuis.
Egerunt pœnitentiam ex. *Oecum. Reſipuerunt ab. Pagn. Egerunt pœnitentiam de.*

Verſ. 12.

Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Ephratem: & ſiccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu ſolis.

In flumen. *S. Aug. Super flumen.*
Illud magnum. *Oec. Magnum.*
Siccauit aquam. *S. Aug. Siccata eſt aqua.*
Præpararetur. *S. Aug. Prapareiur.*
Regibus. *S. Aug. Eorum, qui ſunt. Vat. Regum.*
Ab ortu. *Oec. Qui ſunt ab ortu.*

Verſ. 13.

Et vidi de ore dracoois, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immuodos io modum ranarum.

Vidi. *Pagn. Vidi exire.*
De ore. *Pagn. Ex ore. Mar. Iuſſu.*
De ure. *Pagn. Ex ore. Mar. Iuſſu.*
Immundos. *Mar. Lutulentos.* vel, *Loquaces.*
In modum ranarum. *S. Proſp. Exeuntes velut ranas.*

Et procedunt. *S. Aug. Qui exeunt. S. Proſp. Exibunt. Oec. Qua egrediuntur. Vat. Vt procedant.*
Totius terræ. *Oec. Vniuerſi orbis.*
Congregare. *Oec. Vt congregentur. Pagn. Ad congregandum.*
In prælium. *S. Aug. Ad bellum. S. Proſp. In pugnam. Oec. Ad pralium.*
Ad diem magnum. *S. Aug. Diei magni. S. Proſp. Ad diem illum magnum. Oec. Diei illius magni.*
Omnipotentis Dei. *S. Aug. Domini. S. Proſp. Omnipotentis.*

Verſ. 14.

Sunt enim ſpiritus dæmooiorum facientes ſigoa, & proceduot ad reges totius terræ coogregare illos io prælium ad diem magnum omoipoteotis Dei.

Verſ. 15.

Ecce veoio ſicut fur: Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne oudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Beatus. *S. Cypr. Beati erunt. Oec. Beatus eſt.*
Vigilat. *S. Cypr. Vigilabunt.*
Cuſtodit. *S. Cypr. Seruabunt. Oec. Qui ſeruat.*
Nudus ambulet. *S. Cypr. Nudi ambulent. Oecum. Nudus incedat.*
Eius. *S. Cypr. Suam.*

Verſ. 16.

Et coogregabit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armagedon.

Congregabit. *Vat. Congregauit.*
Illos. *Mar. Reges, Milites.*
Vocatur. *Oec. Dicitur.*
Armagedon. *Mar. Mons furum.*

Verſ. 17.

Et ſeptimus Aogelus effudit phialam ſuam in aërem: & exiuit vox magoa de templo à throno diceos: Factum eſt.

Templo. *Pagn. Calo. Al. Temple Cali.*

Verſ. 18.

Et facta ſunt fulgura & voces, & tonitrua: & terræmotus factus eſt magnus, qualis ounquam fuit ex quo homines foeruot ſuper terram: talis terræmotus, ſic magous.

Et voces & tonitrua. *S. Aug. Tonitrua. Oec. Tonitrua & voces.*
Factus eſt magnus. *Oec. Magnus.*
Nunquam fuit. *S. Aug. Non eſt factus.*
Ex quo. *Oec. A tempore quo.*
Fuerunt ſuper terram. *S. Aug. Facti ſunt.*
Sic. *Oec. Adeò.*

Verſ. 19.

Et facta eſt ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt. Et Babylon magna veoit io memoriam ante Deum dare illi calicem vini iodigoationis iræ eius.

Facta. *Oec. Diuiſa.*
Ciuitas. *S. Aug. Ciuitas illa.*
Babylon. *S. Aug. Babylon illa.*
Memoriam. *S. Aug. Mentem.*
Ante Deum. *S. Aug. Deo. Oec. Coram Deo.*
Date illi. *Oec. Daret ipſi.*
Calicem. *S. Aug. & Oec. Poculum.*
Indignationis iræ eius. *S. Aug. Ira ſua.*

Verſ. 20.

Et omois ioſula fugit, & mootes non ſuot inueoti.

Et omnis. *Pagn. Omnis.*

Et graodo magoa ſicut talentum de-

Sicut talenta. *S. Aug. Quaſi talentum. Oec. Quaſi talenti pendere.*
In homines. *S. Aug. Super homines.*

Vulgata Editio.

ſcendit de cælo in homines, & blaſphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta eſt vehementer.

Lectionum Varietas.

Propter plagam. *S. Aug. Ex plagâ.*
Facta eſt. *S. Aug. Eſt plaga eius. Oec. Eſſet plaga eius. Pagn. Plaga eius.*
Vehementer. *S. Aug. Nimis.*

CAPVT XVI.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Pœna tanquam aliquid ſacrum excipienda cùm à Deo ſint. 1964
Ad menſuram pœnæ ſunt quæ ſunt à Deo. 1964
In puniendis peccatoribus paulatim eundum. 1964
Ordinatè & opportunè plagæ inferuntur à Deo. 1965
Pœnitentiam differre quàm noxium. 1965

Et audiui vocem magnam de templo.

1964. ET *audiui vocem magnam de templo*; Vox magna audita de templo eſt, qua iuſſum ſeptem Angelis, vt ſeptem phialas iræ Dei effunderent; tanquam aliquid Sanctum ſacrumque excipi debet, quod exit à templo etiamſi de plagis, pœniſque agatur.

Effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram.

QVod ira Dei effundi ex ſeptem phialis iubetur, rectè innuitur pœnas quas malis Deus infert ad menſuram eſſe, nec modum in ſuorum punitione excedere.

Effundite ſeptem phialas; vt ſcilicet paulatim demitti, non totam ſimul effundi iram Dei ſignificetur, vt non tam obruat peccatores, quàm eluat, aut etiam irriget; iræ quippe diuinæ aquis paulatim irrigati flores, fructúſque homines emittunt, quos alias non edidiſſent.

Et abiit primus.

ET *abiit primus.* Non omnes ſimul ſuas phialas effuderunt, ſed *vnuſquiſque*, inquit Abbas 1965.
Ioachim *in ordine, & in tempore ſuo*; vt innueretur etiam pœnas ordinatè, opportunéque à Deo infligi, & ordine in plagis inferendis obſeruato, prouocari malos ad pœnitentiam, bonos ad maioris culmen perfectionis, orationémque pro illis fundendam, ſuper quos ira Dei paulatim effunditur.

Et blaſphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis.

CVm punientem, & caſtigantem Deum laudare deberent, & ad eum conuerti, blaſphema in eum verba euomuerunt, *præ doloribus, & vulneribus*; ſicque vulnera vulnerum occaſio fuere; quod illis plerumque accidit, qui *ad extremum*, vt ait Abbas Ioachim, *pœnitentiam differunt*: ægritudinis enim doloribus ſauciati ſæpè impatientiæ emittunt verba, aliquando impietatis, & blaſphemiæ.

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

CAPVT XVII. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET venit vnus de ſeptem Angelis qui habebant ſeptem phialas, & locutus eſt mecum, dicens: Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas,

Verſ. 2.

Cum qua fornicati ſunt Reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitant terram de vino proſtitutionis eius.

Verſ. 3.

Et abſtulit me in ſpiritu in deſertum. Et vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, & cornua decem.

Qui habebant. *S. Cypr. Habentibus.*
Phialas. *S. Cypr. Phialas.*
Locutus eſt mecum dicens. *Cypr. Aggreſſus eſt me dicens. S. Aug. Dixit mihi.*
Damnationem. *S. Proſp. Iudicium.*
Sedet. *Quidd. codd. Sedit.*

Fornicati. *Oec. Scortati.*
Inhabitant terram. *Oec. Habitant in terrâ.*
Proſtitutionis. *Pagn. Fornicationis.*

Abſtulit. *SS. Cypr. & Proſp. Duxit. S. Aug. Tulit.*
In ſpiritu in deſertum. *S. Cypr. In ſpiritu. S. Aug. In eremo in ſpiritu. Vat. Spiritu in deſertum. Mar. In ſpiritu in locum aptum contemplationi.*
Sedentem ſuper. *Quidd. codd. Super.*
Beſtiam coccineam. *S. Cypr. Beſtiam. S. Aug. Beſtiam pretioſè ornatam.*
Nominibus. *Pagn. Nominis.*
Blaſphemiæ. *Vat. Maledicentiæ.*

Verſ. 4.

Vulgata Editio.

Verſ. 4.

Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioſo, & margaritis, & habens poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius.

Verſ. 5.

Et in fronte eius nomen ſcriptum: Myſterium Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ.

Verſ. 6.

Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine Martyrum Ieſu. Et miratus ſum cùm vidiſſem illam admiratione magna.

Verſ. 7.

Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi ſacramentum mulieris, & beſtiæ, quæ portat eam, quæ habet capita ſeptem, & cornua decem.

Verſ. 8.

Beſtia, quam vidiſti, fuit, & non eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſtitutione mundi) videntes beſtiam, quæ erat, & non eſt.

Verſ. 9.

Et hic eſt ſenſus, qui habet ſapientiam. Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt.

Verſ. 10.

Quinque ceciderunt, vnus eſt, & alius nondum venit: & cùm venerit, oportet illum breue tempus manere.

Verſ. 11.

Et beſtia, quæ erat, & non eſt: & ipſa octaua eſt: & de ſeptem eſt, & in interitum vadit.

Verſ. 12.

Et decem cornua, quæ vidiſti, decem reges ſunt: qui regnum nondum acceperunt, ſed poteſtatem tanquam reges vna hora accipient poſt beſtiam.

Verſ. 13.

Hi vnum conſilium habent, & virtutem & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent.

Lectionum Varietas.

Muliet. *S. Cypr. Mulier illa.*
Circundata. *S. Cypr. Amicta.*
Purpura & coccino. *S. Cypr. Pallio purpureo & coccineo.*
Inaurata. *S. Cypr. Adornata erat.*
Lapide pretioſo. *S. Cypr. Lapidibus pretioſis.*
Habens. *S. Cypr. Tenens. S. Proſp. Ferentem.*
Poculum aureum. *S. Proſp. Poculum.*
Abominatione. *S. Cypr. Execrationum. S. Proſp. Fornicatione. Oec. Immunditiis.*
Fornicationis eius. *S. Cypr. Et fornicationis totius terræ. S. Proſp. Et fornicatione totius terræ. Oec. Fornicationis terræ.*

In fronte eius. *Oec. Super frontem ſuam.*
Myſterium. *Quidd. ap. Mar. Attende.*
Fornicationum. *Vat. Scortationum.*

Mulierem. *S. Proſp. Mulierem illam.*
De ſanguine. *S. Proſp. Sanguine.*
Ieſu. *S. Proſp. Chriſti Ieſu.*
Vidiſſem. *Pagn. Viderem.*

Quare miraris. *S. Proſp. Propter quid admiratus es. Pagn. Quare miratus es.*
Sacramentum. *Pagn. Myſterium.*
Mulieris. *S. Proſp. Huius mulieris.*
Beſtiæ quæ. *Pagn. Beſtia.*
Portat eam. *S. Proſp. Portatur. Pagn.* omittit.

Fuit. *Mar. Fuit potens.*
Et aſcenſura. *S. Proſp. Sed aſcenſura.*
Abyſſo. *Pagn. Voragine. Mar. Infernum.*
Interitum. *S. Aug. Perditionem ira Dei. Oec. Perditionem.*
Ibit. *S. Proſp. Iturus eſt. Oec. Vadit. Vat. Ibit.*
Inhabitantes terram. *Oec. Habitantes in terrâ.*
Conſtitutione mundi. *Vat. Condito Mundo.*
Eſt. *Oec. Eſt & aderit. Vat. Eſt & tamen eſt.*

Et hic eſt ſenſus qui. *Oec. Hic eſt intelligentia, quæ. Al. Hic eſt mens, quæ.*
Septem capita. *S. Proſp. Illa ſeptem capita eius.*
Sedet. *S. Proſp. Sedit.*

Quinque. *S. Proſp. Vnde quinque.*
Ceciderunt. *Mar. Obierunt.*
Eſt. *S. Proſp. Supereſt.*
Et alius. *S. Proſp. Alius.*
Breue. *Oec. Ad breue. Pagn. Exiguum.*

Erat. *S. Proſp. Fuit.*
Ipſa. *Al. Ipſe.*
Octaua. *S. Proſp. Octauo loco. Al. Octauus.*
Et de ſeptem eſt. *S. Proſp. Et cùm ſit de ſeptem.*
Interitum vadit. *S. Proſp. Perditionem ibit.*

Qui regnum. *S. Proſp. Hi regnum.*
Tanquam reges. *S. Proſp. Regni.*
Accipient. *Vat. Accipiunt.*
Poſt beſtiam. *Vat. Cum beſtiâ.*

Vnum conſilium. *S. Aug. Vnam ſententiam.*
Habent. *Oec. Habebunt.*
Virtutem & poteſtatem. *S. Aug. Virtutem & maieſtatem. Pagn. Potentiam & poteſtatem. Vatab. Potentiam & imperium.*
Beſtiæ tradent. *S. Aug. Diabolo tradent.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 14. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum eſt, & Rex regnum, & qui cum illo ſunt, vocati, electi, & fideles.	Pugnabunt. *S. Aug. Pugnant.* Electi. *Vat. Et electi.*
Verſ. 15. Et dixit mihi: Aquæ, quas vidiſti vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & Gentes, & linguæ.	Dixit. *Pagn. Dicit.* Aquæ quas vidiſti. *S. Aug. Aqua, quam vides.* Vbi. *S. Cypr. Super quas.* Meretrix. *S. Cypr. Meretrix illa. S. Aug. Mulier.* Gentes. *SS. Proſp. & Aug. Turba & gentes.* Linguæ. *S. Cypr. Regna.*
Verſ. 16. Et decem cornua, quæ vidiſti in beſtia: hi odient fornicariam, & deſolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipſam igni concremabunt.	Odient fornicariam. *S. Aug. Odio habent meretricem. Vat. Odio proſequentur meretricem.* Deſolatam facient. *S. Aug. Deſertam faciunt.* Facient. *S. Amb. Fecerunt.* Manducabunt. *S. Aug. Edunt. Vat. Comedent. S. Amb. Manducauerunt.* Igni. *Vat. In igne.*
Verſ. 17. Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum eſt illi: vt dent regnum ſuum beſtiæ donec conſummentur verba Dei.	Vt faciant. *S. Aug. Facere.* Quod placitum eſt illi. *S. Auguſt. Sententiam eius. Oec. Ipſius voluntatem, & faciant voluntatem vnam. Vat. Quod placitum eſt illi, vt vnam faciant voluntatem. Pagn. Voluntatem eius vt vnam faciant voluntatem. S. Amb. Benè placitum eſt.* Vt dent. *S. Aug. Et dabunt. Oec. Et dent.* Donec. *S. Aug. Vſque dum.* Conſummentur. *S. Aug. Finiantur. Oec. Compleantur. Al. Perficiantur.* Verba. *S. Aug. Dicta. Oec. Sermones.*
Verſ. 18. Et mulier, quam vidiſti, eſt ciuitas magna, quæ habet regnum ſuper reges terræ.	Regnum. *S. Amb. Poteſtatem.* Super R. *S. Amb. Super cunctos reges.*

CAPVT XVII.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Purpura ornatus cum damnatione vt cognationem habeat. 1966

Pœnitentia ſecularis mortifera. 1966

Aſperior ornatus Chriſto placet: diabolo qui mollior. 1967

Luxurioſi ad neces inferendas proni. 1968

Diabolus poſt Chriſtum eſſe non videtur, quia ſæuire in homines non ſinitur vt anteà. 1968

Regnum verè non accipit, qui vitiis ſeruit. 1969

In Chriſtum reſilit quicquid contra eius Eccleſiam & Dei ſeruos fit. 1969

Quod imbecille videtur in Chriſto fortius omni fortitudine ſeculari eſt. 1970

Pietas apud pauperes frequentiùs quàm apud potentes. 1970

Et mulier erat circundata purpurâ & coccino, & inaurata auro.

1966. CVR non potiùs ſe ſacco induit cùm ad damnationem mortémque iret? an quia hic ornatus maximam cum damnatione cognationem habet? *Illa ciuitas magna*, loquit Tertullianus de cultu fœminarum, *quæ ſuper aquas multas præſidet, cùm proſtitutæ à Domino appellationem meruiſſet, quali habitu appellationi ſuæ comparata eſt? ſed & certè in purpura, cum coccino, & auro, & lapide pretioſo, quæ maledicta ſunt, ſine quibus non potuit maledicta deſcribi.*

Et mulier erat circundata purpura, & coccino. Hæc veſtimenta vt ipſo colore ſanguinem referunt, ſic mortifera ſunt; Pulchrè Ambroſius. Purpura & coccus ſunt veſtimenta regalia, per quæ poteſtas ſecularis deſignatur. *Purpura igitur & coccus ſanguinis ſpeciem habent, quia potentia ſecularis mortifera eſt, & periculum ſempiternum affert iis, qui eam amplius quàm cæleſtem gloriam amplectuntur.*

Audis quibus veſtibus Babylon exornetur, nitor iſte veſtium eius immunditiam non minuit, 1967.
ſed auxit. Aſperior ornatus Chriſto placet diabolo qui mollior; *Babylonem*, inquit ſanctus Petrus Damianus opuſc. 29, cap. 1. *vidit Ioannes circundatam purpura, & cocco, & inauratam auro, & lapide pretioſo, & margaritis: habentem poculum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius. Babylonem ſanè diabolus, Hieruſalem inhabitat Chriſtus. Ille luxuriantis amictus vanitate reficitur; hic aſperis, & humilibus, ſi cordis non deſit humilitas, delectatur. Auctorem porro ſuperbiæ faſtu nitor veſtium prouocat, aſperitas autem Chriſtum, vt humilitate cuilibet miſereatur, inuitat.*

Habens

Habens poculum aureum.

1968. H*Abens poculum aureum*; auri pretio pretium vnlupiaribus fecit, & quantom potius diſpliceret, tantum aurum placeret; *Calicem auri*, inquit ſanctus Ambroſius in Pſalm. 1. *Babylonis excogitauit, vt cuicumque biberint plus ſitirent, & quia potus placere non poterat, auri pretio illiceret ad bibendum.*

Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum.

QVam ſuperius meretricem dixerat, nunc ebriam vocat, impudicitiæ & ebrietatis magnus eſt nexus; ſed mirum non vino ebriam dicit ſed Sanctorum ſanguine, quia nimirum, vt ille ait, *qui luxuriantur ad neces inferendas proni ſunt*, ad alinrum ſanguinem fundendum, bibendúmque parati.

Beſtia, quam vidiſti, fuit, & non eſt.

HÆc beſtia diabolum ſignabat, qui poſt Chriſti aduentum eſſe non videtur, cùm ſæuire in homines non ſinatur, ſicut ante ſæuiebat. Non eſſe dicitur non quia non ſit, ſed quia in mundo non regnat, vt olim regnabat, antequam à Chriſto vinceretur, vt notatum ab aliis eſt; & licèt omne multis dominetur, *hæc tamen eius poteſtas*, inquit Ribera, *cum illa priori comparata nulla cenſetur*; vt vel hinc incredibilis eius in homines ſæuitia arguatur.

Et decem cornua; quæ vidiſti decem reges ſunt, qui regnum nondùm acceperunt.

1969. REges fuerunt, non acceperunt regnum; verè non accepit regnum qui licet pluribus dominetur, vitiis ſeruit: *Regnare quidem*, inquit hîc Rupertus, *viſi ſunt, & regnum ſanctumque nomen ſibi vſurpauerunt. Sed veraciter nunquam regnauerunt. Nec enim regnum illorum verè eſt regnum, ſed ſolius Domini eſt regnum. Nam verè reges huiuſmodi non ſunt mirandi, ſed miſeri ſunt iudicandi, qui vt regnarent, tot homicidia fecerunt.*

Hi cum agno pugnabunt.

ET quis vnquam regum vidit bellum agno inferre? in agnum inſurgit, qui in Dei ſeruos, Deique Eccleſiam; reſilit in Deum, quicquid eius amicis fit: *Cum agno pugnauerunt*, inquit ſanctus Ambroſius, *quia Eccleſiam Dei perſecuti ſunt, populumque Dei interfecerunt.*

Hi cum agno pugnabunt; ſed Agnus eos vin- 1970.
cet; cur potiùs dixit cum Agno pugnaſſe, quàm cum Chriſto? An quia quicquid tenerum, & imbecille videtur in Chriſto, fortius omni ſeculari fortitudine eſt; *Pulchrè*, inquit hîc Rupertus, *cum dicere poſſet, hi cum Chriſto pugnabunt, maluit dicere, hi cum Agno pugnabunt. Hoc mirabile, & laudabile eſt. Vnde ſatis eleganter in propheta iubetur vocari nomen eius velociter ſpolia citò prædare, quia antequam ſciat puer vocare patrem, aut matrem, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ.*

Aquæ, quas vidiſti, populi ſunt.

A*Quæ quas vidiſti, populi ſunt.* Frequens accidit vt ſuper has aquas Dei Spiritus feratur; pietáſque apud pauperes infimæque ſortis homines reſideat magis, vt ille ait, *quàm in potentibus ſæculi*; qui dignitate ſuper alios probitate infra alios ſæpè ſunt.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XVIII. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET poſt hæc vidi alium Angelum deſcendentem de cælo, & habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt à gloria eius.

Verſ. 2.

Et exclamauit in fortitudine dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna: & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundæ & odibilis.

Verſ. 3.

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati ſunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti ſunt.

Verſ. 4.

Et audiui aliam vocem de cælo, dicentem: Exite de illa populus meus: vt ne

Et poſt hæc. *S. Aug. Poſteà.*
De cælo. *Pagn. E cælo.*
A gloria. *S. Aug. Claritate.*

Exclamauit. *S. Aug. Clamauit. Mar. ex Gr. Exclamauit voce magnâ.*
In fortitudine. *Oec. Forti voce. Vat. Per fortitudinem voce magnâ.*
Cecidit, cecidit. *Oec. & Pagn. Cecidit.*
Babylon. *S. Aug. Babylon illa. Pagn. Babel.*
Habitatio. *S. Aug. Habitaculum.*
Dæmoniorum. *Mar. Lemurum.*
Odib. *S. Aug. Inquinata. Pagn. Inuiſa.*

Fornicationis. *Vat. Scortationis. Mar. Et fornicationis.*
Fornicati ſunt. *Vat. Scortati ſunt.*
Mercatores. *S. Aug. Omnes mercatores.*
De virtute deliciarum. *S. Aug. Ex luxuriâ. Oec. De potentiâ deliciarum.*

Exite. *S. Cypr. Exi. Oec. Egredere.*
De illa. *Tert. Ab illa.*
Vt ne participes ſitis. *S. Cypr. Ne particeps ſis. S.* participes

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.

Aug. Ne communicetis.
Delictorum. *S. Aug. Peccatis. Pagn. Peccatorum.*
De plagis eius. *SS. Cypr. & Aug. Plagis eius. Pagn. De plagis.*
Non accipiatis. *S. Cypr. Ne perſtringatis. S. Aug. Ne lædamini.*

Verſ. 5.

Quoniam peruenerunt peccata eius vſque ad cælum, & recordatus eſt Dominus iniquitatum eius.

Peruenerunt. *S. Aug. Aſcenderunt. Oec. Conglutinata ſunt. Quidd. ap. Cor. Adhæſerunt.*
Peccata. *S. Cypr. Delicta.*
Recordatus eſt. *S. Cypr. Meminit.*
Dominus. *S. Cypr. Dominus Deus. Oec. Dominus.*

Verſ. 6.

Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis: & duplicate duplicia ſecundum opera eius: in poculo, quo miſcuit, miſcere illi duplum.

Duplicate. *Pagn. Duplicate ei.*
Duplicia. *S. Aug. Dupla. S. Amb. Supplicia.*
Miſcere illi. *S. Cypr. Remixtum eſt ei.*

Verſ. 7.

Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde ſuo dicit: Sedeo regina: & vidua non ſum: & luctum non videbo.

Quantum. *S. Cypr. Et in quantum.*
Glorificauit. *SS. Cypr. & Proſp. Clarificauit. Bleſ. Exaltauit.*
In deliciis fuit. *S. Cypr. Deliciarum habuit S. Aug. Indeliciauit. S. Proſp. Poteſtatis habuit. Oecum. Laſciuiit.*
Tantum. *S. Cypr. In tantum.*
Date illi. *S. Cypr. Datum eſt ei.*
Tormentum & luctum. *SS. Cypr. & Proſp. Cruciatus & luctus. S. Aug. Cruciatum & luctum populo ſuo. Bleſ. Tormenta & luctum.*
In corde ſuo dicit. *S. Proſp. Dicit. S. Aug. In corde ſuo dicit Babylonia.*
Sedeo. *S. Cypr. Sum. Al. Conſideo.*
Non ſum. *S. Cypr. Eſſe non poſſum.*
Et luctum non videbo. *S. Cypr. Nec luctum viſura ſum. S. Proſp. Nec luctus viſura ſum.*

Verſ. 8.

Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis eſt Deus, qui iudicabit illam.

In vna die. *S. Cypr. Propterea vnâ horâ. S. Proſp. Ideoque vnâ horâ Oec. Propterea vno die.*
Venient. *S. Cypr. Aduenient. S. Proſp. Aduenerunt.*
Luctus & fames. *S. Proſp. Fames & luctus.*
Igne comburetur. *S. Cypr. Igni cremabitur. S. S. Aug. Igne concremabitur. S. Proſp. Ipſa igni cremabitur.*
Deus. *S. Aug. Dominus Deus. Oec. Dominus.*
Iudicabit. *Oec. Iudicat. Vat. Iudicauit. Mar. Condemnabit. Ex Gr. Iudicans.*

Verſ. 9.

Et flebunt, & plangent ſe ſuper illam reges terræ, qui cum illa fornicati ſunt, & in delicijs vixerunt, cùm viderint fumum incendij eius.

Flebunt. *Pagn. Flebunt illam.*
Plangent ſe. *Goth. Plangent.*
Super illam. *Pagn. Super illâ.*
Fornicati. *Vat. Scortati.*
In deliciis vixerunt. *S. Cypr. In deliciis verſati ſunt. Oec. Laſciuierunt. Pagn. In deliciis fuerunt.*

Verſ. 10.

Longè ſtantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

Longè. *S. Aug. A longè.*
Stantes. *Pagn. Cùm ſteterint.*
Timorem. *S. Aug. Metum.*
Tormentorum. *S. Aug. Pœna. Pagn. Tormenti.*
Ciuitas illa. *S. Aug. Ciuitas.*
Vnâ. *Pagn. In vnâ.*
Iudicium tuum *S. Aug. Damnatio tua.*

Verſ. 11.

Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper illam: quoniam merces eorum nemo emet ampliùs;

Flebunt, & lugebunt. *Pagn. Flent & lugent.*
Super illam. *Pagn. Super illa.*
Merces. *Oec. Onus.*
Emet. *Pagn. Emit.*

Verſ. 12.

Merces auri, & argenti, & lapidis pretioſi

Merces. *Oec. Non iam onus.*
Margaritæ. *Vat. Neque margarita.*

Vulgata Editio.

tioſi,& margaritæ, & byſſi, & purpuræ, & ſerici,& cocci,(& omne lignum thyinum, & omnia vaſa de lapide pretioſo, & æramento,& ferro,& marmore.

Lectionum Varietas.

Serici & cocci. *Vat. Serici & coccini. Pagn. Cocci.*
Et omne lignum thyioum. *Al.* omittit.
Omnia vaſa eboris. *Vat. Omne vas eburneum.*
Omnia vaſa de lapide. *Vat. Omne vas de ligno pretioſiſſimo.*
Æramento. *Vat. Ære.*
Ferro & marmore. *Pagn. Ferro.*

Verſ. 13.

Et cinnamomum) & odoramentorum, & vnguenti,& thuris,& vini, & olei, & ſimilæ,& tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum,& animarum hominum.

Cinnamomum. *Goth. Cinnamomum amomum.*
Odoramentorum. *Oec. Odoramenta. Al. Odoramentum.*
Vnguenti & thuris. *Oecum. & Al. Vnguentum & thus.*
Vini & olei. *Oec. & Al. Vinum & oleum.*
Similæ & tritici. *Oec. & Al. Similam & triticum.*
Iumentorum & ouium. *Oec. & Al. Iumenta & oues.*
Equorum. *Oec. Equos.*
Mancipiorum. *S. Aug. Porcorum. Oec. Corporum.*
Animarum. *Oec. Animas.*

Verſ. 14.

Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & ampliùs illa iam non inuenient.

Poma: *Oec. Tempus.*
Diſceſſerunt. *Oec. Receſſit.*
Perierunt. *Pagn. Receſſerunt.*
Iam non inuenient. *Oecum. Nequaquam inuenies. Pagn. Iam non inuenies. Vat. Nequaquam inueneris.*

Verſ. 15.

Mercatores horum, qui diuites facti ſunt, ab ea longè ſtabunt propter timorem tormentorum eius, flentes ac lugentes,

Mercatores horum. *Oecum. Negotiatores harum rerum.*
Diuites facti ſunt. *S. Aug. Ditati ſunt. Oec. Diuites facti ſunt ab eâ.*
Ab ea longè. *Oec. Longè.*
Tormentorum. *Oec. Tormenti.*

Verſ. 16.

Et dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo,& purpura,& cocco,& deaurata erat auro, & lapide pretioſo,& margaritis:

Quæ amicta erat byſſo. *S. Aug. Induta eſt byſſino.*
Deaurata erat. *S. Aug. Ornata. S. Amb. Inaurata erat.*

Verſ. 17.

Quoniam vna hora deſtitutæ ſunt tantæ diuitiæ. Et omnis gubernator & omnis qui in lacum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè ſteterunt.

Deſtitutæ ſunt. *Oec. Deſtituta eſt. Pagn. Deſolatæ ſunt.*
Tantæ diuitiæ. *Oec. Tantis diuitiis.*
Omnis gubernator. *Pagn. & Al. Omnis.*
In lacum nauigat. *S. Aug. Nauibus nauigat. Oec. In nauibus nauigabat. Pagn. In nauibus turba. Al. In nauibus verſantium turba.*
Qui in mari operabantur. *S. Aug. Quotquot mare operantur. Oec. Quotquot in mari operabantur. Vat. Quicunque in mari operantur.*
Longè. *S. Aug. A longè. Oec. Procul.*

Verſ. 18.

Et clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ?

Locum incendij eius. *S. Aug. Fumum ignis. Vat. Fumum incendij eius.*
Ciuitati. *Pagn. Ciuitati.*

Verſ. 19.

Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes, qui habebant in mari, de pretiis eius: quoniam vna hora deſolata eſt.

Dicentes. *Oec. Et dicentes.*
Habebant. *S. Aug. Habent.*
Pretiis. *Oec. Pretio.*
Deſolata. *S. Aug. Deſerta.*

Verſ. 20.

Exulta ſuper eam cælum, & Sancti Apoſtoli, & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa.

Sancti Apoſtoli. *S. Aug. Sancti & Apoſtoli.*
Iudicauit. *Mar. Vindicauit.*
Iudicium veſtrum. *Mar. Vos.*

Verſ. 21.

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
Verſ. 21. Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem, quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens : Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur.	Suſtulit. *S. Aug. Tulit.* Angelus fortis. *S. Aug. Angelus.* Quaſi molarem. *S. Aug. Et molem.* Miſit. *Oec. Proiecit.* Hoc. *S. Aug. Sic. Oec. Huiuſmodi.* Mittetur. *S. Aug. Deiicietur. Oec. Proiicietur.* Vltra iam non inuenietur. *S. Aug. Non inuenietur amplius. Oec. Vltrà iam non inuenietur. Al. Vltrà iam non inuenietur amplius.*
Verſ. 22. Et vox citharœdorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius : & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te ampliùs.	Tibia canentium. *Vat. Tibicinum.* Audietur. *Oec. Audiatur.* Omnis. *Oec. & Vat. Cuiuſcunque.* Inuenietur. *Oec. Inueniatur.* In te. *Pagn. Ante te.* Ampliùs. *Pagn. Poſthac.*
Verſ. 23. Et lux lucernæ non lucebit in te ampliùs : & vox ſponſi & ſponſæ non audietur adhuc in te : quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.	Lucernæ. *Oec. Appareat.* Audietur. *Oec. Audiatur.* Adhuc. *Oec. Ampliùs. Vat. Poſthac.* Veneficiis tuis. *Mar. ex Gr. Veneficio tuo.* vel, *Incantatione.*
Verſ. 24. Et in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt ; & omnium qui interfecti ſunt in terra.	Qui interfecti ſunt. *S. Aug. A te occiſorum.* In terra. *S. Aug. Super terram.*

CAPVT XVIII.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Dæmonum cuſtodia qualis. 1971
Perſtricti qui alios ad peccandum alliciunt. 1972
Mortis memoriam mali expuunt, vt liberiùs peccent. 1972
Superfluitati qui ſtudent, timere quid debeant. 1972
Gloria tranſitoria magnitudinem admirari anguſti animi eſt. 1973
Peccatoris inſtabilitas. 1973
Quod quis ore fundit mētis molâ voluere debet. 1974

Et cuſtodia omnis volucris immundæ.

1971. ET *cuſtodia omnis volucris immundæ* ; cuſtodia iſta nihil ad cuſtodiam facit ; tunc maximè incuſtodita eſt ciuitas cùm malorum ſpirituum, qui volucrum nomine ſignificantur cuſtodia obſeptior; De hac dæmonum cuſtodia hæc habet B. Ambroſius. *Qui ſunt dæmones, ipſi ſunt Spiritus immundi & volucres immundæ: volucres quippe nominantur, eo quòd per aërem iſtum more ventorum indeſinenter diſcurrant. Cuſtodes Babyloniæ ideo vocantur, quia ſicut Angeli electos Dei cuſtodiunt ne iam peſſimè peccent vt pereant : ita & dæmones impios obſeruant, ne aliquando ab iniquitatibus ſuis reſipiſcant & ſaluentur.*

Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum, & luctum.

PAulò aliter legit hunc locum Petrus Bleſenſis lib. de confeſſione, vbi eos premit, qui & peccant ipſi, & ſuis peccatis alios ad peccandum alliciunt; ait quippe : *Cum Dominus ſub ſpecie Babylonis dicat de anima peccatrice. Quantum exaltauit ſe in deliciis ſuis, tantum date ei tormenta & luctum. Tu qui pro tuo proprio & ſpeciali peccato, tam grauia paſſurus es ; quam grauiora pro aliorum peccatis expectas, quorum innocentiam argumentoſa libidinis aſtutia ſubuertiſti.*

Luctum non videbo.

LVctum non videbo. Hoc ipſo magis lugenda, magis ſed inutiliter lugebit, quo ſe luctum non viſuram dixit. Hæc malorum nota, malorum memoriam & mortis expuunt, vt liberius peccent; 1972.
Luctum, inquit B. Ambroſius, *non ſe eſſe viſuram dicit : quia impij quamuis ſciant ſe pro ſceleribus ſuis eſſe puniendos, fingunt ſe non videre quod vident, memoriámque mortis à mente reiiciunt, ne triſtis cogitatio lætitiam cordis eorum perturbet. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames. In die iudicij mors perpetua illi veniet, quæ in hoc libro mors ſecunda vocatur. Luctus illi veniet, ſicut Dominus dicit in Euangelio. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.*

Flebunt & plangent ſe ſuper illam reges terræ, &c.

REges, negotiatores, nautæque flere dicuntur; à luctu immunes agricolæ ac paſtores, quia hi rebus potiùs neceſſariis ad victum dant operam illi ſtudent ſuperfluitati ; id quod notabat etiam Rupertus ; *Notandum interea, quia paſtores, aut ruricolæ fletum hunc, & luctum habituri non ſcribuntur : quia videlicet ſimplicis vitæ officia ſunt, magiſque neceſſario vſui, quàm ſuperfluæ cupiditati famulantur.*

Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ?

1973. QVa ſimilis ciuitati huic magnæ? Mirum hos in ciuitatis ruina ciuitatis magnitudinem admiratos; *Sciendum eſt*, inquit Rupertus, *quia in ipſis pœnitentibus clamantibus ratio, aut ſapientia nulla eſt. Qualis enim, vel quam rationabilis eſt modus pœnitentia, vbi flentes, & lugentes clamant, & dicunt. Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Etiam nunc phantaſiam gloriæ tranſitoriæ, quam viderant, arbitrantur magnam ciuitatem fuiſſe.* Anguſtam verè mentem circunfert, qui magnum putat quicquid mundum redolet, ad terram ſpectat.

Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem.

SEd cur in Babylonis caſu lapidis molaris comparatio adhibetur? *Congruè* inquit Rupertus, *non qualemcumque lapidem, ſed quaſi molarem, pro exprimenda ſimilitudine dixit: quia videlicet Babylon iſta ſicut peccati pondere grauis, ita & erroris agitatione inſtabilis eſt. Hoc vtrumque lapis molaris conuenienter innuit, qui & pondere grauis eſt, & pro molendi officio ſemper circuit.*

Vox molæ non audietur in te ampliùs.

INter maxima ſupplicia interdictus molæ vſus recenſetur: nimirum conclamata videtur illius 1974.
ſalus, qui quod ore fundit, mentis mola non voluit, ne quid peccet; huc flexit hæc verba B. Ambroſius Anout. 2. in Exodum ad Irenæum; *Spiritus*, inquit, *ſapientia ſubtilis, & mobilis legitur in libro Sapientiæ: quia eſt in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, & mobilis, qui ſermones ſuos molat prius, ne quid offendat, vel in ſenſu, vel in alloquio. Denique Babyloni illi, quæ destruetur, dicitur: Et vox molæ non audietur in te ampliùs.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIX. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

POST hæc audiui quaſi vocem turbarum multarum in cælo dicentium: Alleluia: ſalus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt:

Poſt. *Pagn. Et poſt.*
Quaſi vocem. *S. Aug. & Mar. ex Gr. Quaſi vocem magnam. Oec. Tanquam vocem magnam.*
Turbarum multarum. *S. Aug. Populi multi. Oec. & Mar. ex Gr. Turba multa.*
Dicentium. *Oec. Dicentis.*
Alleluia. *Mar. Laudate eum.*
Salus, & gloria. *S. Aug. Salus & claritas. Oec. Salus & honor. Quidd. codd. Laus & gloria.*
Virtus. *Oec. Poteſtas & gloria. Vat. Honor & potentia.*
Deo noſtro eſt. *Oec. Deo noſtro. Vat. Domino Deo noſtro eſt.*

Verſ. 2.

Quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.

Iudicia ſunt. *Pagn. Iudicia.*
Qui. *S. Aug. Quoniam. Pagn. Quia.*
Iudicauit. *Pagn. Iudicabit. Mar. Puniuit.*
De meretrice magna. *S. Aug. Meretricem illam magnam.*
In proſtitutione ſua *S. Aug. Fornicatione ſua. Pagn. Fornicatione ſui. Mar. Falſa doctrinā.*
Vindicauit. *Oec. Vltus eſt.*
Seruorum. *S. Amb. Sanctorum.*
Manibus. *S. Aug. Mann. S. Amb. De mann.*

Verſ. 3.

Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.

Et iterum dixerunt. *Oec. Rursúmque dixit.*
Fumus eius. *Oec. Fumus ipſius. Pagn. Fumus.*
In ſecula ſeculorum. *Mar. Perpetuò.*

Verſ. 4.

Et ceciderunt ſeniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen: Alleluia.

Ceciderunt. *Oec. Prociderunt.*
Sedentem. *Oec. Qui ſedebat.*

Verſ. 5.

Et vox de throno exiuit, dicens: laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius: & qui timetis eum, puſilli, & magni.

De throno. *Pagn. E throno. Mar. A maieſtate Dei.*
Laudem dicite Deo noſtro. *Oec. Laudate Deum noſtrum.*
Puſilli. *Pagn. Et puſilli.*

Vulgata Editio.

Verſ. 21.

Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem, quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur.

Verſ. 22.

Et vox citharœdorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te ampliùs.

Verſ. 23.

Et lux lucernæ non lucebit in te ampliùs: & vox ſponſi & ſponſæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.

Verſ. 24.

Et in ea ſanguis prophetarum & ſanctorum inuentus eſt; & omnium qui interfecti ſunt in terra.

Lectionum varietas.

Suſtulit. *S. Aug. Tulit.*
Angelus fortis. *S. Aug. Angelus.*
Quaſi molarem. *S. Aug. Et molem.*
Miſit. *Oec. Proiecit.*
Hoc. *S. Aug. Sic. Oec. Huiuſmodi.*
Mittetur. *S. Aug. Deiicietur. Oec. Proiicietur.*
Vltra iam non inuenietur. *S. Aug. Non inuenietur ampliùs. Oec. Vltrà iam non inueniatur. Al. Vltrà iam non inuenietur ampliùs.*

Tibia canentium. *Vat. Tibicinum.*
Audietur. *Oec. Audiatur.*
Omnis. *Oec. & Vat. Cuiuſcunque.*
Inuenietur. *Oec. Inueniatur.*
In te. *Pagn. Ante te.*
Ampliùs. *Pagn. Poſthac.*

Lucernæ. *Oec. Appareat.*
Audietur. *Oec. Audiatur.*
Adhuc. *Oec. Ampliùs. Vat. Poſthac.*
Veneficiis tuis. *Mar. ex Gr. Veneficio tuo.* vel, *Incantatione.*

Qui interfecti ſunt. *S. Aug. A te occiſorum.*
In terra. *S. Aug. Super terram.*

CAPVT XVIII.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Dæmonum cuſtodia qualis. 1971
Perſtricti qui alios ad peccandum alliciunt. 1971
Mortis memoriam mali expuunt, vt liberiùs peccent. 1972
Superfluitati qui ſtudent, timere quid debeant. 1972
Gloria tranſitoria magnitudinem admirari anguſti animi eſt. 1973
Peccatoris inſtabilitas. 1973
Quod quis ore fundit mētis molâ voluere debet. 1974

Et cuſtodia omnis volucris immundæ.

1971. ET *cuſtodia omnis volucris immundæ*; cuſtodia iſta nihil ad cuſtodiam facit; tunc maximè incuſtodita eſt ciuitas cùm malorum ſpirituum, qui volucrum nomine ſignificantur cuſtodia obſepitur; De hac dæmonum cuſtodia hæc habet B. Ambroſius. *Qui ſunt dæmones, ipſi ſunt Spiritus immundi & volucres immundæ: volucres quippe nominantur, eo quòd per aërem iſtum more ventorum indeſinenter diſcurrant. Cuſtodes Babylonis ideo vocantur, quia ſicut Angeli electi Dei cuſtodiunt ne tam peſſimè peccent vt pereant: ita & dæmones impios obſeruant, ne aliquando ab iniquitatibus ſuis reſipiſcant & ſaluentur.*

Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit; tantum date illi tormentum, & luctum.

PAulò aliter legit hunc locum Petrus Bleſenſis lib. de confeſſione, vbi eos premit, qui & peccant ipſi, & ſuis peccatis alios ad peccandum alliciunt; ait quippe: *Cum Dominus ſub ſpecie Babylonis dicat de anima peccatrice. Quantum exaltauit ſe in deliciis ſuis, tantum date ei tormenta & luctum. Tu qui pro tuo proprio & ſpeciali peccato, tam grauia paſſurus es; quam grauiora pro multorum peccatis expectas, quorum innocentiam argumentoſa libidinis aſtutia ſubuertiſti.*

Luctum non videbo.

L*Vctum non videbo.* Hoc ipſo magis lugenda, 1972
magis ſed inutiliter lugebit, quo ſe luctum non viſuram dixit. Hæc malorum nota, malorum memoriam & mortis expuunt, vt liberius peccent; *Luctum*, inquit B. Ambroſius, *non ſe eſſe viſuram dicis: quia impij quamuis ſciant ſe pro ſceleribus ſuis eſſe puniendos, fingunt ſe non videre quod vident, memoriámque mortis à mente reiiciunt, ne triſtis cogitatio lætitiam cordis eorum perturbet. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames. In die iudicij mors perpetua illi veniet, quæ in hoc libro mors ſecunda vocatur. Luctus illi veniet, ſicut Dominus dicit in Euangelio. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.*

Flebunt & plangent ſe ſuper illam reges terræ, &c.

REges, negotiatores, nautæque flere dicuntur; à luctu immunes agricolæ ac paſtores, quia hi rebus potiùs neceſſariis ad victum dant operam illi ſtudent ſuperfluitati; id quod notabat etiam Rupertus; *Notandum interea, quia paſtores, aut ruricolæ fletum hunc, & luctum habituri non ſcribuntur: quia videlicet ſimplicis vitæ officia ſunt, magiſque neceſſario vſui, quam ſuperfluæ cupiditati famulantur.*

Quæ

Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ?

1973. QVæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Mirum hos in ciuitatis ruina ciuitatis magnitudinem admiratos; *Sciendum eſt*, inquit Rupertus, *quia in ipſis pœnitentibus clamantibus ratio, aut ſapientia nulla eſt. Qualis enim, vel quam rationabilis eſt modus pœnitentia, vbi flentes, & lugentes clamant, & dicunt. Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ? Etiam nunc phantaſiam gloriæ tranſitoriæ, quam viderant, arbitrantur magnam ciuitatem fuiſſe.* Anguſtam verè mentem circunfert, qui magnum putat quicquid mundum redolet, ad terram ſpectat.

Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem.

SEd cur in Babylonis caſu lapidis molaris comparatio adhibetur? *Congruè* inquit Rupertus, *non qualemcumque lapidem, ſed quaſi molarem, pro exprimenda ſimilitudine dixit: quia videlicet Babylon iſta ſicut peccati pondere grauis, ita & erroris agitatione inſtabilis eſt. Hoc vtrumque lapis molaris conuenienter innuit, qui & pondere grauis eſt, & pro molendi officio ſemper circuit.*

Vox molæ non audietur in te ampliùs.

INter maxima ſupplicia interdictus molæ vſus recenſetur: nimirum conclamata videtur illius ſalus, qui quod ore fundit, mentis mola non voluit, ne quid peccet; huc flexit hæc verba B. Ambroſius Annot. 2. in Exodum ad Irenæum; *Spiritus*, inquit, *ſapientia ſubtilis, & mobilis legitur in libro Sapientiæ: quia eſt in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, & mobilis, qui ſermones ſuos molat prius, ne quid offendat, vel in ſenſu, vel in alloquio. Denique Babyloni illi, quæ deſtruetur, dicitur: Et vox molæ non audietur in te ampliùs.* 1974.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XIX. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

POST hæc audiui quaſi vocem turbarum multarum in cælo dicentium: Alleluia: ſalus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt:

Poſt. *Pagn. Et poſt.*
Quaſi vocem. *S. Aug. & Mar. ex Gr. Quaſi vocem magnam. Oec. Tanquam vocem magnam.*
Turbatum moltarum. *S. Aug. Populi multi. Oec. & Mar. ex Gr. Turba multa.*
Diceutium. *Oec. Dicentis.*
Alleluia. *Mar. Laudate eum.*
Salus, & gloria. *S. Aug. Salus & claritas. Oec. Salus & honor. Quidd. codd. Laus & gloria.*
Virtus. *Oec. Poteſtas & gloria. Vat. Honor & potentia.*
Deo ooſtro eſt. *Oec. Deo noſtro. Vat. Domino Deo noſtro eſt.*

Verſ. 2.

Quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de manibus eius.

Iudicia ſunt. *Pagn. Iudicia.*
Qui. *S. Aug. Quoniam. Pagn. Quia.*
Iudicauit. *Pagn. Iudicabit. Mar. Puniuit.*
De meretrice magna. *S. Aug. Meretricem illam magnam.*
In proſtitutione ſua *S. Aug. Fornicatione ſua. Pagn. Fornicatione ſuî. Mar. Falſa doctrinâ.*
Vindicauit. *Oec. Vltus eſt.*
Seruorum. *S. Amb. Sanctorum.*
Manibus. *S. Aug. Manu. S. Amb. De manu.*

Verſ. 3.

Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.

Et iterum dixerunt. *Oec. Rurſúmque dixit.*
Fumus eius. *Oec. Fumus ipſius. Pagn. Fumus.*
In ſecula ſeculorum. *Mar. Perpetuò.*

Verſ. 4.

Et ceciderunt ſeniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen: Alleluia.

Ceciderunt. *Oec. Prociderunt.*
Sedentem. *Oec. Qui ſedebat.*

Verſ. 5.

Et vox de throno exiuit, dicens: laudem dicite Deo noſtro omnes ſerui eius & qui timetis eum, puſilli, & magni.

De throno. *Pagn. E throno. Mar. À maieſtate Dei.*
Laudem dicite Deo noſtro. *Oec. Laudate Deum noſtrum.*
Puſilli. *Pagn. Et puſilli.*

Vulgata Editio.

Verſ. 6.

Et audiui quaſi vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens.

Verſ. 7.

Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.

Verſ. 8.

Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendenti: & candido. Byſſinum enim, iuſtificationes ſunt ſanctorum.

Verſ. 9.

Et dixit mihi: Scribe: Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt, & dicit mihi: Hæc verba Dei vera ſunt.

Verſ. 10.

Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris: conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu Deum adora. Teſtimonium enim Ieſu, eſt ſpiritu prophetiæ.

Verſ. 11.

Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iuſtitia iudicat, & pugnat.

Verſ. 12.

Oculi autem eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa habens nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe.

Verſ. 13.

Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei.

Verſ. 14.

Et exercitus qui ſunt in cælo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo.

Verſ. 15.

Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipſo percutiat Gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea: & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.

Lectionum Varietas.

Quaſi vocem. *Oec. Sicut vocem. Vat. Vocem.*
Turbæ magnæ. *S. Aug. Populi multi. Oec. Turba multa.*
Vocem. *Pagn. Sonitum.*
Vocem. *Pagn. Sonitum.*
Magnorum. *S. Aug. Fortium.*
Dicentium. *S. Aug. Dicentes.*
Quoniam regnauit. *S. Cypr. Regnauit.*
Deus noſter. *S. Cypr. Deus.*

Demus gloriam. *S. Cypr. Demus gloria claritatem. S. Aug. Glorificemus.*
Ei. *S. Aug. Nomen eius.*
Vxor. *S. Aug. Mulier.*
Præparauit. *S. Aug. Parauit.*

Cooperiat ſe. *S. Aug. Operiatur. Oec. Veſtiatur.*
Splendenti & candido. *S. Aug. Splendido mundo. Oec. Splendido & puro. Pagn. Pura & ſplendido.*
Iuſtificationes. *S. Aug. Iuſta facta.*

Dixit. *Vat. Dicit.*
Hæc verba. *Oec. Hi ſermones.*
Vera. *Oec. Veri.*

Cecidi ante. *Oec. Procidi ad.*
Conſeruus. *S. Cypr. Quia conſeruus.*
Deum. *S. Cypr. Dominum Ieſum.*
Ieſu, eſt. *Oec. Filij eſt.*

Vocabatur. *Oec. Erat.*
Verax. *S. Cypr. Verus.*
Et cum iuſtitia. *Goth. Et in iuſtitiâ. S. Cyprian. Æquum iuſtúmque. Vat. Et per iuſtitiam.*
Iudicat. *S. Cypr. Iudicans.*
Pugnat. *S. Cypr. Præliatur.* vel, *Præliabatur. Mar. Bellum facit.*

Sicut. *S. Cypr. Erat tanquam.*
In capite. *S. Cypr. Super caput.*
Habens. *S. Cypr. Et portabat.*
Quod nemo nouit. *S. Cypr. Nemini alij notum.*
Niſi ipſe. *S. Cypr. Niſi ſibi. Oec. Præter ipſum.*

Veſtitus erat veſte. *S. Cypr. Erat coopertus veſtem. S. Aug. In veſte.*
Aſperſa. *S. Cypr. Aſperſam. Pagn. Tincta.*
Vocatur. *S. Cypr. Dicitur.*
Verbum. *S. Cypr. Sermo.*

Exercitus qui ſunt. *S. Aug. Exercitus, qui eſt.*
Sequebantur. *S. Aug. Sequebatur.*
In equis albis. *Oec. Super equos albos.*
Veſtiti. *S. Cypr. Induti.*
Byſſino albo & mundo. *S. Cypr. Byſſinum album & mundum. Oec. Byſſo albâ mundâ.*

De ore. *Pagn. Ex ore.*
Procedit. *S. Cypr. Exibat.*
Ex vtraque parte. *S. Cypr. Vtrinque. Beda ap. Mar.* omittit. *Vat. Anceps.*
Acutus. *Vat. Et acutus.*
In ipſo. *S. Cypr. Et eo.*
Percutiat gentes. *S. Cypr. Percutere nationes.*
Et ipſe reget eas. *S. Cypr. Quas ipſe paſciturus eſt. S. Amb. Reges gentes.*
In virga. *Vat. Virgâ.*
Calcat. *S. Cypr. Calcabit.*
Furoris iræ. *S. Cypr. Ira. Mar. ex Gr. & Vat. Et ira.*

Verſ. 16.

Vulgata Editio.

Verſ. 16.

Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominorum.

Verſ. 17.

• Et vidi vnum Angelum ſtantem in ſole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cæli: Venite,& congregamini ad cœnam magnam Dei:

Verſ. 18.

Vt manducetis carnes regum,& carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & ſedentium in ipſis, & carnes omnium liberorum, & ſeruorum, & puſillorum,& magnorum.

Verſ. 19.

Et vidi beſtiam,& reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælium cum illo qui ſedebat in equo, & cum exercitu eius.

Verſ. 20.

Et apprehenſa eſt beſtia, & cum ea pſeudopropheta: qui fecit ſigna coram ipſo; quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardentis ſulphure.

Verſ. 21.

Et cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius: & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

Lectionum varietas.

Et habet. *S.Cypr. Habet etiam.*
In veſtimento. *Oec. Super veſtimentum.*
In femore ſuo. *S.Aug.& Oec. Super femur ſuum.*
Scriptum. *SS.Cypr. Aug.& Oec. Nomen ſcriptum.*
Dominus. *S.Aug. Dominorum.*

Sole. *Mar. Loco ſublimi.*
Omnibus auibus. *Oec. Cunctis volucribus.*
Volabant per medium. *S.Aug. Volant in medio.*
Et congregamini. *Oec. Congregamini.*
Magnam. *Pagn. Magni.*

Manducetis. *Oec. Comedatis. Vat. Edatis.*
In ipſis. *S.Aug. Super eos.*
Seruorum. *Oec. Simulac ſeruorum.*

Eius. *Oec. Ipſius.*

Et apprehenſa eſt beſtia. *S.Proſp. Venit Angelus & apprehendit draconem & beſtiam.*
Cum ea pſeudopropheta. *S. Proſp. Pſeudoprophetas.*
Fecit. *S.Proſp. Fecerat.*
Coram ipſo. *S.Proſp.* omittit. *Oec. Coram ipſa.*
Quibus. *S.Proſp. Quibus ſignis. Pagn. In quibus.*
Characterem. *S. Proſp. Scriptionem.*
Viui. *S.Proſp. Iſti viui.*
Miſſi. *Pagn. Coniecti.*
Hi duo. *S.Proſp. Simul.*
Ignis ardentis. *S. Proſp. Ardens igne. Al. Ignis ardens.*
Sulphure. *S. Proſp. Et ſulphure, & cruciabuntur illic in ſecula ſeculorum.*

In gladio. *Tert. Gladio.*
Sedentis. *Tert. Sedentes.*
De ore. *Pagn. Ex ore.*
Aues. *Oec. Volucres.*
Carnibus eorum. *Oec. De carnibus ipſorum. Vat. Ex carnibus eorum.*

CAPVT XIX.

APOCALYPSIS

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Gloriæ Cæleſtis deliciæ inexplicabiles. 1975
Superiorum exemplum quantùm poſſit in ſubditos. 1975
A Ioanne cur Angelus adorari noluerit. 1976
Dei gloria, non propria quærenda. 1978
Sermo diuinus bis acutus cur dicatur. 1978
Dei gloria Mundo manifeſtata per Chriſti incarnationem. 1978
Totus virtutibus ſplendeat prædicator, 1979
Ob peccata gloriari extremæ impietatis nota. 1979

Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt.

CŒNÆ hîc mentio fit, non fit ferculorum. 1979
Nimirũ explicari deliciæ illæ nequeunt, quibus in hac cœna beati fruentur; ſatis deliciarum magnitudini indicandæ fit dixiſſe hanc cœnam in nuptiis Agni exhibendam, Agnique ipſius præſentia condiendam. Abſalon Abbas ſerm. 32. ad hæc verba ſpectans ait; *Videntur nuptiæ iſtæ inauditis quibuſdam deliciis eminere. In quibus non vinum electum, non fercula huius creationis, non ſocietas corporis, non temporalis lætitia, ſed beatitudo repromittitur, & talis beatitudo, quæ eſt pax æterna,* thesaurus

theſaurus indeficiens, ſumma gaudiorum, conſummatio omnis conſummationis.

Vide, ne feceris.

VIde, ne feceris. Antequam Dei filius tam ſe demitteret, vt homo fieret, adorari ſe ab hominibus patiebantur Angeli poſt cur reſpuunt? An regis ſui exemplo moti, cùm eum vidiſſent ad Apoſtolorum ſuorum pedes proſtratum, ſteroi ante ſe homines non ferunt, tantum ſuperioris exemplum in ſubditos poteſt.

1976. *Vide, ne feceris.* Noluit à Ioanne Angelus adorari, cur ita. An ob incarnationis Chriſti reuerentiam, vt ait ſanctus Gregorius hom. 8. in Euang. *Angeli enim*, inquit, *poſtquam naturam noſtram ſupra ſe aſſumptam in Chriſto perſpiciunt, proſtratam ſibi eam videre pertimeſcunt.* Lucifer, è cælo cecidit, quia adorare Chriſtum noluit; abeſt ab eius rumore hic Angelus qui etiam in aliena perſona naturam humanam adeo euectam à verbo, quia à verbo aſſumpta fuit reueritus eſt.

Addunt alij ob virginitatis meritum, quæ Ioannem inſigniebat, & quia Virginis filius, cuſtóſque extiterat id erga Ioannem Angelum feciſſe; ac ſi maior Angelis euaſerit, quia diu cum Virgine vixerat, egerátque cum illâ familiariter.

Sunt, qui cenſeant Ioannis adorationem Angelum reſpuiſſe, vt Cherinti hæreſi tunc naſcenti occurreret, qui Angelos nimium efferebat, præferens eos Chriſto, docebátque per Angelos mundum eſſe creatum; re ipſa igitur confutat hanc hæreſim Angelus dum à Ioanne non vult adorari, exemplóque ſuo docet, non noſtram, ſed Dei gloriam quærendam nobis eſſe, nec ferendum vt efferamur eùm id fouere errores poteſt inque Dei offenſam res reſilit.

1977. *Vide, ne feceris.* Nimirum Dei ſoi gloriam quærebat non ſuam; quod ſic expendebat ſanctus Auguſtinus in Pſalm. 96. *Ioannes quodam ſibi demonſtrato miraculo viſionis expauit, & miſit ſe ad pedes Angeli. Et ille Angelus qui non quærebat niſi gloriam Domini ſui, Surge, quid facis, inquit, illum adora: nam & ego conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum. Quid ergo fratres mei? Nemo dicat, timeo ne iraſcatur mihi Angelus, ſi non illum colo pro Deo meo. Tunc tibi iraſcitur, quando ipſum colere volueris. Bonus eſt enim, & Deum amat. Quomodo enim dæmones iraſcuntur, ſi non colantur, ſic Angeli indignantur, ſi pro Deo coluntur.*

In equis albis.

DE albis hiſce equis ita philoſophatur ſanctus Petrus Damianus de vita ſanctorum Martyrum Mariani, & Iacobi: *Beatus Ioannes Angelos in albis equis ſedentes ſe vidiſſe fatetur. Equus namque aptum bellis eſt animal. Qui verò à ſæcularibus bellis victores redeunt, albis equis curru ſubiugatis, triumphos ad Capitolia ducunt. In equis itaque fortitudo pugnantium, in candore autem gloria innuitur triumphantium. Bene ergo Angeli in albis equis viſi ſunt, quia illos, qui in prælio Chriſti decertabant, ad cæleſtem arcem poſt victoriam cum triumpho gloriæ deducturi erant.*

De ore eius procedit gladius ex vtrâque parte acutus.

TErtullianus lib. 3. aduersùs Marcionem pro gladio habet *enſem*; addítque ad explicatum: 1978.
Apoſtolus Ioannes in Apocalypſi, enſem deſcribit ex ore Dei prodeuntem, bis acutum, præacutum; quem intelligi oportet ſermonem diuinum, bis acutum duobus Teſtamentis, Legis & Euangelij: acutum ſapientia, infeſtum diabolo; armantem nos aduersùs hoſtes ſpiritales nequitiæ & concupiſcentiæ omnis, amputantem etiam à cariſſimis ob Dei nomen.

Et in femore ſuo ſcriptum.

ET *in femore ſuo ſcriptum.* Cur in femore potiùs, quàm alibi ſcriptum habet, regem eum regum eſſe, ac dominum dominantium? an vt innueret ex eo maximè quod homo pro nobis eſt factus maieſtatem ſuam mundo manifeſtatam. Pulchrè ſanctus Petrus Damianus hom. 46. *Habebat in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum, & Dominus dominantium. Per femur quippe propagatio carnis fit. Qui ergo per propaginem generis humani in mundum hunc venit ex Virgine, & per incarnationis ſuæ myſterium, quia Rex eſſet, & Dominus, cunctis Gentibus indicauit, in veſtimento, & in femore ſcriptum habuit, Rex regum, & Dominus dominantium. Vnde enim mundo innotuit, ibi ſcientiam ſuæ maieſtatis inſcripſit.*

Vidi vnum Angelum ſtantem in Sole, & clamauit voce magnâ.

VOce magna clamare ille prædicator poteſt, 1979.
cæterόſque à peccatis abſterrere ſi in Sole maneat, totus virtutibus ſplendeat, ſanctitatis radios ab omni parte emittat; alioquin liberam loquendi fiduciam concionatori adimit, ſi extra Solem ſit, & iis culparum tenebris inuoluatur, à quibus auocare auditores ſuos ſtudet.

Acceperunt characterem beſtiæ.

ACceperunt characterem beſtiæ; ſed vbi beſtia characterem impreſſit? putant aliqui & in manu, & in fronte; extremæ ſcilicet impietatis eſt nota ipſam impietatis notam, characterémque in fronte præferre, quod accidit, cùm quis gloriatur in malefactis, ob quæ pudore ſuffundi par eſſet; Sanctus Proſper lib. de Promiſſionibus cap. 5. pro *charactere* habet inſcriptionem atque, *Qui acceperunt ſcriptionem beſtiæ, in fronte & in manu ſua. Inſcriptio in fronte & in manu hæc eſt, non tantum diaboli facta imitari, quantum & gloriari in eius malis operibus, vt ſub figura Chriſti Antichriſti facta exerceant.*

CAP. XX.

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT XX. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi Angelum deſcendentem de cælo, habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua.

Angelum. *S. Aug. Alium Angelum.*
De cælo. *Pagn. E calo.*
Catenam. *S. Proſp. Cathedram.*

Verſ. 2.

Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas, & ligauit eum per annos mille.

Apprehendit. *S. Aug. Tenuit.*
Draconem. *S. Proſp. Draconem illum magnum.*
Serpentem. *S. Aug. Anguem. S. Proſp. Serpentem illum.*
Eſt. *S. Proſp. Vocatur.*
Satanas. *Oec. Satanâs, qui ſeducit totum Mundum.*
Ligauit. *S. Proſp. Alligauit.*
Per annos mille. *S. Proſp. & Oec. Mille annis.*

Verſ. 3.

Et miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illum, vt non ſeducat ampliùs gentes, donec conſummentur mille anni: & poſt hæc oportet illum ſolui modico tempore.

Miſit eum. *Oec. Miſit vſque.*
Abyſſum. *Tert. Abyſſum, in puteum abyſſi. Pagn. Voraginem.*
Clauſit. *Vat. & Pagn. Clauſit eum.*
Signauit ſuper illum. *Vat. Obſignauit ſuper illum. Pagn. Signauit illum.*
Vt non ſeducat gentes. *S. Proſp. Ne vltrà ſeduceret nationes.*
Conſummentur. *S. Proſp. Finiantur.*
Hæc. *Pagn. Hoc.*
Oportet illum ſolui. *S. Aug. Soluendus eſt.*
Modico. *S. Proſp. In breui. Pagn. Exiguo.*

Verſ. 4.

Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis: & animas decollatorum propter teſtimonium Ieſu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt beſtiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus ſuis; & vixerunt & regnauerunt cum Chriſto mille annis.

Iudicium datum. *Mar. Vindicta data.*
Animas decollatorum. *S. Cypr. Vidi animas occiſorum.*
Teſtimonium. *S. Cypr. Nomen.*
Verbum. *S. Cypr. Sermonem.*
Qui. *S. Cypr. Quicunque.*
Beſtiam, neque imaginem eius. *S. Cypr. Imaginem beſtiæ.*
Characterem eius. *S. Cypr. Inſcriptionem.*
Frontibus. *S. Cypr. Fronte. Vat. Frontibus ſuis.*
Manibus ſuis. *S. Cypr. Manu ſuâ.*

Verſ. 5.

Cæteri mortuorum non vixerunt, donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima.

Cæteri. *Oec. Cæteri verò.*
Mortuorum. *Oec. Mortui.*
Vixerunt. *Pagn. Reuixerunt.*

Verſ. 6.

Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima in his ſecunda mors non habet poteſtatem: ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis.

In his. *S. Aug. In hoc.*

Verſ. 7.

Et cùm conſummati fuerint mille anni, ſoluetur ſatanas de carcere ſuo, & exibit, & ſeducet Gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus eſt ſicut arena maris.

Cùm conſummati fuerint. *S. Aug. Cùm finiti fuerint. Oec. Poſt.*
Anni. *Oec. Annos.*
Carcere ſuo. *S. Aug. Cuſtodiâ ſuâ.*
Et ſeducet. *S. Aug. Seducere. Pagn. Vt ſeducat.*
Gentes. *S. Aug. Nationes.*
Super quatuor angulos. *S. Aug. In quatuor angulis.*
Et congregabit. *Pagn. Vt congreget.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 8.

Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circuierunt caſtra ſanctorum, & ciuitatem dilectam.

Aſcenderont. *S. Aug. Aſcenderunt diabolus & populus eius.*
Super latitudinem. *S. Aug. In altitudinem.*
Circuierunt. *S. Aug. Circundederunt. Oec. Obſederunt.*
Dilectam. *S. Aug. Dilectorum.*

Verſ. 9.

Et deſcendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos: & diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, vbi & beſtia

Deſcendit. *Mar. Deſcendet.*
De cælo. *Pagn. E cælo.*
Deuorauit. *S. Aug. Comedit.*
Qui ſeducebat eos. *S. Aug. Seducens ipſos.*
Miſſus eſt. *Mar. Mittetur.*
Et beſtia. *Vat. Beſtia.*

Verſ. 10.

Et pſeudopropheta cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum.

Pſeudopropheta. *Pagn. Pſeudopropheta.*
Cruciabuntur. *Goth. Et cruciabuntur. Oec. Sunt & cruciabuntur.*
Die ac nocte in ſecula ſeculorum. *Mar. Sine intermiſſione & perpetuò.*

Verſ. 11.

Et vidi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit terra & cælum, & locus non eſt inuentus eis.

Thronum. *S. Ephr. Solium.*
Candidom & ſedeotem. *S. Cypr. Et candidum ſedentem.*
Conſpectu. *S. Cypr. Facie.*
Terra & cælum. *S. Cypr. Cælum & terra.*
Eis. *S. Cypr. Eorum.*

Verſ. 12.

Et vidi mortuos, magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt: & alius Liber apertus eſt qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris, ſecundùm opera ipſorum.

Magnos & puſillos. *Oec. Puſillos & magnos.*
In conſpectu. *S. Cypr. Ante conſpectum.*
Throni. *S. Cypr. Throni Domini. S. Proſp. Throni Dei. Vat. Dei.*
Vitæ. *S. Aug. Vita vniuſcuiuſque.*
Mortui. *S. Cypr. Singuli.*
Ex his. *S. Cypr. Secundùm ea. S. Proſp. Ex ipſis*
Quæ ſcripta eraot. *S. Aug. Quæ ſcripta ſunt. S. Proſp. Scripturis.*
Io libris. *S. Cypr. In libris. S. Proſp. Librorum.*
Opera ipſorom. *S. Proſp. Facta ſua.*

Verſ. 13.

Et dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos ſuos, qui in ipſis erant: & iudicatum eſt de ſingulis ſecundùm opera ipſorum.

Dedit. *S. Proſp. Exhibuit.*
Mortuos. *S. Aug. Mortuos ſuos.*
Qui in eo erant. *S. Proſp. Quos penes ſe habebat.*
Mors. *S. Proſp. Similiter & mors. Mar. Diabolus.*
Inferoos. *Mar. Sepulchrum.*
Mortuos ſuos. *Goth. & Oecum. Mortuos. Al. Eos mortuos.*
Iudicatum eſt de ſingulis. *Oec. Iudicati ſunt ſinguli. Pagn. Iudicati ſunt vnuſquiſque.*
Secundùm opera ipſorum. *Oec. Iuxta opera ſua.*

Verſ. 14.

Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Hæc eſt mors ſecunda.

Infernus & mors. *S. Proſp. Mors & infernus.*
Miſſi. *Vat. Coniecti.*
Stagnum. *Mar. Abyſſum.*
Hæc eſt mors. *S. Proſp.* omittit.
Secunda. *S. Proſp.* omittit. *Oec. Secunda, ſtagnum ignis.*

Verſ. 15.

Et qui non inuentus eſt in Libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

Qui. *Oecum. Quiſquis. Quidd. ap. Mar. Denique omnes.*
Non inoentus eſt in libro vitæ. *S. Proſp. Non ſunt inuenti in libro vitæ. Quidd. ap. Mar. Præſciti, quorum nomina non ſunt.*
Miſſus eſt. *S. Proſp. Miſſi ſunt. Pagn. Coniectus eſt.*

CAP. XX.

CAPVT XX.

APOCALYPSIS

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Diaboli malitia fidelium patientiam debet acuere. 1980
Peccatoris terror in extremo iudicio. 1981
De libris in extremi iudicij die aperiendis. 1982
In extremo iudicio nulla culminum habenda ratio, nulla dignitatum. 1983

Et poſt hæc oportet illum ſolui modico tempore.

1980. SOLVETVR diabolus, vt poſſit totis viribus in homines ſæuire, quod nunc non poteſt. Hac ſolutione & eius malitia magis apparebit, & fidelis bonorum patientia. *Si nunquam ſolueretur,* inquit ſanctus Auguſtinus lib.20.de Ciu. Dei c.8. *Minus appareret eius maligna potentia, minùs ſancta ciuitatis fideliſſima patientia probaretur: minùs denique perſpiceretur, quàm magno eius malo tam bene fuerit vſus omnipotens Deus, qui eum nec omnino abſtulit à tentatione Sanctorum, quamuis ab eorum interioribus hominibus, vbi in Deum creditur, foras miſſum vt forinſecus eius oppugnatione proficerent, & in eis, qui ſunt ex parte ipſius alligauit, ne quantam poſſet effundendo, & exercendo malitiam innumerabiles infirmos, ex quibus Eccleſiam multiplicari, & impleri oportebat, alios credituros, alios iam credentes à fide pietatis illos deterreret, hos frangeret. Et ſoluetur in fino, vt quàm fortem aduerſarium Dei ciuitas ſuperauerit, cum ingenti gloria ſui Redemptoris, adiutoris, liberatoris, aſpiciat. In quorum ſanè, qui tunc futuri ſunt, Sanctorum, atque Fidelium comparatione quid ſumus? Quando quidem ad illos probandos tantus ſoluetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus.*

A cuius conſpectu fugit cælum & terra.

1981. A Cæli terræque fuga coniice quanto terrore corripienda peccatoris anima tunc ſit; opportunè rem expendit ſanctus Ephræm Syrus de apparitione Crucis tempore iudicij, ait quippè: *Quo in ſtatu putas, tunc anima inueniri optabit, vt ſuſtinere poſſis? quando cælum & terra in fugam vertentur, ſicut Theologus præſignauit dicens: Vidi ſolium candidum ac magnum, & ſedentem ſuper illud, à cuius conſpectu fugit cælum & terra. Et locus non eſt inuentus illius. Vidiſti eiuſmodi terrorem aliquando? Vidiſti res adeò horrendas vnquam? Cælum & terra tunc fugere tentabunt, & quis poterit ſubſiſtere? Noſque peccatores quò profugiemus; quando thronos videbimus poſitos, & Dominum omnium ſeculorum, Deumque noſtrum ſedentem? Quando innumerabiles Angelorum conſpiciemus exercitus, in circuitu throni gloriæ circumſtantes, cum metu atque tremore.*

Et libri aperti ſunt.

1982. ET *libri aperti ſunt*; de his libris hæc ad omnium cautionem habet ſanctus Ephræm Syrus ſerm. de ſanctiſſima Cruce. *Magnus in hora illa horrenda atque tremenda pauor erit, fratres mei chariſſimi, ingénſque ſtupor ac terror, quando iudicium illud, in quo nulla erit perſonarum acceptio, ſedebit: & libri illi formidabiles aperientur, in quibus conſcripta reperientur opera noſtra, quæ fecimus in vita noſtra ſuper terram, & verba quæ locuti ſumus, actúſque ac cogitationes omnes, arbitrantes latere Deum ſcrutatorem renum ac cordium: vbi deſcripta erit humana quæcunque actio, ſiue bona ſiue mala, ſecundùm quod ſcriptum habemus: Nam & capilli capitis noſtri, omnes numerati ſunt: cogitationes ſcilicet, atque intentiones cordis, de quibus rationem quoque reddituri ſumus. O quàm multis indigemus lachrymis, ad horæ illius pauorem, euadendum: & negligimus. O quantopere plorabimus & ſuſpirabimus; vultúmque percutiemus, ac nos ipſos diſcerpemus: quando magna atque præclara illa contuebimur dona, quæ à Rege gloriæ accepturi ſunt, qui bonum hîc certamen decertarunt.*

Et iudicati ſunt mortui ex iis, quæ ſcripta erant in libris ſecundùm opera ipſorum.

1983. PRædixerat mortuos, & magnos & puſillos ſupremo iudici ſiſtendos; *Vidi*, inquit, *mortuos magnos, & puſillos ſtantes ante thronum*; cùm tamen de iudicio agitur magni à puſillis non diſcriminantur, omnes ſecundùm ſingulorum opera iudicabuntur, nulla culminum nulla dignitatum ratione habita; quòd egregiè expendebat B. Laurentius Iuſtinianus opuſc. de contemptu mundi cap. 16. *Equidem*, inquit, *tunc euacuabuntur principatus ſæculi, poteſtates principum, dignitates regiæ, pontificales infulæ, opiniones hominum, fauores populorum, & omne quod altum atque decorum eſt, quoniam de ſolis operibus ſingulorum diſceptatio fiet, quemadmodum in Apocalypſi per Ioannem dicitur: Et vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. Et iudicati ſunt mortui ex iis, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera ipſorum. Quid ergo in illo tremendo examine acturi ſunt reges, duces, potentes & nobiles, qui violenter oppreſſerunt ſubiectos, & pauperes, ſibique omne licere voluerunt quod libuit? Tot quippe aduersùs eos inſurgent teſtes, quot perpetrauerunt ſcelera, quotque damnauerunt ac ſpoliauerunt iniuſtè.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT XXI. APOCALYPSIS.

Verſ. 1.

ET vidi cælum nouum & terram nouam. Primum enim cælum, & prima terra abiit,& mare iam non eſt.

Primum enim. *Oec. Prius enim. Tert. Primum.*
Prima. *Oec. Prior.*
Abiit. *Oec. Abierunt. Tert. Abierunt & locus non eſt inuentus illis.*
Iam nun eſt. *Oec. Non eſt amplius.*

Verſ. 2.

Et ego Ioaones vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cælo,à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

Egu Iuannes vidi. *Oec. Vidi.*
Sanctam ciuitatem Ieruſalem nuuam. *S. Proſp. & Tert. Ieruſalem nouam.*
De cælu à Deu. *S. Proſp. A Deo. Pagn. E cælo à Deo.*
Patatam. *S. Aug. Compoſitam. S. Proſp. Aptatam.*
Sicut ſponſam. *S. Proſp. Vt ſponſa. Mar. Inſtar ſponſa.*
Ornatam. *S. Aug. Et ornatam. S. Proſp. Et exornatam.*
Viru ſuu. *S. Proſp. Marito.*

Verſ. 3.

Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce taberoaculum Dei cum hominibus: & babitabit cum eis. Et ipſi populus eius eruot, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.

De thruno. *S. Auguſt. & Oecum. De cælo. Pagn. E throno.*
Populus. *Pagn. Populi.*

Verſ. 4.

Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor neque dolor erit vltra,quia prima abierunt.

Abſterget Deus. *S. Ambr. & Tert. Delebit Deus. Oec. Ceſſabit.*
Omnem lachrymam. *S. Aug. Lachrymas. Oecum. Omnis lachryma.*
Ab ueulis. *S. Ambr. De oculis.*
Vltrà. *SS. Ambr. & Aug. Amplius.*
Dolur. *Oec. Labor.*
Etit vltrà. *S. Ambr. Vlterius. Oec. Erit amplius.*

Verſ. 5.

Et dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe quia hæc verba fideliſſima ſunt & vera.

Dixit mihi *S. Aug. Dicit.*
Hæc verba. *S. Aug. Sermones iſti. Oec. Hi Dei ſermones.*
Fideliſſima. *S. Aug. & Oec. Fideles. Al. Fidelia.*
Vera. *S. Aug, & Oec. Veri.*

Verſ. 6.

Et dixit mihi: Factum eſt:ego ſum Alpha & Omega,initium & finis.Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.

Factum: eſt egu. *S. Aug. Ego. Oecum. Factus ſum ego.*
Sitienti. *S. Aug. Sitientibus.*
De fonte. *Pagn. E fonte.*
Vitæ. *Pagn. Viua.*

Verſ. 7.

Qui vicerit, poſſidebit hæc: & ero illi Deus,& ille erit mihi filius.

Qui. *Oec. Et qui.*
Vicerit. *S. Aug. Vincit.*
Poſſidebit. *Pagn. Hæreditate accipiet.*
Hæc. *S. Cypr. Ea. Pagn. Omnia.*
Illi Deus. *SS. Cypr. & Aug. Eius Deus.*
Erit mihi. *S. Aug. Erit meus.*

Verſ. 8.

Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, &

Timidis autem & incredulis. *Tert. Timidis deinde cæteris. Oec. Timidorum, & incredulorum.*
Execratis. *S. Aug. Execrabilibus. Mar. Impuris. Oec. Execratorum.*
Homicidis. *Oec. Homicidarum.*
Fornicatutibus. *S. Aug.* omittit. *Oec. Scortatorum. Al. Scortatoribus.*
Veneficis. *Oec. Veneficorum.*
Idololatris. *S. Aug. Idolorum cultoribus. Oec. Idololatrarum.*

veneficis,

Vulgata Editio.

veneficis,& idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.

Lectionum Varietas.

Omnibus mendacibus. *Oec. Omnium mendaciorum.*
Pars illorum. *S. Aug. & Oec. Pars. Tert. Particula.*
Stagno ardenti igne & ſulphure. *Tert. Stagno ignis & ſulphuris. Mar. Inferno.*

Verſ. 9.

Et venit vnus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis nouiſſimis,& locutus eſt mecum dicens: Veni, & oſtendam tibi ſponſam vxorem Agni.

Venit. *Vat. Venit ad me.*
Phialas. *Vat. Septem phialas.*
Et oſtendam. *S.Cypr. Oſtendam.*
Sponſam. *S. Cypr. Nouam nuptam. Oec. Mulierem.*
Vxorem. *Oec. Quæ eſt ſponſa.*

Verſ 10.

Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Ieruſalem deſcendentem de cælo à Deo,

Suſtulit. *S.Cypr. Duxit. S. Aug. Abſtulit.*
In ſpiritu. *Mar. In viſione.* vel, *Ecſtaſi. Al. Spiritu.*
In montem. *S. Aug. Super montem.*
Magnum & altum. *S. Cypr. Magnum. Oec. Magnum & ſublimem.*
Sanctam. *Pagn. Magnam ſanctam.*
De cælo. *Pagn. E cælo.*

Verſ. 11.

Habentem claritatem Dei: & lumen eius ſimile lapidi pretioſo, tanquam lapidi iaſpidis, ſicut chryſtallum.

Claritatem. *Pagn. Gloriam.*
Lumen. *S. Aug. Luminare. Mar. Splendor.*
Pretioſo. *S. Aug. Pretioſiſſimo.*
Iaſpidis, ſicut chriſtallum. *Pagn. Iaſpidi chriſtallizanti.*

Verſ. 12.

Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis, Angelos duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſraël.

Et habebat. *S. Aug. Habentem.*
Altum. *Oec. Sublimem.*
Habentem. *Oec. Et habebat.*
In portis. *S. Aug. Super portas.*
Angelos. *Quidd. codd. Angulos.*

Verſ. 13.

Ab oriente, portæ tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Auſtro, portæ tres: & ab Occaſu, portæ tres.

Et ab Aquilone. *S. Aug. Ab Occidente.*
Et ab Auſtro. *S. Aug. Ab Aquilone.*
Et ab occaſu. *S. Aug. Ab Auſtro.*

Verſ. 14.

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni.

Habens. *Oec. Habebat.*
In ipſis *S. Aug. Super ea.*
Duodecim Apoſtolorum. *S. Aug. Apoſtolorum.*

Verſ. 15.

Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius & murum.

Arundinem. *Quidd. codd. Arundinem. Mar. ex Gr. Calamum.*
Murum. *Vat. Murum eius.*

Verſ. 16.

Et ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius tanta eſt, quanta & latitudo: & menſus eſt ciuitatem de arundine aurea per ſtadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia ſunt.

In quadro. *S. Ambr. In quadrato.*
De arundine aurea. *Oec. Arundine. Mar. ex Gr. De calamo aureo.*
Stadia. *Oec. Stadiorum. Mar. ex Gr. In ſtadia.* vel, *Vſque ad ſtadia.*
Æqualia. *Oec. Æquales.*

Verſ. 17.

Et menſus eſt murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, menſura hominis quæ eſt Angeli.

Erat ſtuctura muri eius. *S. Aug. Supellex muri. Oec. Erat ſtructura muri ipſius.*

Verſ. 18.

Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo.

Ex lapide iaſpide. *Oec. Iaſpis. Vat. Ex iaſpide.*
Ipſa verò ciuitas. *S. Aug. Et ciuitas.*
Mundum. *Oec. Purum.*
Simile. *Mar. ex Gr. Similis.*
Mundo. *Oec. Puro.*

Verſ. 19.

Vulgata Editi ›.

Lectionum Varietas.

Verſ. 19.

Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo ornata. Fundamentum primum, iaſpis: ſecundum, ſapphirus: tertium, calcedonius. Quartum, ſmaragdus,

Omni. *S. Aug. Omnia.*
Lapide pretinſu otnata. *S. Aug. Lapidis pretioſi.*

Verſ. 20.

Quintum, ſardonix: ſextum, ſardius: ſeptimum, chryſolitus: octauum, beryllus: nonum topazius: decimum, chryſopraſus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethiſtus.

Verſ. 21.

Et duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt, per ſingulas: & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.

Duodecim margaritæ ſuut. *S. Aug. Margarita.*
Per ſingulas. *S. Aug. Sigillatim. Oec.* omittit.
Singulæ portæ erant. *S. Aug. Vnaquaque porta erat.*
Ex ſingulis magaritis. *S. Aug. Ex vnâ margaritâ. Pagn. Singulis margaritis.*
Mundum. *Oec. Purum.*
Tanquam vitrum. *S. Aug. Et vitrum.*
Perlucidum. *S. Aug. Mundum & perſpicuum.*

Verſ. 22.

Et templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & Agnus.

Duminus enim Deus. *Oec. Deus enim.*

Verſ. 23.

Et ciuitas non eget Sole, neque Luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminauit eam, & lucerna eius eſt Agnus.

Et ciuitas nun eget. *S. Aug. Ciuitas non indiget.*
Claritas. *Pagn. Gloria.*
Illumiuauit. *S. Ambr. Illuminabit.*

Verſ. 24.

Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam ſuam & honorem in illam.

Et ambulabunt. *S. Aug. Ambulabunt.*
Gentes. *Pagn. Gentes, quæ ſeruatæ fuerunt. Vatab. Gentes, quæ ſeruantur. Mar. ex Gr. Gentes ſeruatæ.*
In lumine eius. *S. Aug. In lumine eius vſque in finem. Oec. Per lucem eius. S. Ambr. Per lumen.*
Afferent. *S. Aug. Offerunt.*
Gloriam ſuam & hunorem. *Pagn. Gloriam ſuam.*

Verſ. 25.

Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic.

Illic. *Oec. In eâ.*

Verſ. 26.

Et afferent gloriam & honorem Gentium in illam.

Et afferent. *S. Aug. Et ferent. Pagn.* omittit.
Glnriam & hunorem gentium. *Pagn.* omittit.
In illam. *S. Aug. & Pagn.* omittunt. *Oec. In illam vt ingrediantur.*

Verſ. 27.

Non intrabit in eam aliquod coinquinatum aut abominationem faciens & mendacium: niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ Agni.

Non intrabit. *S. Aug. Et non intrabit. Oec. Et non intret.*
Aliquod coinquluatum. *S. Aug. Omne immundum. Oec. Quicquid inquinat. Vat. Aliquid, quod inquinat.*
Aut. *Oec. Et.*
Abominatinnem faciens. *Oec. Abominationem facit. Mar. Idolorum cultor.*
Niſi. *Oec. Sed ſoli.*
Qui ſcripti ſunt. *S. Aug. Scripti.*

CAPVT XXI.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Poſt iudicij diem cur elementa decori ſuo reſtituenda. 1984
Mundi ſint qui alios ad munditiam vocant. 1985
Ignis cur purgari poſt extremum iudicium non dicatur. 1985
Ad Cæleſtis ciuitatis ædificationem concurrere vt quiſque poſſit. 1986
Humilis deſcenſus glorioſus. 1986
Deſcendit non cadit qui à Deo. 1986
Gloria & beatitudo cælitùs hominibus obtingit. 1987
Lachrymæ vt abſtergendæ. 1987
Lachrymarum felicitas. 1988
Terream ſitire homo cælo natus non debet. 1988
Apud Deum in humilitatis deſcenſu noſtra ſtat claritatis celſitudo. 1989

1984. MVNDVM, mundique elementa decori ſuo reſtituet, omnia purgabit. Sed quærat hic aliquis, cui rei cùm homo aliò ſit tranſlatus, cui ſeruire non poterunt? An vt ad gratiarum actionem illius decoris viſu rapiatur? *Innouabitur mundus*, inquit hîc Richardus Victorinus, *non vt homini vel vt mundo amplius ſeruiat, ſed vt mundo æternaliter ſubſiſtente, homo Creatori, & renouatori eius æternas gratias agat*; ſicque homini maximè ſeruiet etiam cùm non ſeruiet.

Terra abiit, & mare iam non eſt.

1985. T*Erra abiit, & mare iam non eſt.* Omnia innouanda dicuntur, omnia ſuo nitori, ac puritati reſtituenda. Sed mirum ignis mentionem hîc non fieri, cùm fiat aliorum elementorum; An nihil de illo dicatur, quia mundari vix indiget, quo cætera ſunt mundanda? Hoc & in illos quadrat, qui animarum purgationi dant operam; mundus nimirum eſſe debet, qui munditiem cæterorum curat; ſed præſtat hîc Richardi Victorini verba ſiſtere de igne non purgando. *Cùm quatuor conſtet eſſe elementa ignem ſcilicet, aerem, aquam, terram, triumtantùm innouandorum hîc videtur feciſſe mentionem, aëris, terræ, & aquæ. Terram quippe proprio nomine & manifeſtè, vbi ſe dixit terram nouam vidiſſe deſignauit. Aërem verò vbi ſe cælum nouum vidiſſe, & aquam vbi mare iam non eſſe dixit, inſinuauit. De igne igitur innouando propterea conticuiſſe poteſt credi, quòd ignem parua vel nulla corruptione conſtet ſœdari, & illius virtute cætera elementa in illa vltima conflagratione debeant emundari: quòd autem primum cælum & primam terram abiiſſe, & noua ſe vidiſſe teſtatur, nequaquam debet intelligi hæc duo elementa aerem videlicet & terram penitus conſumi, & alia loco eorum creari, ſed vtraque ſecundùm priorem formam, & ſpeciem conflagrari, & longè, & ineſtimabiliter in melius reſurgere & renouari.*

Deſcendentem de cælo.

1986. D*Eſcendentem de cælo.* Pulchrè ad hunc locum Vgo Victorinus lib. 1. Miſcell. tit. 80. *De cælo deſcendit, & fabricata eſt in terra, de cælo forma, de terra materia.* Quilibet ad ciuitatis huius ædificationem poteſt concurrere, tantùm ſe, tanquam lapis coaptandus in ea, ad ſummi artificis nutum, exhibeat.

Deſcendentem de cælo; Satanas de cælo cecidit, ſed Hieruſalem viſa eſt deſcendere, cadere ſuperbi eſt, humilis eſt deſcendere. *Deſcendentem dixit*, inquit hîc Rupertus *non cadentem vt cecidit ille Angelus, & factus eſt diabolus, & ſatanas. Cadere namque ſuperbiæ, deſcendere humilitatis eſt. Talis deſcenſus glorioſus eſt; & in magna claritate ſublimis. Cùm ergo dixiſſet, deſcendentem de cælo, rectè ſubiunxit: Habentem claritatem Dei.*

Deſcendentem de cælo. Mirum & ſanctam dici, & de cælo deſcendere, deſcendit non cecidit, vt Lucifer. Non mirum ſine lapſu deſcendiſſe, quæ à Deo parata perhibetur. Deique auxilio munita; *Hæc*, inquit ſanctus Bernardus ſerm. 5. in Dedic. Eccleſ. *quæ deſcendens apparuit, iam parata erat, ſicut ſecutus adiunxit: à Deo paratam. Siquidem, quòd deſcendunt, non cadunt Angeli ſancti, diuina præparatio facit; à quo nimirum hæc ipſa vis, & voluntas præparata eſt, & facultas.*

Deſcendentem de cælo. Vt electos ſcilicet euehat 1987.
& laborantes, certanteſque in ſuos ciues cooptet; Hieruſalem porrò deſcenſus indicat gloriam, ac beatitudinem hominibus cælitus obtingere, Huc ſpectat illud ſancti Auguſtini lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 17. *Et de cælo quidem ab initio ſui deſcendit: ex quo per huius ſeculi tempus, gratia Dei deſuper veniente per lauacrum regenerationis in Spiritu ſancto miſſo de cælo ſubinde ciues eius accreſcunt.*

Et abſterget Deus omnem lachrymam.

E*T abſterget Deus.* Totum hunc locum eleganti aptáque donat paraphraſi Vgo Victorinus annot. Elucid, in Abdiam. *Tunc*, inquit, *abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum; & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor: ſed nec vllus dolor: quoniam priora tranſierunt. Non erit, inquam amplius clamor ſuggeſtionis, dolor tentationis, luctus compunctionis: quoniam priora tranſierunt. Quæ ſunt priora? ſerpentis ſuggeſtio, mulieris delectatio, viri conſenſio. Sed tranſiit ſuggeſtio, data impaſſibilitate: delectatio, perfecta charitate: conſenſio, plena felicitate.*

Abſterget Deus omnem lachrymam. Non homini, non Angelo abſtergendi lachrymas munus 1988.
Deus committit, ſoli ſibi reſeruat; *Felices lachrymæ*, inquit ſanctus Bernardus in declam. *quas benigna manus conditoris abſterget*; illius tantùm eſt à ſuis lachrymas abſtergere, & gaudij veri tollere impedimenta.

Neque dolor erit vltrà.

N*Eque dolor erit vltrà*; cum omnis doloris abierit cauſa; *Quid enim illis dolendum eſt*, inquit S. Petrus Venerabilis, huc ſpectans lib. 2. epiſt. 12. *qui quod diù deſiderauerunt, nunc tandem conſequi meruerunt.*

Ego ſitienti.

E*Go ſitienti*; Non explicat, quid ſitiat; iuſti nil aliud ſitiunt, quàm Deum quàm diuina: aliena

ab

ab illis illa ſitis, quæ ab hac eos alienat; terrena ſitire non eſt hominis cælo nati.

Veni, & oſtendam tibi ſponſam.

1989. V*Eni, & oſtendam tibi ſponſam*; Qui phialas plenas plagis habere referebatur, tam felici viſione Ioannem beat, oſtendens illi ſponſam agni Ieruſalem ſanctam. *Per hæc planum fit*, inquit Andreas Cæſarienſis, *Angelos non ſemper calamitates & plagas inferre, ſed peritorum medicorum more interdum quidem loca affecta ferro incidere; nonnunquam verò mitia pharmaca vulneribus adhibere. Qui enim cladem pro meritis & plagam ante irrogauerat, nunc Eccleſiæ beatitudinem Theologo demonſtrat.*

Oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo à Deo habentem claritatem Dei.

MIrum quod deſcendens Dei claritatem dicatur habere cum potius id aſcendenti conueniat; Apud Deum in humilitatis deſcenſu noſtræ ſtat claritatis, & gloriæ celſitudo; hîc qui ſe deiicit erigitur, deiicitur, qui ſe erigit. *Pulchrè nimirum*, inquit Rupertus, *deſcendit, quæ in ipſa humilitate deſcenſus ſui, claritatem habet Dei; id eſt, ſimilis eſt claritati Dei.*

SECTIO II.

Cælum omnibus patet. 1990
Crux Cœli firmitas & fundamentum. 1950
Stabilitas ſupernæ Ciuitatis. 1991
Curſus & labor ad Cæleſtem gloriam. 1991
In Cæleſti patria nihil fictum, nihil occultum. 1992
Puritas ſupernæ patriæ. 1993
Qui inter ſeculi latas vias ambulant perfecti euadere poſſunt. 1993
Auri contemptus. 1994
In Cæleſti patriâ cur templum Ioannes non viderit. 1994
Securitas ſupernæ Hieruſalem. 1995
Liber vitæ cur reperiatur, non mortis. 1995

Ab oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres.

1990. MVltas habet cæleſtis ciuitas portas, quæ quatuor mundi partibus reſpondent, vt ea omnibus mundi plagis electos congregandos innueretur, & aditum omnibus patere oſtenderetur. Pulchrè de his portis Gilbertus: *Ab Occidente portæ tres, per quas furantur Regnum, ſcilicet, occultæ afflictiones, humiles confeſſiones, ſecretæ orationes. Ab Aquilone portæ tres, per quas intrant patientes, dum ſubtrahitur, quod delectat; imponitur, quod affligit; intentatur, quod terreat. Ab Auſtro portæ tres per quas intrant pœnitentes, dum prauitas voluntatis, longinquitas conſuetudinis, naturæ fragilitas ſeparatur. Ab Oriente portæ tres, per quas intrant comparantes regnum, qui, ſcilicet, opere miſericordiæ, exercitio iuſtitiæ, ſtudio ſapientiæ adipiſcuntur.*

Ciuitas in quadro poſita eſt.

VT & forma ipſa prodat ſe crucem referre, atque adeo cruce ipſa ſtare, quod tetigit & Aretas: *Cùm ciuitas quadrangularis ſit per figuram crucis ex diametro diuiditur*; vt innueretur cruci, velut inniti, crucem habere pro fundamento.

Ciuitas in quadro poſita eſt: Figura hæc ciuita- 1991.
tis illius firmitatem ſignificat, quod notauit etiam Andreas Cæſarienſis; *Quadrata*, inquit, *hæc ciuitas deſcribitur ad deſignandam immotam illius firmitatem Quod enim ſecundum profunditatem, & altitudinem, & longitudinem æquilaterum eſt, illud cubus à quibuſdam appellatur. Figura autem cubica præ cæteris firma & ſtabilis habetur.*

Per ſtadia duodecim millia.

P*Er ſtadia duodecim millia.* Cur in menſura ciuitatis Ieruſalem ſtadiorum nomen adhibetur, quod curſum & certamen reſpicit; ſtadij nomen, vt habet etiam Haymo, indicat curſum, & certamen, quibus opus eſt currere & certare quotidie, vt in illam ciuitatem perueniremus; ſegnes, torpenteſque inepti, donec ſegnitiem, torporémque excutiant.

Simile vitro mundo.

S*Imile vitro mundo*; Ad quid vitrum in ſuperna 1992.
illa patria? An quia ibi nihil fictum, nihil ſimulatum, nihil occultum, ſed omnia omnibus peruia; hinc illud ſancti Gregorij lib. 18. Moral. cap. 27. *Ioannes in Apocalypſi dicebat: Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide: ipſa verò ciuitas aurum mundum, ſimile vitro mundo. Quia enim Sancti omnes ſumma in ea beatitudinis claritate fulgebunt, inſtructa auro dicitur. Et quoniam ipſa eorum claritas viciſſim ſibi in alternis cordibus patet, & cùm vniuſcuiuſque vultus attenditur, ſimul & conſcientia penetratur: hoc ipſum aurum vitro mundo ſimile eſſe memoratur. Ibi quippe vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis, membrorum corpulentia non abſcondet, ſed patebit animus: patebit corporalibus oculis ipſa etiam corporis harmonia ſicque vnuſquiſque tunc erit conſpicabilis ſibi. Nunc autem corda noſtra quamdiu in hac vita ſumus, quia ab altero in alterum videri non poſſunt, non intra vitrea, ſed intra lutea vaſcula concluduntur.*

Et platea ciuitatis aurum mundum.

QVam à terrenarum ciuitatum plateis iſta 1993.
abit, ad eas homines conferunt quicquid impuri in aliis ciuitatis partibus iacet; ſcilicet aliorum peccata, etiam occulta in plateis frequenter traducuntur, vt ab hoc capite, impuriorea cæteris omnibus hanc partem reddant.

Et platea ciuitatis aurum mundum; ad homines res poteſt traduci, ſæpè enim etiam perfecti euadunt, qui inter ſeculi latas vias ambulant: *Iiſdem metallis*, inquit hic B. Beda *plateas componit, quibus ciuitatem iam dixerat adornatam: Multi enim ſunt etiam vitæ latioris & inferioris, ſummis in Eccleſia cincti virtutibus, & puritate mentis & radio fulgent operis.*

Sternentur auro; ad illorum voluptatem, glo- 1994.
riamque, qui gloriæ loco duxerunt aurum hîc ſternere. In terrenæ ciuitatis platea lutum videtur, in cæleſti Ieruſalem non lutum ſed aurum, quod ſic exponit Vgo Victorinus de clauſtro animæ cap. 27. *In plateis cæleſtis Hieruſalem non erit lutum terrenæ voluptatis, nec puluis mundanæ vanitatis, ſed ſternentur auro perfectæ claritatis, ſimili vitro imperturbatæ puritatis.*

Et

Et templum non vidi in eâ.

CVm ibi cauſa deſit, qua templa eriguntur, vt ſcilicet hominum mentes in Deum excitentur, & erigantur; non indigent beati templi viſu in Deum excitari, qui Dei ipſius viſione beantur. *Templa fiunt*, inquit hîc Ribera, *vt per ea mentes hominum erigantur ad Deum, dum cogitant ſe in domo Dei eſſe, & excitentur ad Deum adorandum, & amandum, ad orandum, ad offerendum ſacrificia. Sed beati templo non indigent ad hæc, videntes enim Deum, & Agnum pro ſe immolatum tota mente, & toto corde in Deum eleuantur, & totis eum viribus amant, ſeque ipſos illi offerunt, & tradunt. Atque ideò dixit: Dominus enim Deus templum illius eſt, & Agnus.*

Et portæ eius non claudentur.

E*T portæ eius non claudentur.* Quod pleniſſimæ ſecuritatis indicium eſt; ſi de militanti Eccleſia hæc intelligantur, ex Pannon. mente; *non claudentur portæ eius ingredi aut exire volentibus, liberè vt illos recipiat tanquam obedientes, hos emittat tanquam inobedientes, in quibus nulla virtus nulla conſtantia eſt.* 1995.

In libro vitæ Agni.

I*N libro vitæ Agni*; Librum vitæ hîc & alibi reperimus, cur non & librum mortis? Sanctus Thomas 1. part. q. 24. art. 1. ad 3. *Dicendum*, inquit, *quòd non eſt conſuetum, ſcribi eos, qui repudiantur, ſed qui eliguntur: vnde reprobationi non reſpondet liber mortis, ſicut prædeſtinationi liber vitæ.*

Vulgata Editio.

CAPVT XXII.

Verſ. 1.

ET oſtendit mihi fluuium aquæ vitæ, ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei, & Agni.

Verſ. 2.

In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Gentium.

Verſ. 3.

Et omne maledictum non erit ampliùs: ſed ſedes Dei & Agni in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi.

Verſ. 4.

Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum.

Verſ. 5.

Et nox vltrà non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in ſecula ſæculorum.

Verſ. 6.

Et dixit mihi: Hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Et Dominus Deus ſpirituum prophetarum miſit Angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis quæ oportet fieri citò.

Verſ. 7.

Et ecce venio velociter: Beatus, qui cuſtodit verba prophetiæ libri huius.

Verſ. 8.

Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc.

Lectionum Varietas.

APOCALYPSIS.

Fluuium. *S. Aug. Flumen. Oec. Purum fluuium.*
Aquæ vitæ. *S. Aug. Aquæ. Pagn. Aqua viuæ. Mar. Aqua currentis.*
Splendidum tanquam cryſtallum. *S. Aug. Sicut criſtallum.*
Procedentem. *S. Aug. Exiens. Pagn. Egredientem.*
De ſede. *S. Aug. A throno. Oec. De throno. Pagn. E ſede.*

Fluminis. *Oec. Fluuij.*
Lignum vitæ. *Oec. Lignum.*
Afferens. *S. Aug. Faciens.*
Reddens. *S. Aug Et reddens.*
Sanitatem. *Oec. Medelam.*

Sed ſedes. *S. Aug. Et thronus. Pagn. Et thronus.*
Erunt. *S. Aug. & Pagn. Erit.*

Eorum. *Oec. Ipſorum. Vat. Suis.*

Nox vltrà. *S. Aug. Nox amplius. Oec. Nox ibi.*
Egebunt. *Oec. Egent.*
Lumine lucernæ. *Oec. Lucernâ.*
Neque lumine. *Oec. Nec luce.*
Illuminabit illos. *S. Aug. Illuminabit ſuper eos. Oec. Illuminat illos.*
Regnabunt. *S. Aug. Regnabit ſuper eos.*

Hæc verba. *Oec. Hi ſermones.*
Fidelis *Oec. Fide digni. Pagn. Fidelia.*
Vera. *Oec. Veri.*
Spirituum *Vat. Sanctorum.*
Oſtendere. *Oec. Vt oſtenderet.*

Et ecce. *Oec. Ecce.*
Velociter. *Oec. Citò.*
Cuſtodit verba. *Oec. Seruat ſermones.*

Qui audiui & vidi. *Oec. Videbam & audiebam.*

Vulgata Editio.

Et poſtquam audiſſem, & vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat.

Verſ. 9.

Et dixit mihi: Vide ne feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetiæ libri huius: Deum adora.

Verſ. 10.

Et dicit mihi: Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè eſt.

Verſ. 11.

Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc & ſanctus ſanctificetur adhuc.

Verſ. 12.

Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua.

Verſ. 13.

Ego ſum, *α* & *ω*, primus, & nouiſſimus, principium & finis.

Verſ. 14.

Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

Verſ. 15.

Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

Verſ. 16.

Ego Ieſus miſi Angelum meum, teſtificari vobis hæc in Eccleſiis. Ego ſum radix & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina.

Lectionum Varietas.

Cecidi. *Oec. Procidi.*
Ante pedes. *S. Ambr. Ante pedem.*

Dixit. *Oec. Ait. Pagn. Dicit.*
Sum. *Oec. Sum ego.*
Verba. *Oec. Sermones.*

Dicit. *S. Cypr. Dixit. S. Aug. Dixit Angelus.*
Signaueris. *Oec. Obſignaueris.*
Verba. *Oec. Sermones.*
Libri huius. *SS. Cypr. & Aug. Huius.*
Tempus enim. *S. Cypr. Quia iam tempus. Oecum. Tempus.*
Prope. *S. Cypr. In proximo. S. Aug. Proximum.*

Qui nocet. *S. Cypr. Vt & hi, qui perſeuerant nocere. S. Auguſt. Qui iniuſtus eſt. Pagn. Qui iniuriâ afficit.*
Noceat adhuc. *S. Cypr. Noceant. S. Aug. Iniuſta faciat adhuc. Pagn. Iniuria afficiat adhuc.*
Qui in ſordibus eſt. *S. Aug. Sordibus.*
Et qui iniuſtus eſt. *SS. Cypr. & Fulg. Iniuſtus autem. S. Aug. Et iuſtus. Vat. Et qui iuſtus.*
Iuſtificetur. *SS. Cypr. & Fulg. Iuſtiora faciat. S. Aug. Iuſtitiam faciat.* vel, *faciet.*
Sanctus. *S. Cypr. Similiter & ſanctus.*
Sanctificetur adhuc. *SS. Cypr. & Fulg. Sanctiora. S. Aug. Adhuc ſanctiora faciet.*

Ecce. *Vat. Et ecce.*
Mecum eſt. *S. Aug. Mecum.*
Reddere. *Oec. Vt dem. Vat. Vt reddam.*
Secundùm opera ſua. *S. Fulg. Secundùm facta ſua. Oec. Sicut opus illius erit. Vat. Vt opus illius erit.*

Primus & nouiſſimus. *Oec. & Vat. Principium & finis.*
Principium & finis. *S. Fulg. Initium & finis. Oec. & Vat. Primus & nouiſſimus.*

Beati. *S. Cypr. Felices eos.*
Lauant ſtolas in ſanguine Agni. *S. Cypr. Faciunt præcepta eius. S. Aug. Seruant mandata eius. Tert. Ex præceptis agunt.*
Sit poteſtas eorum. *Tert. Poteſtatem habeant.*
In ligno vitæ. *SS. Cypr. & Aug. Super lignum. Tert. In lignum. Oec. In libro.*
Per portas. *Tert. In portas.*
Intrent in ciuitatem. *Tert. Ad introeundum in ſanctam ciuitatem.*

Foris. *S. Fulg. Foris autem remanebunt. Pagn. Foris autem. Tert. Foris.*
Venefici. *S. Fulg. Maledici.*
Impudici. *SS. Aug. & Fulg. Fornicarij. Tert. Fornicatores. Vat. Scortatores.*
Idolis ſeruientes. *Oec. Omneſque idololatræ.*
Omnis qui. *Oec. Quiſquis.*
Amat & facit. *Oec. Facit & amat.*

Teſtificari. *S. Aug. Teſtari. Oec. Vt teſtificaretur.*
Vobis hæc in eccleſiis. *Oec. Hæc vobis eccleſiis.*
Splendida & matutina. *Oec. Matutina ſplendida.*

Verſ. 17.

Vulgata Editio.

Verſ. 17.

Et ſpiritus & ſponſa dicunt: Veni, & qui ſitit veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis.

Verſ. 18.

Conteſtor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto.

Verſ. 19.

Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate ſancta, & de his quæ ſcripta ſunt in libro iſto.

Verſ. 20.

Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum. Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Ieſu.

Verſ. 21.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Vulgata Editio.

Spiritus. *S. Aug. Sponſus. Mar. Spiritus Sanctus.*
Et qui ſitit. *S. Aug. Qui ſitit.*
Et qui vult accipiat. *S. Aug. Qui vult accipere.*

Conteſtor enim. *Goth. Hæc & reliqua vſque in finem capitis.* omittit. *S. Auguſt. Teſter ergo. Oec. Teſtificor ego. Mar. Conteſtor equidem.*
Omni audienti. *S. Aug. Omnem audientem.*
Verba. *S. Aug. Sermones.*
Ad hæc. *S. Aug. Ad eam.*
Appoſuerit. *S. Aug. Apponat.*
Deus. *Mar. Dominus.*
Plagas. *S. Cypr. Septem plagas.*

Diminuerit de verbis. *S. Aug Dempſerit de ſermonibus. Oec. Abſtulerit de ſermonibus.*
Libri prophetiæ huius. *S. Aug. Prophetia huius.*
Auferet. *S. Aug. Demet.*
De libro. *S. Auguſt. A ligno. Vat. A libro. Pagn. E libro.*
De ciuitate. *Vat. & Pagn. A ciuitate.*
De his. *Vat. & Pagn. Ex his.*

Iſtorum. *Oec. De his.*
Veni. *Pagn. Etiam veni.*
Ieſu. *Oec. Ieſu Chriſte.*

Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Oec. Chriſti.*
Cum omn. vob. *Oecum. Cum omnibus ſanctis. S. Amb. Sit cum omnibus vobis.*

CAPVT XXII.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Nihil adeò in iuſtis vile, quod vtile non ſit. 1996
Quanta dignitatis Ioannes fuerit, quòd fuerit Mariæ cuſtos. 1997
Omni pœnâ grauior peccati permiſſio. 1997
Dignitate primus, humilitate ſit poſtremus. 1998
Detractores quàm noxij. 1998
Dei voce vocatus alios ad Deum vocare debet. 1999
Doctor priùs præſtet, quæ aliòs docturus eſt. 1999
Solâ ſiti Cæleſtes diuitiæ venduntur. 2000
De diuinis Mandatis nihil eſt detrahendum. 2000

Ex vtrâque parte fluminis lignum vitæ.

1996 ET quî vna arbor vnius fluminis ripas poteſt exornare? tem Chriſto ſub Euchariſtiæ velamine latenti aptat ſanctus Vincentius Ferrerius ſerm. 3. de corp. Chriſti; ait quippe; *Lignum vitæ eſt Chriſtus qui eſt in vtraque parte, quia in parte dextra eſt in paradiſo, & in hoſtia conſecrata per Sacramentum in hoc mundo.*

Et folia ligni ad ſanitatem gentium.

PAtùm eſt fructus medicam habere virtutem, habent & folia; nihil adeo in iuſtia vile, quod vtile non ſit; nimirum folia ipſa fructum parturiunt. Scitè Agellius in Pſalm. 1. *Fructum etiam verba ipſa viri iuſti nihil prohibet intelligere, grauiora ac ſeria: folia, illa ipſa verba quæ leuiora & quotidiana videntur; quæ ipſa quoque ſunt vtilia: ex illis enim quæ minimè ſeria putantur ſapientum verbis, maximam vtilitatem percipiunt nonnulli: Et hoc eſt, quod dixit beatus Ioannes: Et folia ligni ad ſanitatem Gentium.*

Hæc verba fideliſſima ſunt & vera.

NOn Ioannis hæc cauſa dicuntur, ſed imbecillium, qui hæc audituri. *Non de Ioannis diffidentia,* inquit B. Beda, *dubitabat, ſed veram viſionem omni Eccleſiæ, in qua & paruulos futuros nouerat, commendabat.*

Vide, ne feceris.

VIde, ne feceris. Noluit à Ioanne Angelus adorari non ſolùm quia Virgo, ſed quia Mariæ cuſtos puriſſimus extiterat. Hinc illud ſancti Petri Damiani ſerm. 63. ad hæc verba. *Refugit obſequium ab illo ſuſcipere, quem nouerat apud communem Iudicem locum gratiæ familiariter obtinere. Noluit adoratorem, quem decernebat æqualem: fratrem recognouit, ſocium indicauit, ſubiectionis obedientiam non accepit. Quamuis enim in omnibus ſanctis ſemper ſit Angelica munditia contubernalis, & cognata virginitas; beatus tamen Ioannes tanto reliquos virgines ſuperat, quanto virginitati beatæ Mariæ per ſedulitatis, ac perpetuæ cuſtodiæ meritum* 1997

Vulgata Editio. | ***Lectionum Varietas.***

Et poſtquam audiſſem, & vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat.

Cecidi. *Oec. Procidi.*
Ante pedes. *S. Ambr. Ante pedem.*

Verſ. 9.

Et dixit mihi: Vide ne feceris: conſeruus eoim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui ſeruant verba prophetiæ libri huius: Deum adora.

Dixit. *Oec. Ait. Pagn. Dicit.*
Sum. *Oec. Sum ego.*
Verba. *Oec. Sermones.*

Verſ. 10.

Et dicit mihi: Ne ſignaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim propè eſt.

Dicit. *S. Cypr. Dixit. S. Aug. Dixit Angelus.*
Signaueris. *Oec. Obſignaueris.*
Verba. *Oec. Sermones.*
Libri huius. *SS. Cypr. & Aug. Huius.*
Tempus enim. *S. Cypr. Quia iam tempus. Oecum. Tempus.*
Prope. *S. Cypr. In proximo. S. Aug. Proximum.*

Verſ. 11.

Qui nocet, noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc & ſanctus ſanctificetur adhuc.

Qui nocet. *S. Cypr. Vt & hi, qui perſeuerant nocere. S. Auguſt. Qui iniuſtus eſt. Pagn. Qui iniuriâ afficit.*
Noceat adhuc. *S. Cypr. Noceant. S. Aug. Iniuſta faciat adhuc. Pagn. Iniuria afficiat adhuc.*
Qui in ſordibus eſt. *S. Aug. Sordibus.*
Et qui iniuſtus eſt. *SS. Cypr. & Fulg. Iniuſtus autem. S. Aug. Et iuſtus. Vat. Et qui iuſtus.*
Iuſtificetur. *SS. Cypr. & Fulg. Iuſtiora faciat. S. Aug. Iuſtitiam faciat.* vel, *faciet.*
Sanctus. *S. Cypr. Similiter & ſanctus.*
Sanctificetur adhuc. *SS. Cypr. & Fulg. Sanctiora. S. Aug. Adhuc ſanctiora faciet.*

Verſ. 12.

Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundùm opera ſua.

Ecce. *Vat. Et ecce.*
Mecum eſt. *S. Aug. Mecum.*
Reddere. *Oec. Vt dem. Vat. Vt reddam.*
Secundùm opera ſua. *S. Fulg. Secundùm facta ſua. Oec. Sicut opus illius erit. Vat. Vt opus illius erit.*

Verſ. 13.

Ego ſum, α & ω, primus, & nouiſſimus, principium & finis.

Primus & nouiſſimus. *Oec. & Vat. Principium & finis.*
Principium & finis. *S. Fulg. Initium & finis. Oec. & Vat. Primus & nouiſſimus.*

Verſ. 14.

Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine Agni: vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.

Beati. *S. Cypr. Felices eos.*
Lauant ſtolas in ſanguine Agni. *S. Cypr. Faciunt præcepta eius. S. Aug. Seruant mandata eius. Tert. Ex præceptis agunt.*
Sit poteſtas eorum. *Tert. Poteſtatem habeant.*
In ligno vitæ. *SS. Cypr. & Aug. Super lignum. Tert. In lignum. Oec. In libro.*
Per portas. *Tert. In portas.*
Intrent in ciuitatem. *Tert. Ad introeundum in ſanctam ciuitatem.*

Verſ. 15.

Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.

Foris. *S. Fulg. Foris autem remanebunt. Pagn. Foris autem. Tert. Foris.*
Venefici. *S. Fulg. Maledici.*
Impudici. *SS. Aug. & Fulg. Fornicarij. Tert. Fornicatores. Vat. Scortatores.*
Idolis ſeruientes. *Oec. Omneſque idololatræ.*
Omnis qui. *Oec. Quiſquis.*
Amat & facit. *Oec. Facit & amat.*

Verſ. 16.

Ego Ieſus miſi Angelum meum, teſtificari vobis hæc in Eccleſiis. Ego ſum radix & genus Dauid, ſtella ſplendida & matutina.

Teſtificari. *S. Aug. Teſtari. Oec. Vt teſtificaretur.*
Vobis hæc in eccleſiis. *Oec. Hæc vobis eccleſiis.*
Splendida & matutina. *Oec. Matutina ſplendida.*

Verſ. 17.

Vulgata Editio.

Verſ. 17.

Et ſpiritus & ſponſa dicunt: Veni, & qui ſitit veniat:& qui vult,accipiat aquam vitæ, gratis.

Vulgata Editio.

Spiritus. *S.Aug. Sponſus. Mar.Spiritus Sanctus.*
Et qui ſitit. *S.Aug. Qui ſitit.*
Et qui vult accipiat. *S.Aug. Qui vult accipere.*

Verſ. 18.

Conteſtor enim omni audienti verba propheriæ libri huius: ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto.

Conteſtor enim. *Geth. Hac & reliqua vſque in finem capitis.* omittit. *S.Auguſt. Teſter ergo. Oec. Teſtificor ego. Mar. Conteſtor equidem.*
Omni audienti. *S.Aug. Omnem audientem*
Verba. *S.Aug. Sermones.*
Ad hæc. *S.Aug. Ad eam.*
Appoſuerit. *S. Aug. Apponat.*
Deus. *Mar. Dominus.*
Plagas. *S. Cypr. Septem plagas.*

Verſ. 19.

Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate ſancta, & do his quæ ſcripta ſunt in libro iſto.

Diminuerit de verbis. *S.Aug Dempſeris de ſermonibus. Oec. Abſtuleris de ſermonibus.*
Libri propheriæ huius. *S.Aug. Prophetia huius.*
Auferet. *S.Aug. Demet.*
De libro. *S.Auguſt. A ligno. Vat. A libro. Pagn. E libro.*
De ciuitate. *Vat. & Pagn. A ciuitate.*
De his. *Vat. & Pagn. Ex his.*

Verſ. 20.

Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum.Etiam venio citò: Amen. Veni Domine Ieſu.

Iſtorom. *Oec. De his.*
Veni. *Pagn. Etiam veni.*
Ieſu. *Oec. Ieſu Chriſte.*

Verſ. 21.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Oec. Chriſti.*
Cum omn. vob. *Oecum. Cum omnibus ſanctis. S. Amb. Sit cum omnibus vobis.*

CAPVT XXII.

APOCALYPSIS

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Nihil adeò in iuſtis vile,quod vtile non ſit. 1996
Quanta dignitatis Ioannes fuerit,quòd fuerit Mariæ cuſtos. 1997
Omni pœna grauior peccati permiſſio. 1997
Dignitate primus,humilitate ſit poſtremus. 1998
Detractores quàm noxij. 1998
Dei voce vocatus alios ad Deum vocare debet. 1999
Doctor priùs praſtet,quæ alios docturus eſt. 1999
Solà ſua Cæleſtes diuitiæ venduntur. 2000
De diuinis Mandatis nihil eſt detrahendum. 2000

Ex vtrâque parte fluminis lignum vitæ.

1996 ET quî vna arbor vnius fluminis ripas poteſt exornare? rem Chriſto ſub Euchariſtiæ velamine latenti aptat ſanctus Vincentius Ferrerius ſerm.3.de corp. Chriſti;ait quippe; *Lignum vitæ eſt Chriſtus qui eſt in vtraque parte, quia in parte dextra eſt in paradiſo, & in hoſtia conſecrata per Sacramentum in hoc mundo.*

Et folia ligni ad ſanitatem gentium.

PArùm eſt fructus medicam habere virtutem, habent & folia; nihil adeo in iuſtis vile, quod vtile non ſit; nimirum folia ipſa fructum parturiunt. Scitè Agelliùs in Pſalm. 1. *Fructum etiam verba ipſa viri iuſti nihil prohibet intelligere,grauiora ac ſeria: folia,illa ipſa verba quæ leuiora & quotidiana videatur; quæ ipſa quoque ſunt vtilia: ex illis enim quæ minimè ſeria putantur ſapientum verbis,maximam vtilitatem percipiunt nonnulli: Et hoc eſt,quod dixit beatus Ioannes: Et folia ligni ad ſanitatem Gentium.*

Hæc verba fideliſſima ſunt & vera.

NOn Ioannis hæc cauſa dicuntur,ſed imbecillium,qui hæc audituri. *Non de Ioannis diffidentia,*inquit B.Beda,*dubitabat,ſed veram viſionem omni Eccleſiæ, in qua & paruulos futuros nouerat, commendabat.*

Vide, ne feceris.

V*Ide, ne feceris.*Noloit à Ioanne Angelus adorari non ſolùm quia Virgo, ſed quia Mariæ cuſtos puriſſimos exſtiterat. Hinc illud ſancti Pe- 1997
tri Damiani ſerm. 63. ad hæc verba. *Refugit obſequium ab illo ſuſcipere, quem nouerat apud communem Iudicem locum gratiæ familiariter obtinere. Noluit adoratorem, quem decernebat æqualem: fratrem recognouit, ſocium iudicauit, ſubiectionis obedientiam non accepit. Quamuis enim in omnibus ſanctis ſemper ſit Angelica munditia contubernalis, & cognata virginitas;beatus tamen Ioannes tanto reliquos virgines ſuperat,quanto virginitati beata Mariæ per ſedulitatis, ac perpetuæ cuſtodiæ meritum*

appropinquat. A qua ſola videlicet præceditur, quia fæcunditas virginalis, quæ eſt in Maria, nullis eſt omnino meritis comparanda.

Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

QVi in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc; & cur non potius pœnam, cur non inferni flammas minatur? cur non dixit qui in ſordibus eſt, niſi reſipiſcat, æternas dabit in inferno pœnas, æternos in igne ſubibit cruciatus? nihil tale dixit; ſed tantùm *ſordeſcat adhuc*; quia omni pœnâ grauior permiſſio peccati eſt.

Ego ſum α & ω: primus & nouiſſimus.

1998. EXcellentia primus, humilitate poſtremus; rectus hic ordo, & ab omni ſeruandus, vt quò quis perfectior eſt, eò ſe humilius cæteris demittat exemplo Chriſti. Aptè ad hæc verba ſpectans ſanctus Ambroſius in Pſalm. 50. *Ipſe verus Dauid, manu fortis, verus, humilis, atque manſuetus, primus, & nouiſſimus; æternitate primus, humilitate vltimus.*

Foris canes.

FOris canes; Et quinam canes referuntur? *Qui oblatrant*, inquit Mariana *ſeruus Dei*; qui cùm vitiis ſint obſiti, innocentes mordent, in eos ſæuiunt, qui Dei cultui ſunt mancipati. Mirum quòd non meminerit eorum, qui Dei ſeruos ferro necant. An quia peiores ſunt, nocentioréſque qui eorum nomen famamque mordent, quàm qui eos perimunt? Tertullianus lib. 2. aduersùs Marcionem, ita exclamat: *O canes, quos foras Apoſtolus expellit latrantes in Deum veritatis, hæc ſunt argumentationum oſſa, quæ obroditis; quæ in cuiuſlibet aut hæreticos poſſunt interqueri.*

1999. *Qui audit, dicat: Veni.* Nimirum quò Dei voce vocamur, vocare debemus & alios & inuitati inuitare alios. Acutè hæc verba expendens ſanctus Petrus Damianus opuſc. 7. cap. 25. *Ioannis Angelica admonitione præcipitur: Qui audit, dicat veni. Vt nimirum cui ſe vox interna inſinuat, illuc etiam clamando, alios quo ipſe rapitur, trahat; ne clauſas fores etiam vocatus, inueniat, ſi vocantis vacuus appropinquat.*

Qui audit, dicat: Veni. Rectus ordo, nec inuertendus, audiendum prius, prius obediendum eſt, quam vt quis alios inuitet. Bene Vgo Victorinus hom. 16. in Eccleſiaſten: *Qui audit, inquit Scriptura, dicat veni. Qui enim prius aurem cordis per obedientiam ad verbum Dei aperit, ille poſtmodum rectè ad loquendum proximo linguam reſoluit. Nam qui prius per obedientiam in verbo ædificationis alteri tacere non didicit: noxa ſubiacere conuincitur, ſi alios ipſe docere præſumit.*

Qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

QVi volens, & ſitiens accedit ſatis ſecum numorum emendæ huic aquæ ſecum defert; 2000.
nimirum *ſola ſiti*, vt ille ait, *cæleſtes deliciæ venduntur*; & aptus illarum eſt emptor, qui eas ſitit.

Si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ.

IVſtius id ad diuina præcepta transferatur; tranſtulit B. Ambroſius de Paradiſo c. 12. *Si Ioannes*, inquit, *hoc iudicauit de ſuis ſcriptis, quanto nihil de diuinis mandatis eſt detrahendum? Hinc ergo cœpit præuaricatio prima eſſe mandati.* Nemo ſe facile eò trahi ſinat vt quidquam Dei mandatis detrahat; aliquid à Dei iuſſibus abradat. Nihil à tuo Ioannes libro aufero, elido nihil, nihil addo; omnia excipio, omnia veneror. Fateor tamen iis, quæ ex meo penu dedi, multa addi poſſe multa ab illis auferri, ac in meliora mutari: Mutet, auferat, adiiciat, qui hæc legit: quæ verè hic vtilia deprehendet, ſibi ita aptet, vt aptint in Dei cultum fiat, verba in opera vertens, & monita in actus, ac in mores.

Finis Ioannis expenſi.

IACOBVS

IACOBVS EXPENSVS

NOTIS, MONITISQVE SACRIS AD MORES INFORMANDOS ILLVSTRATVS

A R. P.

ALOYSIO NOVARINO VERONENSI CLERICO REGVLARI.

IACOBO
IESV CHRISTI
APOSTOLO.

TVA fero, dum feror ad te; pauca ex infantiæ meæ ſinu addidi, quæ non ingrata tibi ſaltem ab eâ parte, quâ verbis tuis innituntur, à tuis exilierunt. Tua accipe veluti lucem, mea verò veluti vmbram, quam denſum, opacúmque ingenij mei, vt ita loquar, corpus feriens Sol tuus produxit. Vtinam, Magne, tua ope legantur in omnibus, qui hæc, quæ hîc exhibeo, legerint; adeò vt legentium vita referat, quod pagina offert vitæ expers. Siſto in hoc voto

Dicatiſſimus Tibi Seruus

ALOYSIVS NOVARINVS
CLERICVS REGVLARIS

EPISTOLA

EPISTOLA BEATI IACOBI APOSTOLI.

CAPVT PRIMVM.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 1.

IACOBVS Dei, & Domini noſtri IESV Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſalutem.

Domini noſtri. *Ar.M. Domini.*
Duodecim. *Ar.M. Illis duodecim.*
Quæ ſunt in diſperſione. *Syr. Qua diſperſa ſunt inter gentes. Ar.M In diſperſione.*
Salutem. *Syr. Pacem. Ar.M.& Eſt. Gaudere.*

Verſ. 2.

Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.

Omne gaudium. *Tigur. Pro ſummo gaudio. Eſt. Magnum gaudium, vel, Perfectum gaudium.*
Exiſtimate *Syr. Habeatis. Oec. Ducite.*
Cùm. *Tigur. Quoties.*
In tentationes varias. *Syr. In tentationes multas & varias. Ar.M Tentationibus variis.*
Incideritis. *Syr. Ingredsemini.*

Verſ. 3.

Scientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur.

Scientes. *Vat. Illud ſcientes.*
Quòd prob. *Syr. Probationem illam. Vat. Quòd exploratio.*
Fidei veſtræ. *Syr. Fidei.*
Patientiam. *Lovan. Suſtinentiam.*
Operatur. *Syr. Comparare vobis. Oec. Operetur. Vat. Parit. Ar. M. Adoperatur.*

Verſ. 4.

Patientia autem opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes.

Patientia autem. *Oec. Patientia verò. Ar. M. At patientia. Al. Cæterum patientia.*
Perfectum. *Syr. Conſummatum.*
Habet. *Syr. Habebit. Caiet. Habeat.*
Integri. *Syr. Conſummati.*
In nullo deficientes. *Syr. Et ut quid deſit vobis. Oec. Nullâque in parte diminuti. Eſt. Nullo indigentes. Caiet Nullàque in re diminuti.*

Verſ. 5.

Si quis autem veſtrûm indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.

Si quis autem. *Oec. Quod ſi cui.*
Veſtrum. *Syr. Ex vobis.*
Indiget ſapientiâ. *Oec. Deeſt ſapientia. Caiet. Deficit ſapientia. Ar.M. Deſtituitur ſapientia.*
A Deo qui dat. *Syr. A Deo ipſo qui dat. Oec. Ab eo qui dat, nempè Deo. Caiet. Ab eo, qui dat, Deo. Ar.M. A dante Deo.*
Affluenter. *Syr. Simpliciter. Oecum. Candidè. Gagn. Cumulatè.*
Et non improperat. *Syr. Nec exprobrat. Ar.M Et non improperante.*

Verſ. 6.

Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur.

In fide. *Syr. Cum fide. Tigur. Cùm fiduciâ.*
Nihil hæſitans. *Syr. Non haſitans. Caiet. Nihil diiudicans. Ar. M. Nihil diſceptans. Eſt. Nihil diſcernens. Lovan. Nihil diſquireat. Aut. Nihil dubitans.*
Qui enim hæſitat. *Syr. Qui haſitat. Caiet. Qui autem diiudicat. Ar M. Nam diſceptans.*
Fluctui. *Syr. Fluctibus.*
Qui à vento mouetur & circumfertur. *Syr. Quos commouet ventus. Oec. Qui ventis agitur & impetu rapitur. Caiet. Qui à vento mouetur & iactatur. Ar.M. Ventis agitato & iactato.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 7.

Non ergo æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino.

Non ergo. *Syr. Neque. Caiet. Non enim. Al. Neque enim.*
Æſtimet. *Syr. Exiſtimet.*
Quod accipiat aliquid. *Syr. Se uliquid accepturum. Vat. Se quicquam ucccepturum. Cuiet. Quòd accipiet aliquid.*

Verſ. 8.

Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

Vit duplex animo. *Syr. Cùm ſit dubius mente ſuâ. Tigur. Vir animo duplici. Eſt. Vir bianimus.*
In conſtans eſt. *Syr. Et commotus.*

Verſ. 9.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua.

Humilis. *Tigur. Qui humilis eſt.*
Io exaltatione. *Tigur. In ſublimitate. Pagn. In altitudine.*

Verſ. 10.

Diues autem in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit.

Diues autem. *Vat. Contrà qui diues eſt. Ar. M. At diues.*
Humilitate ſua. *Vat. humiliatione ſuâ.*
Sicut flos. *Eſt. Veluti flos.*
Fœni tranſibit. *Syr. Herbu itu præteribit. Eſt. Herba præteribit.*

Verſ. 11.

Exortus eſt enim ſol cum ardore, & areſecit fœnum & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

Exortus eſt. *Syr. Exoritur.*
Ardore. *Syr. Calore ſuo. Tigur. Cum æſtu.*
Areſecit fœnum. *Syr. Areſecit herbam. Tigur. Exaruit herba.*
Flos eius decidit. *Syr. Flos cadit.*
Vultus. *Iſid. Clar. Aſpectus.*
Deperiit. *Syr. Perit. Al. Periit.*
Itineribus. *Syr. Conuerſationibus. Eſt. In facultatibus. vel, Abundantiâ. Iuſtin. ex Gr. Viis.*
Sois. *Eſt. Suâ.*
Marceſcet. *Syr. Areſit. Goth. Marceſcit.*

Verſ. 12.

Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Vir. *Syr. Vir ille.*
Suffert tentationem. *Syr. Suſtinet tentationes.*
Coronam vitæ. *S. Aug. Vitam.*
Repromiſit. *Pagn. Promiſit.*
Deus. *Ar. M. Dominus.*
Diligentibus ſe. *Vat. Iis, qui ipſum diligunt. Al. Iis à quibus dilectus fuerit.*

Verſ. 13.

Nemo cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt ipſe autem neminem tentat.

Nemo. *Eſt. Nullus. Vat. Nequis.*
Cùm tentatur. *Ar. M. Tentatus.*
Quoniam à Deo tentatur. *Syr. A Deo tentor. Caiet. Quòd à Deo tentor. Eſt. Se à Deo tentari.*
Intentator malorum eſt. *Syr. Non tentatur malis. Tigur. Vt à malis tentari non poteſt. Oec. Malis tentari nequit. Eſt. ex. Syr. Non tentatur in malis. Caiet. Intentabilis eſt malis.*
Ipſe autem. *Syr. Et ipſe. Tigur. Itu nec ipſe.*
Neminem. *Tigur. Quemquam.*

Verſ. 14.

Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.

Vnuſquiſque verò. *Syr. Sed vnuſquiſque. Quid. Ex. Syr. Sed vir. Tigur. Immo vnuſquiſque.*
Tentatur. *S. Marc. Erem. Torquetur.*
A concupiſcentia ſua. *Tigur. Dum à propriâ concupiſcentia. Oec. Dum à propria conſcientiâ. Lorin. A propriâ concupiſcentia.*
Abſtractus & illectus. *Syr. Et allicitur, abſtrahitúrque. Tigur. Abſtrahitur & ineſcatur. Eſt. Abſtractus & ineſcatus. Lorin. Extructus & ineſcatus.*

Verſ. 15.

Deinde concupiſcentia cùm conce-

Deinde. *Syr. Porrò hæc.*
Cùm conceperit. *Syr. Concipit. Oec. Poſtquàm concepit. Vat. Poſteaquam concipit. Ar. M. Concipiens.*

perit

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

perit parit peccatum: peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

Parit. *Syr. Et parit.*
Peccatum verò. *Syr. Peccatum autem. Ar. M. At peccatum.*
Cùm conſummatum fuerit. *Syr. Quùm conſummatum eſt. Oec. Vbi perfectum eſt. Vat. Perfectum. Ar. M. Conſummatum.*
Generat. *S. Chromat. Acquirit. Oec. Progenerat. Vat. Progignit.*

Verſ. 16.

Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi.

Nolite itaque errare. *Syr. Nec erraueritis. Eſt. Ne erretis. Ar. M. Ne errate.*
Dilectiſſimi. *Syr. & Eſt. Dilecti.*

Verſ. 17.

Omne datum optimum & omne donum perfectum, deſurſum eſt: deſcendens à Patre luminum apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

Omne datum optimum. *Syr. Omne donum bonum. Tigur. Omnis donatio bona. Eſt. Omnis datio bona. Ar. M. Omne datum bonum.*
Omne donum perfectum. *Syr. Perfectum. Eſt. Omnis donatio perfecta.*
Deſurſum. *Syr. & Eſt. E ſupernis. Ar. M. Supernè.*
Non eſt. *Syr. Nulla eſt.*
Tranſmutatio. *S. Hilar. Demutatio. S. Hieron. Differentia. S. Aug. Immutatio.*
Nec viciſſitudinis obumbratio. *Syr. Ne obumbratio quidem viciſſitudinis. S. Hier. Aut conuerſionis vmbraculum. S. Aug. Nec momenti obumbratio. Pag. Aut conuerſionis obumbratio.*

Verſ. 18.

Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

Voluntariè enim. *Syr. Is voluit. Tigur. Is deſtinata voluntate. S. Hier. Volens enim. Oec. In deſtinatâ voluntate. Eſt. Quia voluit.*
Genuit. *Syr. Et genuit. Oec. Progenuit.*
Verbo. *Syr. Sermone.*
Vt ſimus. *Oec. Vt eſſemus. Ar. M. Ad eſſe nos.*
Initium aliquod creaturæ eius. *Syr. Primitia rerum ab eo conditarum. Tigur. Primitia quædam ſuarum creaturarum. S. Hieron. & Quidd. ap. Gloſſ. Primitia creaturarum eius. S. Iren. Initium aliquod facturæ eius. Eſt. Primitiæ creaturarũ ipſius.*

Verſ. 19.

Scitis fratres mei dilectiſſimi: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

Scitis fratres. *Syr. Itaque ò vos fratres. Caiet. Itaque fratres. Eſt. ex. Syr. Et vos fratres.*
Dilectiſſimi. *Syr. & Caiet. Dilecti.*
Sit autem omnis homo. *Syr. Vnuſquiſque veſtrum ſit. Vat. Sit omnis homo.*
Tardus autem. *Syr. Et tardus. Vat. Tardus.*
Et tardus. *Vat. Tardus.*
Iram. *Syr. Iraſcendum.*

Verſ. 20.

Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur.

Operatur. *Syr. Præſtat. Tigur. Efficit. Ar. Mont. Adoperatur.*

Verſ. 21.

Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras.

Propter quod. *Syr. & Tigur. Quapropter.*
Abiicientes. *Syr. Procul expellatis à vobis. Tigur. Depoſitâ. Eſt. Deponentes.*
Omnem immunditiam. *Tigur. Omni immunditiâ. Eſt. Omnes ſordes. Ar. M. Omnem ſordem.*
Abundantiam. *Syr. Multitudinem. Tigur. Redundantiam. Eſt. Superfluitatem.*
In manſuetudine. *Syr. Et cum manſuetudine. Tigur. Cum manſuetudine.*
Suſcipite. *Syr. Excipite. Tigur. Recipite.*
Inſitum. *Eſt. Inſititium.*
Verbum. *Syr. Verbum illud natura noſtra. Tigur. Sermonem.*
Quod poteſt. *Syr. Quod quidem poteſt. Tigur. Qui poteſt.*
Saluare. *Syr. Seruare. Tigur. Saluas reddere.*
Animas. *Syr. Ipſas animas.*

Verſ. 22.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 22.

Eſtote autem factores verbi; & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos.

Eſtote autem. *Syr. Caterùm eſtote.*
Factores verbi. *Syr. Effectores ſermonis.*
Auditores tantùm. *Caiet. Auditores.*
Fallentes. *Syr. Neque decipiatis. Eſt. Paralogizantes. Aut. Decipientes.*
Voſmetipſos. *Quidd. ex Syr. Animas veſtras. Eſt. Voſipſos.*

Verſ. 23.

Quia ſi quis auditor eſt verbi & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.

Auditor eſt verbi. *Syr. Fuerit auditor ſermonis. Oec. Audiat ſermonem.*
Et non factor. *Syr. Et non effector. Oec. Nec eum factis exprimat.*
Comparabitur viro. *Syr. Similis eſt illi. Oec. Similis eſt viro. Iſid. Clar. Comparatur viro.*
Conſideranti. *Syr. Qui aſpicit.*
Vultum. *Oec. Faciem.*
Natiuitatis ſuæ. *Syr. Suum.*

Verſ. 24.

Conſiderauit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

Conſiderauit. *Syr. Aſpexit.*
Se. *Syr. Seipſum.*
Abiit. *Syr. Præteriit.*
Et ſtatim oblitus. *Syr. Ac oblitus. Tigur. Et continuò oblitus.*
Fuerit. *Syr. Eſſet.*

Verſ. 25.

Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit.

Qui autem perſpexerit. *Syr. Quiſquis autem reſpicit. Vat. At qui perſpexit. Caiet. Qui autem proſpexerit. Ar. M. Perſpiciens.*
Libertatis. *Syr. Quæ eſt libertatis. Oec. Illam libertatis.*
Non auditor obliuioſus factus. *Syr. Non eſt auditor, qui audiat, vt obliuiſcatur. Oec. Hic cùm ſit non auditor obliuioſus. Ar. M. Hic non auditor obliuioſus factus. Eſt. Non auditor obliuionis factus.*
Factor. *Syr. Effector.*
Hic beatus. *Syr. Hic ſanè beatus. Oec. Beatus.*
In facto. *Syr. In opere. Oec. Facto. Eſt. In operatione. Lorin. In factione.*

Verſ. 26.

Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.

Si quis autem putat. *Syr. Quòd ſi quis exiſtimet. Tigur. & Ar. M. Si quis videtur.*
Se religioſum eſſe. *Syr. Se ſeruire Deo. Tigur. Religioſus eſſe inter vos. Ar. M. Religioſus eſſe in vobis. Caiet. Se religioſum eſſe inter vos.*
Non refrænans. *Syr. Et non contineat. Tigur. Qui non frænat.*
Suam. *S. Ant. Propriam.*
Seducens. *Syr. Inducat in errorem. Tigur. Aberrare ſinit. Oec. Fallit.*
Huius vana eſt religio. *Syr. Illius vanum eſt obſequium.*

Verſ. 27.

Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc eſt: viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

Religio munda. *Syr. Miniſterium enim purum. Vat. Religio pura.*
Immaculata. *Syr. Sanctum.*
Apud Deum & Patrem hæc. *Syr. Coram Deo Patre illud.*
Viſitare pupillos. *Syr. & Pagn. Inuiſere orphanos.*
Tribulatione eorum. *Syr. Afflictionibus ipſorum. Oec. Afflictione ipſorum. Al. Afflictione ſuâ.*
Et immaculatum. *Oec. Immaculatum. Eſt. Et incontaminatum.*
Se cuſtodire ab hoc ſeculo. *Syr. Seruare ſeipſum à mundo. Oec. Seipſum cuſtodire à mundo.*

CAP. I.

CAPVT PRIMVM EPISTOLÆ B. IACOBI

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Locorum interſtitia charitati non officiunt. 2001
Obedientia tum in credendo, tum in operando. 2001
Modeſtia litet Dei ſeruus. 2002
Chriſti ſeruitium quanti facienda. 2002
Spiritus Sancti cur non meminerit S. Iacobus. 2003
Vera charitas in omnes fertur. 2003
Exemplo alios informare quanti referat. 2003
Apoſtolica ſalutatio quò ſpectet. 2004
Salus & conſolatio animæ potiùs quærenda quàm corporis. 2004

Iacobus, Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.

2001. NON eſt Dei Patris ſeruus, qui non eſt Chriſti Ieſu; nec Ieſu, qui non eſt Patris. Vtriuſque ſe eſſe Iacobus affirmat. *Apoſtoli* titulum omittit, quia non putauit eſſe neceſſarium. Tribubus ſcribit, quæ erant in diſperſione: ex quo liquet Apoſtolum ad Iudæos ſcribere, qui ad fidem acceſſerant, & in varias Mundi partes diſperſi erant. Nimirum locorum interſtitia charitati non officiunt, quæ officia ſua exhibet etiam longè poſitis. Diſperſi Iudæi erant, ſi extimè eos ſpectes: omnes tamen vniti in Apoſtoli corde erant Charitatis operâ, quæ diuiſiones non nouit, vnitatem quærit vbique; immò etiam facit.

Iacobus. Duo in Apoſtolorum collegio hoc nomen efferebant: *quia maximè* (inquit ille) *Apoſtolicum* & Euangelicum eſt luctari atque certare, pugnare, *bellum gerere ſpirituale aduersùs hoſtes veritatis & pietatis.* Addit: *Simonis item nomen duobus Apoſtolis commune eſt, quod ſonat, obedientiam: quoniam requiritur potiſſimùm obedientia tum in credendo, tum in operando à noui Teſtamenti profeſſoribus.*

2002. *Ieſu Chriſti ſeruus.* Poterat ſe *fratrem Domini* appellare, quo titulo donatus ab aliis eſt: ſed abſtinuit, vt modeſtiæ litaret. *Noluit ſe fratrem Domini nominare,* inquit bonus ille author, *vt nec Iudæi, ne, non Chriſtum, ſed ſeipſos viderentur honorare, ſi ſe illius ſcriberent fratres, cuius erant Apoſtoli ſeruique.*

Seruum ſe Chriſti Ieſu appellat: via poterat nobiliori titulo ſuam efferre dignitatem. *Sicut mortales,* inquit Didymus, *gloriam hominum appetentes in ſuis conſcriptionibus dignitates, quas putant habere, præponunt: ita ſancti viri in epiſtolis, quas ſcribunt ad Eccleſias, principaliter proferunt, ſe ſeruos eſſe Domini noſtri Ieſu Chriſti; æſtimantes hanc appellationem ſupra regna totius Mundi conſiſtere.*

2003. *Dei.* id eſt (vt exponunt aliqui) *Patris.* Deindè Filij meminit: ſed cur non Spiritus ſancti? Sanctus Thomas: *In his duabus Perſonis Spiritus ſanctus intelligitur, tanquam nexus & amor amborum.*

Duodecim tribubus. Omnibus ſcribit: nullam excludit: ſaluas omnes vellet. Neſcit verus amor anguſtias. Salutem omnibus dicit: ad ſalutis ſinum omnes vocat. Veræ charitatis affectu in omnes fertur, qui verè amat; & erga omnes amore afficitur, quem verus afficit amor.

Quæ ſunt in diſperſione. Cur iis tantùm tribubus ſcribit, & non etiam illis, quæ in diſperſione non erant? quæ ſcilicèt habitabant in Iudæâ. *Illos* (inquit Lyranus) *qui erant in Iudæâ poterat informare verbo: qui modus informandi efficacior eſt, quàm ſcripto.* Informabat & exemplo, quod maioſea, quàm verba, quàm ſcriptio, vires habet.

In varia loca diſperſi Apoſtolicâ ſalutatione beantur. Salutem dum offert, veram intellige: neque tam vſitato ſcribendi more hac formulâ vſum Apoſtolum cenſe, quàm quòd ita vera charitas dictauerit, verus in ſuos & in omnes amor. 2004.

Salutem. Sed quam? *Non corporis, ſed animæ,* inquit hìc Vgo. Addit rectè præmiſſum: *Quæ ſunt in diſperſione: propter quod* (ſubdit) *indigent ſalute & conſolatione, ne, ſicut diſperſi ſunt corpore, diſpergantur & mente.*

SECTIO II.

Vnus in tentationibus animus efferendus. 2005
Tentationum variarum nexus. 2005
Aduerſa læto animo ſuſtinenda. 2005
Mali nihil habent in cœlo, nihil in mundo iuſti habere debent. 2006
Virilis perfectio in iis, qui ad tentationes vocantur. 2006
Quæ putantur aduerſa, maximè vtilia ſunt. 2007
Aduerſa libenter pati, cœleſtis fœlicitatis eſt arrha. 2007
Tentationis & gaudij nexus. 2007
Chriſtiana Philoſophia eſt in malis gaudere. 2008
Tentationes qui ſuſtinet vincit. 2008
Afflictio probat qualis quiſque ſit. 2009
Tentationes nemo facilè accerſat. 2009

Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.

OMne gaudium. Statim eos erigit & ſolatur, qui variis tribulationibus premebantur. 2005.
Omne gaudium, perfectum gaudium appellauit. *Cùm in tentationes varias.* Tentationes & afflictiones varias dixit; non *varium gaudium*, nec varios eos, qui varias tentationes ferunt. Verus Dei ſeruus vnum eundémque animum habet, licèt non vnis, ſed variis tentationibus exerceatur.

In tentationes varias. Nemo ſe credat vni tantùm eſſe obnoxium. Cùm in vnam incideris, aliam ſtatim expecta. Nectuntur ferè inter ſe, & alia aliam trahit. Per *tentationes* porrò non intellige excitamenta peccandi; ſed vniuersè omnes afflictiones, quæ hoc donantur nomine; *quod per eas* (vt ait Eſtius) *Deus homines tentare, hoc eſt probare ſoleat, vt, quales ſint, innoteſcat.*

Omne gaudium. Scilicet, non ſatis eſt dura & aduerſa forti animo ſuſtinere: ſuſtinenda ſunt læto. Quin non nudè gaudendum dixit; ſed omne gaudium ducendum monuit, in varias tentationes incidere. Non aberrauit, qui *animæ feſtum* tunc eſſe dixit, quùm varias ob Dei guſtum, & in Dei obſequium tribulationes ſuffert. Alius, *animæ cuſtodiam*, tentationes appellauit.

Omne gaudium. Prob quàm ſuper Mundi ſenſum nos effert Apoſtolus, vt gaudio exiliamus, quùm mala patimur, tentationibus quùm petimur 2006.

Nel

Ne indignemini, inquit Vgo Carenſis, *ſi mali florent in Mundo, & vos patimini. Mali nihil habent in Cælo, vos nihil in Mundo,*

Fratres. Cur fratres, non filios appellat? An, vt virilis eorum perfectio ſignificaretur, qui ad tentationes ferendas prompti alacreſque ſunt. *Ad perfectionem virilem*, ait hîc Didymus Alexandrinus, *& patientiam ſimul inuitans, conſequenter fratres ſuos appellat, & non filios, quibus ſcribit. Quomodo enim perfectè non ſint, qui non ſolùm ſine triſtitiâ, ſed etiam cum gaudio propter Chriſtum tentationes ferre noſcuntur? nam quicunque varias tentationes cum delectatione ſuſtinet, eum probatiſſimum opus ſequitur, à quo etiam patientia colligitur perfecta, & fortitudo præcipua. Hæc itaque patientia benè certanti opus nunc euenit, quando non propter aliud, ſed diuinâ charitate perficitur.* Præterea fratres vocat non filios, nam hoc nomen teneritudinem maiorem ſonat, illud maiorem fortitudinem. *Ad perfectiorem & virilem patientiam*, inquit hîc Salmeron, *inuitans, fratres ſuos appellat & non filios, qui teneriores ſunt. & vix tanta perfectionis capaces.*

2007. Itaque, ſi rectè penſemus, aduerſa nobis ſecunda ſunt; &, quæ putantur ſecunda, ſunt aduerſa: nec tentationes interficiunt gaudium, quin potiùs creant. *Omne gaudium*, inquit B. Laurentius Iuſtinianus de diſcipl. monaſt. conuerſ. cap. 11. *exiſtimemus, cùm in varias inciderimus tentationes: nam tunc magna ſalutis noſtræ concipienda ſpes eſt, quùm agrum ſuum Dominus dignatur excolere, vt vberiorem Cæleſtem afferat fructum. Tunc cæleſtis medicus iacenti ægroto largitur remedia ſanitatis. Deſperaret vtique de nobis, ſi non aliquod præberet tentationis remedium. At, poſtquàm noſtri memor eſt, & crebris tribulationibus erudit nos, notum facit, quoniam diligit nos, nec longe à nobis abeſſe patitur.*

Omne gaudium. Gaudij maximi perfectique circumſcriptio hæc eſt. Quòd ſi quis obiiciat: Non eſt huius vitæ perfectè gaudere: cur igitur hoc tentationum tolerantiæ tribuitur? Ao, quia hæc quædam cæleſtis felicitatis eſt arrha ac pignus? Pro huius vitæ ſtatu ac conditione gaudium perfectum cenſeri poteſt, quod Dei ſerui in tribulationum tolerantiâ ſentiunt.

Sed quis nexus gaudij & tentationis? In tentatione etiam interiori gaudendum eſt, *in quantùm ei reſiſtendo* (inquit S. Thomas hîc) *eſt materia exercendæ virtutis, & cauſa reprimendi ſuperbiam.*

2008. *Omne gaudium.* Parum eſt homini Chriſtiano ferre calamitates, niſi in calamitatibus, ac tentationibus gaudeat; *Magna* inquit hîc Iſidorus Clarius, *Chriſtianæ philoſophiæ vis quò grauiora ingruunt nobis mala, eò copioſiore afficit gaudio.*

Cùm in tentationes varias incideritis. Dixiſſet gauiſuros, cùm à tentationibus variis exierint. *Ecce audiſti ingreſſum* inquit S. Auguſt. ſerm. 254. de Temp. *Quære exitum; facilè eſt enim intrare: exire magnum eſt. Fidelis Deus faciet, vt poſſitis ſuſtinere.* Sed hoc parum inquies. Victor es, ſi ſuſtines: & exire videris, dum fortiter fers. Addit S. Doctor: *Intraſti, incidiſti, ſuſtinuiſti? exiiſti.*

2009. *In tentationes varias.* Per tentationes hîc non incitamenta peccandi intelligit, *ſed afflictiones* (inquit Eſtius hîc) *quòd per eas Deus homines tentare, hoc eſt probare ſoleat, vt quales ſint innoteſcant.* Adeò vt afflictio Lydius videatur lapis, cui homines affricari, probetur num vera ſit probitas & pietas, quæ extimè talia apparet.

In tentationes varias incideritis. Scilicet in tentationes incidere homines poſſunt, non tentationes (vt ita loquar) accerſere ac aduocare debent. *Rectè dictum*, inquit hîc Salmeron, *In varias tentationes incideritis: ne quis audeat tentationes accerſere; vt faciunt, qui nimium de ſeipſis confidunt, quique ſe periculis quibuſuis obiiciunt: qui enim amat periculum (ait Spiritus ſanctus) in illo peribit. At, qui caſu incidunt abſque eorum culpâ in pericula & tentationes, aut religionem ſuam tuentes ac profitentes, aut pro virtute operantes, his adeſt Diuinus fauor, qui non patitur eos tentari ſupra id, quod poſſunt; ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſint ſuſtinere.*

SECTIO III.

Patientia cur opus perfectum habere dicatur. 2010
Virtutes patientiâ ſuam virtutem exerunt. 2011
Tribulationis nexus & ſapientia. 2011
Plus ſapientiæ indigent, qui minùs indigere ſe credunt. 2012
Orantis dignitas. 2012
Mariæ liberalitas. 2012
Nulli ſua beneficia Deus exprobrat, niſi ingratis. 2013
Temporalia licet magna videantur, verè non ſunt. 2014
Ad terrena non facilè flectendus animus. 2014
Inter aduerſa & proſpera vnus circumferendus eſt animus. 2015
In pauperum humilitate, ingens celſitudo latet. 2915.

Patientiâ autem opus perfectum habet.

GRæcè eſt ἐχέτω. *Habeat.* Scilicet, vt perfecta patientia ſit, opus debet habere perfectum. 2010.
Sed cur id præcipuè in patientiâ requiritur? Quia hoc facilè deſtituitur. *Opus perfectum patientia* (inquit Eſtius) *aliqui interpretantur, quod coniunctum eſt cum dilectione eorum, qui nos affligunt: charitas enim eſt, quæ reliquarum virtutum opera format ac perficit. Alius ſenſus eſt: Patientia veſtra ne deficiat, ſed opus ſuum producat vſque ad finem.* Sic quippe abſolutum erit atque perfectum.

Opus perfectum habet. Cur operis perfectio patientiæ potiùs tribuitur, quàm alteri virtuti? An, quia (vt ait Richelius) per integram & conſtantem patientiam in aduerſis præcipuè declaretur extirpatio priuati amoris, & aliarum virtutum firmiter radicata ſinceritas? An, quia (vt alij dixerunt) ſui ipſius ſalubrem poſſeſſionem habet? An denique quia refrænat iram ac vindictæ appetitum & odium? quæ aliorum mens fuit.

Patientia autem opus perfectum habet. Et non habet quælibet alia virtus? Habet: quòd ſi non haberet, virtus vera non eſſet. Cur igitur de patientiâ duntaxat hoc dicitur? *Omnis virtus* (inquit hîc Vgo Carenſis) *opus habet perfectum quò ad ſufficientiam: ſed patientia exercitata quò ad excellentiam, & propter hoc dicitur de patientiâ.*

Quânam ratione patientia perfectum opus habere dicatur, explicat S. Bernardin. Senenſ. ſerm. 12. de Multipl. bono pac. art. 1. cap. 2. 2011.
Ex eo quidem patientia opus dicitur habere perfectum; quia per ipſum Dei & proximi dilectio examinatur, & an, & quanta inſit, cognoſcitur manifeſtè. Conſueuerunt otio marcere virtutes, nec de ipſis poteſt haberi euidentia certa, niſi cum oppoſitis habuerint quandoque congreſſum. Sed nulla patientia, vbi nulla iniuria, nulla contumelia, nulla tribulatio irrogatur:

tur : ſed, cùm aderunt hoſtiliter oppugnantia & aduerſantia mentem pariter atque ſenſum, tunc patientiâ clareſcere facit dilectionem, quâ proximum diligere credebamus, quùm ſeuerè atque inhumanè tractati, ſeruantes amorem, odium propulſamus; non attendentes iram atque malitiam, ſed creatam naturam, ac etiam illam, quæ nobis offertur, gratiam: non conſiderantes, quod irrogatur; ſed quod iubetur: non magni pendendo mala, quæ irrogat homo ſaunus; ſed quæ promittit piiſſimus Deus: non quòd nos patimur; ſed quod pro nobis paſſus eſt inter homines homo.

Si autem quis veſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

CVm de preſſuris & tribulationibus egerit, cur ſtatim de ſapientiâ à Deo poſtulandâ agit? An quia ad intelligendum vtiles tribulationes eſſe, ſuperâ opus ſapientiâ eſt? An, quia vt quis forti animo ferre aduerſa ſciat, erudiri è Cælo debet?

2012. *Si quis veſtrûm indiget ſapientiâ.* Cur in dubio hoc poſuit, cùm nullus ſit, qui non indigeat? quin hoc ipſo quis magis ſapientiâ indiget, quò putat non indigere. *Dicendum* (inquit hîc Eſtius) *vocculam, ſi, non dubitantis eſſe hoc loco, ſed ſupponentis vt de re certa & confeſſa, quaſi dicat: ſi quis veſtrum indiget ſapientia (vt certè omnes indigetis, alius plus alius minus, ac ferè plùs illi, qui minùs egere ſe credunt) ea oſtendo vobis, vnde petenda ſit.*

Poſtulet à Deo. Scilicet hoc à nobis Deus poſtulat, vt à Deo Dei dona poſtulemus: quod ad orationis meritum & dignitatem facit, præſertim cùm poſtulatio amorem poſtulãtis animet, augeat fidem, familiaritatem nutriat; & petitionis neceſſitas munditiam & innocentiam tacitè ſuadeat.

Quod hîc de beneficentiâ Dei & eximiâ largitate dixit Apoſtolus, tranſtulit ad Dei Matrem ſingularis eius cultor Richardus à S. Laurent. lib. 6. dum inſit. *Ipſa dat omnibus affluenter, & non improperat.* Dei tu lio hoc quoque æmula.

2013. *Affluenter.* Quò fiat comparatio (vt aliqui notauere) cum vberrimo fluuio, qui detineri non poteſt, & omnia impedimenta aufert, ſi paulìſper detineatur, licèt nullus fluxus appareat, ſi in Græco aduerbio ἁπλῶς ſiſtamus.

Et non improperat. Hoc adiecit, ne quis Deum ſæpè adire vereatur, non enim donorum largitione fatigatur. Quòd ſi obiicias, non ſemel (vt in Scripturis ſacris habetur) ſua Deus hominibus improperare beneficia, reſpondendum eſt, id accidere *ex parte hominum ingratorum*, inquit hîc Eſtius ex mente Caietani: nam, quantum eſt ex parte Dei, nulli beneficia improperat, exprobrat nulli.

Et non improperat. Addit Vgo: *ſicut Mundus. Eccl. 20. 15. Exigua dabit, & multa improperat. Dominus facit è conuerſò: multa dat, & nunquam improperat.*

Non ergo æſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino.

2014. Q*Vod accipiat aliquid.* Aliquid ſolet de magno dici; & nihil verè magnum, niſi quod inter ſpiritualia bona cenſetur. Temporalia, licèt magna videantur, verè non ſunt. Sanctus Thomas hîc: *Nota, quòd dicit, aliquid, ſcilicet magnum; non temporalia: vnde & peccatoribus communicantur.* Non ſunt igitur facienda magni, quæ magnos non faciunt ſuos poſſeſſores.

Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

V*Ir duplex animo.* Duplicem animum circumfert, qui inter fiduciam & diffidentiam fluctuat, aut vt Iſidorus Clarius ait, *qui non firmiter inhæret vni rei, ſed nunc cæleſtia cogitat, nunc inclinat ad terrena.*

In omnibus viis ſuis. In hoc ſolùm conſtans, quòd vbique inconſtans eſt: *ſiue ſit dextera proſperitatis* (inquit S. Thomas) *ſiue ſiniſtra aduerſitatis.* Aduerſis nimirum facilè terretur, facilè intumeſcit proſperis. *In viis ſuis.* Idem S. Doctor: *Dicit in viis ſuis non Dei: viæ enim hominis ſunt peccata; viæ autem Domini, opera bona.* 2015.

SECTIO IV.

In pauperum humilitate, ingens celſitudo latet. 2015
Vitæ huius tempus quàm breue. 2016
Diuitis itinera, quæ. 2017
Cæli cogitatio firmos nos in tentationibus debet reddere. 2017
Exuit ſexum mulier, ſi aduerſa viriliter ferat. 2018
Patientia æternæ gloriæ pignus. 2018.
Tribulationes ferendæ ac ſi vni omnes ineſſent. 2018
Gloria æterna gaudium ſemper idem. 1019
Nihil à Deo acceptum, ſine charitate. 2019
Dilectio omnis boni fons. 2019
Tentatio cur à concupiſcentia eſſe dicatur, non etiam à Dæmone. 2020
Concupiſcentia conceptus qualis ſit & qualis partus. 2020
Quàm graue malum, exemplo alios ad malum prouocare. 2021
Verecundia peccati frænum. 2021
Dei munera velociſſimè in humiles deſcendunt. 2021
Dei dona ex illuſtratione Diuina. 2022
Dei dona, quædam animæ lumina. 2022
Dei dona animæ fœcundanda. 2022

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſuâ, diues autem in humilitate ſuâ; quoniam ſicut flos fœni tranſibit.

M*Irum cur dicat humili gloriandum in exaltatione ſua, & non potiùs in humilitate ſua. Iubet*, inquit Iſidorus Clarius, *humilem gloriari in exaltatione ſua. Cur autem non in humilitate potiùs? ſed intuetur in illa humilitate ingentem celſitudinem, quæ miram parit gloriam*; Nimirum exaltat humilitas, quæ videtur deprimere, & euehit, dum demittit. 2016.

Per ironiam hæc verba explicanda docet S. Hieron. in cap. 4. Hierem. vbi ait: *Quòd autem dicit, filiam Edom gaudere & lætari, eò quòd peruenerit ad eam calix Domini, per ironiam legendum eſt, vt eſt illud in Epiſt. Iacobi Apoſtoli: Glorietur autem humilis in exaltatione ſuâ. Subauditur: A ſuperiore glorietur, quod non tamen ad gloriam, ſed ad humiliationem eius & damnationem pertinet.*

Sicut flos fœni tranſibit. Non herbæ, non fœno tantùm comparat; ſed, maiori temporis breuitati ſignificandæ, flori fœni. *Conſidera*, inquit Oecumenius, *quòd non dixerit talem aſſimilari her-*

ba, ſed flori berba; breue omnino tempus ſignificans per florem.

Ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

2017. IN *itineribus ſuis.* Itinera habet diues, per quæ dum ambulat, à vero itinere abducitur. *Itinera diuitis*, inquit hîc Catharinus, *ſunt eius deſideria, per quæ ambulat, intra ſe dicens: Ego emam villam illam, & domum meam dilatabo: ſupellectilem inſuper ſplendidiorem comparabo mihi: abundabo argento & auro & gemmis pretioſis. Omnes mihi honorem deferent, & magnificabunt. Verùm in itineribus marceſcet diues, & dicetur illi: Stulte hac nocte repetent abs te animam tuam: ea autem, quæ paraſti, cuius erunt?*

Beatus vir, qui ſuffert tentationem; quoniam, cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

BEatus vir, qui ſuffert tentationem. Miſum: beatum vocat, non diuitem, cuius ſuperiùs mentionem fecerat; ſed, qui patitur, contrà ac Mundus opinetur, apud quem beati cenſentur, qui diuitias poſſident; miſeri & infelices, qui mala patiuntur, & afflictionibus exercentur.

Beatus vir, qui ſuffert tentationem. Cùm maximi meriti occaſio & materia tentatio ſit, ſi forti animo ſuperetur; vel nuda reſurrectionis Dominicæ memoria, aſcenſioniſque in Cælum cogitatio ſtrenuos nos reddere in tentationibus debet. *Poſtquàm per cogitationem reſurrectionis Domini, & aſcenſionem in Cælo*, inquit Oecumenius, *confirmata eſt noſtra infirma natura; iam frater ipſius ſecundùm carnem inſtruit nos, ne deinceps tentationes metuamus, cùm poſſimus poſthac, confirmati afflictionibus Domini, ſuperare omnem ſuperuenientem afflictionem & tentationem.*

2018. *Beatus vir, qui ſuffert tentationem.* Viri ſic meminit, vt fœminas non excludat. Exuit ſuum ſexum mulier; ſe ſuper ſe affert, ſi virili animo aduerſa ſufferat.

Beatum, dura fortiter ferentem vocat, ſcilicet ob ſpem æternæ felicitatis, *cuius* (vt ait Eſtius) *iam pignus quoddam accepit, ipſam patientiam, æternæ* gloriæ arrham.

Qui ſuffert tentationem. Cur non *Tentationes* dixit, cùm ſuperiùs dixerit, *Tentationes varias?* An, quia coronâ non deſtituetur, licet quis vnam afflictionem tantùm ferat ſi forti & æquo animo id præſtet? An, quia omnes tribulationes ferendæ, ac ſi vna omnes eſſet; omnes autem ac ſi vna?

2019. *Accipiet coronam vitæ.* Cur coronæ metaphorâ vtitur? An ad inſinuandam mercedis æternitatem? *Quodque tantum gaudij* (vt ille ait) *habebunt Beati in fine, quantum primâ die?* quod tetigit etiam Vgo Carenſis.

Diligentibus ſe. Cur non dixit potiùs daturum ſe coronam iis, qui vicerint, & tentationibus ipſis maiores extiterint? *Quia nihil acceptum Deo* (inquit hîc Liranus) *niſi fiat ex charitate.* Immò, ſi hæc abſit, nec vlla poteſt eſſe victoria. Eandem ob cauſam non dixit, *Patientibus pro ſe: Iam, quòd ait*, inquit Eſtius hîc, *diligentibus ſe; non autem quod conſequens videbatur, vt diceret, Patientibus pro ſe: fontem aperire voluit omnis boni meriti, id eſt dilectionem Dei, quam vocamus charitatem.* Sic nec dixit, *Laborantibus* aut *certantibus*: quia parum eſt, quempiam laborare, niſi diligat.

Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentiâ ſuâ abſtractus & illectus.

VNuſquiſque verò tentatur à cõcupiſcentiâ ſuâ. 2020.
Et non etiam aliunde tentatio eſt? Nonne frequenter dæmon homines tentat? Tentat; ſed nihil proficit, niſi ſui arbitrij libertate homines conſentiant, adeò vt à ſolâ ſuâ concupiſcentiâ tentari videantur. Proxima tentationis cauſa, concupiſcentia eſt: dæmon, cauſa remotior eſt.

Concupiſcentia, cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.

SEd ex quo concipit concupiſcentia? De te concipit, ſi ei conſentias. Pulchrè de hoc conceptu, de hoc partu S. Auguſtinus homil. 42. ex 50. cap. 8. *Noli conſentire concupiſcentiæ tuæ. Non eſt vndè concipiat, niſi de te. Conſenſiſti? quaſi concubuiſti in corde tuo. Surrexit concupiſcentia: nega te illi, noli eam ſequi. Concupiſcentia, cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cùm conſummatum fuerit, generat mortem. Ergo ne abſtraharis à concupiſcentiâ tuâ: nega te illi, noli eam ſequi. Illicita eſt, laſciua eſt, turpis eſt, alienat ſe à Deo. Noli dare conſenſionis amplexum, ne plangas partum: quia, ſi conſenſeris, id eſt ſi amplexatus fueris, concepit. Cùm concupiſcentia conceperit, parit peccatum. Nondum times? Peccatum generat mortem. Vel mortem time. Si peccatum non times, time quò perducit peccatum. Dulce eſt peccatum, ſed amara eſt mors. Ipſa eſt infelicitas hominum. Propter quod peccant, morientes hîc dimittunt, & ipſi peccata ſecum portant. Peccas propter pecuniam: hîc dimittenda eſt. Peccas propter mulierem: hîc dimittenda eſt. Et quicquid eſt, propter quod peccas, quando oculos in morte clauſeris, hîc dimittis; & ipſum peccatum, quod committis, tecum portas.*

Peccatum verò cùm conſummatum fuerit, generat mortem. Et non etiam generat ſolo conſenſu conceptum, & nondum in externum opus productum? An de peccato conſummato id præcipuè dicitur, *quòd* (inquid Eſtius ex aliquorum mente) *in opere exteriori magis appareat peccati deformitas, quodque per illud etiam culpa augeatur, & ſcandalum aliis detur?* tam graue malum eſt malo exemplo ad malum alios prouocare. Addit: *Alij rationem hanc reddunt: quia, poſteaquam ſemel quis abiecto Dei timore, quo deterrebatur, in opus peccati proruperit, non contentus eſt illud ſemel feciſſe, ſed audacior factus ſubinde repetit: vnde in frequentationem & conſuetudinem peccandi venit, quo fit, vt tandem ducatur ad mortem. Quod non ita contingit, ſi peccatum animo conceptum prematur, ne exeat in opus; faciliùs enim ſanatur peccatum, ſi nondum fuerit opere perpetratum.* 2021.

Denique quia, qui peccatum externo opere complet, verecundiam omnem ponit, quæ peccati frænum ſolet eſſe.

***

Omnis

Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.

DEſcendens. Cùm deſcendant munera Dei, inferiùs ſtare accipientes debent, & humiliter ſe deiicere. Qui in ſuperbiam efferuntur, apti Dei donis excipiendis non ſunt. Qui demiſſiùs ſentit de ſe, aptior Dei muneribus recipiendis fit: qui ſe erigit, fit ineptus. Pondus maiori impetu velociúſque fertur, quo magis ad terræ centrum accedit: non aliter Dei munera, magnâ vi & velociſſimè in eius animam deſcẽdunt, qui ſe demittit.

2022. *Deſcendens à Patre luminum.* Peritè expendit hæc verba Pachymera in cap. 1. Cæleſt. Hier. *Non dixit, Pater cæli neque terra, ſed luminum; quoniam etiam dona ex illuſtratione diuinâ hominibus obtingunt.*

A Patre luminum. Dei dona à Patre luminum ſunt, & tanquam quædam lumina ſunt, accipientium mentem vero lumine perfundentia. Sic & Vgo Victorinus in cap. 1. Cæleſt. Hierarch. bona cuncta, quæ ſunt à Deo, docet eſſe quædam lumina, in clariorem donantis notitiam cognitionémque ducentia. Mundi dona accipientes excæcant: illuminant, quæ dat Deus.

Deſcendens. Deſcendunt Dei dona, non cadunt. Deſcendunt dona, ſed accipientis mens aſcendere in Deum debet. Deſcendunt (vt ille ait) *tanquam imbres & niues ad animæ terram fœcundandam.* Ne igitur ſit ſterilis, qui ſuperis Dei donis perſoluitur, & velut irrigatur.

SECTIO V.

Homines contra ac Deum tunc maximè mutabiles, cùm dona conferunt. 2023
Dei bona purè bona ſunt, noſtra non pura. 2023
Gratuita iuſtificatio eſt. 2023
Homo ſe ſuper hominem non efferat. 2024
Homo ſe totum offerre Deo debet. 2024
Audiendi velocitas etiam ad operationem ſe extendat. 2024
Præter Dei verba, & ea, quæ ad animæ ſalutem ſpectant, vix aliud noſtræ auditionis obiectum eſſe debet. 2025
Tutiùs auditur veritas, quàm prædicatur. 2025
Difficile eſt ab ira nunquam corripi. 2026
Ira diſputantibus ſolet ſuboriri. 2026
Viri ira non facilè excuſationem recipit. 2027
Ira iuſtitiæ ſe tegmine ſæpè veſtit. 2027

Apud quem non eſt transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

2023. APud quem non eſt tranſmutatio. Quàm à Dei more homines abeunt! Dona ſua ille exhibet, tranſmutationi nullæ obnoxius, nulli viciſſitudinis vmbræ. Homines tunc maximè mutabiles, quùm dona conferunt: vix enim ea exhibent, quùm eos pœnitet, ea exhibuiſſe; aut certè ſemper aliqua defectus vmbra illos comitatur, cùm ferè dent, vt accipiant.

Apud quem non eſt tranſmutatio. Sanctus Auguſtinus legit: *Apud quem non eſt immutatio* (ſubdit ſerm. 11. de Verb. Apoſt.) *nam tu in peius mutatus es. Ipſe ſubuenit, apud quem non eſt immutatio, nec momenti obumbratio: nam tu in tenebris noctis tuæ iaces.*

Cùm de donis Dei egiſſet, ſtatim addit, mutationem omnem, ac viciſſitudinis obumbrationem abeſſe à Deo; quia (vt ille ait) *eius bona, purè bona ſunt; noſtra mala, purè mala; bona, non purè bona; cùm ipſamet iuſtitia ſint, vt pannus menſtruatæ, & bonis noſtris ſemper aliqua admiſceantur macula,* defectus ſemper aliquis bona noſtra inficiat ac maculet.

Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

VOluntariè. Græcè, *Volens*, vt gratuitam oſtenderet iuſtificationem. Voluntate, non neceſſitate nos genuit. *Genuit nos*, inquit, Eſtius; *quia voluit non quia nos digni eramus;* (*vt Beda loquitur*) *non noſtris meritis, ſed ſuæ beneficio voluntatis.*

Cùm dixiſſet: *Genuit nos*: aptè addidit: *Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius*, ne ſcilicet ſe Deo parem, à quo eſt genitus, ſe homo putaret. Satis eſt, ſi ſpiritualis hæc generatio hominem efferat ſupra hominem, vt tamen in creaturarum cenſu ſe eſſe cogitet. *Dicit Iacobus*, inquit S. Auguſtinus lib. 2. de Conſenſ. Euangeliſt. cap. 3. *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius ne ſcilicet in eo, quod ait, genuit, hoc nos fieri putaremus, quod ipſe eſt: ideo principatum quendam in creaturâ nobis hac adoptione conceſſum ſatis oſtendit.* 2024.

Vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Aliqui ex Græco vertunt: *Vt ſimus primitiæ quædam creaturarum ipſius*, quod ad hominis excellentiam ſignificandam dictum eſt. Et verò, vt primitiæ Deo in lege offerebantur, ſic totus homo offerri Deo debet, & ſe etiam offerre.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

VElox ad audiendum. Ita tamen, vt audiendi velocitas non in nudâ auditione ſiſtat; ſed ad operationem ſe extendat. *Quòd ait velox*, inquit Oecumenius hîc, *non ad nudam auditionem refertur; ſed ad ſtrenuum in opere, & eum, qui, poſtquam audiuit, procedit ad ea præſtanda, quæ audiuit. Nouit enim, eum, qui ſubdit auditum cum ſtudio ad ea, quæ dicuntur, etiam præbiturum ſeipſum paratum ad eorum operationem: quemadmodum è diuerſo eum, qui cum tarditate ad aliquid procraſtinando afficitur, aliquando penitus ſeparandum ab omni conatu operis. Ideo in doctrinâ quidem rerum diuinarum velocitatem præcipit: in his autem, quæ periculoſam habent adminiſtrationem, tarditatem.*

Velox ad audiendum, ea ſcilicet, quæ expediunt, & ſalutaria ſunt: nam alioquin noxia & inutilia audire, inutile & noxium eſt. Non expreſſit Apoſtolus, in quibus rebus audiendis velocitatem à nobis requireret; ipsâ reticentiâ innuens præter Dei verba & ea, quæ ad animæ ſalutem ſpectant, vix aliud noſtræ auditionis obiectum eſſe. 2025.

Tardus autem ad loquendum. Nimirum tutiùs auditur veritas, quùm enim (vt ille ait) *auditur, humilitas cuſtoditur: quùm autem prædicatur, vix eſt, vt non ſubrepat homini iactantia.* Licèt & ad familiares ſermones extendi res poſſit, vt lingua ab inanibus verbis cohibeatur; & caueat quiſque, ne nimio verborum fuſu mentem maculet.

Tardus ad iram. Cur iraſcendi tarditatem præcipit ſicut & loquendi? An, quia difficile eſt irâ

nunquam corripi? *Senſus*, inquit Eſtius, *huius præcepti eſt, quoniam difficile eſt homini, ſeu potius impoſſibile nunquam iraſci; ſaltem ei cauendum eſſe, ne ſit ad iram præceps; ſed ab eâ ſibi temperet, quantum poteſt.*

Et tardus ad iram. Cohæret hoc monitum cum ſuperioribus. Pulchrè hîc Eſtius: *Adiungit Apoſtolus tertium hoc præceptum duobus ſuperioribus, eo quòd diſputantibus facilè ſoleat iracundia ſuboriri; quâ dum mens obnubilatur, inuentio veritatis impeditur.*

Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur.

2027. IRa enim viri. Et verò virum exuit, qui vincitur irâ. Non ita noxia pueri ira, ita mulieris: illum ætas excuſat, hanc ſexus. Vir non facilè excuſationem reperiet, ſi irâ ſe corripi ſinat. Sed cur ſignatè viri facta eſt mentio, & non mulieris? An, quia in meliori ſexus & mollior comprehenditur, An, quia (vt ille ait) *adminiſtrare iuſtitiam non ita pertinet ad mulierem, vt ad virum; idcirco de viro potiùs facta eſt mentio?* Ira mentis oculos denſis ſtatim tenebris obcæcat adeò, vt iuſtitiæ moderamina perſpicaci cordis diſcretione non valeat homo moderari. Licet cohærentiùs iuſtitiæ nomen de eâ intelligatur, quâ quis coram Deo ſit iuſtus.

Iuſtitiam Dei non operatur. Cur iuſtitiæ potiùs meminit, quàm alterius attributi Diuini? *Quia ira* (inquit S. Thomas) *induit magis formam iuſtitiæ, quàm alterius virtutis.* & plerique iram hoc tegmine veſtiunt, tanquam, Diuinæ iuſtitiæ zelo, irâ corripiantur.

SECTIO VI.

Voluptates iræ incentiua offerunt. 2028
Vitia inſtar malarum herbarum. 2028
Peccati occaſio fugienda. 2028
Omnia ſordidat ira. 2029
In perturbatione non accipitur doctrina 2029
A curis temporalibus ſit vacuus qui Diuina excipere debet. 2029
Animæ ſalus præcipuè quæratur. 2030
Opere complere debemus, quod audimus. 2030
Dei verba excipienda, ac ſi plura vnum eſſent. 2031
Perſtricta mulieres diutiùs ſuam formam in ſpeculo ſpectantes. 2032
Lingua laſciuia compeſcenda. 2033
Vidua à tribulationibus ægrè immunes. 2033

Abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.

2028. ABiicientes omnem immunditiam. Ab irâ cùm nos auocauerit, cur abiiciendam immunditiã monet, & amouendam malitiæ omnis abundantiam? An, quia hæc & illa fomitem & incentiua iræ offerunt? Nimirum (vt ille ait) *Vbi animum ſimul & corpus voluptates corrupere, nihil tolerabile videtur*, non quia dura ſint, quæ ſuſtinemus; ſed quia molles patimur, quæ patimur. Claudit: *Nulla itaque res magis iracundiam alit, quàm luxuria.*

Abundantiam malitiæ. Græcè eſt vox, Περισσεία, quæ redundantiam & ſuperfluitatem ſonat; quia vitia (vt ille ait) *inſtar malarum herbarum ſunt, quæ inutiles (ac proinde ſuperfluæ ſunt) agrum noſtri cordis occupant, impedientes exortum & incrementum boni ſermonis.*

Abiicientes omnem immunditiam. Syrus: *Procul facite.* Sua ineſt huic verbo vis, ac ſi diceret, non ſatis eſſe immunditiam deponere & exuere; niſi quis ſe procul ab illa faciat, illam à ſe longè abiiciat. Maculæ igitur omnis & peccati occaſio vitanda, ne, dum parum cautè deponitur, iterum illâ corripiamur.

Abiicientes omnem immunditiam. Vt innueret per iram immunditiam omnem colligi, & viciſſim per immunditiam iram nutriri ſe foueri, ſtatim poſt iram de immunditiâ abiiciendâ agit. Scilicet omnia ſordidat ira, & ſordes iram excitant. 2029.

In manſuetudine; cur inſitum verbum in manſuetudine ſuſcipiendum eſt? quia, vt ait Iſidorus Clarius hîc, *in tumultu, ac perturbatione non accipitur doctrina.*

Suſcipite. Huius verbi vim ac pondus ſic expendebat S. Thomas: *Suſcipite, id eſt ſeruato à curis temporalibus capite.* Ineptus excipiendis diuinis rebus eſt, qui totus immixtus eſt temporalibus.

Inſitum verbum. Græcè, ἔμφυτον. *Inſititium.* Sed cur vtitur hoc nomine? An, vt innuat firma ratione hærere debere fidelium cordibus & multiplicem fructum producere? 2030.

Quod poteſt ſaluare animas veſtras. Animarum fit mentio, non corporum; vt illius ſalus præcipuè quæratur, quod in homine eſt præcipuum.

Eſtote factores verbi. Scilicet verus Dei ſeruus audire non debet, qui Dei verba audit; nec opere complet, quod audierit. *Præcepta enim diuina*, inquit hîc Lyranus, *ſaltem in pluribus ſunt de operabilibus: & ideo non ſufficit auditus, ſed requiritur opus.*

Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos.

FActores verbi. Solitâ Scripturæ phraſi *verbi* dixit, pro *verborum*. Nimirum tanto ſtudio præſtanda quæcunque præcipiuntur, ac ſi vnum eſſent. Sanctus Auguſtinus ſerm. 11. de Verb. Dom. 2031.
Solet, inquit, *Scriptura etiam multa verba, verbum, appellare: neque enim vnum verbum loquutus eſt quicunque Propheta, & tamen ſic legitur: Verbum, quod factum eſt ad illum, vel ad illum Prophetam. Et Apoſtolus, Presbyteri, inquit, duplici honore honorentur, maximè qui laborant in verbo & doctrinâ. Non ait, in verbis; ſed, in verbo. Et Sanctus Iacobus, eſtote, inquit, factores verbi, & non auditores tantùm. Non ait & ipſe, Verborum; ſed, Verbi, quamuis tam multa verba de Scripturis ſanctis in Eccleſiâ celebriter & ſolemniter legantur, dicantur, audiantur.*

Fallentes voſmetipſos. Signatè hoc dictum; ne quis crederet eum, cuius verbum auditur, falli. Decipit ſe, qui audita verba in opus non vertit. Non fallitur, qui prædicat Dei verba: facit enim, quod in ſe eſt; licèt ille non faciat qui non facit, quod audit.

* * *

Statim

Statim oblitus eſt, qualis fuerit.

2032. S*Tatim oblitus eſt, qualis fuerit.* Facilè vir obliuiſcitur: non facilè, non ſtatim fœmina obliuiſcitur, cuius menti formæ imago altiùs ſolet inſidere. Pulchrè ille: *Fœmina eſt potiùs, quàm viri, vti ſpeculo; proptereaque faciliùs obliuiſci Iacobus monet virum, qualem ſe in ſpeculo viderit.* Firmiùs id mulieris memoriæ hæret, ſicut & diutius ſe in ſpeculo ſpectat, & eius ſe auxilio exornat.

Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis.

P*Erſpexerit.* Aliqui legunt, *Proſpexerit*: alij, *Introſpexerit*, vbi Eſtius: *Græcum verbum, παρακύπτειν propriè de iis dicitur, qui intuendi ſtudio, ac penitùs introſpiciendi ſeſe inclinant.*

Si quis autem putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.

2033. N*On refrænans linguam ſuam.* Grauiter hæc verba expendebat S. Petrus Damianus ſerm. 73. *Quid*, inquit, *vaniloquio poteſt eſſe deterius? quod non modò per ſemetipſum infelicem animam lethaliter grauat; ſed & ipſam honeſta vita religionem, qua hominem Deo iunxit; euacuat, Iacobo teſtante, qui ait: ſi quis putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio. Quibus nimirum verbis luce clariùs conſtat, quia in nihilum omnis noſtra religio redigitur, niſi ſolerter immoderata linguæ laſciuia compeſcatur.*

Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.

V*Iſitare pupillos.* Non nuda hîc viſitatio commẽdatur, ſed *neceſſariarum rerum ſubminiſtratio* (inquit hîc Eſtius) *ſiue præſens hæc facias, ſiue abſens*, vt iure Apoſtolus adiecerit: *In tribulationibus eorum.* Ne de ſolâ viſitatione hæc accipias. Quid ſi à tribulationibus ſint immunes? Ægrè id reperias, & ſignatè viduas à tribulationibus viduas vix inuenias.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. EPIST. B. IACOBI.

Verſ. 1.

FRATRES mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.

Nolite habere. *Syr. Ne teneatis. Tigur. Ne habeatis.*
In acceptione. *Syr. Cum acceptione. Tigur. Cum reſpectu. Oec. Deſpectu.*
Gloriæ. *Tigur. Ex opinione. Pagn. Glorioſi.*

Verſ. 2.

Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu.

Etenim ſi. *Syr. Nam ſi quis.*
Introierit. *Pagn. Ingrediatur.*
Conuentum veſtrum. *Syr. Congregationem veſtram. Pagn. Cœtum veſtrum. Quidd. Conſpectu veſtro.*
Vir habens. *Syr. Qui habeat. Al. Vir geſtans.*
Aureum annulum. *Syr. Annulos aureos.*
In veſte candida. *Syr. Aut pulchriora veſtimenta. Tigur. Veſte indutus ſplendidâ. Pagn. In veſte ſplendidâ. Lorin. In veſte illuſtri. Aut. In veſte præclarâ.*
Introierit. *Pagn. Ingrediatur.*
In ſordido habitu. *Syr. Cum veſtimentis ſordidis. Pagn. In ſordida veſte.*

Verſ. 3.

Et intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara & dixeritis ei: Tu ſede hîc bene: pauperi autem dicatis: Tu ſta illic; aut ſede ſub ſcabello pedum meorum:

Intendatis. *Oec. Reſpexeritis.*
In eum qui indutus eſt. *Oec. Ad illum, qui geſtat. Ar. M. Inferentem.*
Veſte præclata. *Syr. Pulchris veſtimentis. Oec. & Ar. M. Veſtem ſplendidam. Caiet. Veſte ſplendidâ.*
Bene. *Eſt. Honeſtè. Ar. M. Pulchrè.*
Pauperi autem. *Syr. Pauperi verò. Ar. M. Et pauperi.*
Dicatis. *Oec. Dixeritis.*
Sub ſcabello pedum meorum. *Syr. Hîc ante ſcabellum pedum noſtrorum. Oec. Hîc ſubter ſcabellum meum. Ar. M. Hîc ſub ſcabello meo.*

Verſ. 4.

Nonne iudicatis apud voſmetipſos, &

Nonne. *Tigur. An nonne. Ar. M. Et nonne.*
Indicatis. *Syr. Diuiſi eſtis. Tigur. Diiudicati eſtis. Oec. Diiudicaſtis. Caiet. Iudicati eſtis. Ar. M. Diiudicatis. Lorin. Diſcrimen feciſtis. Eſt. Diiudicati eſtis.*

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

facti eſtis iudices cogitationum iniquarum.

Apud voſmetipſos. *Syr. In vobis, in animabus veſtris. Tigur. In vobis ipſis. Oec. Apud vos ipſos.*
Iudices. *Syr. Interpretes.*
Cogitationum. *Ar. M. Diſceptationum. Lorin. Ratiocinationum.*
Iniquarum. *Syr. Malarum. Eſt. Peruerſarum.*

Verſ. 5.

Audite fratres mei dilectiſſimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni quod repromiſit Deus diligentibus ſe?

Dilectiſſimi. *Syr. Dilecti.*
In hoc mundo. *Syr. Mundi huius. Oec. Seculi huius. Ar. M. Mundi.*
Diuites. *Syr. Diuites autem.*
Et heredes. *Syr. Vt ſint heredes.*
Regni. *Syr. In regno.*
Repromiſit. *Syr. Promiſit.*
Diligentibus ſe. *Syr. Iis, qui ipſum diligunt. Al. Iis, à quibus dilectus fuerit.*

Verſ. 6.

Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia.

Exhonoraſtis. *Syr. Contemptui habuiſtis. Pagn. Ignominia affeciſtis.*
Per potentiam opprimunt vos. *Syr. Efferunt ſeſe ſuper vos. Eſt. Tyrannidem exercent in vos.*
Ipſi. *Eſt. Idem.*
Ad iudicia. *Syr. Ad domum iudicij. Pagn. Ad tribunalia.*

Verſ. 7.

Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen quod inuocatum eſt ſuper vos.

Nonne ipſi. *Vat. Et iidem.*
Blaſphemant. *Syr. Obloquuntur. Vatab. Malè loquuntur.*
Bonum nomen. *Syr. & Vat. De bono nomine. Al. Pulchrum nomen.*
Quod inuocatum eſt. *Ar. M. Inuocatum.*

Verſ. 8.

Si tamen legem perficitis regalem ſecundùm Scripturas: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis.

Si tamen. *Syr. Sed ſi. Oec. Si quidem.*
Regalem. *Syr. Dei. Oec. Regiam.*
Perficitis. *Syr. Adimpletis. Oec. Expletis.*
Secundùm Scripturas. *Syr. In hoc quod ſcriptum eſt. Oecum. Iuxta Scripturam. Caiet. Secundùm Scripturam.*
Bene. *Ar. M. Pulchrè.*

Verſ. 9.

Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redargutì à lege quaſi tranſgreſſores.

Si autem. *Syr. At ſi. Tigur. Sin verò.*
Perſonas. *Syr. Facies. Tigur. Perſonam.*
Accipitis. *Syr. Aſſumitis. Tigur. Reſpicitis.*
Operamini. *Syr. Committitis.*
Redarguti. *Syr. Et redarguimini. Oec. Conuicti. Eſt. Redarguimini.*
A lege. *Oec. Per legem.*
Quaſi. *Syr. Tanquam. Oec. Quod ſitis. Al. Veluti.*
Tranſgreſſores. *Syr. Tranſgreſſores legis.*

Verſ. 10.

Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.

Quicunque autem. *Vat. Quiſquis enim.*
Seruauerit. *Syr. Seruat.*
Offendat autem. *Syr. Et offendit. Vat. Offenderit autem.*
Omnium. *Syr. Totius legis.*

Verſ. 11.

Qui enim dixit. Non mœchaberis, dixit &, Non occides. Quod ſi non mœchaberis, occides autem, factus es tranſgreſſor legis.

Qui enim dixit. *Ar. M. Ille enim dicens.*
Non mœchaberis. *Tigur. Ne adulterium commiſeris.*
Dixit &. *Syr. Ipſe dixit.*
Non occides. *Tigur. Ne occidas.*
Quòd ſi. *Ar. M. Si autem.*
Mœchaberis. *Syr. Mœchus es. Oec. Fueris mœchatus. Tigur. Commiſeris adulterium. Al. Fueris mœchus.*
Occides autem. *Syr. Sed homicida. Tigur. Occideris tamen.*

Verſ. 12.

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 12.

Sic loquimini,& ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.

Sieut ineipientes iudicati. *Syr. Vt qui iudicandi eſtis. Oec. Velut iudicandi. Caiet. Tanquàm iudicandi. Ar. M. Sicut futuri iudicari. Clar. Sicut iudicandi.*

Verſ. 13.

Iudicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam,ſuperexaltat autem miſericordia iudicium.

Illi qui non fecit. *Syr. Fiet in eum , qui non praſtiterit. Vat, Erit ei , qui non praſtiterit. Caiet. Fiet ei , qui non facit.*
Superexaltat autem. *Syr. Exaltati eſtis. Oec. Gloriatur autem. Vat. Et gloriatur. Eſt. Supponitur autem. Ar.M. Contra gloriatur.*
Miſerieordia. *Syr. Per miſericordiam.*
Iudicium. *Syr. Super iudicium. Vat. Aduersùs iudicium. Eſt. Iudicio.*

Verſ. 14.

Quid proderit fratres mei , ſi fidem quis dicat ſe habere,opera autem non habeat?Numquid poterit fides ſaluare eum?

Quid proderit. *Syr. Quæ vtilitas, Ar. Mont. Quî illud vtile.*
Se habere. *Syr. Habeo. Ar.M. Habere.*
Opera autem. *Pagn. Facta verò.*
Numquid poterit. *Ar. M. Non poteſt. Al. Num poteſt.*
Fides. *Syr. Fides eius.*
Saluare eum. *Syr. Ipſum ſeruare. Al. Saluum facere illum.*

Verſ. 15.

Si autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano,

Si. *Tigur. Quòd ſi.*
Autem frater. *Tigur. Et frater.*
Sint. *Tigur. Fuerint.*
Indigeant. *Tigur. Egentes. Oec. Egentes ſint. Pagn. Deficiant. Ar.M. Deſtituti fuerint.*

Verſ. 16.

Dicat autem aliquis ex vobis illis:Ite in pace, calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis , quæ neceſſaria ſunt corpori,quid proderit?

Dicat autem. *Syr. Et dicat.*
Ex vobis. *Vat. Veſtrûm.*
Ite in paee. *Syr.& Vat. Abite cum pace.*
Calefacimini. *Syr. Caleſcite.*
Non dederitis autem eis. *Syr. Nec dederitis. Vat. Non tamen dederitis.*
Quid proderit. *Syr.& Vat. Quæ erit vtilitas? Ar. M. Quid illud vtile?*

Verſ. 17.

Sic & fides : ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.

Si oon habeat opera. *Syr. Abſque operibus. Oec. Si opera non habuerit. Vat. Si facta non habuerit.*
In ſemetipſa. *Syr. Sola. Vat. Per ſe. Ar. M. Secundùm ſelpſam.*

Verſ. 18.

Sed dicet quis: Tu fidem habes & ego opera habeo : oſtende mihi fidem tuam ſine operibus ; & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.

Opera. *Tigur. Facta.*
Fidem tuam ſine operibus. *Tigur. Fidem ex factis tuis. Oec. Fidem. Caiet. Fidem ex operibus tuis. Ar.M. Fidem ex operibus tuis.*
Operibus. *Tigur. Factis meis. Ar. M. Operibus meis.*

Verſ. 19.

Tu credis quoniam vnus eſt Deus:Bene facis & dæmones credunt & contremiſcunt.

Tu eredis. *Syr. Credis.*
Bene. *Oec. Rectè. Ar. M. Pulchrè.*
Dæmones. *Oec. Dæmonia.*

Verſ. 20.

Vis autem ſcire ô homo inanis quoniam fides ſine operibus mortua eſt?

Scire. *Oec. Cognoſcere.*
Inanis. *Syr. Debilis.*
Sine operibus. *Tigur. Abſque factis.*
Mortua. *Pagn. Otioſa.*

Verſ. 21.

Abraham pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare?

Operibus. *Tigur. Factis.*
Offerens. *Syr. Quùm obtulit. Tigur. Cùm obtuliſſet.*

Verſ. 22.

Vides quoniam fides cooperabatur

Quoniam fides cooperabatur. *Syr. Fidem illius adiumento fuiſſe. Oec. Quod fides adiumento fuerit,*
Operibos. *Tigur. Factis.*

Vulgata Editio.

operibos illius & ex operibus fides conſummata eſt.

Verſ. 23.

Et ſuppleta eſt Scriptura dicens: Credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.

Verſ. 24.

Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo & non ex fide tantùm.

Verſ. 25.

Similiter & Rabab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios & alia via eiiciens.

Verſ. 26.

Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt.

Lectionum Varietas.

Ex operibus. *Tigur. Ex factis.*
Fides conſummata eſt. *Syr. Fidem eius perfectum fuiſſe. Tigur. Fides perfecta fuerit.*

Suppleta. *Eſt. Impleta.*
Reputatum. *Vat. Imputatum.*
Appellatus. *Tert. Deputatus. Vat. Vocatus.*

Videtis quoniam. *Syr. Vides quòd. Tigur. Videtis igitur quod. Ar. M. Videtis igitur quoniam.*
Operibus. *Tigur. Factis.*
Iuſtificatur. *Tigur. Iuſtificetur.*

Similiter &. *Syr. Sic etiam. Vatab. Similiter autem &.*
Nnone. *Vat. An non.*
Operibus. *Vat. Factis.*
Suſcipiens. *Syr. Quùm excepit. Vat. Cùm excepiſſet.*
Nunc. *Syr. Exploratores.*
Alia via. *Syr. Per aliam viam.*
Eiiciens. *Syr. Emiſit eos. Caiet. Emittens. Vat. Emiſiſſet.*

Sine operibus. *Tigur. Abſque factis.*

CAPVT II.

EPIST. B. IACOBI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Pauperes ab eccleſiaſticis dignitatibus non repellendi, ſi alioquin digni. 2034
Pauperum electio vt excipienda. 2034
Pauperes non contemnendi. 2035
Verus amor otioſus non eſt. 2035
Mali improbis moribus blaſphemare, vt alios faciant. 2036
Vnius præcepti violator, ad cætera violanda pronus fit. 2036
A curia iuſtitiæ, ad curiam miſericordiæ appellandum eſt. 2036
Miſericordia in pauperes ſe Dei iudicio opponit. 2037
Iudicium vt miſericordia ſuperexaltet. 2037
Perſtricti qui in Deum credunt, nec Deum timent. 2038
Nullus inuitus bene facit. 2038
Fides amore animetur. 2039
Fides cum Dei timore. 2039

Intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclarâ & dixeritis ei: Tu ſede hîc bene, pauperi autem dicatis: Tu ſta illic.

2034. TV *ſede hîc, tu ſta illic.* Ad Eccleſiaſticas dignitates hanc ſententiam flectit S. Petrus Damianus. ſerm. 5. *Hæc Apoſtolica ſententia tunc rectiùs intelligitur, ſi illa ſedendi ac ſtandi diſtantia ad honores Eccleſiaſticos referatur. Non enim leue crimen eſſe putandum eſt, quemlibet diuitem ad Eccleſiaſtici regiminis culmen euehi; pauperem verò ſanctiorem & doctiorem à ſuſcipiendi honoris dignitate repelli.*

Audite, fratres mei dilectiſsimi.

AVdite, *fratres mei.* Pauperes commendaturus, attentionem excitat, tanquam hæc res non ſit mente in alia ſparsâ excipienda: eſt quippe magni momenti, nec facilè auditorum mentes ſubit, niſi ſummâ attentione bibant, quæ dicuntur. Tam ſublimis philoſophia iſta eſt, vt, niſi attentus quilibet hîc ſtet, bonus iſtius doctrinæ diſcipulus vix euadat.

Nonne Deus elegit pauperes in hoc Mundo, diuites in fide, & hæredes Regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe.

NOnne *Deus elegit pauperes?* Non quòd neglexerit diuites, diuites præterierit; ſed *quia à pauperibus* (vt ait Eſtius) *exordium facere voluit. vt diuitum ſuperbiam retunderet qui omnibus præferri volunt, omnibus antiſtare.*

Deus elegit pauperes. Vt ab hoc quoque capite contemnendi pauperes non ſint, ſed diuitibus, in quo mundi homines decipiuntur, præferendi, *Miras*, inquit hic Iſidorus Clarius, *hominum tenebras, vbique Scriptura pauperibus hæreditatem regni cælorum pollicetur, præcipuè Deo curæ pauperes eſſe prædicat, ſummum de diuitibus ſilentium, & tamen miſeri mortales nihil aliud, quàm diuitias admirantur. Deinde cogita, quanto afficiendi eſſent honore pauperes, quibus hæreditas promittitur regni, eiúſque cæleſtis, atque æterni.* 2035.

Diligentibus ſe. Cur dilectionis meminit, non operum? An, quia verus amor otioſus eſſe non poteſt, & operatur magna, ſi magnus? *Non tamen dixit*, inquit Eſtius hîc, *credentibus in ſe, ſed diligentibus ſe; ne quis ex fide otiosâ, & dilectionis vacuâ, Regnum ſibi polliceretur.*

Nonne

Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen?

2036. IPſi blaſphemant. Non quòd blaſphema ipſi verba euomant; ſed quia *blaſphemare alios faciunt malis & improbis ſuis moribus*, inquit hîc Eſtius. Addit: *Et eò maximè, quòd fratres ſuos pauperes, nullâ miſericordia moti, ad tribunalia traherent: quæ res, quia apud iudices ethnicos & infideles agebatur; non parum deformabat nomen Chriſtianum.*

Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.

F*Actus eſt omnium reus.* Nunquid vnius præcepti temerator, omnium eſt? Cur ergo qui in vno offenderit, omnium fit reus? *An, quia* (vt ille ait) *ad cetera violanda pronus efficitur?* An (quod cohærentius) quia contra charitatem facit, ex quâ tota lex pendet & prophetæ? *Meritò*, ait Beda, *fit omnium reus, qui contra illam facit, in quâ pendent omnia.*

Superexaltat autem miſericordia iudicium.

PVlchrè S. Thomas hîc: *Nota, quòd ex quo miſericordia ſuperexaltat iudicium, & maior eſt curia miſericordiæ, quàm iuſtitiæ: ſicut à minori curiâ licitum eſt appellare ad maiorem; ita à curiâ iuſtitiæ ad curiam miſericordiæ.*

2037. *Superexaltat autem miſericordia iudicium.* Aliqui legunt, *ſuperexultat*. Eſtius ex Græco: *Contragloriatur miſericordia iudicio*: additque de miſericordiâ hominis iudicandi intelligi hæc verba poſſe in hunc ſenſum: *Miſericordia, quam quis fecerit erga proximos, opponet ſe iuſto Dei iudicio, & aduerſus illud quodammodo gloriabitur; quia gratiam veluti extorquebit, quâ is ſeueritatem iudicij euadat.* Nimirum, in pauperes & egenos miſericordia tantum poteſt, vt audeat ſe Dei iudicio opponere, & aduerſus illud gloriari.

Qui iudicium miſericordia ſuperexaltet, ſic explicat Sanctus Bernardinus Senenſis ſerm. 61. fer. 4. poſt Reſurrect. art. 2. cap. 2. *Superexaltat autem miſericordia iudicium, id eſt ſuperuincit iudicium: hæc enim miſericordia miſericordibus impetrabit, vt ſupra condignitatem iuſtitia ſua, & citra exigentiam culparum ſuarum, miſericorditer cum eis agatur, vt ſic ſupra condignum remunerentur.*

Et dæmones credunt, & contremiſcunt.

2038. E*T dæmones credunt, & contremiſcunt*; vt in hoc hominum plerique minus, quàm dæmones, habeant, cùm in malo pertinaces Deum credant, nec timore corripiantur. Grauiter contra duros peccatores vrget Saluianus lib. 4. de Gubernat. Dei, vbi ait: *Tu credis (inquit ad Chriſtianum ſermo diuinus) quòd Deus vnus eſt. Bene facis, & dæmones credunt, & contremiſcunt. Nunquid errauit Apoſtolus, vt hominis Chriſtiani fidem dæmoni comparares? Non vtique: ſed oſtendere illud volens, quod ſupradictum eſt, quia ſine operibus bonis nihil ſibi per fidem ſupercilium vſurpare deberet (idcirco autem à dæmonibus Deum credi; ſcilicet vt, ſicut dæmones, quàm eſſe Deum credant, tamen in peruerſitate perdurant; ita & quoſdam homines quaſi credulitatem dæmoniacam habere, qui, quàm ſe Deum credere aſſerant, tamen à malo opere non ceſſant) ſubiungit autem ad pudorem & condemnationem hominum ceterum non credere ſolùm dæmones Dei nomen, ſed etiam timere & contremiſcere, hoc eſt dicere: Quid tibi blandiris, ô homo quiſquis es, credulitate, quæ ſine timore atque obſequio Dei nulla eſt? Aliquid plus dæmones habent: tu enim vnam rem habes tantummodo, illi duas: tu credulitatem habes, non habes timorem; illi credulitatem habent pariter & timorem.*

Et dæmones credunt, & contremiſcunt. Cur non adiecit? *Et bene faciunt*, ſicut de illo, qui nudam fidem habebat dixerat: *Bene facis.* An, quia credunt dæmones, non tamen fide infuſâ, non voluntariè; ſed coactè? *Quare*, ſubdit Eſtius, *nec repetendum hîc fuit: Bene faciunt: nullus enim inuitus bene facit. Nec omnino quicquam eſt, quòd dæmones benefaciant, quòrum voluntas ſemper intenta eſt in malum.*

Dæmones credunt, & contremiſcunt. Præſtat hîc ſiſtere, quæ ad hæc verba affert S. Auguſtinus ſerm. 16. de Verb. Apoſt. *Ait Apoſtolus Iacobus: Et dæmones credunt, & contremiſcunt. Si tantùm credis, & ſine ſpe viuis, vel dilectionem non habes; & dæmones credunt, & contremiſcunt. Quid magnum eſt, ſi dicis Chriſtum Filium Dei? Hoc dixit Petrus, & audiuit: Beatus es Simon Bar-Iona. Hoc dixerunt dæmones, & audierunt: Obmuteſcite. Ille beatus (dicitur ei) Quia non reuelauit tibi caro & ſanguis, ſed Pater meus, qui in Cælis eſt. Illi autem audiunt: Obmuteſcite. Et hoc ipſum dicunt, & repelluntur. Vna vox eſt: ſed Dominus radicem interrogat, non florem; vnde dicitur ad Hebræos: Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans moleſtet, & per illam contaminentur multi. Prius ergo diſcerne fidem tuam à fide dæmonis. Vnde eam diſcernis? Dæmones hoc dixerunt timendo, Petrus amando.* 2039.

Et contremiſcunt. Vt hinc eorum improbitas colligatur, qui in Deum credunt, nec Deum timent. *In hoc*, inquit S. Thomas, *peioris conditionis eſt fides malorum hominum, quoniam non timent Diuinum iudicium. Qui Deum non credunt, vel credentes non timent, dæmonibus crudeliores & proteruiores ſunt.*

SECTIO II.

Quæ ſuperiores præſtant, aliorum exempla ſunt. 2040
Iuſti bonis operibus diuites. 2040
Affectus in bono opere quàm Deo gratus. 2040
Hoſpitalitatis virtus quanti apud Deum fiat. 2041
Fidei effectus operatio. 2041
Fides charitate informanda. 2041
Etiam opera ſine fide mortua ſunt. 2042

Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare?

A*Braham pater noſter.* Abrahami exemplum affert, qui, credentium pater, iuſtificationis quædam idea ſit omnibus propoſitus; tacitè innuens, quæ ſuperiores præſtant, aliorum quædam exempla eſſe, & quæ in maioribus videmus laude digna, moribus à nobis eſſe exprimenda. 2040.

Ex operibus iuſtificatus eſt. Ex operibus dicit; & tamen vnicum tantùm opus producit in medium, filij ſcilicet oblationem. Et verò in vno hoc opere multarum virtutum actus continentur. Præterea, qui verè iuſti, in vno opere non ſiſtunt: quin illis vnius operis limes limen ad aliud eſt, nec vllis in

in Dei obſequio anguſtiis ſe ſinunt coërceri.

Offerens. Græcè, *ἀνενέγκας.* *Cùm obtuliſſet.* Nimirum Deus tanquam factum accepit, quod fecit Abraham, quantum in ſe fuit; & abſoluiſſet, niſi inhibitus fuiſſet.

Similiter & Rahab meretrix nonne ex operibus iuſtificata eſt?

2041. S*imiliter & Rahab.* Poſt Abrahæ exemplum, exemplum ponit gentilis mulieris, quæ generis ſui maculam bonis operibus abſterſerit, vt adiungi meruerit Abrahæ generi: tantum bona opera poſſunt; & hoſpitalitatis virtus tanti apud Deum ſit, vt Rahab & meretricem & gentilem virtute hoſpitalitatis inſignem, Abrahæ filium ſuum immolanti adiunxerit & copulauerit.

Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt.

S*icut enim corpus ſine ſpiritu.* Hunc locum hac donat expoſitione Caietanus hîc: *Appellatione ſpiritus non ſignificatur anima, ſed halitus ſeu flatus. Et aptè comparat opera flatui: quemadmodum enim corpus animalis, ſi non ſpirat, mortuum eſt; ita fides, ſi non parit opus, mortua eſt, flatus ſiquidem eſt effectus corporis viui: & ſimiliter operatio eſt proprius effectus fidei viua.*

Mortua eſt, quia ſuâ formâ & animâ deſtituitur, ſcilicet operibus, quæ informant fidem animantque. Pulchrè B. Laurentius Iuſtinianus in Faſcic. Amor. cap. 7. *Sola fides illa apud Altiſſimum promeretur laudem, quæ piis operibus ſociatur, atque virtutibus tanquam pretioſis ornatur gemmis. Quàm verò in ſolâ oris confeſſione conſiſtit, mortua eſſe cenſetur, dicente Apoſtolo Iacobo: Fides ſine operibus mortua eſt. Vt ergo viuat, vt Deo placeat, operibus roboranda eſt, atque charitate informanda.* 2042.

Vt ſine operibus mortua eſt fides, ſic mortua etiam ſunt opera ſine fide. Hæc duo, alterum alterius anima & vita eſt. Sanctus Baſilius Seleuciæ Epiſc. orat. 39. *Ad rectam fidem honeſtas actiones adiungamus; nam alterum ab altero diuulſum non profuerit vt Deo ſimus accepti; fides enim ſine operibus mortua eſt, quemadmodum & opera ſine fide.*

Vulgata Editio. *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. EPIST. B. IACOBI.

Verſ. 1.

NOLITE plures magiſtri fieri fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis.

Nolite plures. *Syr. & Ar. M. Ne multi. Eſt. Nolite multi.*
Magiſtri fieri. *Syr. Doctores ſint inter vos. Ar. M. Magiſtri fiatis.*
Scient. *Syr. Sed ſcitote.*
Maius iudicium. *Syr. Nos maiori iudicio. Eſt. Maiorem damnationem.*
Sumitis. *Syr. Eſſe obnoxios. Tigur. Accepturi ſimus. Pagn. Accipietis. Caiet. Capiemus. Eſt. Sumemus. Al. Sumpturi ſimus. Cla.*

Verſ. 2.

In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit: hic, perfectus eſt vir: poteſt etiam fræno circumducere totum corpus.

In multis. *Ar. M. Multa.*
Offendimus. *Pagn. Labimur.*
Si quis. *Spr. Quiſquis.*
Verbo. *Syr. & Pagn. Sermone.*
Offendit. *Syr. & Pagn. Labitur.*
Perfectus eſt. *Ar. M. Perfectus.*
Poteſt etiam. *Syr. Qui poteſt. Pagn. Qui poſſit. Ar. M. Potens.*
Fræno circunducere. *Syr. Subiicere. Pagn. Fræno moderari.*
Totum. *Syr. Et totum. Pagn. Totum etiam.*
Corpus. *Syr. Corpus ſuum.*

Verſ. 3.

Si autem equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis & omne corpus illorum circumferimus.

Si autem. *Syr. Ecce enim. Oec. Ecce autem. Caiet. Ecce.*
Equis. *Syr. Equorum velocium. Oec. Equorum.*
Ora. *Syr. Os.*
Mittimus. *Syr. Iniicimus. Oec. Inimittimus.*
Ad conſentiendum. *Syr. Vt. Subiiciantur. Oec. Vt pareant. Vat. Vt obediant. Ar. M. Ad obediendum ipſos.*
Et omne. *Syr. Et totum. Ar. M. Etiam omne.*
Corpus illorum. *Oec. Corpus.*
Circumferimus. *Syr. Circumagimus.*

Verſ. 4.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 4.

Ecce & naues cum magnæ ſint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit.

Ecce &. *Syr. Quin &. Pagn. Ecce quoque.*
Cùm magnæ ſint. *Syr. Valida. Pagn. Cùm tanta ſint. Ar.M. Tanta exiſtentes.*
Et à ventis validis minentur. *Syr. Quum aguntur ventis vehementioribus. Tigur. Et a ventis ſæuis agantur. Pagn. Et à duris ventis vehantur. Ar. M. Et à validis ventis impulſa.*
Circumferuntur. *Syr. & Tig. & Pagn. Circumaguntur.*
Modico gubernaculo. *Syr. Minimo ligno. Tigur. & Pagn. Minimo gubernaculo.*
Vbi. *Syr. Tigur. & Pagn. Quocunque.*
Impetus dirigentis voluerit. *Syr. Tendat voluntas gubernatoris.*

Verſ. 5.

Ita & lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam ſiluam incendit!

Modicum quidem. *Tigur. Puſillum. Ar. M Paruum.*
Et magna exaltat. *Syr. Sed extollit ſe. Tigur. Et magna gloriatur. S. Ambr. Et magna iactat. Bed. Et magna exultat. Oec. Et magna operatur. Iuſtin. & Lorin. Et magnificè ſe iactat.*
Ecce quantus ignis. *Syr. Ignis quoque minimus. Tigur. Ecce exiguus ignis. S. Hier. Ecce paruus ignis.*
Quam magnam ſiluam. *Syr. Ramos multos. Tigur. Quantam materiam. S. Hier. Quàm grandem materiam. Oec. Quàm magnam materiam. Iuſtin. Quàm magnam materiam.*
Incendit. *S.Hier Succendit.*

Verſ. 6.

Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna.

Ignis eſt. *Caiet. & Ar.M. Ignis.*
Vniuerſitas iniquitatis. *Syr. Et mundus peccati eſt inſtar rami. Caiet. Mundus iniuſtitia. Eſt. Mundus iniquitatis.*
Lingua. *Syr. Et hæc quidem lingua. Caiet. Sic lingua. Ar. M. Ita & lingua.*
Conſtituitur in membris noſtris. *Syr. Cùm ſit inter membra noſtra.*
Quæ maculat. *Syr. Commaculat. Ar. M. Maculans.*
Corpus. *Syr. Corpus noſtrum.*
Inflammat. *Syr. Incendit. Ar.M. Inflammans.*
Rotam. *Syr. Series.*
Natiuitatis noſtræ. *Syr. Genealogiarum noſtrarum quæ currunt in modum rotarum. Ar. M. Natiuitatis. Eſt. Generationis noſtra.*
Inflammata. *Syr. Et ipſa quoque accenditur. Vat. Et inflammatur. Caiet. Et inflammans.*
A gehenna. *Syr. Igne. Caiet. Sub igne.*

Verſ. 7.

Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium, & cæterorum domantur & domita ſunt à natura humana.

Omnis enim natura. *Syr. Omnes enim naturæ.*
Beſtiarum. *Syr. Ferarum. Pagn. Et ferarum.*
Et cæterorum. *Syr. Tum maris, tum arida. Pagn. Et marinorum.*
Domantur & domita ſunt. *Syr. Subiiciuntur. Pagn. Domatur & domita eſt.*
A natura humana. *Syr. Natura humana.*

Verſ. 8.

Linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero.

Linguam autem. *Ar.M. At linguam.*
Nullus hominum. *Syr. Nemo.*
Domare. *Syr. Subiugare.*
Inquietum. *Syr. Hoc incoërcibile eſt. S. Hier. Incontinens. Ar.M. Incoërcibile.*
Plena veneno mortifero. *Syr. Plenum veneno lethifero.*

Verſ. 9.

In ipſa benedicimus Deum & Patrem:

In ipſa. *Pagn. Per ipſam. Eſt. In ipsâ & in ipsâ.*
Deum & Patrem. *Pagn. Deo & Patri.*
In ipſa. *Pagn. Per ipſam.*

&

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

& in ipſa maledicimus homines qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt.

Homines *Pagn. Hominibus. Ar. M. Homines illos.*
Qui facti ſunt. *Pagn. Qui conditi ſunt. Ar. M. Factos.*

Verſ. 10.

Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri.

Ex ipſo. *Syr. Atque ex ipſo. Tigur. Ex eodem.*
Procedit. *Syr. Exeunt.*
Benedictio & maledictio. *Syr. Maledictiones & benedictiones.*
Mei. *Ar. M. Mei dilecti.*

Verſ. 11.

Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?

Numquid fons. *Syr. Numquid poſſibile eſt.*
De eodem foramine. *Syr. Vt ex eadem ſcaturigine. Caiet. De eadem ſcatebrâ.*
Emanat. *Syr. Exeant. Caiet. Emittit.*
Dulcem & amaram aquam. *Syr. Aqua dulces & amara. Ar. M. Dulce & amarum.*

Verſ. 12.

Numquid poteſt, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque ſalſa dulcem poteſt facere aquam.

Numquid. *Syr. Aut nunquid.*
Vuas facere. *Syr. Oliuas edere. Goth. Oliuas facere. Tigur. Oleas gignere. Caiet. Oleas facere.*
Neque ſalſa. *Syr. Neque aqua ſalſa. Tigur. Nullus fons ſalſam.*
Dulcem poteſt facere aquam. *Syr. Poſſunt effici dulces. Tigur. Et dulcem edere aquam.*

Verſ. 13.

Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.

Quis ſapiens. *Syr. Quis eſt, qui ſapiens. Ar. M. Si quis ſapiens.*
Diſciplinatus. *Syr. Eruditus ſit. Pagn. Sciens. Vat. Scientiâ praditus. Caiet. Scientificus. Ar. M. Peritus.*
Inter vos. *Syr. Ex vobis. Ar. M. In vobis.*
Bona conuerſatione. *Syr. Bonis conuerſationibus.*
Operationem ſuam. *Syr. Opera ſua.*
In manſuetudine ſapientiæ. *Syr. Per ſapientiam manſuetam. Pagn. Cum manſuetudine ſapientia.*

Verſ. 14.

Quòd ſi zelum amarum habetis & contentiones ſint in cordibus veſtris: nolite gloriari, & mendaces eſſe aduerſùs veritatem.

Quòd ſi. *Ar. M. Si autem.*
Zelum amarum. *Syr. Liuor amarulentus. Tigur. Æmulationem amaram.*
Habetis. *Syr. Sit inter vos.*
Et contentiones ſint. *Syr. Aut contentio. Tigur. Et contentionem.*
Cordibus veſtris. *Tigur. Corde veſtro.*
Nolite gloriari. *Syr. Ne intumeſcatis aduerſùs veritatem. Ar. M. Ne gloriamini.*
Et mendaces eſſe aduerſùs veritatem. *Syr. Nec mentiamini. Ar. M. Et mentiri aduerſus veritatem.*

Verſ. 15.

Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens: ſed terrena, animalis diabolica.

Non eſt enim deſcendens. *Syr. Quandoquidem non deſcendit hac. Ar. M. Non eſt deſcendens iſta. Quidd. eod. ap. Caiet. Non eſt enim deſcendens à Patre luminum.*
Deſurſum. *Syr. E ſupernis.*
Sed. *Syr. Sed eſt.*
Animalis. *Syr. A cogitationibus anima.*
Diabolica. *Syr. Et à dæmoniis. Ar. M. Dæmoniaca. Eſt. Dæmonioſa.*

Verſ. 16.

Vbi enim zelus & contentio ibi inconſtantia & omne opus prauum.

Zelos. *Syr. Eſt inuidia. Pagn. Æmulatio.*
Contentio. *Ar. M. Irritatio.*
Ibi. *Syr. Ibi etiam. Ar. M. Illic.*
Inconſtantia. *Quidd. ex. Syr. Pauor. Ar. M. Tumultuatio. Eſt. Seditio.* vel, *Tumultus. Al. Perturbatio.*
Omne opus prauom. *Syr. Omne malum. Ar. M. Omnis praua actio.*

Verſ. 17.

Vulgata Editio.

Verſ. 17.

Quæ autem deſurſum eſt ſapienria, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, ſine ſimulatione.

Verſ. 18.

Fructus aurem iuſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacem.

Vulgara Editio.

Quæ autem. *Syr. Qua verò. Ar. M. Illa autem.*
Deſurſum eſt. *Syr. E ſupernis. Ar. M. Supernè.*
Primùm quidem. *Syr.* omittit.
Pudiea. *Syr. Puru. Oec. Caſta.*
Deinde pacifica. *Syr. Et plena pace.*
Modeſta. *Syr. Et manſuetu. Oec. Æqua. Eſt. Humunu.*
Snaſibilis. *Syr. Et obediens. Oec. Tractabilis. Ar. M. Benè ſunſibilu. Quid. cod. ap. Caiet. Suadibilis.*
Bonis conſentiens. *Syr. & Omnes ferè* omittunt.
Plena miſericordia. *Syr. Plenaque miſerationibus.*
Non iudicans. *Syr. Et ubſque diiudicatione. Oec. Nihil diiudicans. Caiet. Non diiudicans.*
Sine ſimularione. *Syr. Ac facies non accipit. Quidd. ex Syr. Ac perſonas non accipit. Oec. Nihil ſimulans. Caiet. Et non ſimulans. Ar. M. Et non ſimulata.*

In pace. *Syr. In tranquillitate.*
Facientibus pacem. *Syr. Iis, qui ſunt pacifici.*

CAPVT III.

EPISTOLÆ B. IACOBI

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Magiſtri plures fieri cur non debeant. 2043
Plures magiſtri quando vnus ſint. 2043
Magiſter praſtet quod docet. 2043
Perſtricti qui errores ſeminant. 2044
Facilè offendit qui aliis præeſt. 2045
Peccandi aſſiduitas & frequentia. 2046
Facilè ignoſcat, qui facilè cadit. 2046
Lingua quàm facilè peccet niſi coerceatur. 2047
In verbis facilè eſt labi. 2047
Nimia loquendi licentia damnanda. 2047

Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei: ſcientes, quoniam maius iudicium ſumitis.

2043. VT vitetur coofuſio, occurratur periculo: nam (vt ait S. Auguſtinus in Prol. lib. 1. Retract.) *Magiſtri tunc plures fieri dicuntur, cùm diuerſa & inter ſe aduerſa ſentiunt: cùm verò idipſum dicunt omnes, & verum dicunt, ab vnius veri magiſtri magiſterio non recedunt*, & licèt plures eſſe videantur, plures oon ſunt, ſed vnum referunt.

Nolite plures magiſtri fieri, ſcilicet diuiſi: *quia in eo quòd verum dicunt*, inquit S. Thomas hîc, *omnes magiſtri, vnus magiſter ſunt; quia officium vnius magiſtri Cæleſtis peragunt.* Probi igitur magiſtri nota eſt adeò in Chriſtum (liceat ita loqui) immigrare, vt eum perfectè repræſenient.

Et verò etiam magiſter vnus in plures plerunque multiplicatur, ſi nimirum aliud dicat, aliud præſtet; aliud doceat, aliud faciat. *Vel plures ſunt*, inquit idem S. Doctor, *qui aliud docent, aliud faciunt.* Verus magiſter eſt, qui eſt vnus, in quo vita à doctrinâ oon diſcrepat, mores à ſermone oon abeunt.

2044. Bonum eſt, plures eſſe magiſtros; ſed bonos & erudiros. *Nolite plures magiſtri fieri*, ait Gloſſa; *niſi diſcreti, & in Scripturis docti.* Addit S. Thomas: *Non ergo prohibet quantitatem, ſed qualitatem: quam tamen nomine quantitatis ſignificat, quia frequenter eam conſequitur.*

Maius iudicium ſumitis. Iſidorus Clarius legit: *Maius iudicium accipiemus*; ac locum contra eos vrget, qui errores ſeminant. *Si enim*, inquit, *etiam otioſorum verborum reddenda ratio eſt, quale cenſes, cùm ex inani appetitione aggredimur docendi munus, cui plerumque minimè ſumus idonei, erroribus, qui inde proficiſcuntur, impendere iudicium.*

In multis enim offendimus omnes.

VT ſuauior correptio eſſet, & reprehenſio gratior; ſeipſum in eâdem ſententiâ claudit, ſe cum aliis numerat. Addit S. Auguſtinus ſerm. 122. de diuerſ. *Quis non contremiſcat, quùm Apoſtolus dicit, omnes?* 2045.

In multis enim offendimus omnes. Et præcipuè illi, qui multis præſunt; adeò vt, quò quis maior, facilior ad lapſum ſit, ni ſibi caueat. Sanctus Thomas: *In multis offendimus omnes: multò fortiùs, qui aliis præſunt.*

Offendimus. Cur ſe quoque aliis adnumerat? Modeſtiæ & humilitatis causâ. Vel (vt ait S. Thomas) *ſe illis connumerat, vt liberiùs arguat*, & correctionem æquiori animo illi ferant, qui arguuntur.

In multis enim offendimus omnes. Sæpè labimur, 2046.
peccamus ſæpè; &, licèt leuia peccata ſint, ſunt tamen peccata. Græcè pro *Offendimus*, eſt πταίομεν. *Labimur, Impingimus.* Præſenti tempore dum vtitur, indicat aſſiduitatem & frequentiam peccandi.

In multis enim offendimus omnes. Atque adeò facilè omnibus debemus ignoſcere, cùm facilè faciamus, quorum causâ nobis ignoſcatur. Hunc locum pulchrè verſat expenditque S. Leo ſerm. 11. de Quadrageſ. *Quia verò*, inquit (*ſicut ſcriptum eſt*) *In multis offendimus omnes, miſericordiæ primus concipiatur affectus, & aliorum in nos delictorum fiat obliuio; vt illud piſſimum pactum, cui nos in Dominicâ oratione deuinximus, nullo vindictæ amore violemus, & dicentes: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: non ſimus in*

remiſſione difficiles; quia ad nos recurrit ſine cupiditas vltionis, ſine indulgentia lenitatis: magiſque optandum eſt homini, tentationum periculis ſemper expoſito, vt ſuas culpas habeat punitas, quàm vt plectat alienas.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.

2047. ATque adeò valde imperfectus, qui offendit. *Si viri perfectio* (inquit S. Petrus Damianus ſerm. 73.) *in verbi cuſtodia ponitur, profectò patet, quia per effrænatæ loquacitatis incuriam omnis etiam perfectæ vitæ compoſitio diſſipatur. Et, ſi rem velimus diligenter inſpicere, deterius peccat plerunque lingua, quam vita: nam, etſi vigilanti curâ animam noſtram cuſtodire proponimus, tamen, quia propagati de carne cum peccato ſumus, impediente ſæpiùs ipsâ carnis infirmitate peccamus.*

Si quis in verbo non offendit. Cùm dixiſſet in multis nos offendere, de linguæ incommodis agit; quia in verbis facile eſt labi: adeò vt perfecti viri quidam ſit character, verborum offenſas lapſuſque vitare.

Hic perfectus eſt vir. Vt perfectionis conſignatio eſt in verbo non offendere; ſic imperfectionis eſt nota ore labi, & nimiâ ſermonis licentiâ animam polluere. Præclarè rem vrget S. Petrus Damianus ſerm. 73. *Iacobus ait: Qui in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Si viri perfectio in verbi cuſtodiâ ponitur, profectò patet, quia per effrænatæ loquacitatis incuriam omnis etiam perfectæ vitæ compoſitio diſſipatur. Et, ſi rem velimus diligenter inſpicere, deterius peccat plerunque lingua, quàm vita: nam, etſi vigilanti curâ noſtram animam cuſtodire proponimus, tamen, quia propagati de carne cum peccato ſumus, impediente ſæpiùs ipsâ carnis infirmitate, peccamus.*

SECTIO II.

Lingua vt equum referat. 2048
Linguæ immoderatus vſus quàm noxius. 2048
Lingua plerumque iniquitatem ornat. 2048
Lingua omne genus peccati vt pariat. 2049
Lingua cur totum corpus maculare dicatur. 2050
Vita noſtra rota vt à lingua inficiatur. 2050
Diabolus Gehenna cur dicatur. 2050
Gehennam timeat qui linguam non cuſtodit. 2051
Linguæ cuſtodia vt commendata. 2051
Ignis & rota nexus. 2052
Praui hominis lingua aliorum peccata producit in medium. 2052
Lingua & gehenna nexus. 2052

Si autem equis fræna in ora mittimus ad conſentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.

2048. IVrè de linguâ agens, equi ſimilitudinem produxit in medium; nam & ipſa equus quidam eſt. Peritè S. Chryſoſtomus homil. 52. in Matth. *Regius equus eſt lingua noſtra: ſi ergo ei frænum immiſeris, aſcendet in eum Rex, & quieſcet in eo: ſi autem nullo fræno domueris, ſed huc atque illuc infrænem iactare permiſeris, diaboli eam vehiculum feciſti.*

Si autem equis. Pulchrè hîc Iſidorus Clarius; *Dicit,* inquit, *tantam vim in homine linguam habere, quantam frænum equo adhibitum, & naui gubernaculum. Nam omnia ferè, ſi quis cogitet, mala generantur ex effræni, & immoderato linguæ vſu: & tam periculoſa res, tam nulla cura tractatur.*

Lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis.

VNiuerſitas iniquitatis; Græcè κόσμος ἀδικίας, *mundus iniquitatis,* vbi Iſidorus Clarius; *Appellatione,* inquit, *mundi vniuerſitatem quandam complectens, quæ dicendi modo, & in quotidiano ſermone vtimur. Verùm quia mundus ornatum ſignificat, ſunt qui intelligant, linguam conſueſſe ornare iniquitatem, dum perſuaſione quadam, & ornatu verborum id, quod iniquum eſt, efficit, vt æquum videatur.* 2049.

Vniuerſitas iniquitatis. Syriacè, *Mundus peccati. Mundus* quippe, *vniuerſum & vniuerſitas, vocatur; quòd in eo ſit rerum omnis generis collectio,* inquit Eſtius hîc. *Sic igitur & lingua, vitiorum ac ſcelerum Mundus & vniuerſitas quædam eſt; cauſatiuè nimirum, quia nullum eſt genus peccati, quod lingua non pariat aut perpetrando, vt detractiones, maledicta periuria; aut præcipiendo, mandando, procurando; denique occaſiones & fomenta miniſtrando.*

Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehennâ.

QVæ maculat totum corpus. Cur non potiùs meminit animæ, quæ hominis pars potior eſt, & maximè à linguâ non cuſtoditâ maculatur? An per corpus omnes potentias, habitus, paſſiones, actioneſque intelligit, quæ vnum veluti corpus efficiunt? An corporis meminit, quia mentis maculæ in corpus redondant? An, quia carnalia peccata, quæ ex procacis linguæ vitiis, ex impudicis verbis oriuntur, directè corpus inquinant? 2050.

Rotam natiuitatis noſtræ. Sanctus Iſidorus Peluſiota legit, *Rotam vitæ noſtræ:* notatque non dictum, linguam à rotâ maculari, ſed rotam à linguâ. Præſtat hîc eius verba ſiſtere lib. 2. epiſt. 158. vbi ita ſcribit: *Tempus rotæ ſpeciem imitatur, vtpotè quod in ſeſe conuoluatur & torqueatur. Nihil autem commodius fuerit, quàm Scripturam ipſam audire. Quid igitur ait? Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ inflammat totum corpus, & maculat rotam vitæ noſtræ. Non dixit, Rota maculat linguam noſtram; ſed, lingua rotam: hoc eſt tempus ad rotæ ſpeciem accedens. Etenim voluntatem accuſat, & temeritatem reprimit, à quibus vita noſtra exacerbatur, atque innumeris rerum varietatibus & inconſtantiis ſuccumbit: vnde etiam ſubiunxit, Et inflammata à gehennâ: quod profectò non adiunxiſſet, ſi inuita lingua moueretur.*

Inflammata à Gehennâ. Quia de igne loquebatur, in igne ſiſtit, & malorum originem vſque ad ignem Tartareum porrigit. *Pars hæc,* inquit Eſtius, *cauſaliter accipienda eſt, quaſi dicat: Vtpotè quæ inflammatur à gehennâ, id eſt à diabolo, qui gehenna vocatur per metonymiam, quâ locus pro locato ſumitur. Vel gehenna ſedes & aula eſt ſatanæ: vel quòd gehennam, id eſt pœnam gehennalem ſemper circumferat, quocunque ſe mouet.*

Linguam dum inflammari audis à gehennâ, time, ne gehennalibus flammis crucieris, ſi linguam non cuſtodis; diuitis illius memor, cuius lingua Infernalibus flammis cruciabatur. Scitè S. Petrus Damianus ſerm. 73. *Neque negligenter audiendum eſt,* 2051.

eſt, quòd diues ille petebat refrigerari linguam ſuam, quia cruciabatur in flammâ. Quia enim iuxta Apoſtolicam ſententiam humana lingua à gehennâ, hoc eſt a gehennalibus incolis nunc dicuur inflammari, non immeritò; poſtmodum flammis vltricibus tradita, cum eiſdem ſimul meretur adori.

Ex his verbis ad linguæ nos cuſtodiam vocabat S. Petrus Damianus ſerm. 73. *Non immeritò*, inquit, *lingua ignis dicitur; quia (ſicut de inſipiente Salomon dicit) Apertio oris illius inflammatio. Si ergo lingua ignis eſt, qua omnem virtutum noſtrarum ſyluam incendit: ſi vniuerſitas eſt iniquitatis: ſi totum corpus ſua fœditate contaminat: ſi rotam noſtræ natiuitatis inflammat; id eſt, ſi ad meritum inſtabilis huius vita noſtra, damnationis incendio deuorat, niſi linguam ſuam quis diſcretâ moderatione cuſtodiat: quis de ſobrietate, quis de caſtitate, quis de ieiuniis ſiue vigiliis, aut aliquâ ſe poterit bonâ operatione iactare?*

2052. *Inflammat rotam natiuitatis*, id eſt (vt aliqui explicant) Rotam innatam, inſitam à naturâ, vt ſit propria cuiuſlibet animi conſcientia, in quâ mens velut in rotâ torquetur, quùm delinquit. Et rectè inflammata dicitur; nam & rotæ, quæ ad cruciatus adhibebatur, ſubiiciebatur ignis. Hinc illud Apuleij lib. 3. *Nec mora, quùm ritu Græcienſi ignis & rota inferuntur.* Cuius motis Ioſephus & alij etiam meminere. Senſus igitur erit: Lingua ſæpiùs delinquens animum noſtrum, noſtramque mentem, rotam à naturâ inditam, conſcientiam ſcilicet propriam agit, actamque velut igne adiecto cruciat, & vrit.

Inflammata à gehennâ. Cur ſoli linguæ tribuitur, quòd inflammetur à gehennâ? *Quia, vt gehenna* (inquit bonus ille autor) *ad ſola peccata fertur; ſic mali hominis lingua omnia alia præterit & diſſimulat, peccata autem, quæcunque apparent, in medium profert inexcuſabiliter.* Aliorum labes profert, aliorum neſcit efferre virtutes.

Inflammata a gehennâ. Magnus linguæ malæ & gehennæ nexus eſt; vt non mirum, ſi illò homines rapiat, ſi inde accipit, vt in homines ſæuiat. Bene Gillebertus Abb. ſerm. 24. in Cant. *Quid lingua neqquam cordi tuo talem adhibes flammam? Ignem hunc, quem euomis, hauris de gehennâ. Inde incipit, & illo rapit. Lingua, inquit, inflammata à gehennâ.*

SECTIO III.

Lingua vitia homines beſtiis ſimiles reddunt. 2053
Dei auxilium quærendum, vt lingua coërceatur. 2054
Facilius eſt feram domare quàm linguam. 2054
Sub lingua venenum habent mali homines. 2055
Detractor neſcit ſiſtere, ab vno ad alium tranſit. 2055
Linguæ ſæuitia etiam in Deum. 2056
Malorum doctorum ſapientia animalis cur dicatur, diabolica, terrena. 2056
Sapientia quæ ex Deo qualis ſit. 2057
Candor pudicitiæ in ſapientia pictura. 2057
Sapientia Dei pudica cur dicatur, cur pacifica. 2057

Omnis enim natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorum domantur & domita ſunt à naturâ humanâ.

2053. OMnis enim natura beſtiarum. Græcè eſt Θηρίων id eſt *ferarum*. Cur beſtiarum & ferarum genera in medium profert Apoſtolus de linguæ licentiâ loquens? *Neſcio* (inquit ille author) *vtrùm tacitè hac beſtiarum enumeratione indicare voluerit Iacobus, linguæ vitia eius eſſe naturæ, vt homines beſtiis ſimillimos reddant.* malorum quippè lingua beſtiis ferocitate, volucribus leuitate, virulentiâ ſerpentibus comparari poteſt, atque etiam præferri. Quod diſertè ſic explicat S. Petrus Damianus opuſc. 52. cap. 26. *Ibi* (inquit) *eſt leuitas volucrum, ibi ferocitas beſtiarum, ibi ſtatim virulenta ſerpentium. Volatiles enim ſunt, qui poſuerunt in Cælum os ſuum, & quorum os loquutum eſt vanitatem quaſi volucrum leuitatem. Feroces autem beſtiæ ſunt, qui exacuerunt vt gladium linguas ſuas. Serpentes poſtremo ſunt, de quibus dictum eſt: Quia venenum aſpidum ſub labiis eorum. Vbi ergo ſuperuacuis vacatur ineptiis, & quaſi ſymbola congeruntur verbis otioſis; apud intrinſecus auſcultantem non ſermones hominum, ſed quaſi multigena decrætur vociferatio beſtiarum.*

Linguam autem nullus hominum domare poteſt inquietum malum, plena veneno mortifero.

ITane nullus? Nullus ſi nudum hominem ſpectes: plures, ſi eos Dei auxilio munitos conſideres. Nimirum pluſquàm homo videtur, qui linguam domat. Neque enim dixit ſimpliciter, *Nullus*; ſed, *Nullus hominum*; vt Dei ope domanda indicet, Deique auxilium quærendum, non indormiendum ſocordiæ. Præclarè ſanctus Auguſtinus lib. de Nat. & grat. cap. 15. *Neque hoc ideo dixit, ut huius in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur; ſed, vt ad domandam linguam, Diuina gratia poſcamus auxilium. Non enim ait: Linguam nullus domare poteſt. Sed, nullus hominum, vt, cùm domatur, Dei miſericordiâ, Dei adiutorio, Dei gratiâ fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam; &, dum conatur, poſcat auxilium; & oret lingua, vt dometur lingua domante illo, qui dixit ad ſuos: Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Itaque præcepto facere commonemur, quod conantes & noſtris viribus non valentes, adiutorium Diuinum precemur.* 2054.

Nullus hominum domare poteſt; vt ſit faciliùs feram domare, quàm linguam. *Homo domat feram* (inquit S. Auguſt. ſerm. 4. de Verb. Dom.) *non domat linguam: domat leonem, & non refrænat ſermonem: domat ipſe, & non domat ſeipſum. Domat, quod timebat; &, vt ſe domet, non timet, quod timere debebat*; & paucis interiectis addit: *Quid faciemus? Ibunt ergo omnes in gehennam ignis? Abſit. Domine, refugium tu factus es nobis à generatione in generationem. Ira tua iuſta eſt: neminem in Gehennam mittis iniuſtè. Quò ibo à ſpiritu tuo, & à Te quò fugiam: niſi ad te? Ergo intelligamus chariſſimi, quia, ſi linguam nullus hominum domare poteſt, ad Deum confugiendum eſt, qui domet linguam noſtram: ſi enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo es. Linguam nullus hominum domare poteſt. Attendite ſimilitudinem ab ipſis beſtiis, quas domamus. Equus non ſe domat, camelus non ſe domat, elephantus non ſe domat, aſpis non ſe domat, leo non ſe domat: ſic & homo non ſe domat. Sed, vt dometur equus, bos, camelus, elephantus, leo, aſpis, quæritur homo: ergo Deus quæratur, vt dometur homo.*

Plena veneao mortifero. Dauid quoque de qui-
2055. buſdam loquens Pſal. 13. ait : *Venenum aſpidum ſub labiis eorum.* Nimirum maximè ſub linguâ venenum habeoc homines mali, nno ſecus ac animalia, quæ veneno nocent : hæc quippe (ſi verum qund obſeruatum ab aliis eſt) venenum in veſicâ ſub linguâ incluſum habent, quæ, quùm mordent, rumpitur, & morſu venenum effundunt.

Plena veneno mortifero. De detractore hoc aliqui accipiunt, vt vel hinc diſcas detractionis malum ſerpere, & ad plures tranſire. Venenum ex vno membro tranſit ad aliud. Idem hîc fit. Neſcit ſiſtere : ab vno ad alium it, vt multos inficiat, dum multos corripit.

In ipſâ maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt.

2056. **I***N ipſâ maledicimus homines.* Vtinam homines tantùm linguâ impereret, & non etiam Deum. *Cur non dixit*, inquit hîc Iſidorus Clarius, *quod ſcilicet hac lingua non hominibus ſolùm, verùm etiam Deo maledicatur ? Opinor eum illud tacuiſſe. quod non ſolum fieri non debeat, verùm ne in cogitationem quidem vnquam venire hominibus, quòd tantum facinus reperiri poſſit, præſertim cùm pro certo habendum ſit, ea ætate rem ita abominandam in vſu non fuiſſe. At hæc ætas quàm fœdis, quàm horrendis execrationibus Deum inceſſit, vt mirer, Solem ipſum, & cæleſtem illam choream non auertere curſum ſuum, & tam ingrato generi miniſterium ſuum negare. Et principes rem tam indignam diſſimulant, ingratiſſimi, & ipſi tanto benefactori, qui ſi non amore erga Deum vllo, certè illius inextincti ignis metu, qui eos manet proculdubio, dum tam ſcelerata fieri patiantur, debuerant excitari.*

Non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica.

T*Errena, animalis, diabolica.* Inſipiens ſapientia iſta eſt, & à vera ſcientiæ & ſapientiæ charactere aliena. *Dicit ſapientiam malorum magiſtrorum* (inquit hîc Eſtius) *eſſe terrenam; quia ſeruit auaritiæ, quæ circa res terrenas verſatur. Dicit eſſe animalem, quia ſeruit voluptatibus carnis. Dicit eſſe diabolicam; quia ſeruit ambitioni & ſuperbiæ, quod propriè diabolicum eſt vitium.*

Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica.

P*Rimùm quidem pudica eſt, deinde pacifica.* Vt 2057.
pudica, à carnis ſapientiâ differt, quæ ſordibus inquinata : vt pacifica, à mundanâ diſcriminatur, quæ inter tumultus fluctuat. Scitè S. Bernardus ſerm. 1. in Natali Dom. *Sola, quæ ex Deo eſt, ſapientia ſalutaris eſt, quæ ſecundùm B. Iacobi definitionem primùm pudica deinde pacifica eſt. Nam ſapientia carnis voluptuoſa eſt; non pudica. Sapientia Mundi, tumultuoſa eſt; non pacifica. Sapientia verò, quæ ex Deo eſt, primùm pudica eſt, non quærens quæ ſua ſunt; ſed quæ Ieſu Chriſti : vt non ſuam quiſque faciat voluntatem; ſed conſideret, quæ ſit voluntas Dei. Deinde pacifica, non abundãs in ſuo ſenſu; ſed alieno magis acquieſcẽs conſilio vel iudicio.*

Primùm quidem pudica eſt. A ſuâ pulchritudine abit, quia à veræ ſapientiæ notâ, ſi pudica ſapientia non ſit. *Hic eſt*, inquit ſanctus Thomas, *primus color in picturâ ſapientiæ, quâ reformat imaginem Dei in anima per peccatum deformatâ, ſcilicet candor pudicitiæ.*

Beatus Bernardus ſerm. 3. de Reſurrect. Dom. hunc locum ita explicat : *Sapientia, quæ deſurſum eſt, primùm quidem pudica eſt, contra propriæ voluntatis impuritatem : Deinde pacifica, contra conſilij proprij obſtinatam rebellionem.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. EPIST. B. IACOBI.

Verſ. 1.

VNDE bella & lites in vobis ? Nonne hinc ? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris.

Lites. *Eſt. Pugna.*
In vobis. *Syr. Exiſtunt inter vos. Oec. Inter vos.*
Nonne hinc. *Syr. Nonne.*
Ex concupiſcentiis veſtris. *Syr. Ex concupiſcentiis. Oec. Nimirum ex voluptatibus veſtris.*

Verſ. 2.

Concupiſcitis & non habetis : occiditis, & zelatis : & non poteſtis adipiſci : litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis.

Occiditis. *Syr. Et occiditis. Tigur. Inuidetis.*
Zelatis. *Tigur. Æmulamini.*
Et non poteſtis adipiſci. *Syr. Nec deuenit in manum veſtram.*
Litigatis. *Syr. Et litigatis. Tigur. Pugnatis.*
Et belligeratis. *Syr. Et Bella geritis. Tigur. Et bellatis.*
Et non habetis. *Tigur. Non habetis. Oec. Et non accipitis id. Quidd. Codd. Et non habebitis.*
Propter quod. *Tigur. Propterea quòd. Ar. M. Propter.*
Non poſtulatis. *Oec. Poſtulatis. Ar. M. Non petere vos.*

Verſ. 3.

Petitis, & non accipitis : eo quòd malè

Et quod. *Syr. Quippè qui.*
In concupiſcentiis veſtris. *Syr. Concupiſcentias veſtras.*

petatis

Vulgata Editio.

petatis vt in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

Verſ. 4.

Adulteri, neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicumque voluerit amicus eſſe huius ſæculi, inimicus Dei conſtituitur.

Verſ. 5.

An putatis quia inaniter Scriptura dicat: Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis?

Verſ. 6.

Maiorem autem dat gratiam: Propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Verſ. 7.

Subditi ergo eſtote Deo: reſiſtite autem diabolo & fugiet à vobis

Verſ. 8.

Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo.

Verſ. 9.

Miſeri eſtote, & lugete, & plorate, riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

Verſ. 10.

Humiliamini in conſpectu Domini & exaltabit vos.

Verſ. 11.

Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, ſed iudex.

Lectionum Varietas.

Inſumatis. *Syr. Alatis. Goth. Conſumamini. Quidd. Codd. Inſumamini. Pagn. Conſumatis.*

Adulteri. *Vat. Adulteri & adultera.*
Quia amicitia. *Syr. Amicitiam.*
Huius mundi. *Vat. Mundi.*
Inimica eſt Dei. *Syr. Inimicitiam eſſe apud Deum. Goth. Inimica eſt Deo. Oec. Inimicitia eſt erga Deum. Vat. Inimicitia eſt cum Deo. Quidd. ap. Iuſtin. Inimicitia eſt Dei.*
Huius ſeculi. *Syr. Mundi huius. Vat. Mundi.*
Dei conſtituitur. *Syr. Deo conſtituitur.*

An. *Syr. Vel nunquid. Goth. Aut.*
Inaniter. *Syr. Fruſtrà.*
Ad inuidiam. *Syr. In inuidiâ.*
Habitat. *Caiet. Habitauit. Eſt. Habitationem accepit.* vel, *Fixit.*
Vobis. *Syr. Nobis.*

Maiorem autem. *Syr. Præſtantiorem verò.*
Dat. *Syr. Dedit nobis Dominus noſter.*
Propter quod dicit. *Pagn. & Plur.* omittunt. *Ar. M. Ideo dicit.*
Deus. *S. Cypr. Dominus. Pagn. & Plur.* omittunt.
Superbis reſiſtit. *Syr. Deprimit elatos. Pagn. & Plur.* omittunt.
Humilibus autem dat gratiam. *Pagn. & Plur.* omittunt.

Reſiſtite autem. *Syr. Et inſurgite. Oec. Reſiſtite.*
Diabolo. *Syr. Aduersùs ſatanam.*

Appropinquate. *Syr. Et appropinquate.*
Emundate manus. *Syr. Purgate manus veſtras.*
Peccatores. *Syr. O peccatores.*
Et purificate. *Syr. Sanctificate.*
Corda. *Syr. Corda veſtra.*

Miſeri eſtote. *Syr. Humiles efficiamini. Pagn. Affligite vos. Iuſtin. Affligimini.*
Lugete & plorate. *Syr. Lugete.*
Riſus. *Syr. Riſuſque.*
Conuertatur. *Syr. Vertatur.*
Gaudium. *Syr. Gaudium veſtrum.*
Mœrorem. *Syr. Anguſtiam.*

Humiliamini in conſpectu Domini. *Syr. Humiles vos reddite coram Domino. Tigur. Humiliate vos in conſpectu Domini. Oec. Deiiciamini coram Domino. Al. Humiles vos reddite in conſpectu Domini.*
Exaltabit. *Syr. Eriget.*

Nolite detrahere. *Syr. Ne obloquamini. Oec. Ne detrahatis. Ar. M. Ne contra loquamini.*
Alterutrum. *Syr. Vnus de alio. Oec. Vobis inuicem. Ar. M. Alij aliis. Eſt. Alter alteri.*
Fratres. *Syr. Fratres mei.*
Qui detrahit. *Syr. Is enim, qui obloquitur. Ar. M. Contra loquentes.*
Aut qui iudicat. *Syr. Aut iudicat. Oec. quique iudicat. Ar. M. Et iudicans.*
Detrahit legi. *Syr. Obloquitur de lege. Ar. M. Contra loquitur legi.*
Si autem. *Syr. Quòd ſi.*
Factor. *Syr. Effector. Oec. Obſeruator.*
Iudex. *Syr. Iudex illius.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

Verſ. 12.

Vnus eſt legiſlator, & iudex, qui poteſt perdere & liberare.

Eſt legiſlator. *Syr. Eſt enim poſiter legis.*
Qui poteſt. *Syr. Qui quidem poteſt. Ar.M. Potens.*
Perdere & liberare. *Syr. Seruare & perdere. Vat. Et ſeruare & perdere.*

Verſ. 13.

Tu autem qui es qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum & mercabimur & lucrum faciemus.

Tu autem qui es. *Vat. Tu quis es. Caiet. Tu es.*
Proximum. *Syr. Proximum tuum. Vat. Alium. Ar.M. Alterum.*
Ecce nunc qui dicitis. *Syr. Quid porrò dicemus de iis, qui dicunt. Vat. Agè nunc, qui dicitis. Ar. M. Agè nunc dicentes.*
Aut craſtino. *Syr. Aut cras. Vat. Et cras.*
Ibimus. *Syr. Profecturi ſumus. Oec. Proficiſcamur. Vat. Eamus.*
Illam ciuitatem. *Syr. Vrbem illam quacunque ſit. Vat. Hanc ciuitatem.*
Faciemus ibi quidem. *Syr. Agemus illic. Oec. Agamus ibi. Vat. Transfigamus ibi. Al. Faciamus ibi.*
Annum. *Syr. Hunc annum. Oec. & Vat. Annum vnum.*
Mercabimur. *Oec. Negotiemur. Vat. Mercemur.*
Lucrum faciemus. *Syr. Quaſtum faciemus. Oec. & Vat. Lucrum faciamus. Ar.M. Lucrabimur.*

Verſ. 14.

Qui ignoratis quid erit in craſtino.

Qui ignoratis. *Syr. Neque norunt.*
Quid erit in craſtino. *Syr. Quid fiet cras. Pagn. Quid futurum ſit poſtero die. Caiet. Quid erit poſtero die. Ar.M. Illud cras. Eſt. Quid diei craſtina.*

Verſ. 15.

Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens & deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit: & ſi vixerimus faciemus hoc, aut illud

Quæ eſt. *Ar.M. Qua eſt. Qualis eſt.*
Veſtra. *Syr. Noſtra.*
Vapor eſt. *Syr. Niſi vapor. Tigur. Vapor enim eſt. Ar.M. Vapor enim erit.*
Modicum. *Syr. Modicum tempus. Tigur. Exiguum tempus.*
Parens. *Syr. Qui apparet. Ar.M. Apparens.*
Et deinceps. *Syr. & Tigur. Et deinde. Ar.M. Deinceps verò.*
Exterminabitur. *Syr. Deiicitur & euaneſcit. Tigur. Euaneſcit. Ar.M. Et euaneſcens. Marian. Euaneſcet.* vel, *diſparebit. Eſt. Euaneſcit.* vel, *diſparet.*
Pro eo vt. *Syr. Pro eo quòd. Ar.M. Pro.*
Dicatis. *Syr. Dicere debueritis. Ar.M. Dicere vos. Caiet. Dicere debuiſtis.*
Et ſi. *Syr. Et.*
Faciemus. *Syr. Facturi ſumus. Tigur. Faciamus. Ar.M. Et faciemus.*

Verſ. 16.

Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. Omnis exultatio talis, maligna eſt.

Nunc autem exultatis. *Syr. Seſe efferunt. Oec. Nunc autem gloriamini.*
Superbiis veſtris. *Syr. Superbiâ ſuâ. Oec. Arrogantiis veſtris.*
Exultatio. *Syr. Gloriatio.*
Maligna. *Syr. A malo. Oec. Mala.*

Verſ. 17.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti peccatum eſt illi.

Scienti igitur. *Syr. Et quiſquis nouit. Oec. Igitur, qui nouit. Vat. Igitur, qui nouerit.*
Bonum facere. *Syr. Bonum. Oec. & Vat. Rectè facere.*
Facienti. *Syr. Exequitur illud. Oec. & Vat. Facit.*
Peccatum eſt illi. *Syr. Peccatum habet. Oec. & Vat. Hic peccato tenetur.*

CAP. IV.

CAPVT IV.

EPIST. B. IACOBI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Amicus Dei, inimicus huius mundi ſit. 2058
Ex ſuperbia cætera vitia. 2058
Superbis Deus reſiſtit, tanquam hoſtis ſuperbia. 2058
Superbi inuaſores gloriæ diuinæ. 2059
Superbus ſemper ſe eleuat contra Deum. 2059
In humiles fontis gratiam Deus deriuat. 2059
Gratia Dei humiles facit. 2060
Vita emendatione diabolo reſiſtendum. 2060
Superbia iubet diabolum fugere. 2061
Conſentientes non reſiſtentes diabolus vincit. 2061
Nulla hîc ſecuritas. 2062
Lachrymarum & humilitatis nexus. 2062

Quicunque voluerit amicus eſſe huius ſæculi inimicus Dei conſtituitur.

2058. LOCVM iſtum ſic explicat S. Auguſtinus in Pſalm. 91. *Apertè dicit Iacobus in Epiſtola ſuâ: Neſcitis, quia amicus huius Mundi, inimicus Dei conſtituitur? Noli eſſe amicus huius Mundi: nam, ſi amicus fueris huius Mundi, inimicus eris Deo. Quomodo enim non poteſt fieri adultera coniunx, niſi inimica ſit viro ſuo: ſic anima, adultera amore rerum ſecularium, non poteſt niſi inimica eſſe Deo.*

Deus ſuperbis reſiſtit. Poſt cætera vitia ſuperiùs enumerata, contra ſuperbos agit; vt ſignificaret ex ſuperbiâ fuiſſe contentiones ſcilicet, æmulationes, cæteraque vitia: quod notauit etiam Eſtius hîc.

Superbis Deus reſiſtit, tanquam hoſtis ſuperbiæ ac ſuperborum. Aptè hæc verba expendebat S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 164. *Superbis Deus reſiſtit, quandoquidem etiam ipſorum principi ab initio ſeſe oppoſuit. Conſidera igitur, quantum eſt, & Deum hoſtem atque aduerſarium habere, & veterem hoſtem ſocium.*

2059. *Deus ſuperbis reſiſtit.* Sua reſiſtendi verbo vis ineſt. *Conuenit* (inquit hîc Eſtius) *reſiſtendi vocabulum; quia ſuperbi ſunt velut inuaſores gloriæ Diuinæ, dum ſibi rapiunt, quod Dei eſt. Inuaſoribus autem & raptoribus vis opponitur, quod eſt reſiſtere.*

Superbis reſiſtit: Cur de ſuperbis potiùs hoc dicitur, quàm de inuidis, de raptoribus, de libidinis mancipiis, cùm his omnibus Deus reſiſtat? *Hoc dicitur magis de ſuperbiâ* (inquit Vgo Carenſis) *quàm de aliis peccatis; quia ſuperbus ſemper ſeipſum eleuat contra Deum.*

Humilibus autem dat gratiam. Fontis metaphorâ hæc verba explicat B. Bernardus ſerm. 4. in Vigil. Natal. Dom. *Scimus, quia fontium natura eſt riuos ſectari conuallium, montium ardua declinare, ſicut ſcriptum eſt: Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertranſibunt aquæ. Hoc autem eſt, vnde admonere ſæpius ſtudeo veſtram charitatem; quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: fons enim ad altiora non aſcendit, quàm ſit locus eius, vnde procedit.*

2060. *Humilibus autem dat gratiam.* Non quòd verè humiles ante datam gratiam ſint; ſed, quia eos humiles exhibita gratia facit: vt notauit Sanctus Fulgentius, cuius hæc ſunt verba lib. 1. ad Monimum cap. 18. *Scriptum eſt: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Neque verò Deus humiles, quibus dat gratiam, ante datam humiles inuenit; ſed, dando gratiam, humiles facit: hoc ipſum enim, gratiam Deus per gratiam donat, vt quiſquis acceperit, humilis fiat. Propter quod ipſe Vnigenitus, ſanctæ humilitatis doctor atque largitor, dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde; & inuenietis requiem animabus veſtris. Hanc requiem perdiderunt, qui, humilitate reiectâ, aduerſus vitam ſuam tumuerant, & in mortem per ſuperbiam reciderunt.*

Reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis.

NOn dixit fugiendum nobis à ſatanico hoſte, quia nimirum nos facilè ſequitur quocunque imus, nec locorum mutatione arcetur, ſed vitæ; Pulchrè Fauſtus Rhegienſis ſerm. ad Monach. *Quid*, inquit, *prodeſt, quòd diſcedis, qui vndique adſtrictus es vinculis paſſionum? Quem hinc atque inde circumuallant vitia ſua? Dignè aliquis diſcederet, ſi eò ire poſſet, vbi eum diabolus inuenire non poſſet. Nemo ſe fallat, non fugies aduerſarium de loco ad locum, ſed de vitio ad virtutem, de paſſione ad emendationem. Si eum fugias ſequitur. Emenda te, & fugiet à te, ſicut ait Apoſtolus: Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis.*

Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Fugere eum iubet eius ſuperbia. *Quantò aliquis eſt ſuperbior,* 2061.
inquit hîc Lyranus, *tantò magis abhorret ſuperari: propter quod diabolus videns aliquem fortiter reſiſtentem, dimittit eum tentare, timens ne ab eo ſuperetur: propter quod recedit ab eo ante faciem belli.* Si ſpes omnino victoriæ abſit. Eſtius hîc: *Nec vlla aliâ re magis fugatur diabolus, quàm humilitate, quippe quam maximè oderit ipſe ſuperbiſſimus.*

Reſiſtite autem diabolo. Vinces, ſi reſiſtas: vix effugias, ſi fugias. Diabolo reſiſtentes nos vult Apoſtolus: labuntur, qui conſentiunt. Præclarè S. Bernardus ſerm. 85. in Cant. huc ſpectans: *Iſte eſt, qui ſtantes in paradiſo impulit inuidus & euertit; ſed conſentientes, non reſiſtentes.*

Miſeri eſtote & lugete & plorate.

MEmores nimirum ſcelerum, quæ feciſtis; & 2062.
periculorum, quibus ſubiacetis. Scilicet ſecurum ſe nullus hîc putet. Dum cuilibet hæc dicuntur, indicuntur omnibus. Præclarè huc ſpectans S. Auguſtinus in Pſalm. 85. *Miſeri eſtote, & lugete, riſus veſter in luctum conuertatur. Videtis quæ audiſtis, quando nobis hæc dicerentur in regione ſecuritatis. Vtique regio iſta ſcandalorum eſt, & tentationum, & omnium malorum, vt gemamus hîc & mereamur gaudere ibi: hîc tribulari, & conſolari ibi.*

Poſtquam ad fletum lachrymaſque vocauit, ſtatim ad humilitatem inhortatur; aut, ne ſe efferat, qui lachrymas effuderit, ſeſeque aliis ſanctiorem credat; aut, vt innuat probè cum humilitate lachrymas cohærere; quódque (vt ait ſanctus Ambroſius lib. 5. in Lucam) *non ſoleat ſuperbire, qui flet, debeat, qui luget humiliari.*

SECTIO II.

Detractio à ſuperbia eſt. 2063
Detractio contentionibus affinis. 2063
Multi detraherent ſi auderent. 2064
Dei ſolius eſt in æternum ſaluare, vel perdere. 2064

Mercatores Diuinæ prouidentiæ cogitationem facilè expunat. 2064
Mercatura nexus & lucri. 2065
Natura vita imbecillis. 2066
Ad ſuam quiſque mortalitatem cogitet. 2066
Diuitiæ ſuperbiam nutriunt. 2067
Scienti bonum, & non facienti quàm graue eſt peccatum. 2068

Nolite detrahere alterutrum, fratres.

2063. N*Olite detrahere alterutrum.* Cùm ad humilitatem eſſet nos inhortatus, ſtatim auocat à detractione, tanquam hoc eſſet maximè conſequens: *Quia*, inquit hìc Salmeron, *vbi eſt vera & Chriſtiana humilitas, nullum eſt vitium detractionis, propterea ſubiungit Apoſtolus: Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Superbia liuorem parit, liuor autem detractionem.*

Nolite detrahere alterutrum. Græcè ἀλλήλων. *Alter alteri.* Etſi non ſemper reciproca detractio ſit; eſt tamen frequenter, adeò vt facilè fratris famam lædat, à quo ſuam lædi cognouerit. Sed cur hoc loco à detractione nos Apoſtolus auocat? *Præceptum hoc* (inquit hìc Eſtius) *cauendæ detractionis ſuperioribus ſubiungit; quia detractio, linguæ vitium eſt, affine contentionibus; de quibus iam egit; & cum his ex eâdem radice ſurgens, nempè radice ſuperbiæ & ambitionis.*

2064. *Nolite detrahere.* A vitio nos auocat, ad quod facilè trahimur, aut etiam allicimur, à detractione. Quocirca verbum illud, *Nolite*, vt ait S. Thomas, magnum habet acumen. *Nota*, inquit, *quòd dicit, Nolite: vt ſic prohibeat voluntatem; multi enim non detrahunt, qui libenter detraherent, ſi auderent: ſed non audent propter bonos.*

Vnus eſt legiſlator & iudex, qui poteſt perdere & liberare.

ET nón etiam alij iudices legiſlatoreſque dantur, qui & perdere poſſunt & ſaluare? Poſſunt: ſed in æternum perdere, in æternum ſaluare, Dei ſolius eſt: vel etiam, quia nullo impediente id Deus poteſt; cæteri poſſunt impediri.

Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus.

E*T mercabimur.* Cur potiùs mercatorum exemplum adducit, quàm aliorum? *Quòd ij* (inquit hìc Eſtius) *non rarò cupiditate excæcati, & ſuo induſtria confiſi poſtponere ſoleant cogitationem prouidentiæ Diuinæ, vt & aliarum rerum honeſtarum,* lucro intenti.

2065. *Mercabimur, & lucrum faciemus.* Nec perpetuus nec neceſſarius eſt nexus lucri & mercaturæ. In hoc plerunque homines falluntur, qui lucra ſibi à mercimoniis promittunt, cùm debeant & iacturam timere. Demus, qui mercatur, opes lucrari, frequens iacturam ſui facit, perditque ſe, dùm auidus lucris inhiat, & extra recti terminos lucra cumulat.

Qui ignoratis, quid erit in craſtino.

Q*Vi ignoratis, quid erit in craſtino.* Adeò ignoramus, quid erit in craſtino, vt ignoremus, an in craſtino ſimus futuri; vnde & addidit: *Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, deinceps exterminabitur.* Græcè, *Exterminatur*, vel vt alij vertunt, *Euaneſcit*, aut *Diſparet.* Quî igitur ſcire, quid ætas futurum ſit, poterimus, cùm neſciamus, an nos ſimus futuri?

Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens.

V*Ita veſtra*; naturæ, non gratiæ: nam hæc à Deo eſt, & firmitatem habet. *Dicit, Veſtra*, inquit S. Thomas: *carnalis ſcilicet, non ſpiritualis: natura, non gratia; vita enim gratia à Deo eſt, & quid magnum eſt.* 2066.

Vapor eſt ad modicum parens. Pulchrè humanæ vitæ imbecillitatem deſcribit, *vaporem* eam vocans. Nec ait, *Ad modicum exiſtens*; ſed, *Ad modicum parens*; indicare volens, quicquid in hominum vitâ eſt, ſpeciem quandam, & inanem rerum imaginem præſeferre.

Si Dominus voluerit, &, ſi vixerimus.

S*I Dominus voluerit, & ſi vixerimus.* Cur hoc poſtremum adiecit, cùm primum illud ſatis eſſe videretur? Addidit, vt noſtræ mortalitatis moneremur. *Quùm dicimus*, inquit hìc Eſtius, *ſi vixerimus, noſipſos commonefacimus noſtræ mortalitatis, quæ tanta eſt, vt nihil prorſùs de futuro, quantuluncunque illud ſit, certum habeamus.*

Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. Omnis exultatio talis maligna eſt.

I*N ſuperbiis veſtris.* Diuitias ita circunſcribi aliqui putant, quòd ſuperbiam nutriant. *In ſuperbiis; id eſt*, inquit Vgo Catenſis, *in diuitiis, quæ faciunt nos ſuperbos.* Idem habet etiam Salmeron hìc, dum ait: *exultatis in ſuperbiis veſtris; id eſt in diuitiis, quæ ſuperbos vos reddunt, & inflatos ſuper alios.* 2067.

Omnis exultatio talis maligna eſt. Addit Liranus: *à dæmone procedens, & ignem Gehennæ diſponens,* atque etiam ad ipſum ducens; vt diuitem lachrymarum materiam talis exaltatio exhibeat, quæ riſui videtur innatare.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.

S*Cienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.* Et non peccatum eſt, etiamſi neſciat, quùm ſcire tenetur? Eſt, ſed minus. Hinc illud S. Auguſtini lib. 1. de Adulterin. coniug. cap. 9. *Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Nunquid ideo non peccatum eſt illi, qui neſcit bonum facere, & ideo non facit? Vtique peccatum eſt: ſed hoc grauius, ſi etiam ſciat, & non faciat; nec illud ideo nullum, quia minus.* 2068.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. Addit ad explicatum S. Bernardus ſerm. 34. in Cant. *Ac ſi per ſimilitudinem dicat: ſumenti cibum, & non digerenti, perniciosum eſt ei; cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit: ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ (quæ eſt memoria) ſi decocta igne charitatis non fuerit, & ſic per quoſdam artus animæ (mores ſcilicet atque actus) transfuſa atque digeſta, quatenus ipſa de bonis, quæ nouerit (vitâ atteſtante & moribus)*

& moribus) bona efficiatur; nonne illa ſcientia reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuerſus in prauos noxioſque humores? An non malus humor, peccatum? An non mali humores, praui mores? An non inflationes & torſiones in conſcientiâ ſuſtinebit, qui huiuſmodi eſt ſciens (videlicet bonum) & non faciens?

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT V. EPIST. B. IACOBI.

Verſ. 1.

AGITE nunc diuites plorate vlolantes in miſeriis veſtris, qoæ aduenient vobis.

Agite nunc diuites. *Syr. O diuites. Ar. M. Age nunc diuites.*
Plorate vlulantes. *Syr. Vlulate & plorate. Oec. Plorate eiulantes.*
In miſeriis veſtris. *Syr. Ob dolores. Oec. Super miſeriis veſtris.*
Quæ aduenient vobis. *Syr. Qui obuenturi ſunt vobis. Oec. Quæ superuenient. Ar. Mont. Superuenturis.*

Verſ. 2.

Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.

Diuitiæ veſtræ. *Syr. Opulentia enim veſtra.*
Putrefactæ ſunt. *Syr. Corrupta eſt & fœtet.*
Et veſtimenta. *Pagn. Veſtimenta.*
A tineis comeſta ſunt. *Syr. Conſumpta ſunt à tineâ. Pagn. Tinearum cibi facta ſunt. Ar. M. A tineis comeſta facta ſunt. Al. Obnoxia facta ſunt. Eſt. A tineis exſa,* ſeu, *Corroſa ſunt.* vel, *Tinearum eſca facta ſunt.*

Verſ. 3.

Aurum & argentum veſtrum æruginauit: & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus,

Aurum. *Syr. Item aurum.*
Æruginauit. *Syr. Corruptum eſt. Pagn. Ærugine vitiatum eſt. Clar. Æruginem traxit.*
Ærugo. *Syr. Corruptio.*
In teſtimonium vobis. *Syr. Teſtimonio contra vos.*
Manducabit. *Syr. Ipſa exedet. Pagn. Comedit. Vat. Exedet.*
Carnes veſtras ſicut ignis. *Syr. Carnem veſtram.*
Theſaurizaſtis vobis iram. *Syr. Ignem coaceruauiſtis vobis. Oec. Pro theſauro recondiſtis vobis iram. Pagn. Theſaurum recondidiſtis. Vat. Theſaurum congeſſiſtis. Caiet. Theſaurizaſtis vobis. Ar. M. Theſaurizaſtis.*
Nouiſſimis diebus. *Syr. Dies extremos. Oecum. & Pagn. Extremis diebus.*

Verſ. 4.

Ecce merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini ſabaoth introiuit.

Qui meſſuerunt. *Ar. M. Metentium.*
Regiones. *Syr. Terras.*
Quæ fraudata eſt à vobis. *Syr. Quam peruersè denegauiſtis. Tigur. Quæ fraude non reddita eſt eſt à vobis. Ar. M. Intercepta à vobis. Caiet. Quæ ablata eſt à vobis.*
Clamor eorum. *Syr. Clamor meſſorum. Tigur. Clamores eorum, qui meſſuerunt. Clar. Clamores eorum. Ar. M. Clamores metentium.*
Introiuit. *Tigur. Introierunt.*

Verſ. 5.

Epulati eſtis ſuper terram & in luxuriis enutriſtis corda veſtra, in die occiſionis.

Epulati eſtis. *Syr. In deliciis enim vixiſtis. Vat. In deliciis vixiſtis. Caiet. Deliciati eſtis. Marian. Genio indulſiſtis.*
In luxuriis enutriſtis. *Syr. Sannas egiſtis, ac enutriuiſtis. Tigur. Laſciuiſtis: enutriſtis. Caiet. Laſciuiſtis & enutriſtis.*
Corda. *Syr. Corpora.*
In die occiſionis. *Syr. Tanquam ad diem mactationis. Tigur. Vt in die mactationis. Oec. Tanquam in die mactationis:*

Verſ. 6.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

Addixiſtis & occidiſtis iuſtum & non reſtitit vobis,

Addixiſtis. *Syr. Condemnatis.*
Occidiſtis. *Syr. Interemiſtis.*
Et non. *Ar. M. Non.*
Reſtitit. *Pagn. Reſiſtit. Al. Opponitur.*

Verſ. 7.

Patientes igitur eſtote fratres vſque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum.

Patientes igitur. *Syr. Vos autem longanimes. Caiet. Longanimes igitur.*
Fratres. *Syr. Fratres mei.*
Ecce. *Syr. Sicut.*
Expectat. *Syr. Qui expectat.*
Pretioſum fructum terræ. *Syr. Fructus pretioſos fundi ſui.*
Patienter ferens. *Syr. Et longanimis eſt in eis. Oec. Longanimiter expectans illum. Vat. Patienter expectans illum. Caiet. Longanimis in illum. Ar. M. Patienter ferens in eum.*
Temporaneum & ſerotinum. *Syr. Pluuiam tempeſtiuam & ſerotinam. Vat. Pluuiam matutinam & ſerotinam.*

Verſ. 8.

Patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra: quoniam aduentus Domini appropinquauit.

Patientes igitur. *Syr. Ita longanimes. Caiet. Longanimes igitur. Ar. M. Patientes.*
Domini. *Syr. Domini noſtri.*
Appropinquauit. *Syr. Appropinquat.*

Verſ. 9.

Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit.

Nolite ingemiſcere. *Syr. Ne ingemiſcatis. Ar. M. Ne ingemiſcite.*
Fratres. *Syr. Fratres mei.*
In alterutrum. *Syr. Vnus aduersùs alium. Tigur. Alius aduersùs alium. Caiet. Iuxta inuicem. Ar. M. Aduersùs alij alios.*
Iudic. *Tigur. Condemnemini.*
Ante ianuam aſſiſtit. *Syr. Pro foribus ſtat. Ar. M. Ante fores ſtetit.*

Verſ. 10.

Exemplum accipite fratres, exitus mali, laboris & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini.

Accipite. *Syr. Accipite vobis.*
Fratres. *Syr. Fratres mei.*
Exitus mali laboris & patientiæ. *Syr. Ad longanimitatem in afflictionibus veſtris. Pagn. Afflictionis & longanimitatis. Ar. M. Malorum perpeſſionis & patientiæ. Al. Afflictionis & patientia.*
Qui. *Syr. Qui quidem.*
In nomine. *Ar. M. Nomine.*

Verſ. 11.

Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis. Quoniam miſericors Dominus eſt & miſerator.

Ecce. *Syr. Ecce enim.*
Beatificamus eos. *Syr. Beatitatem tribuimus iis. Pagn. Beatos iudicamus eos. Vat. Beatos ducimus eos. Ar. M. Beatificamus.*
Qui ſuſtinuerunt. *Pagn. Qui ſuſtinent. Ar. M. Tolerantes.*
Sufferentiam. *Syr. Tolerantiam. Pagn. Patientiam.*
Domini. *Syr. Quam præſtitit Dominus.*
Quoniam miſericors Dominus eſt. *Pagn. Quòd valdè miſericors ſit Dominus Ar. M. Quoniam valdè miſericors eſt.*
Miſerator. *Syr. Commiſerans.*

Verſ. 12.

Ante omnia autem, fratres mei, nolite iurare, neque per Cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramen-

Ante omnia autem. *Syr. Cæterum ante omnia.*
Nolite iurare. *Syr. Ne iuraueritis. Oecum. Ne iuretis.*
Neque per Cælum. *Syr. Per Cælum.*
Aliud quocunque. *Syr. Per aliud.*
Iuramentum. *Syr. Iuſiurandum.*
Sit autem. *Syr. Sed ſit.*
Sermo veſter. *Caiet. Veſtrum. Ar. M. Veſtrum illud.*
Eſt, eſt. *Oec. Certè, certè. Caiet. & Ar. M. Etiam, etiam.*

tum,

Vulgata Editio.

tum. Sit autem ſermo veſter eſt,eſt:Nnn, non:vt nnn ſub iudicio decidatis.

Verſ. 13.

Triſtatur aliquis veſtrûm ? nret : æqun animo eſt ? pſallat.

Verſ. 14.

Iofirmatur quis in vobis ? inducat preſbyteros Eccleſiæ,& oreot ſuper eum,vngeotes eum oleo in nnmine Dnmini.

Verſ. 15.

Et oratio fidei ſaluabit infirmum ,& alleuiabit eum Dnminus & ſi in peccatis ſit,remittentur ei.

Verſ. 16.

Confitemioi ergo alterntrum peccata veſtra, & nrate pro inuicem & ſaluemini, multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua.

Verſ. 17.

Elias hnmn erat ſimilis nobis paſſibilis: & nratinne orauit vt non plueret ſuper terram, & non pluit annns tres & menſes ſex,

Verſ. 18.

Et rurſum orauit, & cælum dedit plu-

Lectionum varietas.

Non. *Caiet. Et non. Ar.M. Et illud non.*

Vt non ſub iudicio decidatis. *Syr. Ne ſitis obnoxij iudicio. Oec. Vt non in condemnationem cadatis. Caiet. Vt ne in ſimulationem incidatis. Ar. M. Vt non in hypocriſim decidatis.*

Triſtatur aliquis veſtrnm. *Syr. Quòd ſi quis ex vobis fuerit in oppreſſione. Goth. Affligitur aliquis in vobis. Tigur. Affligitur aliquis inter vos. Ar.M. Triſtatur aliquis in vobis.*

Æquo animo eſt. *Syr. Quòd ſi laetetur. Tigur. Æquo animo eſt aliquis ? Ar.M. Æquo animo eſt quis?*

Infirmatur quis in vobis. *Syr. Quòd ſi egrotet. Tigur. Infirmatur quis inter vos.*

Inducat. *Syr. Vocet. Tigur. Accerſat. Ar.M. Aduocet.*

Snper eum. *Syr. Pro eo.*

Vngentes. *Syr. Et vngant.*

Domini. *Syr. Domini noſtri.*

Oratio. *Oec. Obſecratio.*

Saluabit infirmum. *Syr. Sanitati reſtituet ipſum ægrotum. Oec. Saluum reddet laborantem. Innocent. Saluabit laborantem. Ar.M. Seruabit laborantem.*

Alleuiabit. *Syr. Eriget. Innocent. Suſcitabit. Quidd. Codd. Alleuabit.*

Dominns. *Syr. Dominus noſter.*

In peccatis ſit. *Syr. Peccata ſint ab eo commiſſa. Oec. In peccatis fuerit. Eſt. Peccata fuerit operatus. Vat. Peccata commiſerit. Ar. Peccata fuerit perpetratus.*

Remittentut. *Eſt. Remittentur.*

Confitemini ergo. *Pagn. Confitemini.*

Alterutrum. *Syr. Alius alij. Oec. Inuicem. Pagn. Inuicem alius alij. Ar.M. Alij aliis.*

Peccata veſtra. *Syr. Delicta veſtra. Pagn. Delicta. Caiet. Peccata. Ar.M. Offenſiones. Eſt. Errata,* vel, *Lapſus.*

Pro inuicem. *Syr. Alius pro alio. Pagn. Pro vobis inuicem. Ar.M. Alij aliis. Al. Inuicem alius alij.*

Saluemini. *Syr. Sani efficiamini. S. Ephr. & Pagn. Sanemini. Al. Sani ſitis.*

Multnm enim valet. *Syr. Magna ſiquidem eſt virtus. Oec. Multum valet.*

Deprecatio. *Syr. Orationis.*

Iuſti aſſidua. *Syr. Quam iuſtus orat. Pagn. Iuſti intenta. Caiet. Iuſti agens. Eſt. Iuſti efficax.*

Elias. *Syr. Et Elias.*

Erat. *Syr. Fuit.*

Similis nobis paſſibilis. *Syr. Paſſionibus obnoxius fuit & nos. Tigur. Similiter obnoxius affectionibus vt nos. Ar.M. Similiter paſſibilis nobis.*

Oratione orauit. *Syr. Orauit. Tigur. Precatione precatus eſt.*

Vt non plueret ſuper terram. *Syr. Ne deſcenderet pluuia ſuper terram. Tigur. Ne plueret. Ar. M. Ad non pluendum.*

Et non pluit. *Syr. Neque deſcendit. Tigur. Et nō pluit ſuper terram.*

Annos. *Syr. Per annos.*

Oranit. *Syr. Preces fudit.*

Cælum dedit. *Syr. Cæli dederunt:*

uiam

Vulgata Editio.

uiam, & terra dedit fructum ſuum.

Verſ. 19.

Fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum:

Verſ. 20.

Scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Lectionum Varietas.

Et terra dedit. *Syr. Terraque edidit. Vat. Et terra produxit. Ar. M. Et terra germinauit. Al. Et de terrâ produxit.*
Fructum ſuum. *Syr. Fructus ſuos.*

Fratres mei. *Pagn. Fratres.*
Ex vobis. *Pagn. Inter vos. Ar. M. In vobis.*
Quis eum. *Syr. Eum aliquis ab errore ipſius.*

Scite debet quoniam. *Syr. & Ar. M. Sciat quòd.*
Qui conuerti fecerit. *Syr. Qui reducit. Ar. M. Ille conuertens. Eſt. Qui conuerterit.*
Saluabit. *Syr. Seruaturus ſit. Oec. Saluam faciet.*
Animam eius. *Oec. Animam.*
Operiet. *Eſt. Operit.*
Peccatorum. *Syr. & Oec. Peccatorum ſuorum.*

CAPVT V.

EPIST. B. IACOBI

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Diuites indigent excitari. 2069
Brutales mores in diuitibus auaris. 2069
Diuitum opes alienæ ſunt, miſeriæ propriæ diuitum. 2069
Diuitiarum cupiditas damnata. 2070
Vitæ præſentis breuitas. 2071
Ob æterna, non ob temporalia pati debemus. 2071
Iuramentum vt vitandum. 2072
Infirmis vt compati debeamus. 2072
Epiſcopi occupationes. 2073
Oratione infirmus adiuuandus. 2073
Sæpe ob peccata, corporis infirmitate homines corripiuntur. 2073
Peccatorum confeſſio, munimen contra accuſantem dæmonem. 2074
Saluandi animas titulus quàm eximius. 2075
A morte animam liberare quàm inſigne opus. 2075
Peccata operire quis dicatur. 2075

Agite nunc diuites: plorate vlulantes in miſeriis veſtris.

2069. AGITE *nunc diuites.* Græcè, ἄγε νῦν: quæ excitantis particula eſt. Ferè diuites diuitiis augendis dum inuigilant, ſaluti indormiunt ſuæ vt indigeant excitari.

Vlulantes. Brutorum verbum, brutales mores indicat referre diuites. *Vlulantes*, inquit Vgo, *more luporum eſurientium.*

In miſeriis veſtris. Non contentus dicere, *In miſeriis*, addit *veſtris.* Diuitum opes, alienæ ſunt, ad alios ibunt; miſeriæ verò, calamitates, propriæ diuitum erunt, & vera illorum poſſeſſio.

Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt.

2070. D*iuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt.* Diuitibus diuitias obiicit nimis cupidè conſeruatas. Non homicidium obiectum legis, non adulterium, non rapinam, nec aliud ſimile; ſed ſolam opum cupiditatem. Audiendus hic Saluianus, qui lib. 1. ad Eccl. Cathol. ait: *Oſtendente idipſum etiam per Apoſtolum ſuum Domino noſtro atque dicente: Agite nunc diuites: plorate in miſeriis, quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt: aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis in nouiſſimis diebus. Præter illam, quæ in myſterio latet, maior eſt multò ac terribilior Diuinorum verborum ſeueritas. Sufficere ad metum ac tremorem omnibus puto illa, quæ prompta ſunt: ad diuites enim peculiariter loquitur, plangere eos præcipit, mala futura nunciat, ignem perpetuum comminatur: & hoc (quò mina ipſa magis timenda ſint) non propter homicidia, non propter fornicationes, non ob ſacrilegas impietates, aut alia poſtremò vitia lethali gladio animas & perenni occiſione iugulantia; ſed propter ſolas tantummodo opes, propter inſanam cupiditatem, propter auri & argenti famem: vt oſtenderet ſcilicet, ſufficere hæc homini ad æternam damnationem, etiamſi reatus alij non fuiſſent. Quid dici ſimplicius, quid euidentius poteſt? Non dicit diuiti: Torquendus es, quia homicida es: torquendus es, quia fornicator: ſed torquendus tantummodo, quia diues; hoc eſt, quia diuitiis malè vteris, quia datas tibi ad opus ſanctum diuitias non intelligis: non enim ipſa diuitiæ per ſe noxia, ſed mentes malè vtentium criminoſæ: nec ipſa opes homini pœna cauſa ſunt, ſed de opibus ſibi pœnas diuites faciunt; quia, dum vti diuitiis bene nolunt, ipſas ſibi diuitias in tormenta conuertunt.*

Epulati eſtis ſuper terram & in luxuriis enutriſtis corda in die occiſionis.

ET *in luxuriis.* Ab epulis ad luxuriam ad Venerem itur. *Bene*, inquit Lyranus, *de luxuriâ loquitur poſt gulam, quia miniſtrat ſibi materiam.* 2071.

Quoniam aduentus Domini appropinquauit.

LIcèt aliqui legant, *Appropinquabit*: cùm tamen Græcè ſit ἤγγικε præteriti temporis, quod eſt *Appropinquauit.* Nimirum adeò breue hoc ſpatiom temporis apparet, quod intercurrit, vt aduenisse dicatur, quod eſt venturum.

Sufferentiam

Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini audiſtis.

CVr ſufferentiam potiùs Iob in exemplum adducit, quàm Iobi finem? An ne ob temporalia bona mala patiamur, ſed ob æterna? Pulchrè S. Thomas hîc: *Nota, quòd dicit ſufferentiam Iob, non finem: è contrario, finem Domini, non ſufferentiam, ad ſignificandum, quòd exemplo Iob pati debemus non propter temporalia, ſed æterna: finis enim Iob fuerunt temporalia multiplicata, ſed finis Domini æterna.* Luculentiùs hoc idem verſat S. Auguſtinus epiſt. 120. cap. 10. dum ait: *Suſtinentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis. Ne ideo patienter ſuſtinerent* (fideles) *temporalia mala, vt ſibi hoc reſtitueretur, quod recepiſſe legimus Iob: nam & ab illo vulnere atque putredine ſaluus factus eſt; & ei cuncta, quæ amiſerat duplicata ſunt reſtituta (vbi etiam commendata eſt reſurrectionis fides; nam filij non dupli, ſed totidem redditi, etiam illos, quos amiſerat, reſurrecturos ſignificauerunt: ſic ipſi quoque illis prioribus iuncti à reſtitutione dupli non inuenientur alieni) vt ergo non talem remunerationem ſperaremus, quando mala temporalia pateremur, non ait: ſuſtinentiam & finem Iob audiſtis. Sed ait: ſuſtinentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis: tanquam diceret: Mala temporalia ſicut Iob ſuſtinete: ſed pro hac ſuſtinentiâ non temporalia bona ſperate, quæ illi aucta redierunt; ſed æterna potiùs, quæ in Domino præceſſerunt.*

Nolite iurare.

2072. NOlite iurare. Non eſt malum iurare, ſi ritè cõcipiatur iuramentum. Cur igitur prohibet? An, quia de tribulatis egerat, qui ad iuramentum emittendum ſunt proni; & quia ex impatientiâ ſolent iurare? quod cauendum eſt, vt notabat etiam Vgo Catenſis, qui addit: *Secundò exponitur hoc de iuramento, quod ſolet eſſe ex malo vſu mercatorum: ſolent enim mercatores frequenter & pro modico iurare. Et hoc patet per hoc, quòd in fine capitis præcedentis egit de mercimoniis & mercatoribus; & in principio huius loquitur huiuſmodi diuitibus, & his Iacobus prohibet iurare: vel monet, ne iurent, quia per hoc frequenter cadunt in periurio.*

Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine Domini.

2073. INfirmatur quis in vobis. Cur *In vobis* addidit, cùm non addiderit, quùm dixit: *Triſtatur aliquis veſtrûm?* Nodum ita ſoluit Vgo Catenſis: *Suprà loquendo de triſtitiâ dixit: Triſtatur aliquis veſtrûm? & non dixit, In vobis. Quare facit hîc è conuerſo? Quia, cùm infirmitas non ſit peccatum, ſed pœna; non ſolùm debemus compati infirmo fratri, ſed ſuam infirmitatem noſtram reputare. Vnde Paulus 2. Cor. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Sed, quia triſtitia, vt frequentiùs, peccatum eſt; non debemus eam noſtram reputare, ſed de eâ dolere.*

Inducat preſbyteros. Cur non epiſcopos? Nodum ſoluit Innocentius I. in quâdam epiſt. *Cæterùm illud ſuperfluum videmus adiectu, vt de epiſcopo ambigatur, quod presbytero licere non dubium eſt. Nam idcirco de presbyteris dictum eſt; quia epiſcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non poſſint. Cæterùm ſi epiſcopus aut poteſt, aut dignum ducit aliquem à ſe viſitandum, & benedicere & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt. Effectum verò oſtendit addendo: Et, ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.*

Inducat presbyteros. Cur dixit in plurali *presbyteros*, cùm vnus vnctioni ſufficiat? *Reſpondemus* (inquit hîc Salmeron) *vnum ſatis eſſe ad vngendum; reliquos adeſſe ad precandum, & orationis ſtudio infirmum adiuuandum.*

Et ſi in peccatis ſit remittentur ei.

ET *ſi in peccatis ſit.* Poſt infirmitatis mentionem de peccatis loquitur, vt nexu indicet plerumque propter peccata infirmitatibus nos affligi. Gloſſa hîc: *Multi propter peccata etiam corporis plectuntur morte.*

Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini.

COnfitemini ergo alterutrum. Non quia omni homini fatenda peccata ſint, ſed ad id muneris deſtinatis: vt verba hæc ad eos coarctentur, qui abſoluendi poteſtatem habent. Sacerdotibus aperienda peccata ſunt; non quia ea Deus ignoret, ſed, vt nos contra accuſantem dæmonem munimen ipſam noſtram confeſſionem habeamus. 2074.
Pulchrè S. Auguſtinus hom. 12. lib. 50. hom. *In omnibus Scripturis Diuinis, fratres dilectiſſimi, vtiliter ac ſalubriter admonemur, vt peccata noſtra debeamus iugiter & humiliter non ſolùm Deo, ſed etiam ſanctis & Deum timentibus confiteri: ſic enim per Iacobum Apoſtolum nos admonet Spiritus ſanctus: Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem, vt ſaluemini. Et Pſalmiſta: Confitemini Domino, quoniam bonus. Et iterum: Dixi pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas Domino, & remiſiſti impietatem cordis mei. Quomodo enim nobis peccatorum vulnera nunquam deeſſe poſſunt, ſic & confeſſionis medicamenta deeſſe non debent. Non enim ideo vult Deus, vt confiteamur peccata noſtra, quòd ea ipſe ſcire non poſſit; ſed quia diabolus hoc deſiderat, vt teneat, quod nobis ante tribunal iudicis æterni obiiciat: ideo vult, vt magis defendere, quàm accuſare peccata noſtra velimus. E contrario autem Deus noſter, quia pius eſt & miſericors, vult, vt ea confiteamur in hoc ſeculo, ne pro illis confundamur poſtmodum in futuro: ſi enim confitemur, ille parcit: ſi nos agnoſcimus, ille ignoſcit.*

Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte & operiet multitudinem peccatorum.

SAluabit animam eius à morte. Mirum, quantum honorem illi tribuat, qui proximi ſui ſalutem curat: ſcilicet, *Saluatorem*, eum vocat, qui Chriſti titulus eſt. *Apte*, inquit hîc Salmeron, *& pulchre ſaluandi verbo vſus eſt, vt intelligamus eos, qui operam dant conuertendis hæreticis, miniſtros eſſe Ieſu Chriſti, qui non inuidet nec dedignatur, alios vocari ſaluatores; atque ita Apoſtolus ad Rom. 11. ait: ſi quomodo prouocem carnem meam (Iudæos ſcilicet) & ſaluos faciam aliquos ex illis. Quâ in re Dominus oſtendit miſericordiam ſuam,* 2075.

qui, quod ſuum eſt, nobis quoque communicat, officium ſcilicet ſaluandi.

Animam alterius à morte ſaluabit.

PОrro quanti ſit meriti, ſic expendebat S. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 12. *Scriptum eſt: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Si enim magnæ mercedis eſt à morte eripere carnem quandoque morituram, quanti eſt meriti à morte animam liberare in Cœleſti patriâ ſine fine victuram?*

Et operiet multitudinem peccatorum. Operit, ne in futurum videantur *vel ab ipſo, qui peccauit* (inquit hîc Salmeron) *ne de ſuâ ſalute deſperet; vel à dæmone, vt illa coram Deo accuſet; vel denique à Deo ipſo, ne ad pœnam æternam imputet.*

Tuum quoque, Lector, eſt, ſi quid hîc aut alibi peccaui operire, aut certè lapſo auxiliarem manum porrigere.

Finis Iacobi expenſi.

PETRVS
EXPENSVS,

NOTIS,

MONITISQVE SACRIS
AD MORES INFORMANDOS
ILLVSTRATVS

A R. P.
ALOYSIO NOVARINO VERONENSI
CLERICO REGVLARI.

Digitized by Google

PETRO IESV CHRISTI APOSTOLO.

CVR te, Magne, obſequio ab aliis abiungam, quem ſuper alios dignitas, & auctoritas euexit! Non abiungo; Tua verba Tibi offero, offero & mea tuis, vt ita loquar inoculata; hac mente vt ſingulis apicibus, qui ſiue tuis, ſiue meis inſunt, ſignificem, me illam fidem amplecti, illi fidei adhærere, quam Tu in orbem ſparſiſti. Quot litteras hîc, aut alibi exaraui, tot eſſe voces volo, quibus tacitus inclamo, me pro illius fidei veritate paratum ſanguinem effundere, & vitam dare, pro qua Tu effudiſti tuum, tuam dediſti. O poſſem calamo euertere quicquid euertere conatur, quod Tu verbis, ac ſcriptis docuiſti! Poſſem meis voluminibus ad veræ, veréque Catholicæ Eccleſiæ ſinum illos ducere, quos hoſtes habes, habet Eccleſia, cui Tu Paſtor præfuiſti, & in ſucceſſoribus tuis nunc quoque præes. Interim in hac fide, ad quam alios prouoco me profiteor victurum, dum victurus. Tantùm tuis precibus confirmetur fides, &, quod caput eſt, ſanctis moribus informetur. Siſto in hoc voto

Dicatiſſimus Tibi Seruus

ALOYSIVS NOVARINVS
CLERICVS REGVLARIS.

EPISTOLÆ

EPISTOLÆ BEATI PETRI PRIMÆ

CAPVT PRIMVM.

Vulgata Editio.

Verſ. 1.

PETRVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, electis aduenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ.

Lectionum Varietas.

Aduenis. *Syr. Et aduenis.*
Diſperſionis. *Syr. Qui diſperſi ſunt. Tigur. Sparſim incolentibus.*
Ponti. *Syr. In Ponto Tigur. Pontum.*
Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ. *Syr. In Galatiâ, Cappadociâ & Aſiâ & Bithyniâ. Tigur. Galatiam, Cappadociam, Aſiam & Bithyniam.*

Verſ. 2.

Secundùm præſcientiam Dei Patris, in ſanctificationem Spiritus in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: Gratia vobis & pax multiplicetur.

Secundùm præſcientiam. *Syr. Qui electi ſunt per præſcientiam. Oec. Iuxta præſcientiam. Vat. Electis iuxta præſcientiam. Ar. M. Secundùm prænotionem. Al. Delectis iuxta præfinitionem. Eſt. Secundùm præfinitionem.* vel, *Præcognitionem.*
In ſanctificationem. *Syr. Per ſanctificationem. Ar. M. In ſanctificatione.*
In obedientiam. *Syr. Vt ſint in obedientiam.*
Vobis. *Syr. Apud vos.*

Verſ. 3.

Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis.

Benedictus. *Tigur. Laudandus eſt. Oec. Benedictus ſit.*
Et Pater. *Syr. Pater.*
Secundùm miſericordiam ſuam magnam. *Syr. Multa miſericordia ſua. Tigur. Iuxta copioſam ſuam miſericordiam. S. Aug. Secundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ. Caiet. Secundùm multam ſuam miſericordiam.*
Regenerauit. *Syr. Genuit denuò. Tigur. Regenuit. Ar. M. Regenerans.*
Viuam. *Syr. & S. Hier. Vitæ. Goth. & S. Aug. Vitæ æternæ.*
Reſurrectionem. *Tigur. Hoc, quòd reſurrexit.*
Ieſu Chriſti. *Syr. Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tigur. Jeſus Chriſtus.*
Ex mortuis. *Syr.* omittit.

Verſ. 4.

In hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſeruatam in cælis in vobis.

In hæreditatem. *Syr. Et in hæreditatem.*
Incorruptibilem. *S. Hier. Incorruptam. S. Aug. Immortalem.*
Incontaminatam. *S. Hier. Immaculatam. Pagn. Incontaminabilem.*
Immarceſſibilem. *S. Aug. Florentem.*
Conſeruatam. *Syr. Quæ parata eſt. S. Hier. Quæ ſeruatur.*
In vobis. *S. Hier. In vos. Oec. Ad vos. Pagn. Erga vos.*

Verſ. 5.

Qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo.

Qui cuſtodimini. *Ar. M. Cuſtoditos.*
In virtute. *Syr. Virtute. Oec. Potentia.*
Per fidem. *Syr. Ex fide.*
In ſalutem. *Pagn. Ad ſalutem.*
Paratam reuelari. *Syr. Quæ parata eſt, vt reueletur. Oec. Quæ parata eſt, vt manifeſtetur. Pagn. Quæ in hoc parata eſt, vt reueletur. Vatab. Quæ in hoc parata eſt, vt pateſiat.*
Tempore nouiſſimo. *Syr. Temporibus nouiſſimis. Oec. Tempore extremo. Al. Tempore ſupremo.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 6.

In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus.

Quo. *Syr. Quibus.*
Exultabitis. *Syr. Lætabimini in æternum. Tigur. Exultatis.*
Modicum nunc. *Syr. Hoc tempore paululum. Tig. Nunc ad breue tempus. Oec. Paululum nunc.*
Si oportet. *Syr. Etſi. Tigur. & Oec. Si opus ſit. Ar. M. & Caiet. Si opus eſt.*
Contriſtari. *Syr. In anguſtiam redacti ſitis. Tigur. Afflicti. Oec. Mœrore affecti. Ar. M. Triſtari. Caiet. Affligi.*
In variis tentationibus. *Syr. Per varias tentationes quæ tranſeunt ſuper vos. Tigur. In variis experimentis. S. Ambr. & Caiet. Variis tentationibus. Oec. Per varias afflictiones. Quidd. Codd. In variis tribulationibus.*

Verſ. 7.

Vt probatio veſtræ fidei multò pretioſior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti.

Vt probatio. *Oec. Quo comprobatio. Vat. Quo exploratio.*
Multò pretioſior auro. *Syr. Excellentior auro purgato. Vatab. Multò pretioſior auro, quòd perit. Caiet. Multò pretioſior auro, quod perditur. Ar. M. Multò pretioſior auro illo perdito.*
Quod probatur. *Syr. Quod probatum eſt. Oecum. Probatur. Vat. & Caiet. Et tamen probatur. Ar. M. Explorato verò.*
Inueniatur. *Syr. Appareat. Oecum. & Vat. Reperiatur.*
Gloriam & honorem. *Syr. Honorem & gloriam.*
In reuelatione Ieſu Chriſti. *Oecum. & Vat. Tum, quum reuelabitur Ieſus Chriſtus.*

Verſ. 8.

Quem cùm non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata.

Cùm non videritis. *Pagn. Cùm non videatis. Ar. M. Non videntes. Eſt. Cum non noueritis.*
In quem nunc quoque non videntes creditis. *Syr.* omittit. *Oecum. In quem modo cùm non videatis. Pagn. In quem nunc cùm non videritis. Vat. In quem in præſentiâ cùm non videatis. Caiet. In quem nunc non videntes. Ar. M. In quem non videntes. Al. In quem in præſentiâ cùm non videritis.*
Credentes autem. *Syr. Ac per fidem. Oec. & Alij. Credentes tamen.*
Exultabitis. *Syr. In eum exultatis. Oec. & Alij. Exultatis.*
Lætitia inenarrabili & glorificata. *Syr. Cum gaudio glorificato ineffabili. S. Aug. Gaudio inenarrabili & glorificato. Oec. & Pagn. Gaudio ineffabili & glorificato. Lorin. Gaudio indicibili & glorificato.*

Verſ. 9.

Reportantes finem fidei veſtræ, ſalutem animarum.

Reportantes. *Syr. Vt recipiatis. S. Athanaſ. Referentes.*
Finem. *Syr. Retributionem. S. Athanaſius. Stipendium.*
Animarum. *Syr. & S. Aug. Animarum veſtrarum.*

Verſ. 10.

De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.

Exquiſierunt atque ſcrutati ſunt. *Syr. Exquiſierant. S. Athanaſ. Inquiſierunt & ſcrutati ſunt.*
Qui prophetauerunt. *Syr. Quiem vaticinati ſunt. Tigur. Qui vaticinati ſunt. Ar. M. Qui prophetantes.*
De futurâ in vobis gratia. *Syr. De gratiâ quæ futura eſt, vt detur vobis. Tigur. De venturâ in vos gratiâ. S. Athanaſ. De gratiâ in vos collatâ. Caiet. De in vos gratiâ. Ar. M. De illa in vos gratiâ.*

Verſ. 11.

Scrutantes in quod vel quale tempus,

Scrutantes. *Syr. Et ſcrutati ſunt. S. Athanaſ. Indagantes.*

ſignificaret

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænnntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones & poſteriores glorias.

In quod vel quale tempus. *Syr. Quo tempore. Tigur. Ad quem aut cuiuſmodi temporis articulum. S. Athanaſ. Quali aut quo tempore. Oec. Ad quod vel cuiuſmodi tempus. Pagn. Ad quam aut cuiuſmodi temporis opportunitatem.*

Significaret. *Syr. Demonſtraturus eſſet. S. Athanaſ. Manifeſtabit.*

In eis ſpiritus Chriſti. *Syr. Spiritus ille Chriſti qui habitabat in ipſis. S. Athanaſ. Illis Spiritus Chriſti. Oec. & Pagn. Qui in illis erat Spiritus Chriſti.*

Prænuncians. *Syr. Ac teſtimonium redditurus. S. Athanaſ. Teſtimonium perhibens. Oec. Qui teſtabatur. Pagn. Qui prateſtabatur. Ar. M. Præſtatus.*

Eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones. *Syr. De futuris paſſionibus Chriſti. S. Athanaſ. De paſſionibus Chriſti. Oec. Priuſquàm accederent venturas in Chriſtum paſſiones. Pagn. Venturas in Chriſtum afflictiones. Ar. M. Illas in Chriſtum paſſiones. Clar. Eas quæ in Chriſtum ventura erant paſſiones.*

Poſteriores glorias. *Syr. Gloria eius poſtea. Oec. Quæ eſſent conſequutura glorias. Pagn. Quæ poſt has forent glorias. Vat. Quæ has ſequutura eſſent, glorias. Ar. M. Poſt hæc glorias.*

Verſ. 12.

Quibus reuelatum eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quæ nunc nuntiata ſunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu ſancto miſſo de Cælo in quem deſiderant Angeli proſpicere.

Quibus reuelatum eſt. *Syr. Et reuelata fuerant illis quæcunque ſeruabantur. Tigur. Quibus & illud reuelatum eſt.*

Sibimetipſis. *Syr. Sibimetipſis perquirebant.*

Vobis autem. *Syr. Sed noſtra nobis. Tigur. Immò nobis. Caiet. Sed vobis.*

Miniſtrabant ea. *Syr. Vaticinabantur ea. Tigur. Miniſtrarent hæc.*

Quæ. *Syr. Nempè quæ.*

Nunc. *Syr. Reuelata. Pagn. Annunciata.*

Qui euangelizauerunt. *Tigur. Qui prædicarunt Euangelium. Ar. M. Euangelizantes.*

De cælo. *Syr. E Cælis.*

Quem. *S. Cyrill. Alex. & S. Iſid. Peluſ. Quæ.*

Deſiderant. *Syr. Deſiderant etiam.*

Verſ. 13.

Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti.

Succincti. *Syr. Accingite.*

Lumbos. *Pagn. Lumbis.*

Mentis veſtræ. *Syr. Mentium veſtrarum.*

Sobrij. *Syr. Et excitamini perfectè. S. Hier. Vigilantes.*

Perfectè ſperate in eam. *Syr. Et ſperate in illud.*

Quæ offertur. *Syr. Quod obuenturum eſt. Quidd. ex Syr. Quod veniet. Pagn. Quæ defertur. Ar. M. Latam.*

Vobis. *Didym. Nobis. Pagn. Ad vos.*

Gratiam. *Syr. Gaudium.*

In reuelationem. *Syr. In reuelatione. Oec. Dum vobis manifeſtatur. Pagn. Per reuelationem. Al. Dum vobis patefit.*

Ieſu Chriſti. *Syr. Domini noſtri Ieſu Chriſti. Oec. & Al. Ieſus Chriſtus.*

Verſ. 14.

Quaſi filij obedientiæ, non configurati

Quaſi filij obedientiæ. *Syr. Tanquam filij obedientes.*

Non configurati. *Syr. Neque communicaueritis amplius. Vat. Vt non accommodetis vos. Caiet. Non accommodantes vos.*

Prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis. *Syr. Primis illis concupiſcentiis, quibus concupiſcebatis abſque ſcientia. Vat. His, in quibus prius per ignorantiam veſtram eratis, concupiſcentiis. Pagn. Qui-*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis.

bus primùm in ignorantiâ veſtrâ eratis concupiſcentiis. Caiet. Prioribus ignorantia veſtra cupiditatibus. Ar. M. Illis prius in ignorantiâ veſtrâ cupiditatibus. Al. Priſtinis concupiſcentiis, quibus, dum adhuc ignoraretis Chriſtum agebamini.

Verſ. 15.

Sed ſecundùm eum qui vocauit vos, Sanctum, & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis.

Secundùm eum. *Syr. Quemadmodum ille. Tigur. Quemadmodum is.*
Qui vocauit. *Ar. M. Vocantem.*
Sanctum. *Syr. & Tigur. Sanctus eſt.*
Et ipſi in omni. *Syr. In omnibus. Tigur. Ita ipſi quoque in omni.*
Conuerſatione. *Syr. Conuerſationibus veſtris.*
Sitis. *Syr. Eſtote. Tigur. Reddamini. Clar. Efficimini. Ar. M. Fiatis.*

Verſ. 16.

Quoniam ſcriptum eſt: Sancti eritis: quoniam ego ſanctus ſum.

Quoniam. *Syr. Quandoquidem. Oecum. Propterea quòd.*
Eritis. *Syr. & Goth. Eſtote.*
Quoniam. *Syr. Sicut &.*

Verſ. 17.

Et ſi Patrem inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundùm vniuſcuiuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.

Et ſi. *Syr. Quòd ſi.*
Inuocatis. eum. *Pagn. Cognominatis.*
Qui ſine acceptione. *Syr. In cuius conſpectu non eſt acceptio. Oec. Citra delectum. Pagn. Citra acceptionem. Vat. Citra reſpectum.*
Perſonarum. *Syr. Facierum.*
Iudicat. *Syr. Et qui iudicat. Oec. Pagn. & Vatab. Iudicantem.*
Secundùm vniuſcuiuſque opus. *Syr. Vnumquemque ſecundùm opera eius. Oec. & Pagn. & Vatab. Iuxta cuiuſque opus.*
In timore. *Syr. Timore. Oec. & Vat. Videte vt in timore conuerſantes. Pagn. Cùm timore.*
Incolatus veſtri. *Ar. M. Commorationis veſtræ.*
Tempore conuerſamini. *Syr. Hoc tempore ducimini. Oec. & Vat. Tempus tranſigatis, Ar. Mont. Tempus conuerſamini.*

Verſ. 18.

Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis.

Scientes. *Syr. Cùm ſciatis.*
Quòd non corruptibilibus auro vel argento. *Syr. Nec argento, quod corrumpitur, nec auro. Tigur. Non caducis rebus, velut argento & auro.*
Redempti eſtis. *Syr. Vos redemptos fuiſſe.*
De vana veſtra conuerſatione. *Syr. Ab illis vanis operibus veſtris. Tigur. A vanâ veſtrâ conuerſatione.*
Paternæ traditionis. *Syr. Quæ accepiſtis à patribus veſtris. Tigur. Quam ex patrum acceperatis traditione. S. Hier. A patribus traditâ. Ar. M. Paternâ traditione accepta.*

Verſ. 19.

Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

Quaſi agni. *Syr. Agni illius. Oecum. Nempe agni. Pagn. Velut agni.*
Immaculati Chriſti & incontaminati. *Syr. Qui nec næuum nec maculam habet, hoc eſt Chriſti.*

Verſ. 20.

Præcogniti quidem ante mundi conſtitutionem, manifeſtati autem nouiſſimis temporibus propter vos.

Præcogniti quidem. *Syr. Qui præordinatus fuerat ad hoc. S. Ambr. Prædeſtinati. Pagn. Qui præcognitus quidem fuerat. Vat. Qui præordinatus quidem fuerat. Eſt. Præordinati quidem.*
Ante mundi conſtitutionem. *Syr. Ante iacta Mundi fundamenta. Vatab. Antequam conditus eſſet Mundus.*
Manifeſtati autem. *Syr. Reuelatus eſt autem. Pagn. & Vat. Sed manifeſtatus fuit.*
Nouiſſimis temporibus. *Syr. In fine temporum. Pagn. & Vat. Extremis temporibus Ar. M. In nouiſſimis temporibus.*

Verſ. 21.

Vulgata Editio. — *Lectionum varietas.*

Verſ. 21.

Qui per ipſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitauit eum à mortuis & dedit ei gloriam, vt fides veſtra & ſpes eſſet in Deo.

Qui per ipſum fideles eſtis in Deo. *Syr. Qui quidem per ipſum credidiſtis in Deum. Oecum. Qui per illum creditis in Deum. Ar. M. Credentes per ipſum in Deum.*

Qui ſuſcitauit eum. *Ar. M. Illum ſuſcitaatem eum.*

Dedit. *Ar. M. Dantem.*

Fides veſtra & ſpes. *Ar. Mont. Fidem veſtram & ſpem.*

Eſſet in Deo. *Syr. Sit in Deo. Occ. Vos haberetis ..a Deum. Pagn. Eſſet in Deum. Vat. Vos haberetis in Deum. Ar. M. Eſſe in Deum.*

Verſ. 22.

Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici ex corde inuicem diligite attentiùs.

Caſtificantes. *Syr. Cùm ſanctificaueritis. Oec. Cùm purificaueritis. Caiet. Qui caſtificaſtis. Eſt. Qui purificaſtis.*

In obedientia chatitatis. *Syr. Per obedientiam veritatis. Goth. & Tigur. Obediendo veritati. S. Hier. In obedientiâ veritatis. Oec. Obedientes veritati. Caiet. In obedientiam veritatis.*

In fraternitatis amore. *Syr. Et fueritis pleni charitate abſque acceptione facierum. Tigur. Per ſpiritum ad charitatem fraternam ab omni ſimulatione alienam. Pagn. Per ſpiritum eum charitate fraternâ non ſimulatâ. Ar. M. Per ſpiritum in fraternum amorem non ſimulatum. Caiet. Per ſpiritum in fraternitatis amore non ſimulato. Al. Per ſpiritum cùm charitate fraternâ ab omni ſimulatione alienâ*

Simplici ex corde. *Syr. Et ex puro & integro corde. Tigur. Ex puro corde. Oec. Ex mundo corde.*

Inuicem diligite. *Syr. Vos inuicem diligatis. Ar. M. Alij alios diligite.*

Attentiùs. *Syr.* omittit. *Ar. M. Impenſè. Clar. Intensè. Sà. Intentè. Quidd. Extensè.*

Verſ. 23.

Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum.

Renati. *Syr. Vt qui denuò geniti eſtis.*

Corruptibili. *Oec. Mortali.*

Sed incorruptibili. *Syr. Sed ex illo incorruptibili. Oec. Sed ex immortali. Pagn.* omittit.

Verbum Dei viui. *Syr. Viuum ſermonem Dei. Oec. Sermonem viuentis Dei.*

Et permanentis. *Syr. Qui ſtat. Oec. Ac permanentem. Al. Ac manentis.*

Verſ. 24.

Quia omnis caro vt fœnum, & omnis gloria eius tamquam flos fœni, exaruit fœnum, & flos eius decidit.

Quia. *Pagn. & Al. Propterea quòd.*

Vt fœnum. *Syr. Herba. Oec. Veluti gramen fit. Pagn. Herba fit. Al. Gramen fit.*

Gloria eius. *Syr. Decor eius. Oec. & Pagn. Gloria hominis.*

Tamquam flos fœni. *Syr. Tanquam folium agri. Occ. Quaſi flos graminis. Paga. Tanquam flos herbæ. Eſt. Tanquam flos agri.*

Fœnum. *Syr. & Pagn. Herba Oec. Gramen.*

Flos eius. *Syr. Folium. Oec. & Pagn. Flos.*

Decidit. *Syr. Marceſcit.*

Verſ. 25.

Verbum autem Domini manet in æternum, hoc eſt autem verbum quod euangelizatum eſt in vos.

Verbum autem. *Syr. At verbum. Caiet. Sed verbum.*

Domini. *Syr. Dei noſtri.*

Manet in æternum. *Syr. Stat in ſæcula.*

Hoc eſt autem. *Syr. Et hoc eſt.*

Quod euangelizatum eſt. *Tigur. Quod per euangelium delatum eſt. Oec. Quod annunciatum eſt. Ar. M. Euangelizatum.*

In vos. *Syr. Vobis. Tigur. Ad vos. Pagn. Apud vos.*

CAP. PRI

CAPVT PRIMVM EPIST. I. B. PETRI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Petri modeſtia. 2076
Spes viua qua operibus bonis coniuncta. 2076
Dei miſericordia quàm magna. 2076
Regeneraſſe cur nos Deus dicatur. 2077
Spes viua, quâ vera vita ſperatur. 2077
Spes mortua quanam dicatur. 2077
Terrenorum amore haud implicetur, qui ad celeſtia aſpirat. 20;8
Prouidentia Dei circa electos quàm ſingularis. 2078
Malè cuſtoditur, qui Dei virtute non cuſtoditur. 20 9
In terra debet cuſtodiri, cuius hareditas in calis eſt. 2079

Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti.

2076. PETRVS *Apoſtolus*; Elucet ſtatim Petri modeſtia; *quod ſimpliciter* vt notat etiam Eſtius. *Apoſtolum ſe vocat, non autem quod iure poterat Apoſtolorum Principem*, quo eum titulo alij donarunt.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam.

IN Deo miſericordia magna eſt: in nobis ſpes viua eſſe debet, quam opera bona informent animentque; nam alioquin ſpes erit mortua. *Vides,* inquit bonus ille autor, *licèt in Deo ſit miſericordia magna, adhuc in nobis eſſe debere ſpem viuam, hoc eſt cum bonis operibus coniunctam: quia magnitudo miſericordia Diuina cooperationem noſtram non excludit, ſed requirit.*

Magna miſericordia fuit, quæ magnæ occurrit miſeriæ. Volue Diuinas Litteras, & faciliùs reperies miſericordiam *Magna* titulo donatam, quàm iuſtitiam: licèt enim æqualia omnia Dei attributa ſint, quò ad effectum tamen ſuperexaltat miſericordia iudicium iuſtitiamque.

2077. *Regenerauit nos.* Cur non ſimpliciùs dixit generauit? *Regenerauit nos dupliciter*, inquit Vgo Catenſis, *id eſt quos prius genuit ad vitam naturalem redimendo generauit ad vitam ſpiritualem.* Addit. *Vel regenerauit, id eſt generatos ad mortem.*

In ſpem viuam. Sanctus Hieronymus legit, *In ſpem vita.* Sanctus Auguſtinus, *In ſpem vita aterna.* Cohærent omnia: verè enim illa ſpes viua eſt, quâ vera vita ſperatur: ſpes, quæ terrena ſpectat, vacua, inanis & mortua dicitur. In veteri teſtamento ſpei dari *Viua* titulum haud reperias. Proprium hoc noui, quod vitam non morituram ſuis promittit.

In ſpem viuam Vt enim datur fides mortua, ſic etiam datur mortua ſpes. *Dicit viuam*, inquit Sanctus Thomas, *ad differentiam ſpei illorum, qui ſperant bona peritura & tranſitoria, quorum ſpes eſt mortua, & non viua.*

In hareditatem incorruptibilem & incontaminatam.

HVic ſe hæreditati conformet, qui ad eam adſpirat: inconſaminatum ſe ſeruet à terrenarum rerum affectu. Aptè S. Petrus Damianus lib. 5. epiſt. 7. *Quibus hareditas incontaminata immarceſcibilis conſeruatur in Calis, abſit, vt eorum mens per amorem rebus ſit inuoluta terrenis.* Alioquin hæreditati incorruptibili conſequendæ ineptum ſe reddit qui rerum terrenarum amore ſe ſinit corripi. 2078.

Conſeruatam in calis.

COnſeruatam in calis: vt innueret in tuto hanc eſſe hæreditatem, nec huius vitæ periculis expoſitam. In cælis apud Deum cuſtodiunt, non in terris apud homines, qui alienæ ſoleot hæreditati, alienis opibus inhiare. *Conſeruatam* in Græco præteriti temporis eſt participium, quod non ſine myſterio adhibitum notauit Eſtius in hæc verba: *Vſus eſt autem Apoſtolus participio prateriti temporis, τετηρημένην. id eſt, Conſeruatam, Aſſeruatam; non autem praſentis temporis τηρουμένην, Qua conſeruatur: vt innuat, non nouam eſſe hanc Dei curam pro ſuis electis; ſed eum iam olim ab origine Mundi, ex quo Calos fecit, hanc futuris ſuis filiis hareditatem in Calis repoſitam conſeruaſſe. Quâ in re ſignificatio eſt ſingularis prouidentia Diuina circa ſuos electos.*

Qui in virtute Dei cuſtodimini.

MAlè cuſtoditur, qui Dei virtute non cuſtoditur. Sua ineſt vis Græco verbo, quo hîc vtitur Apoſtolus, & nos habemus, *Cuſtodimini.* Audiendus hic Eſtius: *Vtitur Apoſtolus peculiari verbo φρουρουμένους. id eſt, Qui cuſtodimini: non quomodocunque, ſed vigilantiſſimâ curâ, qualis eſt militum, qui in excubiis collocantur eâ parte, quâ metuitur hoſtilis irruptio: nam φρουρὰ, militare praſidium, ſignificat.* Addit ſtatim: *Obſeruanda quoque relatio huius partis ad pracedentem. Nam, ne dicant: Quid iuuat hareditatem noſtram conſeruari in Calo, ſi nos quotidiè periclitamur in terrâ? docet vtrunque Deo eſſe cura, adeóque alterum ex altero impleri: per hoc enim hareditas in Calo nobis conſeruatur, quòd in terrâ Dei virtute cuſtodimur.* 2079.

Cuſtodimini; Alioquin quid iuuaret hæreditatem nobis in Cælo ſeruari ſi nos in terris periclitaremur? Vtrumque curæ eſt Deo *adeoque* vt ille ait, *alterum ex altero impleri, per hoc enim hareditas in calo nobis conſeruatur, quod in terra Dei virtute cuſtodimur.*

SECTIO II.

Breue omne tempus aeternitati comparatum. 2080
Et proſpera, & aduerſa hominum probant. 2080
Celeſte gaudium quàm magnum. 2081
Animarum ſalus quanti res ſit momenti. 2081
Ex Chriſti paſſione, multiplex gloria Chriſti. 2082
Chriſtum ſub Euchariſtia latentem quàm libenter Angeli aſpiciant. 2082
Propitiationem noſtram perfici, vt Angeli deſiderent. 2082

Quam

Quam ſublimia dona homines acceperint, quæ Angeli non acceperint. 2083
A cæleſti viſione vt ſatietas abſit. 2084
Redemptionis myſteria etiam Angeli penitius introſpicere incipiunt. 2085
Mentis puritas. 2086
Sobrietas caſtitatem nutrit. 2086
In omnibus obedire Deo debemus. 2087
Obedientia filialis eſſe debet non ſeruilis. 2087
Ignorantia propria noſtra eſt. 2087

Paratam reuelari in tempore nouiſſimo.

2080. P*Aratam reuelari in tempore nouiſſimo.* Sibi ipſi contrarius videtur dum paratam dicit, tanquam proximè reuelandam: & tamen in nouiſſimo addidit quod tempus adhuc expectatur. *Videtur eſſe repugnantia*, inquit Vgo Carenſis ſed verè non eſt. *Hoc*, inquit, *dicit vt minuat breuitatem totius temporis, quo vita hæc mortalis agitur.* Breue omne tempus eſt æternitati comparatum.

In variis tentationibus.

I*N variis tentationibus.* Vatablus legit, *In variis experimentis.* Alij, *In variis tribulationibus.* Etiam proſpera probant, qualis homo ſit: ſed meliùs id præſtant aduerſa. Pulchrè ille: *ſumitur etiam per proſpera experimentum de homine: ſed longè melius innoteſcit per aduerſa.*

Quod per ignem probatur.

2081. Q*Vod per ignem probatur.* Igne aurum probatur, fides tentatione: niſi quòd aurum, dum igne probatur, ex parte conſumitur; fides contrà, contrariis aduerſiſque augetur.

Credentes autem exultabitis lætitiâ inenarrabili.

L*Ætitia inenarrabili.* Pulchrè de hoc gaudio Sanctus Auguſtinus orat. contra Iudæos ad hunc locum ſpectans. Videntes, inquit, *fruenteſque exultabimus inenarrabili gaudio. Et quale gaudium erit vbi nullus timor erit; Quale gaudium erit cum te videris eſſe ſocium Angelorum, participem regni cælorum, regnare cum rege, nihil concupiſcendo omnia poſſidere, ſine auaritia diuitem, ſine pecunia adminiſtrantem, ſine ſucceſſore iudicantem, ſine metu barbarorum regnantem, ſine morte æterna vitâ viuentem?*

De quâ ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futurâ in vobis gratiâ prophetauerunt.

C*Vr Prophetas producit? Quoniam* inquit hîc Iſidorus Clarius, *de ſalute animarum mentionem fecerat, quæ res noua erat auribus hominum, prophetas in medium deducit, & ait, eos etiam tum perſcrutatos eſſe iſta. Exquiſierunt enim, vt Daniel, de futuris, qui & iccircò vir deſideriorum vocatus eſt ab Angelo, qui cum eo loquebatur, & quæſierunt, non ſolùm quo hæc tempore futura eſſent, veriùm etiam quali, & quo tunc ſtatu res eſſent inuenienda, vt in eiuſdem Danielis prophetia licet agnoſcere.*

* * *

Prænuncians eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.

E*T poſteriores glorias*; Cur *glorias* potiùs dicit quàm *gloriam*. *Dicit glorias* inquit Eſtius *plurali numero, quia gloria Chriſti paſſionem, & Crucem conſecuta, multiplex eſt, vt gloria reſurrectionis, aſcenſionis, ſeſſionis ad dexteram Patris, gloria nominis exaltati, poteſtatis iudiciariæ.* 2082.

In quem deſiderant Angeli proſpicere.

I*N quem deſiderant Angeli proſpicere.* Aliqui de Chriſto id intelligunt, quem Angeli proſpicere deſiderant, vt ſub Euchariſtiâ deliteſcit: tam magnâ voluptate & veneratione illum ſpectant ſub ſacratum ſpecierum velamine latentem. *Si de Chriſto interpretemur*, inquit bonus ille autor, *affirmare poterimus alludere Petrum ad Cherubin perpetuò intuentia propitiatorium, quaſi ſemper intuerentur Angeli Chriſtum propitiatorem noſtrum tanquam Deum ſuum; & deſiderarent ſemper, vt perficeret propitiationem noſtrî.*

In quem deſiderant Angeli proſpicere, Hoc de Euchariſtiâ aliqui exponunt. *Quaſi Angeli*, inquit Genebrardus in Pſalm. 77. *niſi vacarent corporibus eo eſſent libenter vſuri.* Et homo, cùm poſſit, vti eo negligit? 2083.

In quem. Ex Græco pleriquc legunt, *In quæ*: ſic & Philippus Solitarius lib. 3. Dioptræ cap. 3. vbi cùm dixiſſet: *In quæ & Angeli proſpicere deſiderant*: ſtatim ex his verbis colligit, quam ſublimia dona homines acceperint, quæ non acceperunt Angeli, vt videre illa in ſuâ naturâ cupiant. *Opinor ego*, inquit, *deſiderare Angelos, vt in naturâ ipſorum, quemadmodum etiam in noſtrâ carne, ſecundùm ſubſtantiam ſuam Deus Verbum, ipſorum conditor habitet. Deſiderant rurſum, vt ipſorum quoque natura à nobis adoretur & glorificetur in throno Cherubico & in ſinu Patris ſedens, quemadmodum noſtra natura in Chriſto ab ipſis & ab omni aſpectabili inaſpectabilique creaturâ adoratur. Deſiderant habere claues Regni Cælorum, & ſedere ſuper duodecim thronos cum Chriſto iudicantes, ſicut in die iudicij piſcatores cum eodem iudicaturi ſunt. Deſiderant tantâ apud Chriſtum potiri libertate, quantâ potitus eſt, qui ſuper pectus eius recubuit. Dicam tibi, quod maius eſt his omnibus: Affirmat Chriſtus, cùm venerit in die iudicij, virtutes cælorum commotum iri præ timore & tremore illius: iuſtos autem faciet diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Hæc & ſimilia à Chriſto donata ſunt nobis bona, in quæ & Angeli proſpicere, id eſt intrare deſiderant.*

2084. Videre Angeli deſiderant, quem vident; vt ſtatim intelligamus; ab illâ beatâ viſione faſtidium, ſatietatem abeſſe. Pulchrè rem verſat S. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 28. *Deum Angeli & vident & videre deſiderant, & ſitiunt intueri & intuentur. Si enim ſic videre deſiderant, vt effectu ſui deſiderij minimè perfruantur; deſiderium ſine fructu anxietatem habet, & anxietas pœnam: Beati verò Angeli ab omni pœnâ anxietatis longè ſunt; quia nunquam ſimul pœna & beatitudo conueniunt. Rurſùm, quum eos dicimus Dei viſione ſatiari (quia & Pſalmiſta ait: ſatiabor, dùm manifeſtabitur gloria tua) conſiderandum nobis eſt, quoniam ſatietatem ſolet faſtidium ſubſequi. Vt ergo rectè ſibi vtraque conueniant, dicat veritas, Quia ſemper vident: Dicat prædicator egregius, Quia ſemper videre deſiderant. Ne enim ſit in deſiderio anxietas, deſiderantes ſatiantur:*

ne

ne autem ſit in ſatietate faſtidium, ſatiari deſiderant.

2085. *In quem deſiderant Angeli proſpicere.* Græcè eſt, εἰς ἅ. *In quæ.* Ita & ſanctus Ambroſius lib. 4. de Sacrament. cap. 2. *Audi ergo Apoſtolum dicentem, ea nobis eſſe collata, quæ concupiſcunt & Angeli videre.* Placet hæc lectio etiam Eſtio. *Senſus*, ait, *huius lectionis iſte eſt: In qua, ſcilicet ea quæ nunc nunciata ſunt nobis; hoc eſt in myſteria ſalutis ac redemptionis humanæ à Prophetis prædicta, & ab Apoſtolis annunciata etiam Angeli penitùs introſpicere deſiderant: quamuis enim ea non ignorent, vt quorum miniſterio ipſis etiam Prophetis reuelata fuerint; tamen cognitis adeò delectantur, vt pleniùs etiam atque perfectiùs ea noſſe vehementer cupiant. Quod myſticè ſignificabant duo Cherubin expanſis alis operientes propitiatorium, & in illud verſis ad ſe mutuò vultibus reſpicientes Exod. 25. nam in propitiatorio typus erat noſtræ per Chriſtum redemptionis. Porrò voluptatis huius ac deſiderij Sanctorum Angelorum cauſa eſt, tum quòd illic agnoſcant admirabilem Dei ſapientiam in ordine ac modo redemptionis noſtræ declaratam; tum quia de electione & ſalute hominum, quos ex charitate diligunt, ineffabiliter gaudent: vnde & in principio redemptionis ipſi primi de eâ laudem Domino cecinerunt dicentes: Gloria in Excelſis Deo. Lucæ. 2.*

Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam.

2086. L*Vmbos mentis*, vt non ſolùm corpore, ſed etiam mente puritas cuſtodiatur. Sanctus Gregorius lib. 21. Moral. cap. 2. *Diſcipulis inquit, primus Eccleſiæ paſtor, Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectà ſperate in eam quæ offertur vobis gratiam. Lumbos enim carnis ſuccingere eſt luxuriam ab affectu refrænare. Lumbos verò mentis ſuccingere eſt hanc etiam à cogitatione reſtringere.*

Sobrij. Poſt mentis caſtitatem meminit ſobrietatis: nam caſtitatem ſobrietas nutrit, ſicut intemperantia necat. *Rectè*, inquit bonus ille autor, *cum caſtitate lumbiſque ſuccinctis ſobrietas coniuncta eſt propter cognationem tantam, vt illa ſine hac nequeat conſiſtere.*

Quaſi filij obedientiæ non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis.

2087. Q*Vaſi filij obedientiæ.* Cùm ſuperiùs de hæreditate tractauerit, *filiorum* nunc aptè vocabulo vtitur; quia hæreditas filiis competit; non omnibus, ſed obedientibus. Non explicat in quo obedire debeant; quia, vt filij veri ſint, in omnibus obedire æterno Patri debent.

Filij obedientiæ. Cur potiùs, *Filij*, dixit; quàm, *Serui?* Sanctus Thomas: *Et dicit, Filij obedientiæ, vt notetur, quòd obedientia debet eſſe filialis, non ſeruilis.*

Ignorantiæ veſtræ. Cur *veſtram*, ignorantiam, ſcilicet noſtram, vocat? *Dicit, veſtræ* (inquit Eſtius) *quia ignorantia propriè noſtra eſt, & in eâ omnes nati ſumus.*

SECTIO III.

Sanctitas in omni conuerſatione ſit. 2088
Et proſpera, & aduerſa hominem probant. 2088
Qui pretium ſuum cogitat, ad vitium non reuertatur. 2089
Vt pluries nos Chriſtus redemerit. 2089
Chriſtum ſtultum reputat mercatorem, qui pro modica delectatione, animam vendit. 2090
Chriſti in nos amor quàm magnus. 2090
Proximum non contemnat; qui pretium eius cogitat. 2091
Redemptori quantum quiſque debeat. 2091
Obedientiæ & caſtitatis nexus.
Animæ vt per obedientiam caſtificentur. 2092
Etiam ad animas quæ ſunt in purgatorio, amor extendi debet. 2092

In omni conuerſatione ſancti ſitis.

I*N omni conuerſatione.* Non verè Sanctus eſt, qui in omni conuerſatione ſe talem non exhibet. 2088.
Pulchrè rem verſat. S. Thomas hîc: *In omni conuerſatione: non in parte conuerſationis, ſed in totâ: id eſt inter domeſticos & extraneos, inter bonos & malos, inter ſeculares ſeu laicos & religioſos, inter proſpera & aduerſa. Sunt enim quidam, qui conformantur omnibus, quibus coniunguntur: nam, quando ſunt cum ſecularibus, ſunt quaſi ſeculares: quando cum religioſis, ſunt quaſi religioſi. Tales ſunt ſimiles animali, quod dicitur chamæleon, quod conformatur omnibus, quibus aſſociatur: quando coniungitur rei albæ vel rubeæ, videtur album vel rubeum.*

Scientes, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis.

S*Cientes quod non corruptibilibus*; pretij magnitudinem expandit, quo ſumus redempti; ſed 2089.
qui hæc cum ſuperioribus cohærent, vbi monuerat vt cum timore eſſemus dum hîc ſumus! Bene Beda: *Quantò maius eſt pretium quo redempti eſtis à corruptione vitæ carnalis, tantò ampliùs timere debetis, ne fortè ad corruptelam vitiorum reuertendo, animum veſtri Redemptoris offendatis.* Atque adeo quò maius eſt pretium eò maior eſſe timor debet; effuſum pretium, timorem infundere omnium cordibus par eſt.

Redempti eſtis, Plerique *Redemptionem* ſumunt pro frequenti emptione; *quoniam Chriſtus* (vt ille ait) *pluribus actibus meritoriis nos emit, quorum ſinguli ob infinitam dignitatem perſonæ ipſius Diuinæ infinitæ pluſquàm ſufficiebant.* Simpliciùs *redimendi* verbum pro ſimplici emendi ſumitur. Vtroque indicatur, quanti nos fecerit, qui nos fecit. Nimirum tam magno pretio peracta redemptio eſt, vt Deum Deo debeamus. *Dominus*, inquit S. Ambroſius lib. 7. in Luc. *idoneus operis ſui æſtimator magno pretio nos redemit, quod non æſtimatur ære, ſed ſanguine.*

Sed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati.

Q*Vanti nos fecit, qui tantum pro nobis pretium ſoluit? Nemo igitur vileſcat ſibi, vt 2090.
deinceps ſe vili terrenarum voluptatum pretio vendat. Inſidere hoc cuiuſque menti debet, quod ſequitur, &, tanquam ex probæ notæ doctore ac antiquæ prodierit, circumfertur: *Qui dat pro modicâ delectatione illud, pro quo Chriſtus ſemetipſum tradidit, ſtultum Chriſtum reputat mercatorem:* qui tam magno pretio emit, quod emi tam vili ſolet. O ſeriò hoc cogitarent corporeatum voluptatum mancipia!

Sed pretioſo ſanguine: Tanto nos pretio redemit.

mit, vt amoris ſui magnitudinem ſic nobis oſtenderet. *Tali nos voluit*, inquit B. Laurentius Iuſtinianus in feſto Sancti Thomæ ad hæc verba *redimere pretio, per quod diffuſum nobis ſuæ charitatis inſinuaret affectum, illúmque toto diligeremus corde cui nos toti multipliciter obligamur.*

2091. Vno omnes Chriſti ſanguine redempti ſumus. In hoc ſumus omnes pares: eodem ſumus pretio empti. Nemo ergo alium contemnat, quem videt tanti factum a ſummo Deo, vt pro eo infinitum ſoluerit pretium. *Quem vis contemnere*, inquit S. Auguſtinus, *cogita pretium eius.* Contemnere non poteris, ſi empti pretium ſeriò cogitaueris.

Pretium quo redempti ſumus expreſſit, vt quid Redemptori quoque debeatur cuilibet appareat. Pulchrè ſanctus Ambroſius lib. de Ioſeph. Patriarcha, cap. 7. *Neque pretium quæſiuit à nobis, qui pro nobis ſanguinis ſui pretium ſoluit: quia non auro & argento ſed pretioſo nos redemit ſanguine. Ergo id pretium debes quo redemptus es: etſi ille non ſemper exigat, tu tamen debes. Suum eſt quod à te Chriſtus repoſcit. Ipſe vitam omnibus dedit, ipſe pro omnibus mortem ſuam obtulit. Solue pro auctore quod ſoluturus es lege.*

Animas veſtras caſtificantes in obedientiâ charitatis.

2092. QVid caſtitas cum obedientiâ? quis nexus obedientiæ cum caſtitate? Magnus. Per obedientiam quippe anima caſtificatur quia reſecat inordinatos affectus & præcipuè carnales; hinc aliquibus obſeruatum eos ferè carnis rebellionem in ſe experiri, qui maiorum mandata temerant: obſequentem verò carnem habere, qui Deo obſequuntur. Pulchrè S. Auguſtinus in Pſal. 143. *Hoc expedit: inferius ſubijci ſuperiori, vt & ille, qui ſibi ſubijci vult, quod eſt inferius, ſe ſubijciat ſuperiori ſuo. Agnoſce ordinem, quære pacem, tu Deo, tibi caro. Quid iuſtius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi. Serui tu ei, qui fecit te; vt tibi ſeruiat, quod factum eſt propter te. Non enim hunc ordinem nouimus, neque hunc ordinem commendauimus: tibi caro, & tu Deo: ſed tu Deo, & tibi caro. Si autem contemnis tu Deum, nunquam ſubijcietur tibi caro. Qui non obtemperas Domino, torqueris à ſeruo.*

Sed qui animæ per obedientiam caſtificantur? An, quia, *dum* (vt ille ait) *obediunt Deo, ſuos quoque appetitus ſibi obedientes experiuntur: ex quâ appetituum obedientiâ ſingularis quadam animæ & corporis caſtitas effloreſcit.* Alioquin (ſicut monebat ſanctus Auguſtinus in Pſal. 143.) *ſi contemnis tu Deum, nunquàm ſubijcietur tibi caro. Qui non obtemperas Domino, torqueris à ſeruo.*

Diligite attentiùs.

DIligite attentiùs. Græcè eſt, *ἐκτενῶς*. Pagninus vertit, *Impensè*. Clarius, *Intentè*. Aliqui, *Expensè*. vt amor extendatur etiam ad eos, qui in altero ſeculo operâ noſtrâ indigent; quod Tertiano valdè arriſit.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. EPIST. I. B. PETRI.

Verſ. 1.

DEPONENTES igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes & inuidias & omnes detrectationes.

Verſ. 2.

Sicut modò geniti infantes rationabile, ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem.

Deponentes igitur. *Syr. Deponite ergo. Tig. Proinde depoſitâ.*

Omnem malitiam. *Tigur. Omni malitiâ.*

Et omnem dolum. *Syr. Omnemque fraudem. Tigur. Et omni dolo.*

Simulation. *Tig. Simulationib. S. Aug. Adulationes.*

Inuidias. *Syr. Inuidiam. Tigur. Inuidentias. Quidd. Codd. Homicidia.*

Omnes detrectationes. *Syr. Obtrectationem. Tig. Omnibus obtrectationibus. Ar. M. Omnes obloquutiones.*

Sicut modò geniti infantes. *Syr. Et eſtote ſicut infantes ſimplices. Oec. Vt modò nati infantes. Clem. Alex. Tanquam nuper nati infantes. Pagn. Vt modò nati infantes.*

Rationabile ſine dolo lac. *Syr. Et verbum illud tanquam lac purum & ſpirituale. S. Aug. Rationabile innocens lac. Oec. Lac illud rationis, quod dolum neſcit. Clem. Alex. Verbale lac. Pagn. Rationale, doli expers, lac. Vat. Lac illud non corporis ſed animi, quod dolum neſcit. Ar. M. Rationabile ſine dolo lac.*

Concupiſcite. *Syr. Appetite. S. Hier. Deſiderate. Cl. Alex. Concupiſcite.*

In eo creſcatis. *Syr. Per illud adoleſcatis. Oec. Per illud ſoboleſcatis. Pagn. Per illud creſcatis. Ar. M. In eo augeamini.*

In ſalutem. *Syr. Ad ſalutem. Oec. & Pagn.* omittunt.

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*
Verſ. 3. Si tamen guſtaſtis quoniam ſuauis eſt Dominus.	Si tamen guſtaſtis. *Syr. Si guſtaueritis & videritis. Caiet. Siquidem guſtaſtis.* Quoniam ſuauis. *Syr. Quàm bonus ſit. Caiet. Quòd benignus ſit. Ar. M. Quoniam benignus. Quidd. Codd. Quoniam dulcis.* Domious. *Ar. M. Ille Dominus.*
Verſ. 4. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum.	Accedentes. *Syr. Accedditis.* Lapidem viuum. *Syr. Qui eſt lapis viuus Pagn. Nimirum lapidem viuentem. Lorin. Lapidem viuentem.* Ab homioibus quidem reprobatum. *Syr. Quem reprobauerunt filij hominum.* A Deo autem. *Syr. Sed apud Deum. Pagn. Apud Deum verè.* Electum. *Syr. Electus.* Hooorificatom. *Sy. Pretioſus eſt. Ar. M. Honorabilem. Clar. Pretioſum.*
Verſ. 5. Et ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritalis, ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum.	Et ipſi. *Syr. Quin & vos. Pagn. Ipſi quoque.* Tanquam lapides viui. *Pagn. Veluti viuentes lapides.* Superædificamini. *Syr. & Pagn. Ædificemini. Eſt. Ædificamini.* Domus ſpiritualis. *Syr. Ac eſtote templa ſpiritualia.* Sacerdotium ſanctum. *Syr. Et ſacerdotes ſancti.* Offerte ſpirituales hoſtias. *Pagn. Ad offerendum ſpirituales hoſtias.* Acceptabiles Deo. *Syr. Quæ acceptabiles ſint coram Deo. Ar. M. Bene acceptabiles Deo.*
Verſ. 6. Propter quod continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem, electum, pretioſum: & qui crediderit in eum non confundetur.	Propter quod continet Scriptura. *Syr. Dictum eſt enim in Scripturâ. Vat. Quapropter & continet Scriptura. Ar. M. Propter quod continetur in Scripturâ.* Summum angularem electum, pretioſom. *Syr. Electum & pretioſum in caput Anguli. Vat. In ſummo ponendum angulo electum pretioſum. Lor. Summum angularem electum honoratum.* Qui crediderit in eum. *Vat. Qui crediderit in illo. Ar. M. Credens in eo.* Non confundetur. *Syr. & Vatab. Non pudefiet. Pagn. Non pudore afficietur. Eſt. Nequaquam pudefiet.*
Verſ. 7. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.	Honor. *Syr. Datus eſt hic honor. Tigur. Pretioſus eſt. Oec. Honor eſt.* Credentibus. *Syr. Iis nimirum qui credunt. Tigur. Qui creditis. Caiet. Qui credidiſtis. Lorin. Obedientibus.* Nno credentibus autem. *Syr. Illis verò qui ſunt increduli. Tigur. Cæterùm iis, qui non credunt. Eſt. Nolentibus autem perſuaderi.* Lapis quem reprobauerunt ædificantes. *Syr.* omittit. Hic factus eſt in caput anguli. *Syr.* omittit. *Oec. Hic factus eſt caput anguli. Al. Hic cœpit eſſe caput anguli.*
Verſ. 8. Et lapis offenſionis & petra ſcandali,	Et lapis. *Syr. Lapis eſt.* Offenſionis. *Syr. Offendiculi. Oec. In quem impingant. Vat. In quem impingitur.* Et petra. *Syr. Aut petra.* Scandali. *Syr. In quam impingitur. Oec. Ad quam offendant. Vat. Ad quam offendunt. Pagn. Obſtaculi.* His qui offendunt verbo. *Syr. Et offendunt ad eam, quod ſermoni. Oec. Nempe iis, qui impin-*

his

Vulgata Editio.

Lectionum Varietas.

his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt.

gunt in verbum. Vat. Nempe iis, qui impingunt in ſermonem.
Nec credunt. *Syr. Non acquieſcunt. Oec. Non credentes in id. Vat. Neque credunt in id. Ar. M. Imperſuaſi.*
In quo. *Syr. In quem. Oec. & Vat. Ad quod. Ar. M. & Caiet. In quod.*
Et poſiti ſunt. *Oec. Etiam conſtituti fuerant. Vat. Et inſtituti fuerant.*

Verſ. 9.

Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.

Autem. *Syr. Autem eſtis.*
Regale ſacerdotium. *Syr. Quod fungatur ſacerdotio ad regnum.*
Populus. *S Cætus.*
Acquiſitionis. *Syr. Redemptus. Tigur. Acquiſitus. S. Hier. Poſſeſſionis. S. Amb. & S. Aug. In adoptionem. Oec. Qui in lucrum acceſſit. Eſt. In vendicationem.*
Virtutes. *Syr. Laudes.*
Annuntietis. *Syr. Euangelizetis. Tigur. Prædicetis.*
Qui vocauit. *Ar. M. Vocantis.*
De tenebris. *Syr. A tenebris. Tigur. E tenebris. Oec. Ex tenebris.*
Admirabile lumen ſuum. *Syr. Præſtantiſſimam lucem ſuam. Tigur. Admirabilem ſuam lucem.*

Verſ. 10.

Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſecuti miſericordiam nunc autem miſericordiam conſecuti.

Aliquando. *Syr. Quondam habiti eſtis. Pagn. Quondam eratis.*
Nunc autem. *Pagn. Nunc.*
Qui non conſecuti. *Syr. Nec ſuper vos erant. Pagn. Qui quondam inconſequuti. Al. Qui quondam non conſequuti.*
Miſericordiam. *Syr. Miſericordia.*
Conſecuti. *Syr. Effuſa ſunt ſuper vos. Pagn. Eſtis conſequuti.*

Verſ. 11.

Chariſſimi, obſecro vos tamquam aduenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis quæ militant aduersùs animam.

Chariſſimi. *Syr. Dilecti mei. Pagn. Dilecti.*
Obſecro vos. *Pagn. & Ar. M. Obſecro. Eſt. Adhortor.*
Tanquam aduenas & peregrinos. *S. Cypr. Tanquam hoſpites & peregrini. Pagn. Tanquam aduenæ & peregrini.*
Abſtinere vos. *Syr. Seiungite vos. Pagn. Vt abſtineatis. Ar M. Abſtinere.*
A carnalibus deſideriis. *Syr. Ab omnibus illis concupiſcentiis corporis. Pagn. A carnalibus concupiſcentiis. Ar. M. Carnalibus deſideriis.*
Militant. *Syr. Bellum gerunt.*

Verſ. 12.

Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis, tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.

Conuerſationem veſtram. *Syr. Conuerſationeſque veſtra. Vat. Et conuerſationem veſtram.*
Inter gentes. *Syr. Coram omnibus filiis hominum. Ar. M. In gentibus.*
Habentes bonam. *Syr. Sint bona. Caiet. Habentes honeſtam. Vat. Habete honeſtam.*
In eo quod detractant. *Syr. Iis, qui obloquuntur. Vat. In hoc quod detractãt. Caiet. In eo quod detrahũt.*
De vobis tanquam de malefactoribus. *Syr. De vobis malos ſermones. S. Cypr. De vobis quaſi de malignis. Vat. Vobis quaſi maleficis. Caiet. Vobis tanquam maleficis. Ar. M. Vobis vt maleficis.*
Ex bonis operibus vos. *Syr. Bona opera veſtra. S. Cypr. Opera veſtra. Vat. Ex bonis operibus vos. Ar. M. Ex bonis operibus.*
Conſiderantes. *Syr. Conſpiciant. S. Cypr. Aſpicientes. Cl. Alex. Suſpicientes. Vat. Æſtimantes. Ar M. Inſpicientes. Eſt. Inſpexerint.*
Glorificent. *Syr. Et glorificent. S. Cypr. Magnificẽt.*
Viſitationis. *Syr. Examinis.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 13.

Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum; ſiue regi quaſi præcellenti.

Subiecti igitur. *Syr. & Oec. Proinde ſubditi.*
Omni. *Syr. Omnibus. Oec. Cunctis.*
Humanæ creaturæ. *Syr. Filiis hominum.*
Deum. *Oec. Dominum.*
Siue regi. *Syr. Regibus.*
Præcellenti. *Syr. Propter imperium ipſorum. Oec. Tanquam præcellenti. Ar. Mont. Quaſi ſuperhabenti.*

Verſ. 14.

Siue ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

Siue ducibus. *Syr. Iudicibus autem. Vat. & Caiet. Siue præſidibus.*
Tanquam ab eo miſſis. *Syr. Vt qui ab eo miſſi ſunt. Vat. Vt qui per eum mittantur. Caiet. Vt per eum miſſis.*
Vindictam. *Vat. Vindictam quidem.*
Malefactorum. *Syr. & Vat. Nocentium.*
Bonorum. *Syr. Bene agentium. Vat. Rectè agentium. Caiet. Benefacentium.*

Verſ. 15.

Quia ſic eſt voluntas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

Vt benefacientes. *Syr. Vt per bona opera veſtra. Tigur. Vt benefaciendo. Ar. M. Benefacientes.*
Obmuteſcere faciatis. *Syr. & Tigur. Obturetis os. Pagn. Faciatis fræno occludere os.*
Imprudentium hominum. *Syr. Stultorum illorum. Tigur. & Pagn. Hominibus ſtultis.*
Ignorantiam. *Syr. Qui non norunt Deum. Tigur. & Pagn. Ignorantibus.*

Verſ. 16.

Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei.

Quaſi liberi. *Syr. Tanquam filij liberi.*
Quaſi velamen. *Syr. Tanquam homines, quibus velamen. Oec. Veluti prætextum.*
Habentes. *Syr. Facta ſit.*
Malitiæ libertatem. *Syr. Sua libertas, malitia ipſorum.*

Verſ. 17.

Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete: Regem honorificate.

Fraternitatem. *Syr. Fratres veſtros.*
Deum timete. *Syr. Ac Deum reueremini.*
Regem. *Syr. Et regibus.*
Honorificate. *Syr. Honorem exhibete. Eſtius. Honorate.*

Verſ. 18.

Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.

Serui. *Syr. Illis autem ſeruis qui ſubditi ſunt inter vos* (dico) *Pagn. Famuli.*
Subditi eſtote. *Pagn. Subditi ſint. Ar. M. Subditi.*
In omni timore. *Syr. & Pagn. Cùm timore. Oec. Cum omni timore.*
Dominis. *Syr. Heris veſtris.*
Modeſtis. *Syr. Manſuetis. Oecum. Benignis. Pagn. Humanis. Caiet. Æquis.*
Diſcolis. *Syr. Duris & aſperis. Goth. Difficilioribus. Oec. Prauis. Pagn. Peruerſis. Caiet. Aſperis. Eſt. Moroſis.*

Verſ. 19.

Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſtè.

Hæc eſt enim gratia. *Syr. Illi enim gratiam habent. Ar. M. Hoc enim gratia.*
Si propter Dei conſcientiam. *Syr. Coram Deo, qui propter bonam conſcientiam.*
Suſtinet quis triſtitias. *Syr. Sufferunt moleſtias. Pagn. Suffert quis mœrores. Caiet. Suſtinet quis moleſtias. Ar. M. Suffert quis triſtitias. Al. Suffert quis moleſtias.*
Patiens iniuſtè. *Syr. Quæ ſibi obueniunt ab iniquis. Pagn. Malos perpeſſus iniuſtè. Al. Præter meritum affectus malis.*

Verſ. 20.

Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, &

Quæ enim eſt gloria. *Syr. Quamnam verò habent gloriam. Tigur. Quæ enim eſt laus. Tert. Quanta enim eſt gloria. Ruffin. Quæ enim eſt gratia. Ar.*

colaphizati

Vulgata Editio. | Vulgata Editio.

colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum.

Al. Quæ enim laus. Eſt. Qualis enim laus. Lorin. Quod enim decus.
Si peccantes. *Syr. Qui propter delicta ſun.*
Et colaphizati ſuffertis. *Syr. Suſtinent afflictiones. Tigur. Cùm alapis cædimini, ſuffertis. S. Ambr. Punimini. Al. Cùm alapis cædimini ſufferetis.*
Si bene facientes. *Syr. Cùm benefeceritis. Tigur. Si cùm benefacitis.*
Patienter ſuſtinetis. *Syr. Oppreſſique fueritis ac ſuſtinueritis. Tigur. Et tamen malis afficimini ſuffertis. Ar. M. Et patientes ſuſtinetis.*
Hæc eſt gratia. *Syr. Tunc creſcet gloria veſtra. Tigur. Hæc certè eſt gratia. Ar. M. Hæc gratia. Al. Hæc enim eſt gratia.*

Verſ. 21.

In hoc enim vocati eſtis: quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.

In hoc. *Syr. Ad hoc.*
Paſſus eſt. *Syr. Mortuus eſt. Oec. Afflictus eſt. Pagn. Malis affectus eſt.*
Pro nobis. *Oec. & Eſt. Pro vobis.*
Vobis relinquens. *Syr. Et reliquit nobis. Saln. Nobis relinquens.*
Sequamini. *Syr. Et vos incedatis. Tert. Aſſequamini. Saln. Sequamur. Oec. Sequeremini. Pagn. Inſequeremini.*
Veſtigia. *Syr. Per veſtigia.*

Verſ. 22.

Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

Qui. *Syr. Qui quidem.*
Fecit. *Oec. Fecerat.*
Nec inuentus eſt. *Tert. Qui loquutus non eſt. Oec. Nec inuentus fuerat.*
Dolus in ore eius. *Tert. Dolum de ore ſuo.*

Verſ. 23.

Qui cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.

Cùm malediceretur. *Syr. Maledicentiam protulit. Tigur. Cum maledictis inceſſeretur. Pagn. Cum conuiciis afficeretur. Ar. M. Conuiciis affectus.*
Non maledicebat. *Syr. Neque maledixit. Tigur. Non regeſſit conuicia. S. Cypr. & Cæter. Non remaledicebat. Oec. Non regeſſit maledicta. Pagn. Non viciſſim conuiciabatur. Ar. M. Non contra conuiciabatur.*
Cum pateretur. *Syr. Et paſſus eſt. Tigur. Cùm malis afficeretur. Ar. M. Patiens.*
Non comminabatur. *Syr. Neque comminatus. Tigur. & Ar. M. Non minabatur.*
Tradebat autem. *Syr. Sed tradebat iudicium ſuum. Tigur. Sed tradidit vindictam. Pagn. Sed tradebat vindictam.*
Iudicanti ſe. *Syr. Iudici. Tigur. & Pagn. Ei qui iudicat.*
Iniuſtè. *Syr. Iuſtitia. Tigur. & Pagn. Iuſtè.*

Verſ. 24.

Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus: cuius liuore ſanati ſumus.

Qui peccata noſtra. *Syr. Et omnia peccata noſtra.*
Ipſe pertulit. *Syr. Baiulauit.*
Super lignum. *Syr. Ad crucem.*
Vt peccatis mortui. *Syr. Vt cùm mortui fuerimus peccato. S. Fulg. Vt à peccatis ſeparati. Vat. Qui peccatis ſeparati. Vat. Qui peccatis mortui.*
Iuſtitiæ. *Syr. Per iuſtitiam illius.*
Viuamus. *Vat. Viueremus.*
Cuius liuore. *Syr. Nam eius liuore. Vat. Cuius eiuſdem vibice. Eſt. Cuius vibice.*
Sumus. *Sy. Eſtis. Vat. Fuiſtis.*

Verſ. 25.

Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & epiſcopum animarum veſtrarum.

Eratis enim ſicut oues errantes. *Syr. Qui errabatis tanquàm oues.*
Sed nunc. *Syr. Nunc autem.*
Epiſcopum. *Syr. Curatorem. S. Fulg. Viſitatorem.*

CAPVT II.

EPIST. I. B. PETRI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Perfectè vitiis renunciandum. 2093.
Adulationis & ſimulationis nexus. 2093
Detractio ab inuidia. 2093
Fœcundo fœnore detractio multiplicatur. 2094
Eucharistia ſuauitas. 2094
Cœleſtis Beatitudinis dulcedo. 2095
Quotidianis virtutum profectibus ad Chriſtum magis ſemper accedendum. 2095
Puluis nemo ſit, qui vel leui verbi vento in aërem diſpergatur. 2096
Lapides mortui; immortuos lapides adorabant. 2096
Carnalis nobilitas nihili facienda. 2097
Quid offerre fidelis quilibet, Deo debeat. 2097
Hoſtiam & holocauſtum in ſe quiſque habeat, quod Deo offerat. 2098

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes & inuidias & omnem detractionem.

2093. OMNEM *malitiam & omnem dolum.* Iurè, *Omnem,* addit, vt innueret perfectè vitia omnia eſſe relinquenda; ne, ſi aliquid vitij relinquatur, rurſus integra pullulent. *Quod addit, omnem,* inquit hîc Eſtius, *ſignificat omnino atque perfectè his vitiis renunciandum eſſe: &, quibus hoc non addit, ex proximo relinquit intelligendum.*

Simulationes. Sanctus Auguſtinus homil. 50. ex lib. 50. Homil. legit in ſingulari, *Adulationem.* Et certè magnus adulationis & ſimulationis eſt nexus. Subeſt omni adulationi ſimulatio; quia ficta laudatio fallaci laude ſimulatio eſt.

Et omnes detractiones. Statim poſt inuidiam meminit detractionis quia hæc ab illa naſci ſolet. *Quia ab inuidia* inquit hîc Salmeron, *proficiſcuntur detractiones, addit & omnes detractiones.*

2094. *Omnes detractiones.* Cur & numero multitudinis vtitur, &, *Omnes*, adiecit? An, quia fœcundo fœnore detractio multiplicatur, vt, vix tanquam granum in terram iacta, ſtatim & adoleſcat & multiplicetur? An quia multis variiſque modis committitur? Sanctus Thomas: *Et dicit, Omnes; quia multis modis committitur detractio: aut bonum, quod ineſt, non ineſſe negando, aut obfuſcando aut diminuendo: aut malum, quod non eſt, ineſſe dicendo: aut intentionem in bono opere peruertendo: aut conſentiendo aliquibus, qui aliis detrahunt, quibus apertè detrahere non audet: & talis non minùs peccat, quàm detrahens; immò aliquando grauiùs.*

Si tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus.

HVnc locum de Euchariſtiâ probæ notæ autores interpretantur, in quâ maximè, velut in ſuo fonte, Dei dulcedo guſtatur. Licèt enim vbique dulcis, vbique ſuauis ſit Dominus, eſt tamen præcipuè in hoc Sacramento.

2095. *Si tamen guſtaſtis.* Magnum eſt, ſi hîc guſtemus, quàm ſuauis ſit Dominus; quum in cælo eius dulcedine plenè ſatiabimur: nam (vt ait ſanctus Cyprianus de Aſcenſ. Dom.) *ibi non guſtabunt, quàm ſuauis ſit Deus: ſed implebuntur & ſatiabuntur dulcedine mirificâ.* Quæ hîc exhibentur guttulæ ſunt ad mare comparatæ.

Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini.

ET non iam ad Chriſtum illi acceſſerant, ad quos ſcribit Apoſtolus, cùm iam eſſent in Chriſto renati? Acceſſerant, ſed adhuc magis accedere debebant, & magis quotidianis virtutum acceſſionibus & augmentis ei appropinquare. A Chriſto incipit recedere, qui magis ſemper accedere non ſatagit. *Acceditur autem ad Chriſtum,* inquit Eſtius hîc, *etiam ab iis, qui iam in Chriſto renati ſunt, dum quotidianis virtutum profectibus magis magiſque ſe ei coniungunt.*

Tanquam lapides viui; nimirum qui Chriſto ſuperædificari cupit lapis viuus eſſe debet, non puluis; qui vel leui verbi vento in aërem diſpergatur. Hîc affigi poteſt quod habet ſanctus Bernardus ſerm. 2. in feſto ſancti Michaëlis, vbi ait: *Quomodo ſperabunt reædificare de nobis ciuitatis illius muros, ſi cognouerint, ſi viderint, nos non lapides eſſe viuos, qui poſſunt inuicem cohærere; ſed magis puluerem, quem proiicit ventus à facie terræ; quem vnius verbi flatus in turbinem excitat, & ſuſpicionis cuiuſlibet tenuiſſima aura diſpergit?* 2096.

Tanquam lapides viui; Nam erant etiam lapides mortui qui mortuos lapides adorabant, lapideis diis ſacrificabant. *Lapides viui ſunt,* inquit ſanctus Auguſtinus ſerm. 6. ex 40. nouiſſimè editis, *quos alloquitur Apoſtolus Petrus, & dicit, & vos fratres tanquam lapides viui coædificamini in templum Dei ſanctum. Vtinam ergo Fratres mei, ſentiant lapides mortui miſericordiam in ſe lapidum viuorum. Quid enim ſatagimus? Quid cordis noſtri vel anguſtia, vel latitudine procuramus? Quid ſtudemus niſi vt lapidem liberemus à lapide? Lapides enim viui oculos habent & vident, aures habent & audiunt, manus habent & operantur, pedes habent & ambulant. Etenim nouerunt factorem ſuum. At verò lapides mortui, ſecundùm lapides ſuos Deos attendunt, adorant & cognoſcuntur, ſacrificium inferunt, & ſacrificium ipſi diabolo fiunt.*

Vos autem genus electum, regale ſacerdotium.

VOs autem genus electum. Non audis hîc vllum pauperis diuitiſque, nobilis ignobiliſq; diſcrimen fieri. Quilibet, genus electum eſt, vt à rectâ mente abeat, qui ex opinione carnalis nobilitatis intumeſcit. Pulchrè rem verſat S. Hilarius in Pſalm. 118. dum ait: *Alij gloriâ ſeculi tument, neſcientes, hunc principalem benedictionum cæleſtium fuiſſe ſermonem: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum. Alios nobilitas carnalis in faſtigium erigit, non cogitantes, illis, qui in Chriſto renati ſunt, dictum eſſe: Vos autem genus* 2097.

electum

electum, regale ſacerdotium, gens ſancta. Aliæ ſunt ſeculi leges, alia Dei munera.

Regale ſacerdotium; Quid ergo offerre fidelis quilibet Deo debet? Siſtenda hîc Origenis verba, hom. 9. in Leuiticum. *Audi inquit, quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus inquit, electum, regale ſacerdotium, gens ſancta populus in acquiſitionem. Habes ergo ſacerdotium, quia gens ſacerdotalis es & ideo offerre debes Deo hoſtiam laudis, hoſtiam orationum, hoſtiam miſericordiæ, hoſtiam pudicitiæ, hoſtiam iuſtitiæ, hoſtiam ſanctitatis. Sed vt hæc dignè offeras, indumentis tibi opus eſt mundis, & ſegregatis à reliquorum hominum communibus indumentis, & ignem diuinum neceſſarium habes non aliquem alienum à Deo, ſed illum qui à Deo hominibus datur, de quo filius Dei dicit. Ignem veni mittere in terram, & quàm volo vt accendatur. Si enim non hoc, ſed alio, & huic contrario igni vtamur illo qui ſe transfigurat ſicut Angelum lucis, eadem ſine dubio patiemur quæ paſſus eſt Nadab & Abiu.*

2098. Qui habeat quilibet tanquam ſacerdos holocauſtum in ſeipſo quod offerat docet idem Origenes hom. 9. in Leuit. *Petrus ad omnem dicit Eccleſiam: Vos autem genus electum & regale ſacerdotium, gens ſancta. Eſtis ergo genus Sacerdotale. Et ideo acceditis ad ſancta. Sed & vnuſquiſque noſtrum habet in ſe holocauſtum ſuum, & holocauſti ſui ipſe ſuccendit altare, vt ſemper ardeat. Ego ſi renunciem omnibus quæ poſſideo, & tollam crucem meam, & ſequar Chriſtum, holocauſtum obtuli ad altare Dei, aut ſi tradidero corpus meum, & ardeam habens charitatem, & gloriam martyrij conſequar, holocauſtum meipſum obtuli ad altare Dei. Si diligam fratres meos, ita vt animam meam ponam pro fratribus meis, ſi pro iuſtitia, pro veritate vſque ad mortem certauero, holocauſtum obtuli ad altare Dei. Si membra mea ab omni concupiſcentia carnis mortificauero, ſi mundus mihi crucifixus ſit, & ego mundo holocauſtum obtuli ad altare Dei: & ipſe meæ hoſtiæ ſacerdos efficior.*

SECTIO II.

Ciuis huius mundi fidelis non ſit. 2099
Ea non quærenda, quæ mundus concupiſcit. 2099
Carnalia peccata celari ægrè poſſunt. 2100
Quæ iucunda ſenſibus videntur, contra animam ſe armant. 2100
Etiam Prælati ſubditis ſe debent ſubiicere mente. 2100
Bonum eſt etiam malis obedire, ſi mala non præcipiant. 2105
Bonorum eſt bona agere. 2101
Brutum animal refert, qui erroribus plena verba euomit. 2101
Perſtricti qui mala de bonis dicunt. 2102
Reges honorandi ita tamen vt ob eorum gratiam, quod Dei legibus aduerſatur fiat nihil. 2102
Dura quæque Chriſti exemplo ferenda. 2103
Ad Chriſtum per Chriſti veſtigia eundum. 2103
Cur mala ſcribis & Phariſæis Chriſtus comminatus ſit ante paſſionem, non in ipſa. 2104
Opprobria vt ferenda. 2104
Epiſcopi eſt animabus intendere, non poſſeſſionibus. 2104

Obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduersùs animam.

Tanquam aduenas, & peregrinos; Et numquid 2099.
peregrini ab huius mundi voluptatibus ſe ſubducunt? *Quid?* inquit hîc Iſidorus Clarius, *Aduenæ & peregrini abſtinent à carnalibus deſideriis? Sed hoc dicit. Qui carnalibus deſideriis affecti ſunt, ij veluti ciues huius mundi, atque indigenæ ſane huius tanquam ciuitatis, at vos, qui iam aliam ciuitatem animo concepiſtis, & ab hac huius mundi habitatione, ac conſuetudine quanto maxime ſtudio poteſtis, voſmet facitis alienos, aduenas vos eſſe profitemini, neque vllum cum iis habere commercium. Ergo, vt qui iam aduenæ ſitis, abſtinete ab iis, quibus ciues huius mundi adhæreſcunt.*

Tanquam aduenas & peregrinos. Ac ſi diceret: Maximè alienum eſt, vt in alienâ terrâ quæramus, quæ à Deo, à cæleſti patriâ nos alienant. *Vt ſit ſenſus*, inquit hîc Eſtius: *Obſecro vos, vt, tanquam aduenæ & peregrini in hoc Mundo, velut in alienâ terrâ ab iis concupiſcendis, quæ Mundus admiratur & concupiſcit, abſtineatis; vt ſunt voluptates, opes, honores: nam peregrinorum & aduenarum eſt, haud ſeſe miſcere negotiis ciuitatis aut regionis, in quâ peregrinantur.*

Abſtinere vos à carnalibus deſideriis. Cur potiùs à carnalibus docet abſtinendum quàm ab 2100.
aliis, quæ non minùs noxia? Vgo Catenſis: *Quia carnalia peccata maioris ſunt infamiæ, & minus celari poſſunt quàm alia.* An ab his nos auocauit, quia proniores ad illa ſumus, cùm carnem ſemper nobiſcum feramus?

Quæ militant aduersùs animam. Iucunda ſenſibus videantur: ſe contra animam armant, & acre illi bellum inferunt, vt fruſtrà ſit, qui in terrenis deſideriis pacem ſibi vllam pollicetur.

Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi quaſi præcellenti.

Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ. Qui hoc conuenire ſuperioribus poteſt, quibus ſubditi ſubiecti ſunt, non ipſi ſubditis? *Senſus eſt* inquit Eſtius, *cui debetis ſcilicet ſuperioribus. Non enim exigitur à prælatis vt exteriùs ſuis ſubiiciantur ſubditis, mente tamen debent omnibus proſterni. Unde Auguſtinus. Honore coram vobis prælatus ſit, vobis, timore coram Deo ſubiectus ſit pedibus veſtris.*

Siue Regi quaſi præcellenti. Obſeruatum ab aliis 2101.
eſt, dùm hæc ſcriberet Petrus, Principem Romani imperij regnaſſe Domitianum Neronem, ſæuiſſimum Chriſtianorum hoſtem, & ſignatè Petri ipſius & Pauli; & tamen parendum vniuerſè omnibus dicit, immò indicit Apoſtolus; vt hinc colligatur bonum eſſe etiam malis obedire, niſi mala, Diuinæque legi contraria præcipiant.

Tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

Laudem verè bonorum. Græcè ἀγαθοποιῶν, *bona agentium* bonorum quippe eſt bona agere, ſicut mali agunt quæ mala. *Laudem dixit pro præmio* inquit hîc Eſtius, *quemadmodum & Paulus dicens. Bonum fac, & habebis laudem, vel quia laus ipſa præmium quoddam eſt, vel quia præmiorum laudis eſt ſignum.*

Sic eſt voluntas Dei, vt obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

OBmuteſcere faciatis. Græcè *os obſtruatis.* Verbum φιμοῦν deductum eſt à nomine φίμος, quod inter alia ſignificat camum, inſtrumentum aptum non ad frœnandum modo, ſed ad conſtringendum forinſecus ora boum, equorum, & mulorum vt à verbo ipſo colligatur rationis expertia bruta referre, qui talis eſt vt indigeat camo tanquam brutum animal ne ore ſtulta, & erroribus plena verba euomat.

2102. *Hominum ignorantiam.* Clemens Alexandrinus legit, *occupationem*, & iuxta hanc lectionem, *ſenſus erit* inquit Eſtius *vt dum benefactis aduerſaria lingua non habeant, quod dicant, & in quod occupentur.* Ex hoc colligas, quam extra omnem rationis limitem abeant, qui tam effrœnatè in aliorum facta debacchantur, vt eum non habeant, quod malè de malis aliorum actibus dicant, dicunt malè de bonis, & probas aliorum actiones maledictis ſuis inficiunt quantum poſſunt.

Deum timete: Regem honorificate.

DEum timete, Dicturus *regem honorificate.* Dei timorem præmiſit, vt Regis honorem reuerentiamque muniret, ne ſcilicet in hominum quantumuis potentium agatur gratiam, quod Dei legibus aduerſetur: timor quippe Dei auocare homines debet ab eo quod homines imperant contra Dei præcepta. Honore afficiendus eſt Rex,
2103. ita tamen vt hic honor ad nullam culpam inducat.

Regem honorificate. Plus acuminis quam ſoliditatis habet quod affert hic Vgo, cum ait. *Dicit honorificate, non honorate, id eſt facite regi honorem exterius opere, non ſolum mente interius;* nam in Græco vt τὸν βασιλέα τιμᾶτε. *Regem honorate*, ſic quoque plerique alij vertunt.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

VObis relinquens exemplum. Patiendi; dura quæque ferendi, non miracula patrandi. *Beatus Petrus Apoſtolus*, inquit, Sanctus Auguſtinus ſerm. 6a. de tempore, *in epiſtola ſua præcipit* dicens; *Chriſtus inquit paſſus eſt pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Quod exemplum, Domini ſecuturi ſumus? Nunquid vt mortuos ſuſcitemus? Nunquid vt ſupra mare pedibus ambulemus? Non vtique ſed vt ſimus mites, & humiles corde, & non ſolùm amicos, ſed etiam inimicos toto animo diligamus.*

Vt ſequamini veſtigia eius. Tuta faciliſque ad Chriſtum via per Chriſti veſtigia ad Chriſtum ire. Delent leo cauda veſtigia ſua: altè Chriſtus ſua impreſſit, & amat premi. Falluntur, qui ad Chriſtum ire præſumunt, nec per veſtigia Chriſti: in quos illud quadrat, quod habet Saluianus 6. de Prouident. *Videlicet veſtigia Saluatoris ſequimur in circis: veſtigia Saluatoris ſequimur in theatris: tale ſcilicet nobis Chriſtus reliquit exemplum, quem fleuiſſe legimus, riſiſſe non legimus.* Non caſu factum, vt, hinc abiens, in monte Oliueti pedum ſuorum in ſaxo veſtigia relinqueret; quatenus vel ſic ad ſequenda eius veſtigia nos alliceret, eſſetque talis impreſſio tacita quædam monitio.

Qui, cùm malediceretur, non maledicebat; cùm pateretur, non comminabatur.

CVm pateretur non comminabatur; ſignatè dictum cum pateretur, nam ante non ſemel 2104.
legimus mala minatum malis, & præcipuè ſcribis & phariſæis, hypocritis & doctrinam à Deo traditam corrumpentibus: ſed cur cùm pateretur aliquid minatum malis non legimus? *Ne non ex zelo iuſtitiæ*, inquit Eſtius hîc: *ſed affectibus iræ & odij commotus id feciſſe videretur*; abeunt ab hoc exemplo qui tunc maximè minantur mala, cùm mali quidpiam patiuntur.

Peritè hæc verba expendebat B. Laurentius Iuſtinianus in faſciculo diuini amoris cap. 2. *Non maledicebat quum malediceretur, nec comminabatur, quum pateretur, quin potiùs nimio charitatis ardore ſucconſus æquanimiter vniuerſa, quæ ſibi irrogabantur perferebat opprobria ſine indignatione, ſine murmure, & abſque vllo contradictionis verbo. Attendebat quidem, non quod patiebatur ipſe, ſed quod erant ipſi, nempe infirmi, ignorantiâ cæcati, à fide alieni, compaſſione nudi, & charitate vacui. Lethali etenim morbo laborantes, atque eum à quo ſanari poterant, neſcientes, vt phrenetici, ſuſtinebantur à medico.*

Conuerſi eſtis nunc ad paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum.

EPiſcopum animarum veſtrarum. Sanctus Thomas hîc: *Animarum dicit, non poſſeſſionum; ſicut multi homines moderni intendunt poſſeſſionibus, non animabus. Hier. 3. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt:* eò magis inculti, quò magis agrorum culturæ addicti.

CAP. III.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. EPIST. I. B. PETRI.

Verſ. 1.

SIMILITER & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis: vt & ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant,

Et mulieres. *Syr. Et vos mulieres. Tigur. Vxores. Ar. M. Mulieres.*

Subditæ ſint. *Syr. Subditæ eſtote. Tigur. Subditæ ſitis. Ar. M. Subditæ.*

Viris ſuis. *Syr. Maritis veſtris. Tigur. & Ar. M. Propriis viris. Al. Viris veſtris.*

Vt & ſi qui. *Syr. Vt eos qui. Tigur. Vt etiam qui.*

Non credunt verbo. *Syr. Non acquieſcunt ſermoni. Tigur. Non obtemperant ſermoni. Ar. M. Non ſuadentur verbo. Eſt, Increduli ſunt.* vel, *Diſcredunt verbo.*

Per mulierum conuerſationem. *Syr. Bonis moribus veſtris. Tigur. Per vxorum conuerſationem.*

Sine verbo. *Syr. Abſque labore. Tigur. Abſque ſermone.*

Lucrifiant. *Syr. Acquiratis.*

Verſ. 2.

Conſiderantes in timore caſtam conuerſationem veſtram.

Conſiderantes. *Syr. Cùm viderint. Oec. Dùm deſiderant. Vat. Dum conſiderant. Ar. M. Aſpicientes.*

In timore. *Oec. & Vat. Cum timore coniunctam. Pagn. Cum reuerentia. Al. Cum reuerentia coniunctam.*

Caſtam. *Syr. Et caſtitate. Ar. M. Illam caſtam. Caiet. Puram. Quidd. Codd. ap. Caiet. Sanctam.*

Conuerſationem veſtram. *Syr. Vos conuerſari.*

Verſ. 3.

Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus.

Quarum non ſit extrinſecus cultus. *Syr. Neque ornemini ornatu externo. Pagn. Quarum ornatus ſit non externus. Ar. M. Quarum ſit non extrinſecus exornatus.*

Capillatura. *Syr. Vt cincinnis capillorum veſtrorum. Pagn. Criſpatura capillorum. Vat. Qui ſicut eſt in implicaturâ capillorum. Ar. M. Implicationis capillorum. Caiet. Ex innexione capillorum. Clar. Plicatura capillorum.*

Aut circumdatio auri. *Syr. Aut additamentis auri. Pagn. Et circumpoſitio auri. Vat. Et circumpoſitione auri. Ar. M. Et circumpoſitionis aureorum. Al. Et additione auri.*

Indumenti veſtimentorum. *Syr. Excellentibus veſtimentis. Pagn. Amictus palliorum. Vat. In palliorum amictu. Ar. Mont. Indumenti veſtimentorum. Caiet. Amictu veſtium.*

Verſ. 4.

Sed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus qui eſt in conſpectu Dei locuples.

Sed qui abſconditus eſt cordis homo. *Syr. Sed ornamini in homine abſcondito cordis. Tigur. Sed occultus ſit ornatus, qui in corde homo. Pagn. Sed occultus cordis homo. Caiet. Sed abſconditus homo cordis. Ar. M. Sed ille abſconditus cordis homo. Al. Verùm occultus, qui eſt in corde homo.*

In incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus. *Syr. In ſpiritu modeſto incorruptibili. Pagn. In corruptibili parte manſueti & quieti ſpiritus. Ar. M. In incorruptibilitate lenis & quieti ſpiritus. Al. Si is careat omni corruptelâ ita vt ſpiritus placidus ſit & quietus.*

Qui eſt in conſpectu Dei locuples. *Syr. Ornatu excellentiori coram Deo. Pagn. Qui eſt coram Deo ſumptuoſus. Oec. Qui ſpiritus in oculis Domini magnifica ac ſumptuoſa res eſt. Ar. M. Qui eſt in conſpectu Dei pretioſus.*

Verſ. 5.

Digitized by Google

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 5.

Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris.

Sic enim. *Oec. Nam ad eum modum.*
Aliquando. *Syr. Quondam. Oec. Olim.*
Mulieres. *Syr. Mulieres illæ.*
Sperantes. *Syr. Quæ ſperabant. Eſt. Quæ ſperauerunt.*
In Deo. *Ar. M. In Deum.*
Ornabant ſe. *Syr. Exornabant ſeſe. Pagn. Ornabant ſeſe. Ar. M. Ornabant ſeipſas. Al. Comebant ſeſe.*
Subiectæ propriis viri. *Syr. Et erant ſubdictæ maritis ſuis. Pagn. Et ſubditæ erant ſuis viris.*

Verſ. 6.

Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius eſtis filiæ benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationem.

Obediebat. *Syr. Subdita erat. Oec. Obediuit.*
Abrahæ. *Syr. Ipſi Abrahæ.*
Dominum eum vocans. *Syr. Et vocabat eum, Domine mi. Oec. Dominum illum appellans.*
Eſtis. *Syr. Vos eſtis. Oec. & Ar. M. Factæ eſtis.*
Filiæ. *Ar. M. Natæ.*
Benefacientes. *Syr. In bonis operibus. Al. Dum benefacitis.*
Et non pertimentes. *Syr. Non conturbatæ. Oec. Et non terremini. Catet. Non territæ. Ar. M. Et non timentes.*
Vllam perturbationem. *Syr. Vllo timore. Oec. Vllo pauore. Ar. M. Vllam conſternationem animi.*

Verſ. 7.

Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem tanquam & coheredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes veſtræ.

Viri ſimiliter. *Syr. Vos autem viri.*
Cohabitantes. *Syr. Habitate cum mulieribus veſtris. Pagn. Cohabitent.*
Secundùm ſcientiam. *Oec. In cognitione. Ar. M. Secundum cognitionem.*
Quaſi. *Syr. Et tanquam. Pagn. Velut.*
Infirmiori vaſculo muliebri. *Syr. Vaſa infirmiora. Pagn. Infirmiori vaſi muliebri.*
Impartientes honorem. *Syr. In honorem eas habete. Ar. M. Tribuentes honorem.*
Tanquam & coheredibus. *Syr. Quoniam & ipſæ ſunt vobiſcum hæredes. Pagn. Tanquam etiam cohæredes.*
Gratiæ vitæ. *Syr. Doni vitæ in æternum.*
Vt non impediantur. *Syr. Neque ſuſpenſi ſitis. Pagn. Ne interrumpantur. Ar. M. Ad. Ad non intercidi. Eſt. Vt non interrumpantur.*
Orationes veſtræ. *Syr. In orationibus veſtris. Al. Preces veſtræ.*

Verſ. 8.

In fine autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles.

In fine autem. *Syr. Finis porrò* (hic eſt.) *Oecum. In ſummâ. Vat. In ſummâ verò. Pagn. Demum. Ar. M. At finis.*
Omnes. *Syr. Vt ſitis omnes. Oec. Omnes ſitis. Pagn. Fratrum amatores, omnes ſitis.*
Compatientes. *Syr. Eſtote itaque compatientes iis, qui patiuntur. Pagn. Iiſdem afflictionibus affecti. Eſt. Similiter affecti.*
Fraternitatis, amatores, miſericordes. *Syr. Et vos inuicem diligite & eſtote miſericordes Pagn. Miſericordes. Eſt. Fratrum amantes bonorum viſcerum. Al. Fraternâ præditi charitate miſericordes.*
Modeſti humiles. *Syr. Et manſueti. Pagn. Affabiles. Ar. M. Humiles. Eſt. Affabiles.* vel, *Humani.*

Verſ. 9.

Non reddentes malum pro malo, nec

Non reddentes. *Syr. Et nemini rependatis. Tigur. Non retaliantes.*
Pro malo. *Tigur. Malo.*
Nec maledictum. *Syr. Nec etiam maledicentiam. Tigur. Aut conuicium.*
Pro maledicto. *Syr. Pro maledicentia. Tigur. Conuicio.*

maledictum

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hereditate poſſideatis.

Sed è contrario. *Syr. Sed è conuerſo. Tigur. Sed contrà. Ar. M. Contrarium verò.*
Benedicentes. *Syr. Illis benè precemini. Eſt. Bene precantes.*
Quia in hoc. *Syr. Ad hoc enim. Tigur. Scientes vos in hoc. Oec. Scientes quòd ad hoc.*
Vocati eſtis. *Tigur. Vocatos eſſe.*
Hereditate. *S. Fulg. Hereditatis.*

Verſ. 10.

Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum.

Qui enim vult. *Syr. Qui ergo deſiderat.*
Vitam diligere. *Syr. Vitam, & amata.*
Coërceat. *Syr. Cuſtodiat. Lor. Quieſcere faciat.*
Eius. *Syr. Sua.*
Dolum. *Syr. Fraudem.*

Verſ. 11.

Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem: & ſequatur eam.

Declinet. *Syr. Tranſeat.*
Inquirat. *Syr. Et quarat. Pagn. Quarat.*
Et ſequatur eam. *Syr. Curſuque ad eam contendat. Pagn. Et perſequatur eam.*

Verſ. 12.

Quia oculi Domini ſuper iuſtos & aures eius in preces eorum: Vultus autem Domini ſuper facientes mala.

Super. *Syr. Sunt ſuper.*
In preces eorum. *Syr. Ad audiendum eos. Tigur. Ad deprecationem illorum.*
Vultus autem. *Syr. Rurſus aſpectus. Oec. Aſpectus autem. Eſt. Facies.*
Super facientes mala. *Syr. Eſt ſuper improbos. Tigur. & Oec. Super eos, qui faciunt mala.*

Verſ. 13.

Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis.

Et quis eſt qui. *Syr. Et quis. Ar. M. Et quis ille.*
Vobis noceat. *Syr. Vobis malefaciet. Oec. Sit afflicturus vos. Ar. M. Malè tractans vos.*
Boni. *Syr. & Eſt. Bonitatis. Pagn. Bonarum rerum.*
Æmulatores. *Syr. Zelatores. Goth. Sectatores. Eſt. Imitatores.*

Verſ. 14.

Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.

Sed & ſi quid. *Syr. Quòd ſi. Oec. & Vat. Immò ſi quid etiam.*
Patimini. *Syr. Patiamini. Oec. & Vat. Acciderit incommodi. Pagn. Perpeſſi fueritis mali.*
Beati. *Syr. Beati eſtis. Oec. Beati eritis. Vat. Beati tamen eſtis.*
Timorem autem eorum ne timueritis. *Syr. Neque reformidabitis eos, qui terrorem vobis incutiunt. Oec. Ceterùm terrore illorum ne teneamini.*
Et non conturbemini. *Syr. Neque Conturbamini. Oec. Neque turbemini.*

Verſ. 15.

Dominum autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe.

Dominum autem. *Syr. Sed Dominum.*
Chriſtum. *Tigur. Deum.*
Parati ſemper. *Syr. Et eſtote parati. Tigur. Sitis autem parati ſemper. Ar. M. Parati verò ſemper.*
Satisfactionem. *Syr. Depromendum ſpiritum. Tigur. & S. Fulg. Reſpondendum. Ar. M. Apologiam. Caiet. Reſponſionem.*
Omni poſcenti vos. *Tigur. Cuilibet petenti. Oec. Cuilibet petenti à vobis.*
Rationem. *Tigur. Vt loquamini.*
De ea quæ in vobis eſt ſpe. *Syr. De ſpe fidei. Ar. M. De in vobis ſpe. Quid. tex. ap. Caiet. De ea qua in vobis eſt ſpe & fide.*

Verſ. 16.

Sed cum modeſtia & timore, conſcientiam

Sed cum modeſtia. *Syr. Cum humilitate. Caiet. Sed cum manſuetudine.*
Timore. *Caiet. Reuerentiâ.*
Vt in eo quod. *Syr. Adeò vt. Al. Vt in hoc quod.*
Detrahunt vobis. *Syr. Ij, qui obloquuntur de vobis*

Vulgata Editio.

tiam habentes bonam, vt in eo quod detrahuut vobis, confundantur qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

Lectionum Varietas.

tanquam de hominibus ſceleratis. Caiet. *Detrahunt vobis tanquam malefactoribus. Al. Vobis detrahunt tanquam ſceleratis.*

Confundantur. *Caiet. Pudefiant.*

Qui calumniantur. *Syr. Vt qui calumniantur. Ar. M. Illi calumniantes. Al. Hi, qui inceſſunt.*

Bonam io Chriſto conuerſationem. *Syr. Bonos in Chriſto mores veſtros.*

Verſ. 17.

Melius eſt enim benefacientes, (ſi voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes.

Melius eſt enim. *Syr. Præſtat enim vobis. Tigur. Præſtat enim. Pagn. Melius enim.*

Benefacientes. *Syr. Cum feceritis bona opera. Tigur. Vt benefacientes.*

Si voluntas Dei velit. *Syr. Si quidem talis fuerit voluntas Dei. Tigur. Si ita velit Dei voluntas.*

Pati. *Syr. Vt mala reportetis. Tigur. Malis afficiamini.*

Malefacientes. *Syr. Malefeceritis.*

Verſ. 18.

Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatus quidem carne, viuificatus autem ſpiritu.

Peccatis noſtris. *Pagn. & Ar. M. Peccatis.*

Mortuus. *Pagn. Paſſus fuit. Ar. M. Paſſus eſt.*

Offerret. *Pagn. & Eſt. Adduceret.*

Mortificatus quidem. *Syr. Et mortuus eſt. Quid. Cod. ap. Caiet. Mortificatos quidem.*

Carne. *Syr. Corpore.*

Viuificatus autem. *Syr. Vixit. Pagn. Sed viuificatus. Quid. Cod. ap. Caiet. Viuificatos autem.*

Verſ. 19.

In quo & his qui in carcere erant, ſpiritibus veniens prædicauit:

In quo & his. *Syr. Et illis. Tigur. In quo etiam. Al. In quo etiam abiit.*

Qui in carcere erant. *Syr. Quæ detinebantur in ſepulchro. Goth. Qui in inferno erant. Ar. M. In cuſtodia. Al. Et qui in carcere erant.*

Spiritibus. *Syr. Animabus.*

Veniens prædicauit. *Syr. & Al. Prædicauit. Tigur. & S. Cypr. Profectus prædicauit. Ruffin. Deſcendit & prædicauit.*

Verſ. 20.

Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë cum fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.

Qui increduli fuerant. *Syr. Quæ inobedientes fuerant. Tigur. Qui inobedientes fuerant. Eſt. Qui credere noluerant. Ar. M. Incredulis.*

Aliquando. *Syr. Quondam in diebus Noë. Tigur. Quondam.*

Quando expectabant. *Syr. Quùm præcepit. Tigur. & Pagn. Quùm ſemel expectabatur. Ar. M. Quando expectabat.*

Patientiam in diebus Noë. *Syr. Longanimitas. Tigur. Lenitas in diebus Noë. Pagn. Longanimitas in diebus Noë. Ar. M. Illa longanimitas, in diebus Noë.*

Cum fabricaretur arca. *Syr. Vt fieret arca ob ſpem pœnitentiæ eorum. Tigur. & Pagn. Quùm apparabatur arca. Ar. M. Apparatâ arcâ. Eſt. Dum apparabatur arca.*

In qua pauci. *Syr. Et in eam tantùm. Tigur. In qua pauca. Ar. M. In quam pauca.*

Id eſt octo animæ. *Syr. Octo animæ introierunt.*

Saluæ factæ ſunt. *Syr. Et ſeruata ſunt. Tigur. Seruata fuerunt.*

Aquam. *Syr. Aquas.*

Verſ. 21.

Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos

Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. *Syr. Quo quidem exemplo & vos ſeruamini per baptiſmum. Oec. Cuius figura nunc reſpondens baptiſmus, nos quoque ſaluat. Pagn. Cuius figura nunc reſpondens baptiſmus, nos quoque ſaluos reddit. Ar. M. Cui correſpondens exemplar nunc, & nos ſaluat baptiſma. Caiet. Cui nunc*

facit

Vulgata Editio.

facit baptiſma: non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum per reſurrectionem Ieſu Chriſti.

Verſ. 22.

Qui eſt in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ heredes efficeremur: profectus in cælum, ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutibus.

Lectionum Varietas.

ſimile baptiſma nos quoque ſalnos facit.
Non carnis. *Syr. Non corpus. Oec. Quo non carnis.*
Depoſitio ſordium. *Syr. Abluentes à ſordibus. Oec. Sordes abſciuntur. Ar. M. Depoſitio ſordis.*
Coſcientiæ booæ. *Syr. Cum purâ conſcientiâ. Oec. Quo fit, vt bona conſcientia. Vat. Quo fit, vt bona conſcientia.*
Iorerrogatio io Deum. *Syr. Gratias agentes Deo. Oec. Reſponſio ſit apud Deum. Vat. Bene reſpondeat apud Deum.*
Per. *Syr. Et per.*

Eſt in dextra. *Syr. Eaectus eſt in calum, & eſt ad dexteram. Pagn. Eſt ad dexteram.*
Vt vitæ æternæ heredes efficeremut. *Syr. & Omnes ferè* omitruot.
Profectus in cælum, ſubiectis. *Syr. Eique ſubiecti ſuat.*
Angelis & poteſtatibus & virtutibus. *Syr. Angeli & Poteſtates ac virtutes.*

CAPVT III.

EPIST. I. B. PETRI

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Bona mulierum conuerſatio verbis efficacior. 2105
Ornatus malierum, eſt maritis ſuis ſubiici. 2105
Abſcoaditus cordis homo quinam ſit. 2106
Soli Deo totus honor impendendus. 2106
Malum nec facto, nec voto alicui inferendum. 2107
Pharmacum contra inſurgentem iram. 2107
Malorum ſouitia, bonorum corona eſt. 2108
Conſcientia boaa loquendi fiduciam prabet. 2108
Moriendi cupiditas in Christo. 2109

Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis.

2105. SIMILITER *& mulieres.* Cur poſt ſeruos tranſit ſtatim ad mulieres dominis omiſſis? *Cauſam hanc puto,* inquit Eſtius, *quia Petrus ſcribit Iudæis in diſperſione poſitis, quorum multi quidem ſerui erant, perpauci verò Domini qui ſeruos haberent.*

Vt, ſi qui non credunt verbo, per mulierum conuerſationem ſine verbo lucrifiant.

PEr *mulierum conuerſationem ſine verbo.* Bona mulierum conuerſatio efficacior verbis eſt: aliè in viri aures, imo & cor vxor inclamat, ſi exemplo bono io bono præeat vito, & loquatur moribus licèt ore taceat.

Sic enim aliquando & ſanctæ mulieres, ſperantes in Deo, ornabant ſe, ſubiectæ propriis viris.

SVbiectæ *propriis viris.* Vix dixerat ornabant ſe, vt de earum ſubiectione loquatur: quo nexu innueret, verum mulierum ornatum eſſe viris ſuis ſubiici. Scitè Eſtius hîc: *Quaſi dicat: Ita demùm reputabant ſe palchrè comptas & ornatas, ſi viris ſuis ſubditas & obedientes ſemetipſas exhiberent.* Ornatu omni venuſtior ſubiectio & prompta parentia eſt. Ornatus omnis ſine illâ, ſine iſtâ merus inornatus eſt. Eodem ſpectabat Iſidorus Clarius hîc: *Ornabant ſe,* inqoit, *dum ſubiiciebantur propriis viris; hoc eſt ornatus earum erat ſubiectas eſſe propriis viris;* Alioquio ornatus omnis iootnatus eſt ſi ſubiectiooís otoameoto deſtituatur.

Sed qui abſconditus eſt cordis homo.

SEd *qui abſconditus eſt cordis homo.* Nollum ante Petrum hac vſum phraſi obſeruabat Sanctus Ambroſius cuius verba hîc ſiſtenda ſunt, ſic ille ſcribit epiſt. 10. *Cùm Petri Apoſtoli Epiſtolam legerem aduerti, quòd omnis ſapiens etiam diues Nec ſexum exceperit, qui fœminas ornatum omnem non in pretioſis monilibus, ſed in bonis moribus habere ſcripſerit: non enim,* inquit, *ſit extrinſecus capillorum implicatio aut auri circumpoſitio, aut habitus veſtimentorum ornamentum, ſed ille abſconditus cordis homo. Duo ſunt igitur, & eſſe hominem in homine, & illum eſſe diuitem, qui ſibi nullarum diuitiarum vſum requirat. Pulchrè autem cordis hominem dixit, eò quòd totus ſapientia ſit abſconditus, ſicut ipſa ſapientia, quæ non videtur ſed intelligitur. Nemo ante Petrum tali expreſſione vſus eſt, vt diceret cordis hominem. Exterior enim homo plurima in ſe membra habet. Interior autem cordis homo totus ſapientia eſt, plenus gratia, plenus decoris.* 2106.

Viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem.

IMpartientes. Signatè vſus hoc verbo eſt, ne nimis, quàm par ſit, honor vxoribus tribuatur. *Nota,* inqoit ſanctus Thomas, *quòd dicit, Impartientes, id eſt partem tribuentes: ſoli enim Deo totus honor eſt impendendus.* Inhonorus ille honor eſt, quo aliquid à Dei honore abraditur, vt vxori tribuatur, aut etiam cuilibet alij creaturæ.

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.

2107. N*On reddentes malum pro malo.* Non diſcriminat factum à voto, atque adeo non ſolùm malum facto ipſo non alicui inferendum, ſed nec voto niſi id fiat ob eius emendationem. Huc ſpectauit etiam ſanctus Auguſtinus in Pſal. 78. *Vbi eſt illud*, inquit, *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, & Nulli malum pro malo reddentes? Si enim malum pro malo non eſt cuiquam reddendum: non ſolum factum malum pro facto malo, ſed nec votum malum reddendum eſt pro facto vel voto malo. Reddit autem malum votum, qui etiam ſi non ſeipſum vindicat, tamen vt eius inimicum Deus puniat, expectat atque optat. Quapropter cùm & homo iuſtus, & homo malus de inimicis ſuis velint à Domino vindicari, vnde diſcernentur, niſi quia iuſtus & magis cupit inimicum ſuum corrigi, quàm puniri, & cùm in eum videt à Domino vindicari, non eius delectatur pœna, quia non eum odit, ſed diuina iuſtitia quia Deum diligit.*

Non reddentes malum pro malo. Præſens contra ſurgentem iram pharmacum exhibent verba iſta, ſi cordi inſculpantur: *cum audito conuicio*, inquit ſanctus Auguſtinus in Pſal. 92. *ira cœperit ſurgere, vt redas malum pro malo, recordare verba Apoſtoli. Non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto. His verbis recordatis franges iram, tenes fortitudinem: & quia coram te ille tibi maledixit, non poſt dorſum tuum; præcinctus es illa.*

Quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?

Q*Vis eſt qui vobis noceat?* Et non mali bonis 2108.
nocent dum in bonos ſæuiunt; minimè ſi boni ſint boni æmulatores. Malorum ſæuitia ad illorum coronam erit. Sanctus Auguſtinus ſerm. 107. de diuerſis, paulò aliter legit hunc locum, ait quippe Apoſtoli Petri verba ſunt: *Et quis vobis nocebit, ſi boni amatores fueritis? Perſecutus eſt homo malus, ad extremum tenuit, vinxit, traxit, occidit malus. Quanta ille addidit mala, tanta præparauit bona. Quicquid paſſus eſt, non fuit tormentum pœna, ſed occaſio coronæ.*

Conſcientiam habentes bonam.

C*Onſcientiam habentes bonam.* Sed cur iſtud? Quia hæc loquendi præbet fiduciam, quod maxime iis neceſſarium qui de fidei Chriſtianæ rebus verba faciunt. Si enim vita profeſſioni non reſpondeat, reſpondere muneri ſuo tractator, & doctor ægrè poterit.

Deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur.

D*Eglutiens mortem.* Vt vel hinc moriendi cu- 2109.
piditas in Chriſto colligatur. Sanctus Thomas: *In hoc notatur deſiderium mortis Chriſti pro ſalute humani generis; quod enim deglutitur, auidè ſumitur.* Eodem ferè ſpectabat Vgo Carenſis hic dum ait: *Per hoc ſignificatur, deſiderium moriendi pro nobis, quod habebat Dominus vt nos liberaret.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT IV. EPIST. I. B. PETRI.

Verſ. 1.

CHRISTO igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis:

Chriſto igitur paſſo. *Syr. Si ergo Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Tigur. Cùm igitur Chriſtus paſſus ſit pro nobis. Oec. Cùm igitur Chriſtus paſſus ſit pro vobis. Caiet. Chriſto igitur paſſo pro nobis.*

In carne. *Tigur. & Oec. & Caiet. Carne.*

Et vos. *Syr. Vos quoque.*

Eadem cogitatione. *Syr. Eadem mente. Tigur. & Oec. Iuxta eandem cogitationem. S. Fulg. Eadem ſcientiâ.*

Armamini. *Syr. Armemini.*

Quia qui paſſus eſt. *Syr. Quiſquis enim mortuus eſt. Ar. M. Quia paſſus paſſo. Al. Quòd qui patiebatur.*

Deſiit à peccatis. *Syr. Deſtitit à peccatis omnibus. Tigur. Deſtitit à peccato in hoc. S. Hier. Quieuit à peccato. S. Aug. Deſiit peccare.*

Verſ. 2.

Vt iam non deſideriis hominum ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

Vt iam non. *Syr. Vt non ampliùs. Ar. M. In non ampliùs.*

Deſideriis. *Pagn. Concupiſcentiis.*

Quod reliquum eſt in carne viuat temporis. *Syr. Viuat quanto tempore erit in corpore. Pagn. Quod ſupereſt in carne tempus viuat. Ar. M. Reliquum in carne viuere tempus.*

Verſ. 3.

Sufficit enim præteritum tempus ad

Sufficit enim. *Oec. Sat enim nobis. Vat. Sat enim eſt nobis. Ar. M. Sufficiens enim vobis.*

Præteritum tempus. *Syr. Quod tranſacto tempore.*

voluntatem

Vulgata Editio.

volnntatem gentium conſummandam, his, qui ambulauerunt in luxuriis, deſideriis, vinolentiis, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

Verſ. 4.

In quo admirantur non concurrentibus vobis in eamdem lnxuriæ confuſionem, blaſphemantes.

Verſ. 5.

Qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos.

Verſ. 6.

Propter hoc enim & mortuis euangelizatum eſt, vt iudicentur quidem ſecundùm homines in carne, viuant autem ſecundùm Deum in ſpiritu.

Verſ. 7.

Omnium autem finis appropinquauit. Eſtote itaque prudentes & vigilate in orationibus.

Verſ. 8.

Ante omnia autem mutuam in vobiſ-

Lectionum Varietas.

Oec. Quod antea acto vita tempore. Ar. M. Præteritum tempus vita.

Ad voluntatem gentium conſummandam. *Syr. Operati ſimus voluntatem ethnicorum. Oec. Voluntatem Gentium patrauerimus. Ar. M. Voluntatem Gentium adoperari. Clar. Vt voluntatem Gentium perfecerimus.*

His qui ambulauerunt. *Syr.* omittit. *Oec. Cùm verſaremur. Pagn. Cùm verſati fuiſſemus. Ar. M. Incedentes.*

Luxuriis, deſideriis, vinolentiis. *Syr. Crapula & ebrietate & proteruiâ. Goth. Libidinibus, concupiſcentiis & ebrietate. Oec. Laſciuiis, concupiſcentiis, vinolentiis. Ar. M. Proteruiis, cupiditatibus, vinolentiis.*

Comeſſationibus. *Syr. Et cantu.*

Potationibus. *Syr.* omittit. *S. Aug. Potatione. Oec. Compotationibus.*

Et illicitis idolorum cultibus. *Syr. Cultu denique dæmoniorum. Oec. Et nefariis ſimulacrorum cultibus. Caiet. Et nefariis idolorum cultibus. Ar. M. Et nefariis idololatriis.*

In quo admirantur. *Syr. Et ecce nunc admirantur. Quidd. Codd. In quibus nunc obſtupeſcunt. Oec. Vnde nouum videtur. Vatab. & Pagn. Atque id abſurdũ illis videtur. Eſt. Et in quo peregrinãtur.*

Non concurrentibus vobis in eamdem luxuriæ confuſionem blaſphemantes. *Syr. Voſque maledictis proſcindunt, eò quòd libidine non pruritis cum eis in illâ priore ingluuie. Oec. Illis calumniatoribus, quòd non accurratis unà cum ipſis in eamdem luxûs refuſionem. Vat. Qui de vobis malè loquuntur, quòd non accuratis unà cum ipſis in eamdem luxus refuſionem. Pagn. Quod non accuratis unà cum ipſis in eamdem luxûs refuſionem, blaſphemiis afficiunt.*

Reddent. *Syr. Quidem reddituri ſunt.*

Ei. *Syr. Deo ipſi.*

Qui paratus eſt. *Ar. M. Paratè habenti.*

Iudicare. *Syr. Ad iudicandum.*

Propter hoc enim. *Syr. Nam propterea. Tigur. Nam in hoc.*

Et mortuis euangelizatum. *Tigur. Mortuis quoque prædicatum Euangelium eſt.*

Iudicentur quidem. *Syr. Iudicentur. Pagn. Iudicarentur quidem.*

In carne. *Syr. & Pagn. Carne.*

Secundùm Deum. *Pagn. Iuxta Deum. Ar. M. Secundùm eum.*

In ſpiritu. *Syr. & Pagn. Spiritu.*

Omnium autem finis appropinquauit. *Syr. Inſtat autem finis omnium. Tigur. Porrò rerum omnium finis imminet. Quidd. codd. ap. Caiet. Omnium autem finis appropinquabit.*

Eſtote itaque prudentes. *Syr. Quamobrem eſtote caſti. Tigur. Sitis igitur ſobrij. Quidd. Eſtote itaque temperantes.*

Vigilate. *Syr. Inuigilate. Tigur. Vigilantes.*

In orationibus. *Syr. Orationi. Tigur. Ad orandum. Ar. M. In orationes. Caiet. In vſu ſpiritus ſecundùm Deum.*

Ante omnia autem. *Syr. Et ante omnia.*

Mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam.

Vulgata Editio.

metipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Verſ. 9.

Hoſpitales inuicem ſine murmuratioue.

Verſ. 10.

Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.

Verſ. 11.

Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat, tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum: Amen.

Verſ. 12.

Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat.

Verſ. 13.

Sed communicantes Chriſti paſſioni-

Lectionum Varietas.

Syr. Charitas vehemens mutua inter vos. Occum. Charitatem inter vos extenſam. Vat. Charitatem inter vos vehementem. Caiet. Erga vos ipſos charitatem vehementem.

Habentes. *Syr. Sit.*

Charitas. *Tertull. Dilectio.*

Operit. *S. Aug. Cooperit. Oec. Operiet.*

Peccatorum. *Tert. Delictorum.*

Hoſpitales. *Syr. Et eſtote amatores peregrinorum. Pagn. Hoſpitales eſtote.*

Inuicem. *Syr.* omittit. *Pagn. Erga vos inuicem. Ar. M. In inuicem. Eſt. Alij erga alios.*

Murmuratione. *Pagn. Murmurationibus.*

Vnuſquiſque ſicut. *Syr. Porrò vnuſquiſque veſtrûm quod. Tigur. Vt quiſque.*

Gratiam. *Syr. Donum a Deo. Tigur. Donum.*

In alterutrum illam adminiſtrantes. *Syr. Miniſtret ſociis ſuis. Tigur. Ita alius in alium illud miniſtrantes.*

Sicut boni. *Syr. Tanquam boni. Tigur. Vt boni. Ar. M. Vt pulchri.*

Multif. *Syr. Diſtincta Tigur. Varia.*

Si quis. *Syr. Quiſquis.*

Quaſi ſermones. *Syr. Loquatur vt eloquium. Oec. Loquatur tanquam eloquia Vat. Loquatur vt eloquia. Ar. M. Vt eloquia.*

Si quis. *Syr. Et quiſquis.*

Tamquam ex virtute. *Oec. Miniſtret tanquam ex potentiâ. Vat. Miniſtret tanquam ex virtute.*

Quam adminiſtrat. *Syr. Quam dat ei. Oec. & Vat. Quam ſuppeditat. Ar. M. Sicut ſuppeditat. Eſt. Quam ſubminiſtrat.*

In omnibus. *Syr. In omnibus, quæ agitis. Al. Omnibus.*

Honorificetur. *Syr. & Oec. Glorificetur.*

Gloria. *Syr. Honor.*

Secnla. *Syr. Seculum.*

Chariſſiml. *Syr. Dilecti mei. Tert. & Pagn. Dilecti.*

Nolite peregrinari. *Syr. & Pagn. Ne miremini. S. Cypr. Nolite mirari. Caiet. Ne peregrinamini.*

In fernore. *Syr. In tentationibus quas habetis. S. Cypr. Ardorem. Tert. In vſtionem. Pagn. De veſtrâ per ignem examinatione. Caiet. In veſtri exuſtione. Al. Dum per ignem exploramini. Ar. M. Illa in vobis ignitione.*

Qui ad tentationem vobis fit. *Syr. Quandoquidem ad veſtri probationem fiunt. S. Cypr. Accidentem vobis, qui ad tentationem veſtram fit. Oec. Quæ res ad experimentum vobis continget. Pagn. Quæ ad ad experimentum veſtri fit. Ar. M. Ad experimentum vobis facta. Caiet. Quæ ad tentationem vobis fit.*

Quaſi noui aliquid vobis contingat. *Syr. Quaſi quod alienum vobis acciderit S. Cypr. Neque excidatis tanquam nouum vobis contingat. Tert. Quaſi nouum accidat vobis. Oec. Perinde quaſi nouum aliquid vobis obtingat. Ar. M. Sicut peregrino vobis contingente.*

Sed. *Tigur. Immò*

Communicantes Chriſti paſſionibus. *Syr. Vos participes eſſe paſſionum Chriſti. Tigur. In hoc,*

bus

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

bus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

quòd conſortes eſtis afflictionum Chriſti. S. Cypr. Quotieſcumque communicatis Chriſti paſſionibus. Ar. M. Sicut communicatis Chriſti paſſionibus. Caiet. In hoc quòd cõmunicatis Chriſti paſſionibus.
Gaudete. *S. Cypr. Per omnia gaudete.*
Et in reuelatione. *Syr. Sic & in reuelatione. Tigur. In reuelatione S. Cypr. Et in reuelatione facta.*
Gloriæ eius. *Tigur. Gloria eiuſdem. S. Cypr. Claritate eius.*
Gaudeatis. *S. Cypr. Gaudentes.*
Exultantes. *Syr. Et exultetis. S. Cypr. Exultetis.*

Verſ. 14.

Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcit.

Si exprobramini. *Syr. Quòd ſi probrum patimini. S. Cypr. Si improperatur vobis. Tert. Si dedecoramini. Oec. Si probris afficimini.*
In nomine. *Syr. Pro nomine. Tert. Nomine.*
Beati eritis. *Syr. & S. Cypr. Beati eſtis. Caiet. Beati.*
Quod eſt honoris, gloriæ & virtutis. *Syr. Glorioſus. Oec. Gloria. Ar. M. Quod gloriæ. Caiet. Quod eſt gloriæ.*
Et qui eſt eius ſpiritus. *Syr. Spiritus Oec. & Caiet. Et ſpiritus.*
Super vos. *Tert. In vobis. Tigur. Super vos. Iuxta ipſos quidem maledictis afficitur: iuxta vos autem glorificatur. Oec. Super vos. Iuxta ipſos quidem blaſphematur, iuxta vos autem glorificatur. Pagn. Super vos. Per ipſos quidem blaſphemiis afficitur: per vos autem glorificatur. Ar. M. Super vos. Secundùm quidem eos blaſphematur, ſecundùm autem vos glorificatur.*
Requieſcit. *Ar. M. Requieuit.*

Verſ. 15.

Nemo autem veſtrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

Nemo autem. *Syr. Tantùm ne quis. Oec. Ne quis enim. Tert. Dum ne quis veſtrum.*
Patiatur. *Oec. Affligatur.*
Vt. *Syr. Tanquam. Caiet. Quaſi.*
Maledicus. *Syr. Facinoroſus. Tert. & Caiet. Maleficus.*
Aut alienorum appetitor. *Syr. omittit. S. Cypr. Aut curas alienas agens. Oec. Aut tanquam alienorum inſpector. Tert. Aut alieni ſpeculator. Pagn. Aut velut inſpector alienarum rerum. Vat. Aut curioſus alienarum rerum. Ar. M. Aut vt alienorum explorator.*

Verſ. 16.

Si autem vt Chriſtianus non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine.

Si autem. *Syr. Sin. Tigur. Porrò ſi.*
Vt Chriſtianus. *Syr. Patitur vt Chriſtianus. Tigur. Vt Chriſtianus affligitur aliquis. Pagn. Vt Chriſtianus affligitur.*
Non erubeſcat. *Tigur. Ne pudefiat. Oec. Ne pudeat. Tert. Ne erubeſcat. Ar. M. Non pudefiat.*
Glorificet autem. *Syr. Sed glorificet. Tigur. & Oec. Immo glorificet.*
Deum. *Tert. Dominum.*
In iſto nomine. *Syr. Hoc nomine. Tigur. In parte hac.*

Verſ. 17.

Quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei: Si autem primum à nobis: quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio.

Quoniam tempus. *Vat. Quandoquidem & tempus.*
Vt incipiat. *Ar. M. Incipi.*
Dei. *S. Aug. Domini.*
Si autem. *Syr. & Vat. Quòd ſi.*
Primum. *Syr. Incipit. Vat. Primum incipit.*
Quis. *Syr. & Vat. Quis erit. S. Aug. Qualis.*
Qui non credunt. *Ar. M. Imperſuaſorum.*
Dei. *S. Aug. Domini.*

Vulgata Editio.	*Lectionum Varietas.*
Verſ. 18. Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?	Saluabitur. *Syr. Seruatur. S. Aug. Saluus erit. Oec. Saluus efficitur. Ar. M. Saluatur.* Parebunt. *Syr. Inueniendus eſt. Oec. Comparebit. Ar. M. Parebit.*
Verſ. 19. Itaque & hi qui patiuntur ſecundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas ſuas in benefactis.	Itaque & hi. *Syr. Quapropter ij. Pagn. Proinde.* Qui patiuntur. *Pagn. Qui mala perpetiuntur. Ar. M. Patientes. Al. Qui affliguntur.* Secundùm. *Al. Iuxta.* Fideli Creatori. *Syr. Tanquam Conditori fideli. Pagn. & Al. Tanquam apud fidelem conditorem. Ar. M. Vt fideli Creatori.* Commendent. *Syr. Commendant ei. Pagn. & Al. Deponant.* In benefactis. *Syr. Bonis operibus. Pagn. In beneficentiâ. Caiet. In benefaciendo. Al. Benefaciendo.*

CAPVT IV.

EPIST. I. B. PETRI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Patienti Christo non compatitur qui vitiis onuſtus eſt. 2110

Dominicæ paſſionis cogitatio, vitiis hoſtibuſque vincendis apta. 2110

In Christianorum moribus legatur Christi paſſio. 2111

Cogitatio Dominicæ paſſionis ſcutum contra peccatum. 2111

Per minora peccata itur ad maxima. 2111

Semper parati ſimus vt à Deo iudicemur. 2112

Qui in Dei cultu florent, mundi cogitant ſenectutem. 2112

Prudentia virtutum auriga. 2112

Prudentiam vicini iudicij cogitatio ſuadet. 2113

Sobrietatis & vigilantiæ nexus. 2113

Christo igitur paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini.

2110. RECTVS ordo, nec myſterio vidnus. Priùs fideles fidelium Paſtor ad benè viuendum inhortatus fuerat, bene viuendi regulas tradiderat: nunc ad Dominicæ paſſionis memoriam vocat; nec enim verè patienti Christo compatitur, qui vitiis onuſtus eſt; nec paſſionis cogitatione ritè ſe armat, qui peccatis contra Deum pugnat.

Armamini. Sua ineſt vis *Armandi* verbo. Significatur nimirum Dominicæ paſſionis cogitationem impugnandis vitiis, hoſtibuſque vincendis aptiſſimam eſſe. Huc ſpectauit Vgo Carenſis hîc, dum ait: *Dicit, Armamini; quia memoria vel cogitatio paſſionis Christi maxima eſt fortitudo, & arma potentia contra diabolum, quæ multùm ipſe abhorret; quia ibi victus fuit. Vnde Bernardus: Tanta eſt virtus Crucis Christi, vt, ſi in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati præualere poſſit inuidia: ſed continuò, ad memoriam eius, totius peccati & mortis fugatur exercitus.*

2111. *Eâdem cogitatione.* Sanctus Hieronymus lib. 1. Contra Iouinian. legit, *Eâdem conuerſatione*: adeò vt in vnâ cogitatione ac meditatione non ſiſtatur; ſed ſtatim moribus exprimatur, quod mens cogitat; & legatur vitâ, quod mens verſat.

Eâdem cogitatione armamini. Armandi vtitur verbo, vt quam vim habeat hæc cogitatio nobis indicet. *Vtitur Petrus*, inquit Eſtius *armandi vocabulo quia talis cogitatio nos armat ac munit contra peccatum*, noſque contra noſtros hoſtes aptius quolibet ſcuto tuetur, ac defendit.

Et illicitis idolorum cultibus.

ET *illicitis idolorum cultibus.* Nimirum, per minora itur ad maxima. *Ponitur iſtud vltimum*, inquit S. Thomas, *quaſi maximum. A paruis ad maximum peruenitur: non quòd peccata præcedentia ſint parua, quæ ſunt in ſeipſum vel proximum, ſed quia iſtud eſt directè in Deum.*

Qui reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos.

PAratus eſt iudex iudicare: reliquum eſt, vt paret ſe, qui iudicandus eſt. Pulchrè S. Thomas: *Et, qui paratus eſt iudicare ad differentiam iudicum huius ſeculi, quos oportet cauſas examinare, antequam iudicent. Ipſe autem nouit omnia: vnde non indiget tali examinatione. Et quia ipſe ſemper eſt paratus iudicare, & nos ſemper debemus eſſe parati, vt iudicemur.* 2112.

Omnium autem finis appropinquauit.

OMnium autem finis appropinquauit. Tot iam anni elapſi ſunt & finem adhuc omnium non videmus & Petrus dixit aduenîſſe? *Rectè id dictum à Petro*, inquit hîc Eſtius, *quia iam tum incipiebat mundi ſenectus id eſt ætas eius vltima.* Scilicet qui in Dei cultu florent, mundi cogitant ſenectutem, & in horum cordibus mundus aruit, cum maximè mundi ſectatoribus florere mundus videtur.

Eſtote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

AD multas hîc nos virtutes vocat & animat: ſed præmittit prudentiam; *quia prudentia* (inquit S. Thomas hîc) *non tam eſt virtus, quàm auriga virtutum.*

Eſtote

2113. *Eſtote itaque prudentes.* Prudenter hoc adiecit, cùm dixiſſet omnium finem appropinquaſſe, nihil enim prudentiam ſic ſuadet, quam vicini iudicij cogitatio quod ſi legamus cum aliquibus, *Eſtote ſobrij*, optimè omnia cohærent, quia vt ait Eſtius, *conſideratio finis mundi appropinquantis, non ſolum valet ad retinendam in aduerſis patientiam, ſed etiam excitare in nobis debet ſtudium ſobrietatis, & orationis, vt paratos nos Domini aduentus inueniat.*

Eſtote prudentes. Græcè *σωφρονήσατε ſitis ſobrij* Syrus *eſtote caſti* ſobrietatis nimirum & caſtitatis magna cognatio eſt, vt & luxuriæ & ebrietatis ac intemperantiæ,

Et vigilate. Græcè eſt *νήψατε ſobrij eſtote.* Nectere has rationes poſſumus, *conſtat vtrumque*, inquit Eſtius, *eo verbo ſignificari & ſobrium eſſe & vigilare, quod ad vigilias apti non ſint niſi ſobrij,* vino, luxúque obruti ſomno facile ſepeliuntur.

SECTIO II.

Peccatorum multitudinem etiam in aliis charitas velat & tegit. 2114
Alieni iuris ambitio, quàm grauis. 2114
Dei domeſtici cur ad iudicium vocentur primi. 2115
Noſtra iuſtitia opera, ſordes admixtas habent. 2116

Charitas operit multitudinem peccatorum.

2114. PEccatorum multitudinem operit charitas non ſolùm, quia ea delet; ſed etiam quia aliena velat ac tegit. Hoc ſenſu producta verba protulit S. Dorotheus Doctor. 6. *Charitas patitur & conteritur, cùm proximorum peccata viderit, vt dicitur: quia charitas operit multitudinem peccatorum, & iterum: Charitas non cogitat malum, & omnia celat. Nos igitur, ſi charitatem haberemus, omnia tegeremus, omnia diſſimularemus, vt factum eſt à maioribus noſtris, dum delicta hominum cernerent. Sed an cæcos illos fortaſſe opinamur? Abſit. Cæci ad peccata hominum erant? Qui autem hominum hîc odere peccata vt Sancti? Neque tamen peccantes odio habuere, non contempſere, non illuſere, non auerterunt ſeſe ab eis: ſed compatientes admonuere, hortati ſunt, curarunt vt membrum debile. Omnia fecere, omnia ſuſtinuere, vt ad ſalutem quàcunque reducerent; imitati piſcatores, qui, cùm piſcem vllum immenſum hamo iacto ceperint, vbi illum fluctus miſcere, & magnâ vi concuti ſentiunt, non eum ſubitò ad littus trahunt cum moleſtiâ; ſed callidè funem illi remittunt ſinuntque molliter enatare, quò voluerit. At, vbi cognouerint remiſſam iram & feruorem, ſenſim illum incipiunt trahere; ſicque capto potiuntur. Ita viri ſancti cum patientiâ & charitate fratrem trahunt.*

Nemo autem veſtrûm patiatur, vt homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor.

AVt alienorum appetitor. Mirum hunc inter fures & homicidas numerari vt à nexu colligeremus quam graue piaculum ſit. Præclarè ſanctus Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 32. *Quis*, inquit, *reatus ſit alieni iuris ambitio, vt ex induſtria multa præteream vno B. Petri docetur exemplo. Nemo inquit veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, Qui enim inter homicidas, fures, atque maledicos, qui Regnum Dei profecto non poſſident, appetitorem facultatis alienæ conſtituit; quàm graue crimen quamque damnabile ſit ex collatione ſimilium euidenter oſtendit.* 2115.

Alienorum appetitor. Græcè *Alienorum inſpector*; vbi Caietanus, *ſenſum optimè tranſtulit interpres, quamuis græcè habeatur alienorum inſpector, ſed quia inſpectio non eſt in culpa, niſi ratione appetitus, ideo culpam optime tranſtulit dicendo appetitor.*

Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei.

CVr Dei domeſtici hoc donantur priuilegio, vt ad iudicium vocentur primi? *Propter hoc,* inquit S. Bernardus ſerm ad Milit. Templ. cap. 8. *iudicium incipit à domo Dei, vt ſuos, quos nouit, iudex, cùm venerit, inueniat iudicatos, & iam nihil de eis habeat iudicare.*

Non eſt myſterio viduum quod Dei iudicium inchoari à Dei domo dicitur. Sanctus Auguſtinus in epiſt. ad Rom. *Iudicium Dei inchoari dixit ex domo Dei, vt inde coniiciatur quanta impiis futura ſeruantur.*

Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei. Scitè hîc Iſidorus Clarius; *Incipit*, inquit, *primum à domo Dei iudicium, quia, vt ait magnus Baſilius, naturaliter erga eos, qui domeſtici nobis ſunt maximè ſeueriores ſumus, cùm peccauerint, at in primis domeſtici Dei non alij ſunt, quàm fideles, qui Dei domum perficiunt, videlicet Eccleſiam. Iudicium autem hîc vocat afflictiones, ac perſecutiones, quas ab impiis patiebantur.* 2116.

Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt?

SI iuſtus vix ſaluabitur. Et vnde iſtuc. An quia multæ illi difficultates ſuperandæ, per multas illi tribulationes eundum eſt. Addit Eſtius: *Quare autem iuſtus vix ſaluatur, niſi quia vix eſt iuſtus? id eſt quia imperfectam habet iuſtitiam, cùm delinquat in multis & ipſa iuſtitiæ opera quæ facit, plerumque ſordium aliquid habeant admixtum.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT V. EPIST. I. B. PETRI.

Verſ. 1.

SENIORES ergo, qui in vobis ſunt obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum: qui & eius, quæ in futuro reuelanda eſt, gloriæ communicator.

Seniores ergo. *Syr. Presbyteros autem. Tigur. Presbyteros. Ar. M. Presbyteros illos.*
Qui in vobis ſunt. *Syr. Qui ſunt inter vos. Ar. M. In vobis.*
Obſecro. *S. Hier. Oec. Exhortor. Lorin. Hortor.*
Conſenior. *Syr. Ego presbyter ſocius veſter. Tigur. Qui ſum & ipſe presbyter. Pagn. Vnà & ipſe presbyter. Caiet. Compresbyter. Ar. M. Vt compresbyter.*
Paſſionum. *Tigur. Afflictionum.*
Qui & eius. *Syr. Et ipſius Tigur. Atque idem. Ar. M. & Caiet. Et.*
Quæ in futuro reuelanda eſt. *Tigur. Quæ reuelanda eſt. Tigur. Quæ reuelabitur.. Ar. M. Futura reuelari. Caiet. Reuelandæ.*
Communicator. *Syr. Particeps. Tigur. Conſors.*

Verſ. 2.

Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum: neque turpis lucri gratia, ſed voluntariè.

Qui in vobis eſt. *Syr. Qui traditus eſt vobis. Oec. Quantùm in vobis eſt. Ar. M. Illum in vobis.*
Dei. *Oec. Chriſti.*
Prouidentes. *Syr. Et curam eius agite ſpiritualiter. S. Hier. Superintendentes. Oec. Curam illius agentes. Salm. Curam agentes.* vel, *Epiſcopantes. Ar. M. Proſpicientes. Eſt. Intendentes.*
Coactè. *Syr. Vi.*
Spontaneè ſecundùm Deum. *Syr. Sponte. Oecum. Volentes. Ar. M. Spontaneè.*
Neque turpis lucri gratia. *Syr. Non in ſordido lucro. Oec. Non turpiter affectantes lucrum.*
Voluntariè. *Syr. Ex toto corde veſtro. Oec. Propenſo animo. Ar. M. Prompto animo. Caiet. Promptè,*

Verſ. 3.

Neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.

Neque vt dominantes. *Syr. Non tanquam Domini. Pagn. Neque ceu Dominium exercentes.*
In cleris. *Syr. Gregis. Pagn. Aduerſus cleros. Caiet. In cleros. Ar. M. Cleris.*
Forma facti. *Syr. Vt ſitis bonum exemplar. Pagn. Vt ſitis exemplaria. Caiet. Forma facti. Ar. M. Exemplaria. Al. Sic vt ſitis exemplaria.*
Gregis ex animo. *Syr. Illis. Pagn. & Alij, Gregis.*

Verſ. 4.

Et cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.

Et cùm apparuerit. *Syr. Vt cùm reuelatus fuerit. Ar. M. Et apparente.*
Princeps. *Syr. Ille magiſter. Vat. Ille princeps. Ar. M. Illo principe.*
Percipietis. *Syr. Recipiatis ab eo. Vat. & Ar. M. Deportabitis.*

Verſ. 5.

Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. Omnes autem inuicem humilitatem inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Similiter. *Syr. Vos autem.*
Adoleſcentes. *Eſt. Iuniores.*
Senioribus. *Syr. Senioribus veſtris.*
Omnes autem inuicem. *Syr. Et vnus erga alium. Oec. & Vat. Sic vt omnes alius alij viciſſim ſubiiciamini. Ar. M. Omnes autem alij aliis ſubditi. Caiet. Omnes autem inuicem ſubiecti.*
Humilitatem inſinuate. *Syr. Circunamicti eſtote manſuetudine animi. Oec. Humilitatem animi vobis induite. Vat. Humilitatem animi vobis infixam habete. Pagn. Humilitatem animi vobis illigatam habete. Ar. M. Humilitatem animi inſinuate. Sal. Humilitatem alligatam habete.*
Superbis reſiſtit. *Syr. Illis aduerſatur, qui efferunt ſeſe.*

Verſ. 6.

Vulgata Editio.	*Lectionum varietas.*

Verſ. 6.

Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.

Humiliamini. *Syr. Humiliemini.*
Potenti manu. *Syr. Potenti illa manu. Ar. M. Potentem manum.*
Exaltet. *Syr. Ipſa euehat. Vat. Extollat.*
In tempore viſitationis. *Syr. Tempore congruo. Vat. Quum erit opportunum. Pagn. In tempore opportuno. Caiet. In tempore.*

Verſ. 7.

Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.

Omnem. *Syr. Et omnem. Tigur. Omni.*
Solicitudinem veſtram. *Tigur. Cura veſtrâ. Eſt. Solicitudine veſtrâ.*
Proiicientes in eum. *Syr. Coniicite in Deum. Tigur. Coniectâ in illum. Eſt. Proiectâ in eum.*
Quoniam ipſi. *Syr. Quippè cui.*
Cura eſt de vobis. *Syr. Cura eſtis.*

Verſ. 8.

Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret.

Sobrij eſtote & vigilate. *Syr. Vigilate & memores eſtote. Pagn. Sobrij eſtote, vigilate.*
Veſter diabolus. *Syr. Veſter ſatanas. Pagn. Veſter.*
Rugiens. *Syr. Rugit.*
Circuit. *Syr. Et obambulat. S. Cypr. Circuiuit. Pagn. Vndique ambulat. Vat. Obambulat. Ar. M. Ambulat.*
Quærens. *Syr. Quæritque.*
Quem deuoret. *Syr. Quem abſorbeat. S. Cypr. & Caiet. Aliquem deuorare,*

Verſ. 9.

Cui reſiſtite fortes in fide: ſcientes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ fraternitati fieri.

Cui reſiſtite. *Syr. Inſurgite ergo in eum.*
Fortes in fide. *Syr. Obfirmati in fide. Oec. Solidi fide. Caiet. Firmi in fide. Ar. M. Firmi fide.*
Scientes. *Syr. Et ſcitote.*
Eamdem paſſionem. *Syr. Quòd hæ paſſiones. Oec. Eaſdem afflictiones. Ar. M. Eandem afflictionum. Eſt. Eaſdem afflictiones.*
Ei. *Syr. Et. Oec.* omittit. *Ar. M. Illi.*
Quæ in mundo eſt. *Syr. Qui in mundo ſunt. Ar. M. In mundo.*
Veſtræ fraternitati. *Syr. Fratribus veſtris.*
Fieri. *Syr. Obueniunt. Oec. Conſummari. Ar. Mont. Impleri. Eſt. Perfieri.*

Verſ. 10.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit ſolidabitque.

Deus autem. *Vat. Sed Deus. Ar. M. At Deus.*
Omnis gratiæ. *Syr. Gratiæ eſt.*
Qui vocauit. *Ar. M. Vocans.*
In æternam. *Syr. In æternum. Vat. Ad æternam.*
Suam gloriam. *Syr. Ad gloriam ſuam.*
In Chriſto Ieſu. *Syr. & Vat. Per Ieſum Chriſtum.*
Modicum paſſos. *Syr. Quem dedit vobis, vt, cùm ſuſtinuerimus has oppreſſiones exiguas. Vat. Parumper afflictos.*
Ipſe perficiet. *Syr. Roboremur. Vat. Idem inſtauret vos. Ar. M. Perficiat vos.*
Confirmabit. *Syr. Et confirmemur. Vat. Fulciat, roboret. Ar. M. Confirmet, roboret.*
Solidabitque. *Syr. Atque perſtemus in eo æternùm. Vat. Stabiliat. Ar. M. Fundet.*

Verſ. 11.

Ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum: Amen.

Ipſi. *Syr. Cui ſit.*
Imperium. *Syr. Potentia & honor.*
Secula. *Syr. Seculum.*

Verſ. 12.

Per Siluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter ſcripſi obſecrans & conteſtans hanc eſſe veram gratiam Dei in qua ſtatis.

Fidelem fratrem vobis. *Pagn. Vobis fidelem fratrem.*
Breuiter. *Syr. Pauca hæc. Pagn. Paucis. Ar. M. Perpauca.*
Obſecrans. *Syr. Et perſuaſum habeo. Pagn. Adhortans. Lorin. Deprecans.*
Et conteſtans. *Pagn. Ac teſtificans.*
Quâ. *Ar. M. Quam.*

Verſ. 13.

Vulgata Editio.

Verſ. 13.

Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus.

Verſ. 15.

Salutate inuicem in oſculo ſancto. Gratia vobis omnibus, qui eſtis in Chriſto Ieſu.

Lectionum Varietas.

Salutat vos. *Syr. Poſtulat pacem veſtram.*
Eccleſia. *Syr. Eccleſia illa. Tigur. Ea eccleſia. Ar. M.* omittit.
Quæ eſt in. *Ar. M. In.*
Coëlecta. *Syr. Lecta. Tigur. Veſtra conſors electionis. Caiet. Simul electa.*

Salotate. *Syr. Poſtulate pacem.*
Inuicem in oſculo ſancto. *Syr. Mutuam cum oſculo ſancto. Oec. Vos mutuo charitatis oſculo. Caiet. Inuicem in oſculo charitatis. Ar. M. Alij alios in oſculo charitatis.*
Gratia. *Syr. Pax.*
Vobis. *Syr. Cum vobis.*
Qui eſtis in Chriſto Ieſu. *Syr. Qui in Chriſto eſtis Ar. M. In Chriſto Ieſu.*

CAPVT V.

EPIST. I. B. PETRI

Expenditur, & illuſtratur.

SECTIO PRIMA.

Superior inter ſubditos ſit tanquam vnus ex illis. 2117
Humilitatis exemplum in Præſule. 2117
Lucri amor captiuos eos tenet, quos corripit. 2117
Affectus prouidentiæ in ſuperiore ergâ ſubditos. 2118
Frugalitas commendata. 2118
Superiores ſigillum, ſubditi ceram referant. 2119
Sacerdos vt formam gregis referat. 2119
Sacerdos gregis forma factitiâ ſit, non fictitiâ. 2119

Seniores ergo, qui in vobis ſunt, obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum.

2117. QVI *in vobis ſunt.* S. Thomas hîc: *Non dicit, ſuper vos, ſed, in vobis, quia rector debet eſſe inter ſubditos quaſi vnus ex illis.* Vbi incipit ſe ſupra alios credere, incipit eſſe infra ſeipſum, & extra muneris ſui terminos.

Obſecro. Cur obſecrat Petrus, cùm poſſet iubere tanquam ſummus paſtor? *Ignorare volens*, inquit hîc Salmeron *ſuam ſupremam autoritatem; ait, obſecro vt humilitatis etiam ſucceſſoribus ſuis, exemplum relinqueret, obſecrat, qui imperare poterat. Et videtur obſeruaſſe Pauli præceptum dicentis. Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem.*

Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei; prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum; neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè.

VIdes vt eos, qui ſpontaneè paſtoris exercent munus, & ſubditis prouident; & eos, qui ſpe lucri id præſtant, inter ſe opponat; tanquam non ſpontè ſuas oues ament, qui ad lucrum, quod ex illis ſpectant, rapiuntur. Non ſpontè id agunt, ſed coactè cogit eos lucri amor, qui captiuos tenet, quos corripit.

2118. *Paſcite, qui in vobis eſt gregem.* Cur *in vobis* dixit, non *ſub vobis* cùm ſub paſtoribus, grex Domini ſit? *Non dixit*, inquit Bonus ille autor Philip. de Greue ſerm. 170. in Pſalm. *ſub vobis, ſed in vobis notans affectum prouidentiæ non coactè ſed ſpontaneè ſecundùm Deum.*

Neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo.

NEque vt dominantes; A turpi lucro paſtores auocauerat, cur ſtatim auocat à dominatu qui ſuperbiam ſapiat. Rectè, inquit hic Salmeron *poſt interdictum turpe lucrum, interdicit dominatum: nam qui non appetit in ſubditos dominari, nec magnus fieri apud cæteros, quærit humiliter, in frugalitate agere, nec pretioſam expetit veſtem, aut magnificam: & frequentia conuiuia non habet: ideo non opus eſt illi turpi lucro comparata.*

Forma facti gregis ex animi. Ad quæ verba ait Salmeron: *hic ſenſus eſt. Debent Epiſcopi, & paſtores, greges ſuos anteire & exemplum bonorum operum illis tradere, quia debent eſſe tanquam ſigillum, ſubditi autem tanquam cera, quorum mores corripi indigent ab Eccleſia.* 2119.

Forma facti gregis. Quî ſacerdos formam referat explicat Sanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 319. *Cum ſacerdos gregis forma, & Eccleſiæ lumen dictus ſit, ac reuera ſit ſubditus, vt cera ſigillo, ſic ipſius moribus imprimi neceſſe eſt. Quocirca ſi lumen eſſe vis, ſcurrilitatem ac riſus petulantiam inſectare.*

Signatè dixit, *Facti*, ne fictitia ſit. Pulchrè Galfridus in Allegor. Tilm. ad hæc verba. *Facti*, inquit, *forma gregis nam formam illam in factis eſſe neceſſe eſt factitiam, non fictitiam; ſculptam, non pictam. Vbi hodiè forma gregis? Informis magis hac vita eſt & deformis.*

SECTIO II.

Diabolus ſtudet ne Chriſti verba audiantur. 2120
Diabolus non minùs viribus quàm timore nos ligat. 2120
Circuitus diaboli qualis. 2121
Hominem Dei opus delere, cur ſtudeat diabolus. 2121
Satanicum leonem agnus vincit. 2122
Homines ſibi incorporare per mortalem culpam diabolus ſtudet. 2122

Præſules

Præſules diſcurrant, vt quærant quos ſaluent. 2122
Non leuiter nocere ſtudet diabolus hominibus. 2123
Sæuus præcipuè in bonis ſatanicus hoſtis eſt. 2123
Seuerior ſermo ſit quò ſexus alloquendus eſt mollior. 2124
Maximè amandi etiam qui peccata noſtra narrant. 2125

Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

2120. TAnquam leo rugiens. Non nudè leoni diabolus comparatur, ſed leoni rugienti; vt ſcilicet dum nos terrat, ſalutaria Dei verba excipere non poſſimus, hæc quippe eius inſidiis & manifeſtatis, & eliminandis opportuna ſunt. Aptè Gloſſa hîc, *ſicut rugitus*, inquit; *Leonis impedit aures, ne vllum ſonum excipiant, ſic diabolus fidelium mentes terrendo, & illicita ſuggerendo, à vin veritatis ne vocem Chriſti audiant auertit.*

Rugiens. Cur rugire & circuire dicitur ſatanicus leo, & non ſtatim aggredi & vorare, quos eſt voraturus? Vt rugitu exterreat, & timore quodammodò liget: non minùs quippe viribus contra nos pugnat, quàm timoribus. Timorem incutit, vt animum exeuriat.

2121. *Circuit quærens quem deuoret.* Hunc ſatanæ circuitum pulchrè deſcribit Sanctus Cyprianus ſerm. de Zelo & Liuore, vbi poſt Petri verba producta ait: *Circuit ille non ſingulos, & tanquam hoſtis clauſos inſidens, muros explorat, & tentat an ſit pars aliqua membrorum minùs ſtabilis, & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Vocat oculis formas illices, & faciles voluptates, vt viſu deſtruat caſtitatem. Aures per canorum muſicam tentat, vt ſoni dulcioris auditu ſoluat & molliat Chriſtianum vigorem. Linguam conuicio prouocat, manum iniuriis laceſſentibus ad petulantiam cædis inſtigat: vt fraudatorem faciat, lucra opponit iniuſta vt animam pecunia capiat, ingerit pernicioſa compendia: honores terrenos promittit, vt cæleſtes adimat: oſtentat falſa, vt vera ſubripiat. Et cum latenter non poteſt fallere, exertè atque apertè minatur, timorem turbidæ perſecutionis intentans, ad bellandos Dei ſeruos, inquietus ſemper, infeſtus, in pace ſubdolus, in perſecutione violentus.* Noſtrum eſt tanto ſtudio tanto hoſti reſiſtere, quanto paratus eſt ipſe ad impugnandum.

Quem deuoret. Non contentus eſt hominem percutere aut occidere: deuorare cupit, *vt opus Dei* (loquit ille) *ita deleatur funditùſque pereat, vt nullum eius veſtigium remaneat.*

2122. Leonem hunc agnus occiſus vicit. Peritè locum hunc verſat Sanctus Auguſtinus ſerm. 80. de diuerſis. *Ipſe agnus occiſus morte ſua vicit leonem qui circuit quærens quem deuoret. Dictus eſt enim diabolus leo, feritate, non virtute. Apoſtolus quippe ait Petrus. Vigilare vos oportet aduerſus tentationes, quia aduerſarius, inquit, veſter diabolus circuit quærens quem deuoret. Sed quomodo circuit dixit, Sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Quis non incurreret in dentes leonis huius, niſi viciſſet leo de tribu Iuda? Contra leonem leo, contra lupum agnus.*

Quem deuoret. Non ſatis eſt diabolo homines occidere, niſi & quos occiderit deuoret eos, *incorporando ſibi per mortalem culpam*, ait Liranus hîc.

Nolim ſegniores in animarum ſalutem præſules eſſe, quàm in earum perditionem diabolus ſit. *Si hic*, inquit bonus ille autor, *circuit quærens quem deuoret: cur non illi diſcurrunt, quæſituri quos ſaluent?* Et cum ſuis etiam ſe.

Quem deuoret. Parum illi mordere, deuorare homines cupit, & totos abſumere. *Circuinit* inquit Sanctus Chryſoſtomus hom 22. ad populum *quærens non quem mordeat vel frangat, ſed quem deuoret*, nollet leuiter nobis nocere eum non leuis illius in homines inuidia, nocendique ardor non ſit exiguus. 2123.

Nulli hic hoſtis parcit, ſæuus in omnes eſt, ſed præcipuè in eos, quos probitas ſuper alios effert; hinc illud ſancti Auguſtini lib. Quæſtionum veteris, & noui teſtamenti quæſt. 8. *promptioribus circa eius* (Dei) *obſequia magis infeſtus eſt. Quamobrem Petrus Apoſtolus* ait. *Sobrij eſtote & vigilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuinit quærens quem deuoret. Gentiles non quærit, Iudæos non quærit, malæ vitæ & conuerſationis non quærit, ſed quærit Dei ſeruos & Chriſti famulos quos ſibi ſcit inimicos, quia factum eius & præſumptionem eius condemnunt.*

Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus.

MVtuis ſolet amor nutriri ſalutationibus ac excitari; vt non mirum adeò autoribus ſacris frequentatas. Quòd Marcum appellet hîc filium ſuum S. Petrus à magno in eum amore eſt ortum: amorem verò ab eo, quòd eum baptiſmalibus aquis tinxerit, eumque inſtituerit. 2124.

Reperimus, Apoſtolos *filiorum* nomine nó ſemel diſcipulos ſuos ſed non mollioris ſexûs appellaſſe: hoc verò titulo minimè vſos in molliori, nec fœminas filias dictas ab illis; vt rectè monuerent, Apoſtolici ſpiritus non eſſe, quùm de fœminis agitur, verbis vti, quæ blandiora ſint. Nimirum, ſeuerior ſermo ſit, quò ſexus ipſe eſt mollior.

Et Marcus filius meus. Valde amantis hæc verba ſunt. Vt alia multa, hoc præcipuè præcipuus Apoſtolorum amauit in Marco: quòd ea, quæ ad eius laudem maximè faciebant ferè ſuppreſſerit in Euangelio ſuo: quòd ſuper aquas ambulauerit, quòd claues ei Chriſtus dederit, quòd ſtaterem pro Chriſto ac pro ſe ſoluerit, quòd eum appellauerit Filium Dei, & alia multa & mira & laude digna. E contrario Petri lapſum maximè retegit Marcus, & vnus addidit, quùm negauit Chriſtum, anathematizaſſe; quin vni Petro exprobraſſe Chriſtum in horto, quòd dormiret. Quàm aliâ à Mundi hominibus mente incedit Petrus! Hic ſingulari in eum fertur amore, & filium vocat, qui eius peccata apertè ſcripſerat. Illi amore in illos feruntur, à quibus efferuntur: odio habent eos, qui eorum narrant vitia, licèt alioquin omnibus nota. 2125.

EPISTOLÆ BEATI PETRI SECVNDÆ
CAPVT PRIMVM.

Vulgata Editio.

Verſ. 1.

SIMON Petrus, ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in iuſtitia Dei noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti.

Verſ. 2.

Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chriſti Ieſu Domini noſtri.

Verſ. 3.

Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam & pietatem donata ſunt, per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute,

Verſ. 4.

Per quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.

Verſ. 5.

Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam,

Verſ. 6.

In ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem.

Verſ. 7.

In pietate autem, amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

Verſ. 8.

Hæc enim ſi vobiſcum adſint, & ſupe-

Lectionum Varietas.

Coæqualem. *Tigur. Æquè pretioſam. Oec. Æquè honorificam.*
In iuſtitia. *Tigur Per iuſtitiam.*
Saluatoris. *Tigur. Seruatoris.*

Adimpleatur. *S. Aug. & Vat. Multiplicetur.*
In cognitione. *S. Proſp. In recognitione. Vat. Per agnitionem.*
Chriſti Ieſo. *Vat. Ieſu.*

Quomodo. *Oec. & Pagn. & Caiet. Vt.*
Nobis. *Oec. Vobis.*
Diuinæ virtutis ſuæ. *Oecum. Diuina ipſius virtute largiente. Pagn. Eius Diuina virtus largita eſt. Caiet. Eius Diuina potentia largita eſt. Lorin. Diuina potentia ſua.*
Donata ſunt. *Oec. Faciunt. Pagn. Pertinent.*
Cognitionem. *Pagn. Agnitionem.*
Propria gloria. *Oec. & Pagn. Per gloriam.*
Virtute. *Oec. & Pagn. Virtutem.*

Quem. *Oec. Qua.*
Maxima & pretioſa. *Oec. Pretioſa ac maxima.*
Nobis. *Oec. Vobis.*
Donauit. *Oec. Donata ſunt.*
Efficiamini. *Vat. Efficeremini.*
Conſortes. *S. Athanaſ. Communicatores.*
Fugientes eius. *Oec. Deuitatâ. Vat. Si refugeritis.*
Concupiſcentiæ corruptionem. *Oec. Per concupiſcentiam corruptione. Vat. A corruptione, per concupiſcentiam. Caiet. In concupiſcentiâ corruptionem.*

Vos autem. *Tigur. Sed & in hoc ipſum. Caiet. Et in hoc ipſum autem.*
Curam omnem. *Tigur. Omni ſtudio. Pagn. Omne ſtudium.*
Subinferentes. *Tigur. Adhibito. Pagn. & Caiet. Conferentes. Feu. Ard. De veſtro afferentes.*
Miniſtrate. *Tigur. & Pagn. Subminiſtrate. Eſt. Suppeditate. Feu. Ard. Suggerite.*
Virtute autem. *Pagn. Virtute verò.*

Scientia autem. *Pagn. Scientiâ verò.*
Abſtinentiam. *Pagn. Temperantiam.*
Abſtinentia autem. *Pagn. Abſtinentiâ verò.*
In patientia autem. *Pagn. Rursùs in patientiâ.*

Amorem fraternitatis. *Tigur. Fraternam charitatem. Caiet. Amorem fraternum.*
Amore autem fraternitatis. *Tigur. Fraternâ autem charitate. Caiet. Amore autem fraterno.*
Charitatem. *Tigur. Dilectionem.*

Superent. *Oec. Exuberent.*
Non vacuos. *Oec. Haud otioſos. Eſtin. Non inutiles.*

Vulgata Editio.

rent, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione.

Lectionum Varietas.

Sine fructu. *Oec. In irritum laborantes. Pagn. Infructuoſos. Eſt. Nec fruſtra laborantes.*
Vos conſtituent. *Oec. Efficiunt. Eſtius. Vos conſtitunnt.*
In cognitione. *Oec. Ad cognitionem. Eſt. In cognitionem.*

Verſ. 9.

Cui enim non præſtò ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum.

Præſto ſunt. *Pagn. Adſunt.*
Cæcos. *Pagn. Is cacus.*
Tentans. *Pagn. Viam tentans.*
Obliuionem accipiens. *Pagn. Oblitus.*
Purgationis. *Pagn. Seſe fuiſſe purgatum.*
Veterum ſuorum delictorum. *Pagn. A veteribus peccatis ſuis.*

Verſ. 10.

Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando.

Satagite. *Vat. Operam date.*
Vt per bona opera. *Vat. Vt.*
Certam. *Vat. Firmam.*
Faciatis. *Vat. Efficiatis.*
Facientes. *Vat. Si feceritis.*
Non peccabitis. *Vat. Nequaquàm labemini. Al. Non labemini.*
Aliquando. *Vat. Vnquàm.*

Verſ. 11.

Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti.

Si enim. *Oec. Siquidem ad hunc modum.*
Abundanter. *Oec. Abundè. Eſt. Opulenter. Lorin. Opulentè.*
In æternum. *Oec. Ad aternum.*
Saluatoris. *Al. Seruatoris.*

Verſ. 12.

Propter quod incipiam vos ſemper commonere de his & quidem ſcientes, & confirmatos vos in præſenti veritate.

Incipiam. *Tigur. Haud negligam. Quidd. Codd. Non differam.*
Et quidem ſcientes. *Tigur. Tametſi ſciatis. Caiet. Quanquam ſcientes.*
Confirmatos vos. *Tigur. Confirmati ſitis.*

Verſ. 13.

Iuſtum autem arbitror quamdiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione.

Iuſtum autem. *Pagn. Attamen iuſtum.*
Suſcitare. *Pagn. Excitare.*
In commonitione. *Pagn. Per commonitionem.*

Verſ. 14.

Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundùm quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi.

Certus. *Vat. Cùm ſciam. Pagn. Cùm ſciuerim.*
Quod velox eſt. *Vat. Breui futurum.*
Depoſitio. *Vat. Vt deponam.*
Tabernaculi mei. *Vat. Hoc tabernaculum meum.*
Secundùm quòd. *Vat. Quemadmodum.*
Significauit. *Lorin. Manifeſtauit.*

Verſ. 15.

Dabo autem operam & frequenter vos habere poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.

Dabo autem operam &. *Pagn. Quin & dabo operam.*
Frequenter. *Pagn. Semper.*
Vos habere. *Pagn. Vt vos. Vat. Vt.*
Obitum. *Pagn. Exitum.*
Vt horum. *Pagn. Horum. Quidd. codd. ap. Caiet. Vt horum omnium.*
Memoriam faciatis. *Oec. Mentio fiat. Pagn. Mentionem facere poſſitis.*

Verſ. 16.

Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & præſentiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis.

Doctas. *Goth. Commentitias. Oec. Arte compoſitas. Caiet. Fallaces. Quidd. codd. ap. Caiet. Indoctas.*
Virtutem. *Oecum. Aduentum. Caiet. Potentiam. Quid. cod. ap. Caiet. Praſcientiam.*
Speculatores facti. *Oec. Qui oculis noſtris aſpeximus. Eſt. Inſpectores.*
Magnitudinis. *Oec. Maieſtatem.*

Verſ. 17.

Accipiens enim à Deo Patre honorem

Accipiens. *Tigur. Acceperat. Goth. Accepit.*
Delapſa. *Tigur. Delata.*

Vulgata Editio.

& gloriam, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui ipſum audite.

Verſ. 18.

Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

Verſ. 19.

Et habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies eluceſcat & lucifer oriatur in cordibus veſtris.

Verſ. 20.

Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

Verſ. 21.

Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt Sancti Dei homines.

Lectionum Varietas.

Filius. *Tigur. Ille filius.*
Mihi complacui. *Tigur. Mihi complacitum eſt. Pagn. Complacui.*
Ipſum audite. *Tigur. & ferè omnes* omittunt.

De cælo. *Vat. E cælo.*
Allatam. *S. Aug. & Vat. Delatam.*
Cum ipſo. *Vat. Vna cum illo.*

Benefacitis. *Pagn. Rectè facitis.*
Attendentes. *S. Aug. Intendentes. Pagn. Dum attenditis.*
Quaſi lucernæ. *Pagn. Ceu lucerna.*
Caliginoſo. *Pagn. Obſcuro.*
Eluceſcat. *Thom. Angl. & Pagn. Illuceſcat.*
Oriatur. *Pagn. Exoriatur.*

Hoc primùm. *Oecum. Si illud priùs. Quid. cod. ap. Caiet. Hic primùm.*
Intelligentes. *Oec. Noueritis.*
Prophetia Scripturæ. *Oec. Prophetica ſcriptura.*
Propria interpretatione. *Oec. Propria interpretationis. Vat. Priuata interpretationis.*
Fit. *Oec. & Vat. Sit.*

Humana. *Tigur. & Oec. Hominis.*
Allata eſt. *Oec. Illata fuit.*
Aliquando. *Tigur. Olim. Oec. Vnquam.*
Spiritu ſancto inſpirati. *Tigur. A Spiritu ſancto impulſi. Caiet. A Spiritu ſancto acti.*

CAPVT PRIMVM EPIST. II. B. PETRI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Perſecutiones non debent ſeruiliter ſuſtineri. 2127
Seruus Chriſti quis verè ſit. 2127
Titulos ſuos cur Apoſtoli non retinuerint. 2127
Diuinæ naturæ particeps per Spiritum ſanctum homo fit. 2127
Sui curam quiſque habeat. 2128
Summo ſtudio virtutibus incumbendum. 2128
Sæpè impatientia abſtinentiam arietat. 2128
Quoddam martyrium inter epulas eſurire. 2129
Abſtinentia impatientiæ obnoxia. 2129
Certa vt Dei electio à nobis fiat. 2129
Alienæ ſalutis memoria, in iuſtis non moritur, etiam cùm moriuntur. 2129
Propheticus ſermo cur certior dicatur voce delapſa de cælo. 2130
Scripturarum ſacrarum interpretatio à proprio ſenſu non fit. 2130

Simon Petrus, ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti.

2127. SERVVS. Cur ſeruitutis addidit titulum, quod in primâ epiſtolâ non fecit? Non *poſuit ibi*, inquit Vgo Carenſis, *nomen ſeruitutis, ad innuendum, quòd perſequutiones* (de quibus in primâ epiſtolâ agit) *non debent ſeruiliter ſuſtineri; quia dignitates ſunt.* Summa eſt dignitas, Dei ſeruitus; nec titulus iſte loquentis dignitatem inficit, ſed exornat. Addit: *Hac autem epiſtolâ, quia incitat ad ſapientiam, præmittit nomen humile.* Subtilius id putari poteſt, quàm firmum.

Seruum ſe Chriſti vocat, & Apoſtolum: non eſt verè Apoſtolus qui non eſt ſeruus; ſcilicet ſublimi cuilibet dignitati, ſubſternendus humilis ſeruitutis titulus, tanquam fundamentum ne corruat; In quo ſita hæc ſeruitus, & quiſnam ſit verè Chriſti ſeruus ſic explicat Feu Ardentius: *Se autem ſeruum Chriſti profitetur, non ideò tantùm, quod ab ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſit conditus, ſeruatus, redemptus, & velit nolit iudicio eiuſdem ſubiectus: verum etiam, quod obſequiis illius ſe ſe præ multis aliis mancipauerit, & relictis omnibus facultatibus abnegataque propriâ voluntate, totum ſeipſum eidem dicauerit & ſacrauerit.* Addit ſtatim: *Verè igitur ſeruus eſt Chriſti, quod non niſi eius negotia tractet, gloriæ illius ſtudeat, mandatis eius in omnibus obtemperet, cum hoſtibus eius non colludat, omnique animi demiſſione ſeipſum illi ſubiiciat.*

Apoſtolum ſe dicit muneris ſui titulum non ſupprimit, non vt efferret ſe, & ſe iactaret, ſed vt fidem ſuis verbis conciliaret: *Aduerte* inquit hîc Feu-Ardentius, *Apoſtolos, ſiue ſcriberent, ſiue prædicarent, titulos ſuos non reticuiſſe, ſed palam recitaſſe, & aſſeruiſſe, non ignorantia, aut populari iactatione ſe ſe inſolentius efferentes: ſed vt fidem tam ſcriptis, quàm concionibus ſuis conciliarent, & his contradicentes pudefacerent.*

Efficiamini diuinæ conſortes naturæ.

SEd quo id ratione fit? Sanctus Athanaſius dialogo 1. de Sancta Trinitate: *Fimus autem*, inquit, *diuinæ naturæ participes, ex eo quod Spiritum ſanctum participamus.*

Vos

Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtrâ virtutem.

2128. CVm primæ epiſtolæ capite poſtremo dixerit: *Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quoniam ipſi eſt cura de vobis*: cur nunc tanquam hæc ſolicitudo & cura ad quemlibet pertineat, ait? *Omnem curam ſubinferentes.* Nodum ita ſoluit S. Thomas: *Reſp. In eum principaliter proyciite veſtram ſolicitudinem. Vel proiicere monet per confidentiam bene operando, non per negligentiam.* Atque adeò ita in Chriſtum noſtri cura proiicienda & ſolicitudo, vt quilibet, quantum poteſt, ſuî curam habeat, & cum Dei auxilio bene operetur.

Subinferentes. Ex Græco aliqui vertunt: *De veſtro afferentes.* Ita Franciſcus Feu-Ardentius hîc, vti addit: *Vt noſtra cura, noſtrumque ſtudium accedat ad dona Dei*; ac torpor omnis excutiatur, omnis ſupinitas, *curam omnem.* Pulchrè idem auctor. *Cum curam omnem, ſummúmque ſtudium requirit à nobis Beatus Petrus, vult vt non frigidè, non perfunctoriè, ſed ardenti ſtudio, virtutum officiis incumbamus.*

Miniſtrate in fide veſtrâ virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientiâ autem abſtinentiam, in abſtinentiâ autem patientiam.

2129. IN *abſtinentiâ autem patientiam.* Nexuit hæc duo, quia ſæpè impatientia abſtinentiam arietat: quod expendens S. Gregor. 3. part. Paſtor. admonit. 20. ait: *Niſi mentes abſtinentium plerunque impatientia à ſinu tranquillitatis excuteret, nequaquam Petrus, dum diceret: Miniſtrate in fide veſtrâ virtutem, in virtute ſcientiam, in ſcientiâ autem abſtinentiam protinus vigilanter adiungeret dicens: In abſtinentiâ autem patientiam, deeſſe quippe abſtinentibus patientiam prauidit, quæ eis vt adeſſet, admonuit.*

Abſtinentiæ patientia neceſſaria eſt, ne, quod illa acquiſiuit, impatientia perdat. Patientia, martyrij indiuiduus eſt comes: ſuum quoque martyrium abſtinentia habet. *Quid mirabilius* inquit S. Bernardus ſerm. 1. de omnib. ſanct. *aut quod martyrium grauius eſt, quàm inter epulas eſurire?* vnde non mirum, ſi patientiæ requirat ſatellitium.

In abſtinentia autem patientiam; Cur abſtinentiæ addenda patientia erit? *Quandoquidem hi,* inquit Feu-Ardentius, *quos mundi deliciæ, & cupiditates non emolliunt, hos aliquando frangit malorum impatientia.* Addit ex ſancto Gregorio 3. part. adm. 20. *Niſi mentes abſtinentium plerunque impatientia à ſinu tranquillitatis excuteret nequaquam Petrus diceret; Adminiſtrate in abſtinentia patientiam. Deeſſe quippe abſtinentibus patientiam prauidit, quæ eis vt adeſſet monſtrauit*; ſic ſæpè qui abſtinentiæ, ieiuniíque leges non frangit, impatientiæ vi, impetúque cadit, & frangitur.

Magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.

ET nunquid incerta Dei electio, Dei vocatio eſt, vt certa à nobis reddenda ſit. An innuere voluït, electionem Dei vocationemque, vt perficiatur, requirere laborem quoque noſtrum? Huc facit illud ſancti Proſperi lib. 2. de Vocat. Gent. cap. 36. *Implendæ voluntatis Dei ita eſt præparatus effectus, vt per laborem operum, per inſtantiam ſupplicationis fiant incrementa meritorum*, & illud ſancti Eucherij de B. Ioanne Baptiſtâ: *Sciuit, quòd non ſufficeret eligentis gratia, niſi inuigilaret collaborantis induſtria.*

Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.

NImirum, nec, quùm moriuntur, ſerui Dei, alienæ ſalutis memoria in illis moritur: nec ſatis illis eſt viuere ſuis, niſi & ſuis moriantur. Peritè ſanctus Petrus Damianus opuſc. 39. cap. 1. *In verbis planè ſuis bonus paſtor oſtendit, quia non ſibi, ſed diſcipulis ſuis & viuere volebat & mori; nam paulò pòſt dicit: Dabo autem operam & frequenter habere vos poſt obitum meum, vt horum memoriam faciatis.*

Habemus firmiorem propheticum ſermonem.

HAbemus firmiorem propheticum ſermonem. Sed quî certior propheticus ſermo voce de cælo delata? Sanctus Auguſtinus ſerm. 27. de verbis Apoſtoli. *Quis noſtrum,* inquit, *non miretur delata voce de cælo certiorem propheticum ſermonem ab Apoſtolo dictum eſſe? Certiorem ſanè eſſe dixit: certiorem non meliorem, non veriorem. Tam enim verus ille ſermo de cælo quàm ſermo propheticus, tam bonus, tam vtilis, Quid eſt ergo, certiorem, niſi in quo magis confirmetur auditor? Quare hoc? Quoniam ſunt homines infideles, qui ſic detrahunt Chriſto vt dicunt eum magicis artibus feciſſe quæ fecit. Poſſent ergo infideles etiam iſtam vocem delatam de cælo per coniecturas humanas, & illicitas curioſitates ad magicas artes referre. Sed prophetæ antea fuerunt, non dico anteà, ante iſtam vocem, ſed ante Chriſti carnem. Nondum erat homo Chriſtus, quando miſit prophetas. Quiſquis dicit eum magnum fuiſſe, ſi ergo magicis artibus fecit vt coleretur & mortuus, nunquid magus erat antequam natus. Ecce quare ait Apoſtolus Petrus. Habemus certiorem propheticum ſermonem. Vox de cælo quâ fideles admoneantur. Propheticus ſermo, quo infideles conuincantur.* 2130.

Hoc primùm intelligentes, quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

VTile eſt quod ab his verbis colligebat. Richardus Victorinus lib. 2. de ſtatu interioris hominis cap. 6. *Quis profunditatem illam myſteriorum & Scripturarum diuinarum de ſua penetrare ſagacitate confidat, cum Petrum Apoſtolum legat, quomodo pariter omnes ab eiuſmodi præſumptione compeſcat. Hoc, inquit, primum intelligentes, quia prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. Abſque eo nunquam propriè Scripturarum ſacrarum interpretatio fit, qui eas inſpirauit.*

Vulgata Editio. — *Lectionum Varietas.*

CAPVT II. EPIST. II. B. PETRI.

Verſ. 1.

FVERVNT verò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant ſuperducentes ſibi celerem perditionem.

Fuerunt verò. *Pagn. Fuerunt autem.*
Sicut & in vobis. *Pagn. Quemadmodum & inter vos.*
Magiſtri mendaces. *Oec. Pſeudodidaſcali. Pagn. Falſi doctores. Eſt. Falſi magiſtri. Caiet. Pſeudomagiſtri.*
Introducent. *Goth. Subintroducent. Pagn. Clam inducent.*
Perditionis. *Pagn. Pernicioſas.*
Et eum. *Pagn. Etiam.*
Emit eos. *Pagn. Illos mercatus eſt.*
Dominum. *Quid. cod. ap. Caiet. Deum.*
Negant. *Pagn. Abnegantes. Quid. cod. ap. Caiet. Negantes.*
Superducentes. *Pagn. Accerſentes. Quid. cod. ap. Caiet. Superinducentes.*
Sibi. *Pagn. Sibi ipſis.*
Perditionem. *Pagn. Interitum.*

Verſ. 2.

Et multi ſequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſphemabitur.

Multi. *Tigur. Plerique.*
Luxurias. *Tigur. Exitia. Eſt. Laſciuias.*
Blaſphemabitur. *Tigur. Maledictis afficietur. Oec. Conuiciis afficietur. Pagn. Blaſphemiis afficietur.*

Verſ. 3.

Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.

In auaritia. *Oec. Per auaritiam.*
Fictis verbis. *Oec. Fictis ſermonibus. Vat., Fictitiis ſermonibus. Eſt. Fictitiis ſermonibus.*
Ceſſat. *Oec. Tardat.*

Verſ. 4.

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari.

Peccantibus. *Vat. Qui peccauerunt.*
Rudentibus. *Vat. Catenis.*
Inferni. *Caiet. Caliginis. Vat. Noctis.*
Detractos. *Vat. Præcipitatos.*
Tradidit cruciandos. *Vat. Tradidit. Eſt. Tradidit puniendos.*
Reſeruari. *Vat. Seruandos. Pagn. Seruatos.*

Verſ. 5.

Et originali mundo non pepercit, ſed octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit diluuium mundo impiorum inducens.

Originali. *Pagn. Priſco. Caiet. Antiquo.*
Cuſtodiuit. *Pagn. Seruauit.*
Diluuium. *Pagn. Diluuio.*
Mundo. *Pagn. In mundum.*
Inducens. *Pagn. Inducto. Eſt. Cùm induxiſſet.*

Verſ. 6.

Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit: exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt ponens.

Gomorrhæorum. *Tigur. Gomorrha.*
Redigens. *Tigur. Redactas.*
Euerſione. *Tigur. Subuerſione.*
Damnauit. *Tigur. Condemnauit.*
Exemplum eorum. *Tigur. Eoſque exemplum iis.*
Acturi ſunt. *Tigur. Forent acturi.*
Ponens. *Tigur. Fecit.*

Verſ. 7.

Et iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit.

Oppreſſum. *Oec. Qui opprimebatur.*
A nefandorum iniuria. *Oec. A nefariis.*
Ac luxurioſa. *Oec. Per libidinoſam. Quid. cod. ap. Caiet. In laſciuiâ.*
Conuerſatione. *Oec. Conuerſationem. Quid. cod ap. Caiet. Conuerſationis.*

Verſ. 8.

Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, ha-

Aſpectu enim. *Al. His enim oculis.*
Auditu. *Al. Auribus.*
Iuſtus erat. *Al. Iuſtus.*

bitans

Vulgata Editio. | *Lectionum varietas.*

bitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant.

Habitans. *Quid. Cod. ap. Caiet. Inhabitans. Al. Cum habitaret.*
Apud eos. *Quid. cod. ap. Caiet. & Al. Inter illos.*
Qui de die in diem. *Quid. cod. ap. Caiet. & Al. Quotidie.*
Operibus. *Al. Illorum factis.*
Cruciabant. *Quid. cod. ap. Caiet. & Al. Excruciabat.*

Verſ. 9.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.

Dominus. *Quid. cod. ap. Caiet. Deus.*
De tentatione. *Vat. E tentatione.*
Iniquos verò. *Vat. Iniuſtos autem.*
Reſeruare. *Vat. Seruare.*
Cruciandos. *Vat. Puniendos.*

Verſ. 10.

Magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationémque contemnunt audaces ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes.

Magis autem eos. *Pagn. Maximè verò illos.*
Poſt carnem. *Pagn. Carnem ſequentes.*
Immunditiæ. *Pagn. Pollutionis.*
Sibi placentes. *Oec. Perfracti. Pagn. & Caiet. Contumaces.*
Sectas non metuunt introducere. *Pagn. Qui gloriâ præcellentes non verentur. Caiet. Opiniones non tremunt.*
Blaſphemantes. *Oec. Conuiciis inceſſere. Pagn. Blaſphemiis afficere.*

Verſ. 11.

Vbi Angeli fortitudine & virtute cùm ſint maiores non portant aduersùm ſe execrabile iudicium.

Vbi Angeli. *Tigur. Quùm ipſi Angeli.*
Fortitudine & virtute. *Tigur. Qui robore ac virtute. Oec. Qui potentiâ ac virtute. Caiet. Qui robore ac potentiâ. Quid. cod. ap. Caiet. Qui ſunt fortitudine & virtute.*
Cùm ſint. *Tigur. & alij, Sunt.*
Portant. *Tigur. Ferunt. Oec. Ferant.*
Aduersùm ſe. *Tigur. Aduersùs ſeſe apud Dominum. Oec. Aduersùs ipſos apud Dominum.*
Execrabile. *Tigur. & Oec. Maledictum. Caiet. Blaſphemum.*

Verſ. 12.

Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem in his quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt.

Hi verò. *Oec. At iſti.*
Irrationabilia. *Quid. cod. ap. Caiet. Irrationabilia. Oec. Bruta.*
Naturaliter. *Oec. Naturâ genita.*
Captionem. *Oec. Capturam.*
Et in perniciem. *Oec. Et in corruptionem. Quid. cod. ap. Caiet. Et perniciem.*
Quæ ignorant. *Oec. Non intelligunt.*
Blaſphemantes. *Al. Maledicentes.*
Corruptione. *Oec. Perditione. Caiet. Pernicie.*

Verſ. 13.

Percipientes mercedem iniuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias: coinquinationes, & maculæ deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum.

Percipientes. *Vat. Reportantes. Eſt. Reportaturi.*
Voluptatem. *Vat. Pro voluptate.*
Exiſtimantes *Pagn. Putantes. Vat. Ducentes.*
Diei. *Vat. Diurnas. Pagn. Eas quæ in diem ſunt. Vat. Si in diem.*
Delicias. *Vat. Deliciis fruantur.*
Coinquinationes *Goth. Coinquinati. Quid. cod. ap. Caiet. Coinquinationis. Vat. Labes.*
Maculæ. *Goth. Commaculati.*
Deliciis affluentes. *Oec. In erroribus. Vat. Qui in erroribus ſuis Caiet. Deliciantes in deceptionibus.*
In conuiuiis ſuis luxuriantes vobiſcum. *Vat. Inſultant vobis. Caiet. Coëpulantes vobis. Fr. Fer. Lautè viuentes de veſtro.*

Verſ. 14.

Oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti. Pellicientes animas

Adulterij. *S. Cypr. Mœchationibus. Pagn. Adultera.*
Inceſſabilis delicti. *Oec. Qui à peccato ceſſare neſciant. Pagn. Qui non ceſſant à peccato. Al. Qui à peccando ceſſare neſciant.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij.

Pellicientes. *S. Hier. Decipiunt. S. Cypr. Capientes. Pagn. Ineſcantes.*
Inſtabiles. *S. Cypr. Infirmos.*
Auaritia. *Quid. cod. ap. Caiet. In auaritiâ. Pagn. Rapinis Fr. Feu. In cupiditatibus.*
Maledictionis. *Pagn. Execrabiles. Lorin. Execrationis.*

Verſ. 15.

Derelinquentes rectam viam errauerunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit.

Derelinquentes. *Tigur. Qui relictâ.*
Rectam viam. *Tigur. Rectâ viâ.*
Errauerunt, *Tigur. Aberrauerunt.*
Ex Boſor. *Tigur. Filij Boſor.*
Amauit. *Tigur. Dilexit.*

Verſ. 16.

Correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ: ſubiugale mutum animal hominis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipientiam.

Correptionem verò habuit. *Oec. Sed redargutus fuit.*
Suæ veſaniæ. *Oec. De ſua iniquitate. Caiet. Propria iniquitatis.*
Mutum animal. *Quid. cod. ap. Caiet. Mutum.*
Hominis voce. *Oec. Humanâ voce. Quid. cod. ap. Caiet. In hominis voce.*
Inſipientiam. *Al. Dementiam.*

Verſ. 17.

Hi ſunt fontes ſine aqna, & nebulæ turbinibus exagitatæ quibus caligo tenebrarum reſeruatur.

Hi. *Vat. Iſti.*
Sine aqua. *Vat. Aqua carentes.*
Et nebulæ. *Vat. Nebulæ.*
Turbinibus exagitatæ. *Pagn. Quæ à procella agitantur. Vat. Quæ à procella feruntur.*
Reſeruatur. *Oec. In ſeculum ſeruata eſt. Vat. In æternum ſeruata eſt. Caiet. In æuum ſeruata eſt.*

Verſ. 18.

Snperba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſideriis carnis luxuriæ eos, qui paululnm effugiunt, qui in errore connerſantur.

Superba enim. *Quid. cod. ap. Caiet. Superbia enim. Oec. Siquidem faſtuoſa verba. Pagn. Superba enim verba. Al. Siquidem vehementer faſtuoſa verba.*
Loqoentes. *Oec. & Al. Vbi ſonuerint. Pagn. Cùm loquuti fuerint.*
Pelliciunt. *Oec. Ineſcant. Pagn. Ineſcant homines.*
In deſideriis. *Oec. & Pagn. Per concupiſcentias.*
Luxuriæ. *Oec. In laſciuiis. Pagn. Voluptatibus. Caiet. Laſciuiis.*
Paululum. *Oec. Verè. Pagn. Puſillum.*
Effugiunt. *Goth. Effugerunt. Oec. & Pagn. Aufugerant.*
Qui. *Oec. Ab his, qui. Pagn. Eos, qui.*

Verſ. 19.

Libertatem illis promittentes, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis à quo enim quis ſuperatus eſt, huins & ſernus eſt.

Promittentes. *Pagn. Dum pollicentur.*
Huius &. *Pagn. Huic etiam.*
Eſt. *Pagn. Effectus eſt. Caiet. Factus eſt.*

Verſ. 20.

Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.

Refugientes. *Tigur. Poſteaquam refugerunt.*
Coinquinatione. *Tigur. Ab inquinamentis.*
In cognitione. *Tigur. Per agnitionem. Oec. Per cognitionem*
Domini noſtri. *Tigur. Domini.*
Saluatoris. *Al. Seruatoris.*
His rurſus. *Tigur. Tamen his rurſum.*
Implicati. *Tigur. Inuoluti.*
Poſteriora. *Tigur. Poſtrema.*
Deteriora prioribus. *Tigur. Peiora primis. Caiet. Deteriora primis.*

Verſ. 21.

Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.

Melius enim erat. *Oec. Satius enim fuiſſet.*
Cognoſcere. *Oec. Cognouiſſe.*
Poſt agnitionem. *Oec. Vbi cognouerunt.*
Retrorſum conuerti. *Oec. Conuerti.*
Traditum eſt. *Oec. Traditum fuit.*
Mandato. *Oec. Præcepto.*

Verſ. 22.

Vulgata Editio.

Verſ. 22.

Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuerſus ad ſuum vomitum ; & ſus lota in volutabro luti.

Lectionum Varietas.

Cootigit enim. *Oec. Sed accidit. Vat. Verùm accidit.*

Illud veri prouetbij. *Oec. Quod vero prouerbio dici ſolet. Vat. Id quod vero prouerbio dici ſolet.*

Suum. *Oec. & Vat. Suum ipſius.*

Io volutabro. *Oec. Ad volutabrum. Pagn. Reuerſa ad volutabrum.*

Luti. *Oec. & Pagn. Cœni.*

CAPVT II.

EPIST. II. B. PETRI

Expenditur & Illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Perſtricti ſuperbi. 2131
Iuſtitiæ præco cur Noe dictus. 2132
Loth iuſtus dictus, qui aliorum nequitia cruciabatur, non delectabatur. 2132
Bonorum perſecutio, malorum malitia. 2133
In terrenis delitiis, deceptio latet. 2133
Delitiarum error. 2133
Oculi feneſtram impuritatibus præbent, niſi cuſtodiantur. 2134
Luxuria ſiſti vix poteſt. 2134
Non eſt ſine labore qui ſeruit auaritiæ. 2134

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus Inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reſeruari.

2131. HVnc locum contra ſuperbos homines intorquet B. Laurentius Iuſtinianus lib. de humilitate cap. 18. *Porrò,* inquit, *ſi ſuperbientibus ac peccantibus Angelis nõ pepercit Deus, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reſeruari, euadere valebunt elati homines, qui luteas habent domos, terrenum inhabitant fundamentum, & veluti à tinea quotidie conſumuntur? Prorſus minimè: quin potius eò maioribus quiſque iuſtè ſuppliciis eſt plectendus, quò plura ac præſtantiora percepit beneficia, & ſublimiori exaltatus faſtigio, nec non efficaciori ad ſe humiliandum impulſus eſt auxilio.*

Cur potiùs Angelorum ſupplicia in exemplum producit, quàm hominum pœnas? *Non temerè,* ait Oecumenius, *à præſtantioribus aggreditur; ſed oſtendere volens, quòd hi, dum peccant, magis obnoxij ſunt ſupplicio.*

Octauum Noë iuſtitiæ præconem cuſtodiuit.

2132. IVſtitiæ præconem. Sed quî iuſtitiæ præco ac prædicator fuit Noë? Geſtis ipſis & factis; quia per multos annos arcæ vacauit fabricæ, in quâ myſterium iuſtitiæ per fidem & aquam adipiſcendæ continebatur: licèt factis etiam verba addiderit; *quia, vt veriſimile eſt omnino* (inquit hîc Eſtius) *interim, dum parat arcam, hortatus eſt homines ad Dei cultum, & ſectandam iuſtitiam, & ad vitam improbam corrigendam; denuncians alioqui futurum, vt omnes perirent.* Poteſt tamen hic locus de iuſtitiâ Dei, ſcelerum & peccatorum vindice accipi, quam inſtare Mundo, & arcæ fabricatione, & verbis inclamabat Noë.

Iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuriâ ac luxurioſâ conuerſatione eripuit: aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operationibus cruciabant.

IVſtus Loth dicitur licèt inter malos eſſet, quia nimirum aliorum malitia cruciabatur, non delectabatur. Sanctus Gregorius lib. 1. Moral. cap. 1. *Hinc Petrus magnis Loth laudibus extulit, quia bonum inter reprobos inuenit, dicens; Et iuſtum Loth oppreſſum à nefandorum iniuſta conuerſatione eripuit, Aſpectu enim & auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabant. Qui nimirum cruciari non poſſet, niſi praua propinquorum opera & audiret, & cerneret. Et tamen aſpectu & auditu iuſtus dicitur, quia iniquorum vita non delectando iuſti aures atque oculos ſed feriendo tangebat.*

Animam iuſtam iniquis operibus cruciabant. 2133.
Grauior illi pœna, Sodomitarum erat culpa. Omni ſæuior perſequutione erat improba improborum vita, malorum malitia. *Neque,* inquit S. Auguſtinus præfat. in Pſalm. 69. *& Loth ille ſanctus in Sodomis ab aliquo corporalem perſequutionem patiebatur; aut dictum illi erat, vt non ibi habitaret: perſequutio eius, facta, mala Sodomitarum erant.* Malè illi erat; quia illi erant mali, inter quos viuebat.

Deliciis affluentes, in conuiuiis ſuis laxariantes vobiſcum, oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti.

DEliciis affluentes in conuiuiis ſuis. Eſtius ex Græco vertebat *deliciantes in deceptionibus ſuis;* Quæ lectiones ſi copulentur indicant in deliciis deceptionem latere, imo delicias ipſas nihil aliud eſſe quam deceptiones, quibus mundani homines decipiantur.

In conuiuiis ſuis. Græcè ἐν ταῖς ἀγάπαις; ſic conuiuia vocabantur, quod mutuum amorem fouerent illi ad turpitudinem abutebantur & luxuriæ fouendæ, ac nutriendæ; aliqui codices habent ἐν ταῖς ἀπάταις *in erroribus*, vt alius abſit hic non deeſt, dum putantur veræ deliciæ, voluptatem veram conuiuia exhibere cum non exhibeant.

Oculos habentes plenos adulterij. Græcè *plenos adulteræ;* vt Eſtius. *Tanquam dicat Apoſtolus, in ipſis oculis adulteram geſtantes, & nihil aliud quam adulteras ſpectantes.* Sed cur oculorum meminit? quia hi præcipuè feneſtram impuritatibus præ-

bent;quia tanquam feneſtræ ſunt, per quas intrat libido,quæ cor iouadit.

Et inceſſabilis delicti. Laſciuiæ circunſcriptio eſt,quæ ſiſti vix poteſt,cùm ſemel quempiam corripuerit. Sanctus Thomas: *Inceſſabilis delicti, id eſt luxuria, quæ nunquam dicit, ſufficit. Oſeæ.* 4. *Quando vires deficiunt, deſideria inardeſcunt.* Nimirum,etiamſi multis feriatur, feriari ab impuris vix impurus poteſt.

Cor exercitatum auaritiâ habentes.

Exercet eos auaritia, qui auaritiam exercent. Non eſt ſine ſolicitudine,ſine labore,qui ſeruit auaritiæ. Sanctus Thomas hanc phraſim expendens hîc, *Plus eſt*, inquit, *cor auaritiâ exercitatum, quàm cor auarum. In corde auaro notatur corruptio affectûs: in exercitatione verò labor vel ſolicitudo.*

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

CAPVT III. EPIST. II. B. PETRI.

Verſ. 1.

Hanc ecce vobis,chariſſimi ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus veſtram excito in commonitione ſinceram mentem.

Hanc ecce. *Tigur. Haſce iam. Pagn. Hanc iam.*
Chariſſimi. *Pagn. Dilecti.*
Secundam. *Tigur. Alteras.*
Epiſtolam. *Tigur. Literas.*
Excito. *Tigur. & Pagn. Extimulo.*
In commonitione. *Pagn. Per commonitionem.*

Verſ. 2.

Vt memores ſitis eorum, quæ prædixi, verborum à ſanctis prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum, præceptorum Domini & Saluatoris.

Eorum quæ prædixi, verborum. *Oec. Verborum, quæ prædicta ſunt. Caiet. Prædictorum verborum.*
Apoſtolorum veſtrorum, præceptorum. *Oec. Præcepti noſtri,qui ſumus Apoſtoli. Vatab. Mandati noſtri, qui ſumus Apoſtoli. Caiet. Apoſtolorum noſtrorum mandati.*
Saluatoris. *Oec. Saluatoris Ieſu. Vat. Seruatoris.*

Verſ. 3.

Hoc primùm ſcientes quod venient in nouiſſimis diebus,in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes.

Hoc. *Pagn. Illud.*
Quod venient. *Pagn. Venturos.*
In deceptione illuſores. *Pagn. Illuſores.*
Iuxta. *Pagn. Qui iuxta.*
Ambulantes. *Pagn. Ambulent.*

Verſ. 4.

Dicentes: Vbi eſt promiſſio, aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ.

Dicentes. *Pagn. Et dicent.*
Promiſſio. *Pagn. Pollicitatio.*
Aut aduentus. *Pagn. Aduentûs.*
Ex quo enim. *Vat. Si quidem ex quâ die.*
Dormierunt. *Vat. Obdormierunt.*
Perſeuerant. *Vat. Permanent.*
Creaturæ. *Oec. Creationis. Vat. Conditionis.*

Verſ. 5.

Latet enim eos hoc volentes, quòd Cæli erant priùs, & terra, de aqua & per aquam conſiſtens Dei verbo.

Latet enim eos hoc. *Vat. Nam illud neſciunt.*
Erant priùs. *Vat. Iam olim fuerint.*
De aqua. *Vat. Ex aquâ.*
Conſiſtens. *Vat. Conſiſtentes.*
Verbo. *Vat. Sermone.*

Verſ. 6.

Per quæ,ille tunc mundus, aqua inundatus periit.

Ille tunc. *Pagn. Is, qui tum.*

Verſ. 7.

Cæli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt,igni, reſeruati in diem iudicij,& perditionis impiorum hominum.

Cæli autem. *Tigur. At cœli.*
Eodem verbo. *Tigur. Eiuſdem ſermone. Quid. Cod. ap. Caiet. Einſdem verbo.*
Igni reſeruati. *Tigur. Et ſeruantur igni. Oec. Seruati igni.*

Verſ. 8.

Vnum verò hoc non lateat vos,chariſſimi,quia vnus dies apud Dominum ſicut mille anni,& mille anni ſicut dies vnus.

Vnum verò. *Pagn. Vnum autem.*
Non lateat. *Pagn. Ne lateat.*
Chariſſimi. *Pagn. Dilecti.*
Sicut. *Pagn. Perinde eſt vt.*
Sicut. *Pagn. Vt.*

Verſ. 9.

Non tardat Dominus promiſſionem

Non tardat. *Pagn. Haud tardet.*
Promiſſionem ſuam. *Pagn. Qui promiſit.*

ſuam,

Vulgata Editio.

ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Verſ. 10.

Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera exurentur.

Verſ. 11.

Cùm igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus.

Verſ. 12.

Expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem Cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent?

Verſ. 13.

Nouos verò cælos, & nouam terram ſecundùm promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.

Verſ. 14.

Propter quod chariſſimi hæc expectantes, ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace.

Verſ. 15.

Et Domini noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis.

Verſ. 16.

Sicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his: in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.

Verſ. 17.

Vos igitur fratres præſcientes cuſto-

Lectionum Varietas.

Sicut quidam. *Pagn. Quemadmodum nonnulli tarditatem.*
Sed patieotet. *Pagn. Verùm longanimis. Vat. Verum patiens.*
Agit. *Pagn. & Vat. Eſt.*
Propter vos. *Pagn. & Vat. Erga nos.*
Nolens. *Pagn. Dùm non vult.*
Aliquos. *Pagn. Vllos.*
Reuerti. *Oe. Accedere. Pagn. Recipere.*

Adueniet. *Tigur. Veniet.*
Vt fur. *Tigur. Sicut fur in nocte.*
In quo. *Tigur. Quâ. Oec. Quo.*
Magno impetu. *Tigur. Procellæ in morem. Oec. Vehementi ſonitu. Vat. Cum magno impetu.*
Tranſient. *Tigur. Tranſibant.*
Elementa verò. *Pagn. Et elementa.*
Calore. *Tigur & Pagn. Æſtuantia.*
Terra autem. *Tigur. Terráque.*
Et quæ. *Quid. cod. ap. Caiet. Et omnia quæ.*

Diſſoluenda ſiot. *Oec. Soluantur.*

Propetantes. *Oec. Accelerantes.*
In aduentum. *Oec. Aduentum.*
Domini. *Oec. Dei.*
Ardentes. *Oec. Iacenti.*
Igois ardore. *Oec. Æſtuantia.*
Tabeſcent. *S. Aug. Decoquentur. Oec. Liqueſcent. Caiet. Liqueſcunt.*

Nouos vèrò. *Vat. Sed nouos.*
Secundùm promiſſa ipſius. *Vat. Iuxta promiſſum illius. Quid. cod. ap. Caiet. Et promiſſa.*
Habitat. *Vat. Inhabitat.*

Chariſſimi. *Pagn. Dilecti.*
Satagite. *Pagn. Date operam. Eſt. Studete.*
Immaculati. *Pagn. Vt immaculati.*
Inuiolati. *Pagn. Incontaminati. Caiet. Irreprehenſibiles.*
Et inueoiri. *S. Aug. Ei reperiri. Pagn. Ab illo reperiamini.*

Noſtri. *Quid. cod. ap. Caiet. Noſtri Ieſu Chriſti.*
Longaoimitatem. *Tigur. Patientiam.*
Arbitremini. *Quid. cod. ap. Caiet. Arbitramini.*
Sicut & chariſſimus. *Tigur. Quemadmodum & dilectus.*
Secundùm. *Tigur. Iuxta.*

Sicut & in omnibus. *Oec. Etiam in omnibus ferè. Quidd. cod Sicut & omnibus.*
Loquens in eis *Oec. Loquens.*
In quibus. *Oec. Inter quæ.*
Quædam. *Oec. Nonnulla.*
Indocti. *Eſt. Indociles.*
Et inſtabiles. *Oec. Parumque firmi.*
Deprauant. *S. Aug. Peruertunt. Oec Detorquent.*
Ad ſuam ipſorum. *S. Aug. Ad proprium ſuum.*
Perditionem. *S. Aug. Interitum. Oec. Perniciem.*

Fratres. *Vat. Dilecti.*
Præſcientes. *Oec. Poſteaquam id præcognouiſtis. Vat. Poſteaquam præmoniti eſtis.*
Cuſtodite. *Vat. Cauete.*
Inſipientium. *Oec. Simul nefariorum Vat. Simul cum aliis nefariorum. Eſt. Iniquorum.*

dite:

Vulgata Editio.

dite: ne inſipientium errore traducti excidatis à propria firmitate.

Verſ. 18.

Creſcite verò in gratia & in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis: Amen.

Lectionum Varietas.

Traducti. *Goth. Seducti. Vat. Abducti.*
Excidatis. *S. Aug. Decidatis.*
Firmitate. *Vat. Stabilitate.*

Creſcite verò. *Pagn. Sed creſcite.*
In cognitione. *Pagn. Cognitione.*
Saluatoris. *Pagn. Seruatoris.*

CAPVT III.

EPIST. II. B. PETRI

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Bonis operibus cur Chriſti aduentus dicatur accelerari. 2135
Quod laudabile in hominibus eſt, in Deum referatur. 2135
Laudatus Petrus, Paulum laudans. 2136
Pauli ſapientia quàm inſignis. 2137
Sacra Scriptura lectio Petri exemplo probata. 2137
Petri humilitas, Pauli Epiſtolas efferens in quibus ſcriptum ſe ab illo reprehenſum. 2138

Expectantes & properantes in aduentum diei Domini.

2135. IN Græco abeſt præpoſitio, *In*; vnde aliqui vertunt; *Expectantes & accelerantes aduentum diei Domini.* Sed quî diei illius acceleratio tribui nobis poteſt, quæ ſolet tribui Chriſto? Si *ſenſus ſit*, inquit Eſtius hîc, *nos diligenti ſtudio bonarum actionum id agere debere, vt acceleretur aduentus Domini: fit enim eo pacto, vt citiùs compleatur numerus electorum.*

Sicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis.

SEcundum datam ſibi ſapientiam. Ita Paulum Petrus à ſapientia laodat vt in Deum referat, quod in illo effert. *Hoc exemplo Petri* inquit idem auctor *monemur ita laudare homines laude dignos, vt tamen omne quod in eis laudabile eſt in Deum referamus authorem*; nec in hominibus, quos laudamus ſiſtator.

2136. In Paulo ſapientiam Petrus effert, quaſi accepti principatus oblitus; hunc locum egregiè verſat Sanctus Gregorius lib. 24. Moral. cap. 6. *Paulus cum cæterorum ſanctorum ſollicitudinem in prædicatione robuſtius laborando tranſcenderet, vt ab elatione ſe premeret, & vires ſuas in humilitatis gremio nutriret, crudelitatis ſuæ antiquæ non immemor, Apoſtolorum omnium innocentiam contemplatus ait: Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Et tamen eorundem omnium Apoſtolorum primus quaſi accepti principatus oblitus, ac ſi minus ipſe aliquid ſaperet, in Paulo ſapientiam miratur dicens. Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus epiſtolis loquens in eis de his in quibus ſunt quædam difficilia intellectu. Ecce Paulus in Apoſtolis miratur innocentiam, ecce Apoſtolorum princeps miratur in Paulo ſapientiam. Quid eſt hoc niſi quod ſancti viri dum virtutum conſideratione viciſſim ſibi alios præferunt, volantia animalia alarum percuſſione ſe tangunt, vt eò ad volatum ſe altius excitent, quo humilius alter in altero quod admiretur videt? Hinc itaque colligendum eſt quanta debemus ſollicitudine meliorum vitam conſpicere, nos qui in infimis iacemus, ſi & hi qui iam tanta ſanctitate ſublimes ſunt, vt per humilitatis greſſus ad maiora proficiant, adhuc quærant in aliis quod imitantes admirentur.*

De Pauli ſapientia præclarè ſentiebat B. Bernar- 2137.
dus ſerm. 2. in hæc eius verba. *Non eſt regnum Dei eſca & potus* ait quippe. *Solet Apoſtolus Paulus in verbis eſſe breuis, in ſententiis copioſus. Non ignorauit hoc ille tam eloquentia quam ſapientia dotibus approbatus qui ſingula Pauli verba tonitrua iudicabat. Tam ſignanter enim vniuerſa depromit, & ſic intonat ſpiritu & virtute, vt in ſerie ordinem, in ſenſu plenitudinem, in vtrque connexionem mirabiliter oſtendat.*

Cum Pauli ſapientiam, quâ epiſtolas, quas ſcripſerat adſperſit Petrus laudet, apparet has epiſtolas perlegiſſe, quod expendens Eſtius ait: *Illud in Petro obſeruatu dignum, atque laudabile eſt, quod cùm eſſet princeps Apoſtolorum, qui doctrinam ſuam hauſerat, partim ex ore Chriſti Saluatoris familiariter cum Apoſtolis colloquentis, partim ac pleniùs ex illapſu Spiritus ſancti in die Pentecoſtes, non tamen dedignatus fuerit Pauli Apoſtolorum nouiſſimi legere epiſtolas, fortè & ex iis aliquid diſcere.*

Effert Pauli epiſtolas vertex Apoſtolorum, & 2138.
quod magis mirum etiam ſi probè ſciret in iis ſcriptum ſe à Paolo reprehenſum, digna res, quam illi expendant, qui ægrè ſe ſinunt reprehendi, nec humilitate muniti ferre increpatoria verba queunt imò nec in alios ſpargi ſe reprehenſione aliqua percuſſos. Opportunè rem verſat Sanctus Gregorius hom. 18. in Ezechielem: *Ecce* inquit, *Paulus in epiſtolis ſuis ſcripſit Petrum reprehenſibilem, & ecce Petrus in epiſtolis ſuis aſſerit Paulum in his quæ ſcripſerat admirandum. Certè enim niſi legiſſet Petrus Pauli epiſtolas, non laudaſſet. Si autem legit, quia illic ipſe reprehenſibilis dicitur, inuenit. Amicus ergo veritatis laudauit, etiam quod reprehenſus eſt, atque ei ad hoc ipſum placuit, quia in his non placuerat, quæ aliter quam debuerat ſenſit. Sìque etiam minori fratri ad conſenſum dedit atque in eadem re factus eſt ſequens minoris ſui ſententiam vt in hoc præiret, quatenus qui primus erat in Apoſtolatus culmine, eſſet primus & in humilitate. Penſate ergo fratres chariſſimi, in quo mentis vertice ſtetis qui illas epiſtolas laudauit, in quibus ſcriptum ſe vituperabilem*

rabilem inuenit. Qua illa manſuetudo tanta eſſe potuit, qua quies animi, qua ſoliditas atque imperturbatio cogitationis? Ecce à minore ſuo reprehenditur & reprehendi non dedignatur. Non ad memoriam reuocat quod primus in Apoſtolatum vocatus eſt, non quod claues regni cæleſtis acceperit, non quod peccata quæcunque in terra ſolueret, eſſent ſoluta & in cælo, non quod in mare pedibus ambulauit, non quod paralyticos in Ieſu nomine erexerat, non quod ægros corporis ſui vmbra ſanauerat, non quod mentientes verbo occiderat, non quod mortuos oratione ſuſcitabat. Ne igitur increpationis verba dedignaretur audire, omnia dona quæ acceperat, quaſi à memoria repulit, vt vnum fortiter humilitatis donum teneret. Quis ergo noſtrum ſi vel extremum aliquod ſignum feciſſet, à minori fratre increpatus, increpationis verba patienter audiret? Nihil enim ſigni fecimus, & ſi quis nos fortaſſe de actione noſtra reprehenderit ſtatim intumeſcimus magnos quoſdam nos taciti cogitamus, virtutes nobis ad animum deducimus etiam quas non habemus. At contra Petrus cum virtutibus humilis, in reprehenſionibus permanſit, ſed porta ſurrexit in altitudinem. Alioquin maximè reprehenſibilis fit, qui reprehendi non vult.

IVDAS EXPENSVS,

NOTIS, MONITISQVE SACRIS AD MORES INFORMANDOS ILLVSTRATVS

A R. P.
ALOYSIO NOVARINO VERONENSI
CLERICO REGVLARI.

Google

IVDÆ
IESV CHRISTI
APOSTOLO.

IN tui obſequium, & cultum ſequor te; Pauca Tu nobis dediſti, pauca ego in te ſcripſi, inſcribo pauca Tibi. Breuitate, quâ vſus in tua ſcriptione es, docuiſti res diuinas non mole metiendas, ſed virtute. Breuitate, quam ſeruaui, indicare volui, etiam magnum affectum in paucis, minimiſque elementis deliteſcere. Hoc igitur affectu grauida & tua & mea accipe; vtraque tibi offero, ſiſto & me ipſum; Tu me tanquam victimam Deo offer, cuius tu victima fuiſti dum hîc eſſes. Hoc à te optabat

Dicatiſſimus Tibi Seruus

ALOYSIVS NOVARINVS
CLERICVS REGVLARIS.

EPISTOLA B. IVDÆ.

Vulgata Editio. | *Lectionum Varietas.*

Verſ. 1.

IVDAS Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi, his qui ſunt in Deo Patre dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.

In Deo Patre dilectis. *Tigur. Per Deum Patrem ſanctificati. Caiet. In Deo Patre ſanctificatis. Eſt. In Deo Patre ſanctificatis.*
Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis. *Tigur. Qui per Ieſum Chriſtum ſeruati ſunt, vocatis. Oec. Qui vocati ſunt, à Ieſu Chriſto ſeruati. Caiet. Chriſto Ieſu conſeruatis. Eſt. Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatitis.*

Verſ. 2.

Miſericordia vobis & pax & charitas adimpleatur.

Adimpleatur. *Pagn. Multiplicetur.*

Verſ. 3.

Chariſſimi omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.

Chariſſimi. *Pagn. Dilecti.*
Omnem ſolicitudinem faciens. *Pagn. Tantum mihi ſtudium fuit. Eſtius. Omnem diligentiam faciens.*
Vobis. *Pagn. Ad vos.*
Communi veſtra. *Pagn. Communi.*
Neceſſe habui ſcribere. *Pagn. Vt non potuerim non ſcribere.*
Deprecans. *Oec. Exhortans. Pagn. Obſecrans.*
Supercertari. *Oec. Vt certetis. Pagn. Vt veſtris laboribus adiumento ſitis.*
Semel traditæ ſanctis. fidei. *Oec. Pro fide ſemel traditâ. Pagn. Fidei quæ ſemel data eſt ſanctis.*

Verſ. 4.

Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

Subintroierunt enim. *Oec. Obiter enim ſubierunt. Eſt. Subrepſerunt enim.*
Olim præſcripti ſunt. *Oec. Olim deſcripti ſunt. Vat. Priùs deſcripti fuerant.*
Dei. *Oec. & Vat. Domini.*
Transferentes. *Oec. & Vat. Qui transferunt.*
In luxuriam. *Oec. & Vat. Ad laſciuiam.*
Et ſolum dominatorem. *Oec. Ac Deum, qui ſolus eſt herus. Vat. Ac Deum, qui ſolus eſt Dominus.*

Verſ. 5.

Commonere autem vos volo, ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos qui non crediderunt perdidit.

Commonere. *Pagn. Commonefacere.*
Scientes ſemel omnia. *Oec. Cùm ſciamus ſemel illud. Pagn. Cùm ſciatis ſemel illud. Caiet. Scientes ſemel hoc.*
Quoniam Ieſus. *Pagn. Quod Dominus.*
Populum de terra Ægypti ſaluans. *Pagn. Poſteaquam populum ex Ægypto ſaluum eduxerat.*
Secundò. *Pagn. Rursùs.*
Crediderunt. *Pagn. Credebant.*

Verſ. 6.

Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

Angelos verò. *Oec. Quodque Angelos.*
Seruauerunt ſuum principatum. *Oec. Seruauerunt ſuam originem.*
Dereliquerunt. *Oec. Reliquerant.*
Diei. *Vat. Illius Diei.*
Reſeruauit. *Oec. Seruauit.*

Verſ. 7.

Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ

Et finitimæ. *Vat. Hiſque finitimæ.*
Simili modo. *Vat. Quæ ad conſimilem modum.*
Exfornicatæ. *Oec. Cum illis fuerunt extra ſtupra inquinata. Vat. Cum illis ſtupris inquinata fuerant. Pagn. Cùm illis fornicata fuerant.*
Abeuntes poſt carnem alteram. *Oec. Carnem alie-*

Vulgata Editio.

ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentes.

Lectionum varietas.

nam ſequuta. Vat. Sequuta fuerunt carnem alienam.
Factæ. *Oec. & Vat. Propoſita ſunt. Caiet. Propoſiti ſunt.*
Exemplum. *Oec. Exemple.*

Verſ. 8.

Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.

Et hi. *Oec. Sanè & hi inſomniis agitati. Pagn. Sanè & hi deluſi in ſomniis. Caiet. Similiter & hi ſomniantes.*
Maculant. *Oec. Polluunt.*
Dominationem autem. *Pagn. Dominos verè.*
Maieſtatem autem blaſphemant. *Oec. In ſplendorem maledicta cōgerunt. Pagn. Gloriâ præditos blaſphemiis afficiunt. Vatab. In gloriâ autem conſtitutes maledictis inſectantes. Caiet. Glorias autem blaſphemant. Eſt. Maieſtates,* vel *dignitates autem blaſphemant.*

Verſ. 9.

Cùm Michael Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ ſed dixit: Imperet tibi Dominus.

Cùm Michael. *Tigur. At Michaël. Caiet. Michael autem.*
Cum diabolo. *Tigur. Cùm aduerſùs diabolum.*
Diſputans. *Tigur. Certans.*
Altercaretur. *Tigur. Diſceptaret. Oecum. Diſputaret.*
Iudiciom inferre blaſphemiæ. *Tigur. Illi notam impingere maledicti. Oec. Illi maledicum iudicium impingere. Pagn. Illi iudicium impingere blaſphemia.*
Imperet tibi. *Tigur. Increpet te.*

Verſ. 10.

Hi autem quæcumque quidem ignorant, blaſphemant, quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

Hi autem. *Vat. At iſti.*
Quæcunque quidem ignorant. *Vat. Quæ non nouerunt. Pagn. Qui non nouerunt.*
Blaſphemant. *Vat. Ea maledictis inſectantur. Pagn. Ea blaſphemiis afficiunt.*
Quæcunque autem naturaliter. *Oec. Quæ verè à natura. Vat. & Pagn. Quæ verè naturâ.*
Tanquam muta animalia norunt. *Vat. Ceu animantia rationis expertia ſciunt. Eſt. Tanquam irrationalia animalia norunt.*

Verſ. 11.

Væ illis quia in via Cain abierunt & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt.

Illis. *Pagn. Illic.*
Qui. *Pagn. Quoniam.*
In via Cain abierunt. *Pagn. Viam Cain ingreſſi ſunt.*
Errore Balaam mercede. *Pagn. Deceptione mercedis quâ deceptus fuit Balaam. Caiet. Errore Balaam mercedis.*
In contradictione. *Pagn. Contradictione.*
Perierunt. *Quid. ced. ap. Vat. Abierunt.*

Verſ. 12.

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes, ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ.

In epulis ſuis. *S. Aug. In dilectionibus ſuis. Oec. Inter charitates veſtras. Caiet. In dilectionibus veſtris. Quidd. In agapis ſuis. Eſt. In charitatibus ſuis.*
Maculæ. *Oec. Velut ſaxa maris.*
Conuiuantes. *Oec. Simul conuiuantes. Pagn. Inter ſe conuiuantes.*
Sine timore. *Pagn. Abſque alius timore. Caiet. Intrepidè.*
Paſcentes. *Oec. Regentes. Pagn. Suopte ductu arbitrioque viuentes.*
Sine aqua. *Oec. & Pagn. Aquam non habentes.*
Circumferuntur. *Oec. & Pagn. Circumaguntur.*
Autumnales. *Pagn. Autumno marceſcentes.*
Infructuoſæ. *Pagn. Infrugifera.*
Mortuæ. *Pagn. Emortua.*
Eradicatæ. *Pagn. Et eradicata.*

Verſ. 13.

Digitized by Google

Vulgata Editio.

Verſ. 13.

Fluctus feri maris deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.

Verſ. 14.

Prophetauit autem & de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens. Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis.

Verſ. 15.

Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt & de omnibus duris, quæ locuti ſunt peccatores impij contra Deum.

Verſ. 16.

Hi ſunt murmuratores queruloſi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus cauſa.

Verſ. 17.

Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Verſ. 18.

Qui dicebant vobis quoniam in nouiſſimo tempore venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus.

Verſ. 19.

Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.

Verſ. 20.

Vos, autem chariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei in Spiritu ſancto orantes.

Verſ. 21.

Voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate expectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

Verſ. 22.

Et hos quidem arguite iudicatos.

Verſ. 23.

Illos verò ſaluate de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore: odientes & eam quæ carnalis eſt maculatam tunicam.

Verſ. 24.

Ei autem qui potens eſt vos conſeruare

Lectionum Varietas.

Fluctus feri. *Oec. Vnda effera. Pagn. Vnda fera.*
Suas confuſiones. *Oec. Sua ipſorum dedecora.*
Sidera errantia. *Oec. Stella erratica.*
Procella. *Oec. Caligo.*

Prophetauit autem & de his. *Vat. Prius autem his vaticinatus eſt.*
In ſanctis. *Vat. Cùm ſanctis.*

Facere. *Vat. Vt faciat.*
Contra. *Vat. Aduerſus.*
Arguere. *Vat. Redarguere. Pagn. Redargutionem.*
Omnes impios. *Oec. Qui inter ipſos ſunt impij. Vat. Et eis qui ſunt impij.*
Operibus. *Vat. Vat. Factis.*
Impietatis eorum quibus impiè egerunt. *Vat. Qua impie patrarunt.*
Contra Deum. *Vat. Aduerſus eum.*

Queruloſi. *Oec. Cauillatores. Vat. Queruli.*
Secundùm deſideria ſua. *Vat. Iuxta concupiſcentias ſuas.*
Superba. *Vat. Tumida. Quidd. ad. Caiet. Superbiam.*
Mirantes. *Vat. Admirantes.*
Quæſtus cauſa. *Vat. Vtilitatis causâ.*

Chariſſimi. *Pagn. Dilecti.*
Memores eſtote. *Oec. Meminiſtis. Pagn. Memores eſtis.*
Prædicta ſunt. *Oec. Prædicata fuerunt. Pagn. Antehac dicta fuerunt.*

Qui dicebant vobis quoniam. *Oec. Quod dixerint vobis. Vat. Quod dixerunt vobis.*
In nouiſſimo tempore. *Oec. In extremo tempore.*
Venient. *Oec. Futuros.*
Secundùm deſideria ſua. *Oec. Qui iuxta ſuas impias cupiditates.*
Ambulantes in impietatibus. *Oec. Ambularent.*

Segregant ſemetipſos. *Pagn. Segregant.*

Chariſſimi. *Tigur. Dilecti.*
Superædificantes. *Tigur. Superſtruentes.*
Veſtræ. *Quid. cod. ap. Caiet. Noſtra.*
In Spiritu ſancto. *Tigur. Per Spiritum ſanctum.*

Voſmetipſos. *Pagn. Vos inuicem.*
Dilectione. *Pagn. Charitate.*

Arguite *Oec. & Vat. Commiſeremini. Caiet. Commiſeramini.*
Iudicatos. *Oec. Diſcernentes. Vat. Dum diiudicabimini. Caiet. Dùm diiudicamini.*

Illos verò. *Pagn. Illos autem.*
Saluate de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore. *Pagn. Per timorem ſaluos facite ex incendio rapientes. Caiet. In timore ſeruate ex incendio rapientes.*
Obedientes. *Oec. Odio perſequentes. Pagn. Odio proſequentes.*
Carnalis. *Oec. In carne. Pagn. Ex carne.*

Ei autem. *Pagn. Ei verò.*
Potens eſt vos. *Pagn. Poteſt illos. Caiet. Potens eſt illos.*

Vulgata Editio.

ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione in Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Verſ. 25.

Soli Deo Saluatori noſtro, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc & in omnia ſecula ſeculorum: Amen.

Lectionum Varietas.

Conſeruare. *Pagn. Seruare.*
Sine peccato. *Pagn. A peccato immunes.*
Conſtituere. *Pagn. Statuere.*
Ante conſpectum. *Pagn. In conſpectu.*
Immaculatos. *Pagn. Incontaminatos.*
In exultatione. *Pagn. Cum exultatione.*
In aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Omnes fere.* omittunt.

Soli Deo. *Vat. Soli ſapienti Deo.*
Saluatori. *Oec. Seruatori.*
Per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Omnes fere* omittunt.
Imperium. *Vat. Et imperium.*
Ante omne ſeculum &. *Omnes ferè* omittunt.
Secula ſeculorum. *Vat. Secula.*

EPISTOLA B. IVDÆ.

Expenditur & illuſtratur.

SECTIO VNICA.

Iudæ Apoſtoli modeſtia, ab omni faſtu aliena. 2139
Iacobi fratrem cur ſe Iudas dixerit. 2140
Proprium hæreticorum obliquè, ſe inſinuare, vt alios fallant. 2141
A luxuria ad Christi negationem facilè itur. 2141
Iniuria quâ Dei miniſtri afficiuntur, in Deum redundat. 2142
Defunctorum neglectus quantas vires diabolo reddat. 2142
Diabolici Spiritus eſt à funeris cura alios deturbare. 2143
Nullus facilis ad maledicendum ſit. 2143
Mali facilè aliis affricant, quod ſunt. 2144
Ab aliis bene dicta in medium producenda cum Authorum laude. 2144
Spiritales vnitate, animales diſſenſione gaudent. 2145
Prædicatores & Præſules more commiſerantium arguant, non ſæuientium. 2145

Iudas, Ieſu Chriſti ſeruus, frater autem Iacobi.

2139. BReuis hæc epiſtola erit ſi verba ſpectentur, magna ſi verborum pondus & vis. *Iudas* inquit, Origenes in cap. 13. Matthæi *ſcripſit Epiſtolam, paucorum quidem verſuum, ſed plenam efficacibus verbis gratiæ cæleſtis.*

Seruum ſe Chriſti vocat, cùm poſſet ſe dicere conſobrinum, poſſet Apoſtolum; vt ſtatim modeſtiæ litaret, & exemplo litandum doceret. *Notanda*, inquit hîc Feu-ardentius, *eſt iſtius Apoſtoli ſumma moderatio; quamque animo eſſet ab omni faſtu, arrogantiâ, & vanâ hominum gloriâ alienus. Poterat enim ſuo iure appellare ſe Chriſti ſeruatoris Mundi ſecundùm carnem conſobrinum: poterat etiam meritò, buccis crepantibus, ſe dicere Apoſtolum non ab hominibus neque per hominem, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Poterat denique ſeſe totius Orbis Doctorem, verbi Diuini præconem, miraculorum patratorem, ſacramentorum miniſtrum, ac in gratiâ Diuinâ confirmatum palam dicere. Sed modeſtiæ gratiâ ab his omnibus magnificis titulis de induſtriâ abſtinuit, vt de Chriſti tantùm obſequio & ſeruitute gloriaretur; hanc omni auro & diademate, omni gradu ac dignitate pretioſiorem & nobiliorem exiſtimans. Docet itaque hoc exemplo, omnem faſtum & arrogantiam procul debere eſſe à paſtoribus Eccleſiarum, in quibus Chriſti modeſtia debet relucere*

Frater autem Iacobi, cur iſtuc addidit? In primis vt ſe ab aliis qui hoc nomine erant inſigniti diſcriminaret, deinde vt Eſtius notabat hîc, *faciebat hoc ad conciliandam authoritatem huic epiſtolæ tanquam ſcriptæ à fratre tanti inter Apoſtolos viri. Qua re etiam modeſtia commendanda eſt B. Iudæ qui fratrem vt ſe maiorem honorauerit ab eius nomine petita ſuæ epiſtolæ commendatione.* 2140.

Frater autem Iacobi. Non fuit oſtentationis, quòd ſe Beati Iacobi fratrem Iudas vocat. Voluit ſtatim hoc titulo ſe à Iudâ proditore ſecernere, ne autoritatem pondusque à ſcriptis eius iſta nominis ambiguitas auferret.

Subintroierunt quidam homines (qui olim præſcripti ſunt in hoc iudicium) impij.

SVbintroierunt quidam homines. Græcè *παρεισέδυσαν ſubrepſerunt* vel vt alij vertunt, *obiter ſubierunt*, indicatur latens & furtiuus ingreſſus, quod proprium eſt hæreticorum, qui obliquis ſeſe viis illis inſinuant quos fallere volunt vt prima facie alij videntur eſſe, ac ſint ex vero. 2141.

Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

ORdinem nota: à luxuriâ ad Chriſti negationem facilè itur. *Deprauantur*, inquit Oecumenius hîc, *detorquentes à temperantiâ ad laſciuiam: vnde & negare contingit ipſos Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: An non negant, qui vita impuritate doctorem omnis temperantiæ veluti clamoſâ ac ſonorâ voce abiurant? Quæ enim communio eſt luci cum tenebris.*

Hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.

MAieſtatem autem blaſphemant. Græcè plurali numero, *δόξας. Glorias maieſtatis*, ſeu *Dignitates*, 2142.

dignitates, vt quidam vertunt: quod de Angelis Dei miniſtris aptè expoſuit Eſtius, de quibos ad eorum iniuriam & contumeliam multa abſurda & iodigna veteres hæterici confinxerunt. Sed cur, quod Græcè pluralis numerus Angelis aptari exigit Vulgatus ooſter ſingulari legit *Maieſtatem*, tanquam de Deo ſermo eſſet? An, quia iniuria, quâ miniſtri afficiuntor, iu Deum redundat; ſicut & honor ſeruorum io Domioum reſilit?

Cùm Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ.

ITaoe validiſſimus Archangelus, & Dei virtute monitus, tanquam cum pari aut ſuppari, cum diabolo pugnat, & de Moyſi corpore altercatur, & adiutricem Dei omnipotentiam exorat dicens? *Imperet tibi Dominus.* Sed in quo ſita diſputatio iſta & altercatio? Putant aliqui altercationem Michaëlis cum diabolo fuiſſe, quòd Michaël vellet Moyſem honorificè ſepeliri; nollet diabolus, obiiciens, quòd ab eo percuſſum Ægyptium reliquerit inhumatum, & in ſabulo abſcooderit; tanquam non deberet honorificè ſepeliri, qui ſuum proximum inſepultum reliqoerit, quaſi talionem exigeret à Diuinâ iuſtitiâ. Proh quàm magoas vires defunctorum neglectus & incuria diabolo tribuit!

2143. *Altercaretur de Moyſi corpore.* Sed quid diabolo eum Moyſi corpore, corporiſque Moyſi ſepulcro? An conabatur à funeris officio bonoa Angelos ipſe malus auocare? Feu-Ardentius ex Epiphanij mente: *Dicuntur altercati eſſe de corpore Moſis, Epiphanij ſententiâ, quando, Beatis Angelis iuxta Domini præceptum corpus Moſis ſepulcro aptantibus & condentibus, diabolus eis inſultans improperauit, quòd ſecundùm diuinam legem immundi eſſent ex cadaueris contactu, cùm ſcriptum ſit: Anima, quæ tetigerit mortuum, immunda erit. Michael verò è contrariò defenderit, ſpirituales ſubſtantias Diuino præſertim imperio immunditias à rebus corporeis contrahere non poſſe.* Vt ſtatim videas diabolici eſſe Spiritus alios à funeris curâ deturbare; Beatorum verò ſpirituom curare, funera curari.

Non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ. Nirom in illa altercatione & contentione cum diabolo abſtinuit Michaël à maledictis ei infereodis cum iure poſſet. *Ve nobis*, inquit hic Eſtius *ad quorum doctrinam talia ſcripta vel tradita ſunt, exemplum daretur modeſtiæ, ut faciles eſſemus ad maledicendum cuiquam*, quæ res illos perſtringit, qui tam facile maledictionis tela io quoſlibet intorquent, & ferire maledictos illos oon verentur quos benedictionibus deberent onerare.

Hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore.

2144. M*Aculæ conuiuantes.* Nimirom non maculas tantum contrahebant, ſed aliorum euaſerant maculæ, alios inficiebant. *Appellat illos*, inquit hîc Caietanus, *maculas, quia non ſolum ipſi erant maculatı, ſed erant etiam maculæ aliorum.* Mali facilè aliis affricant quod ſuoi.

Vos autem, chariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Ieſu Chriſti.

QVòd aliorum teſtimonium producit, teſtimonium modeſtiæ ſuæ reddit, & illorum ferit arrogantiam, qui ab aliis bene dicta, autoribus productis in medium, proferre dedignantor, quod egregiè hîc expendit Feu-Ardentius. *Notandum*, inquit, *hunc Apoſtolum libenter citaſſe aliorum Coapoſtolorum ſcripturas & traditiones; vt hoc exemplo & illorum arrogantiam coarguat, qui aliorum benè dicta factaque dedignantur allegare, vt ipſi autores videantur, & vt maiorem autoritatem ſuo epiſtolio atque prædictioni concilient. Hanc animi moderationem à Chriſto didicerat, quem non puduit Moſis, Dauidis, Iſaiæ, Danielis, veterumque aliorum Prophetarum ſententias pro concionibus ſuis nominatim citare. Paulus quoque gloriatur ſe cum Petro, Ioanne, & Iacobo ſuis anteceſſoribus contuliſſe de Euangelio, quod inter Gentes prædicabat; ne in vacuum curreret aut cucurriſſet. Petrus denique non ſine eximiâ honoris præfatione Coapoſtoli ſui Pauli Epiſtolas commemorat.*

Hi ſunt, qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes.

SEgregant ſemetipſos animales, conſeqoens eſt, 2145.
vt animales dicantur, qui ſegregant ſemetipſos, diſſenſiones foueot: *Sicut enim ſpirituales*, inquit Sanctus Auguſtinus ſerm. 21. ex 40. ouper editis, *vnitate gaudent, ſic animales diſſenſionibus ſtudent.*

Hos quidem arguite iudicatos.

GRæcè pro *Redarguite* eſt *Miſeramini*, vt vertit etiam Eſtius hîc. Alij, *Commiſeramini.* Scilicèt, vt *palàm fiat* (inquit ille autor) *prædicatores ſeu prælatos arguere debere more commiſerantium, non autem more ſæuientium.*

Ego quoqoe & hîc, & vbique commiſerantes lectores potius opto, quàm ſæuientes. Ignoſcat igitur mihi qui legit me, cogitètque licet error omois abſit ab iis, in quæ ſcripſi, ſcribentem tamen labi tam facilè potoiſſe, quàm eſt certum hominem eſſe, atque inter Scriptores imi ſubſellij, aut, vt verius loquar, nullius. Claudo, & hac cautione volumen obſigno:

Grauiter arguendus eſt, qui nimis eſt ſæuus dum alios arguit.

Voluminis tertij in Nouum Teſtamentum

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM QVÆ IN HOC VOLVMINE IOANNIS EXPENSI CONTINENTVR.

Productus numerus eſt marginalis.

A

Ablutio.

CORDIS ablutio potior quàm corporis. 1511
Apoſtolicorum pedum ablutio expenditur. 1593
In Apoſtolorum ablutione plures pelues adhibitæ. 1592
Christus Apoſtolorum pedes abluens oſculum adiecit. 1593
Cur pedes tantùm diſcipulorum Chriſtus abluerit. 1596

Abſtinentia, Abſtinens.

Abſtinentium mentes impatientiæ obnoxiæ. 2129
Chriſti labor & abſtinentia. 1492

Abuti.

Mali iis abutuntur, quæ ad bonum ordinata ſunt. 1429

Actiua.

Vitæ actiuæ & contemplatiuæ vnio. 1531

Aduentus.

Aduentum noſtrum vt auidè deſiderent Sancti. 1895

Aduerſa.

Inter aduerſa & proſpera vnus circumferendus eſt animus. 2015
Patienter aduerſa quæque ferenda. 1716
Paſtor & præſul eandem mentem in proſperis & in aduerſis circunferat. 1521
Seruorum Dei eſt aduerſa fortiter ferre. 1632
Aduerſa Chriſti amore fortiter ferenda. 1543
Quæ putantur aduerſa, maximè vtilia ſunt. 2007
Deus efferendus, & in aduerſis, & in proſperis. 1872
Aduerſa libenter pati cœleſtis fœlicitatis eſt arrha. 2007
Aduerſa læto animo ſuſtinenda. 2005
Et proſpera, & aduerſa hominem probant. 2088

Adulatio.

Adulationis & ſimulationis nexus. 2093
Contra adulationem exemplo Chriſti ſe quiſque armet. 1420

Adulterium.

In adulterij crimine pleraque alia deliteſcunt. 1466
Adultera mulier à Chriſto abſoluta cur maritum non timuerit. 1467

Ædificium.

Ad cœleſtis ciuitatis ædificationem concurrere vt quiſque poſſit. 1986

Ætas.

Grauis ætas ſine Chriſti notitiâ infantia eſt. 1745

Æternitas.

Chriſti æternitas. 1493

Affectus.

Diuina tractaturus omne ſubmoueat, quod carnis affectum ſapit. 1427
Ex hoc mundo non videtur eſſe, qui à mundanarum rerum affectu mundus eſt. 1472
Affectus ſuos homines plerunque paliant. 1534
Affectus pro actu computatur. 1526
Affectus in actibus maximè expectandus. 1475
Affectus in bono opere quàm Deo gratus. 2040
Affectus prouidentiæ in ſuperiore erga ſubditos. 2118
Qui Dei negotia agit, humanis affectibus nihil tribuat. 1677

Afflictio.

Afflictio probat qualis quiſque ſit. 2009
Secreta Cœleſtia faciliùs manifeſtantur iis, qui hic affliguntur. 1806

Agere.

Dei amore præſtanda quæ agimus. 1814
Benè agit, qui bona agit. 1775
Bonorum eſt bona agere. 2101

Agnus.

Virgines Agnum ſequi, quocunque ierit, cur dicantur. 1949

Ala.

Alas Chriſti amor amanti addit. 1519
Mulieri cur alæ aquilæ datæ dicantur, non columbæ. 1939

Aliena.

In aliena ſe non facilè quiſpiam inſerat. 1554

Index Rerum

Altare.

Altaris honor. 1894

Amor.

Solus Chriſti amor, verus eſſe videtur. 1771
Chriſti in nos amor. 1411
Amoris vinculo noxiæ cogitationes coërcendæ. 1813
Acutè amoris oculus videt. 1718
Amor plenè docet quid in proximorum obſequium præſtandum. 1619
Verus amor otioſus non eſt. 2035
Amoris vis in Chriſto quàm magna. 1402
Amor in Chriſtum & reuerentia commendata. 1576
Chriſti mors eius in Patrem amorem indicat. 1525
Qui Chriſtum amat, de illo, & de his, quæ ab illo, facilè loquitur. 1553
Maximè amandi etiam qui peccata noſtra narrant. 2125
Etiam ad animas quæ ſunt in purgatorio amor extendi debet. 2092
Qui Deum amat, ad maiora ſemper aſpiret. 1600
Chriſti amor in eo ardeat, qui animarum curam habet. 1726
Priuatus amor amouendus. 1771
Amoris dulcedo. 1837
Aliorum errata operit amor. 1744
Amor quid poſſit. 1513
Mortificatio ex Dei amore, quam Deo grata. 1882
Diuini amoris immenſitas. 1350
Effuſus Chriſti amor amorem eius prodit. 1557
Homines ab hominibus amari, quanti Deus faciat. 1765
Alas Chriſti amor amanti addit. 1539
Ne amorem diuideremus idem nobis factus eſt Redemptor & Creator. 1212
Quàm defæcatus Dei amor eſſe debeat. 1618
Dei amor in corde, non in nudis labiis eſſe debet. 1587
Cor mundi amore euacuetur, vt repleatur Diuino. 1749
Qui Chriſtum amant Chriſti verba memoriæ inſculpunt. 1703
Amanti omnia facilia. 1619
Pericula neſcit, qui verè amat. 1703
Amor facilia omnia facit, quæ aliàs difficilia, 1703
Populus ad Dei amorem per humilitata non, per curioſa alliciendus. 1253
Chriſti in nos amor. 1530
Mundi amor eliminandus. 1747
Amoris in Chriſto magnitudo. 1636
Hominum indignatio, Chriſti amore non timenda. 1539
Amore æſtuare quiſque deberet. 1745
Dei amore præſtanda quæ agimus. 1814
Amor proximi temporalia non ſpectet. 1774
Veri amoris nota. 1625

Amaritudo.

Amaritudinibus adſperſæ dignitates. 1915
Amarus Mundus eſt, ne diligatur. 1748

Ambitio.

Alieni iuris ambitio, quàm grauis. 2114
Ambitio aliorum vitiorum ſatellitium ſibi quærit. 1777
Ambitionis aurâ tacti, ſuorum vitia facilè diſſimulant. 1233

Ambulare.

Ambulare in luce debemus, & in bono proficere. 1736

Amen.

Amen cur geminauerit S. Ioannes Euangeliſta. 1266

Amicus & amicitia.

Hominum amicitia ad Dei amicitiam ordinanda. 1734
Anima pro amicis cur ponenda dicatur. 1630
Amicus Dei, inimicus huius mundi ſit. 2058

Angeli.

Redemptionis myſteria etiam Angeli penitiùs introſpicere incipiunt. 2085
In conſpectu throni cur eſſe dicantur Angeli. 1788
Noſtros labores, & opera, vt Angeli offerant Deo. 1909
Angeli cur à Mariâ Magdalenâ quæſierint quid ploraret. 1699
Angelum doctor referre debet. 1914
Paucis cur ſe vel ab Angeli colloquio expedierit Maria Magdalena. 1699
Angelorum cum Ioanne familiaritas ob virginitatem. 1781
Ignem tanquam peritus medicus in terram Angelus miſit. 1910
A Ioanne cur Angelus adorari noluerit. 1976
Angeli in Mariæ obſequio quàm prompti. 1935
Ex Ioannis fonte etiam Angeli bibere potuerunt. 1778
Angeli noſtræ ſalutis quàm cupidi. 1908
Angeli eos conſolantur, qui ſanctè lugent. 1878
Propitiationem noſtram perfici, vt Angeli deſiderent. 2082
Quàm ſublimia dona homines acceperint, quæ Angeli non acceperunt. 2083

Anima.

Lucrandarum animarum fames, quàm magna in Chriſto. 1360
Anima Dei ſui præſentiâ ſaginatur. 1861
Sua commoda non quærat, qui animarum lucris inhiat Chriſti exemplo. 1443
Animarum cura quàm Deo grata. 1727
Animarum ſalus etiam cum proprio incommodo quærenda. 1335
Animarum ſalus ad ſolennitates Chriſtum trahebat. 1322
Animæ ne pereant, quàm Chriſtus ſtudeat. 1395
Anima ſole vt amicta dicatur. 1931
Mali toti in exteriora feruntur animâ neglectâ. 1644
Animarum ſalus quanti facienda. 2080
Pro animarum ſalute mori, quanti apud Deum meriti ſit. 1522
Anima pro amicis cur ponenda dicatur. 1630
Saluandi animas titulus quàm eximius. 2075

Animus.

Inter aduerſa & proſpera vnus circunferendus eſt animus. 2015
Quanti referat quo animo quis aliqua verba proferat, & quo fine. 1508
A morte animam liberare quàm inſigne opus. 2075

Antichriſtus.

Antichriſtum quidam referant. 1753

Apocalypſis.

Apocalypſim cur Ioannes ſcripſerit. 1783
Apocalypſis excellentia. 1785
Per verba Apocalypſis ad pugnam fideles prouocantur. 1810

Apoca

In Ioannem.

Apocalypſim cur Ioannes ſcripſerit. 1783

Apoſtoli.

Fragmenta panis cur colligere Apoſtolis Chriſtus iniunxerit, non turbis. 1393

A ſuperfluarum rerum cupiditate quàm alieni Apoſtoli. 1390

In Apoſtolis vt fuerit clarificatus Chriſtus. 1606

Aqua.

Spiritus ſancti gratia cur aquæ comparata. 1340

Prædicatoris vox aquæ comparata, quia abluit dum loquitur. 1815

De ventre cur exire aquæ dicantur. 1438

Diuina gratia aquam vt referat. 1344

Miniſtros cur aquam iuſſit Chriſtus afferre. 1287

Aquam à Samaritana cur Chriſtus poſtulauerit. 1331

Architriclinus.

Architriclinus qualis, & quid præſtiterit. 1292

Arguere.

Prædicatores & Præſules more commiſerantium arguant, non ſæuientium. 2145

Qui aliena crimina ſeuerè arguit, Chriſtum videre non meretur. 1448

Arrogantia.

Arrogantiæ & iactantiæ fuga. 1384

Aſcenſus.

Sponſæ aſcenſus vt fumi ex aromatibus. 1917

Expeditior ad cœlum aſcenſus Chriſti aduentu & paſſione redditus. 1864

Chriſti aſcenſione quales fieri debeamus. 1410

Aſpectus.

Cœli aſpectus quàm vtilis. 1646

Aſtutia.

Diaboli aſtutia in decipiendis hominibus. 1889

Attentio.

Attentè ſua verba excipi cupit Chriſtus. 1613

Attentio in oratione adhibenda. 1638

Auaritia.

Non eſt ſine labore qui ſeruit auaritiæ. 2134

Auaritia eos obcæcat, quos corripit. 1312

Sacerdotum auaritia quàm Deo diſpliceat. 1298

Ægrè ex hominum mentibus auaritia tollitur. 1311

Lucri amor quantùm in auaros poſſit. 1412

Brutales mores in diuitibus auaris. 2069

Auaritiæ ſtudioſus facilè ea cogitat quæ vtilitatem tangunt. 1403

Auaritia quanta portendat mala. 1297

Suæ ſalutis prodigus, qui circa diuitias auarus. 1299

Auditores.

Dei verba quàm ardenter audienda. 1256

Dei verba audire quanti referat. 1380

Paulatim ad magna vocandi auditores. 1340

Opere complere debemus, quod audimus. 2030

Paulatim ad ſumma auditores traducendi. 1354

Audiendi velocitas etiam ad operationem ſe extendat. 2024

Auditorum infirmitati conſulat, qui docet. 1513

Aula.

Ab aula veritas exulat vbi adulatio omnia eſt. 1619

In malorum principum præſulúmque aulis fœdè Chriſto illuditur. 1662

Aurum.

Quàm fortis & metuendus, qui auri amore non tenetur. 1307

Auri contemptus. 1994

Author.

Ab aliis benè dicta in medium producenda cum Authorum laude. 2144

Auxilium.

In maximis calamitatibus Dei auxilium maximè expectandum. 1367

Nullus ſuâ virtute ſtat: Dei indiget auxilio. 1822

Dei auxilio quiſque indiget, ne cadat. 1816

B

Baptizare.

CVr Chriſtus non baptizauerit. 1327

Beatitudo.

Cœleſtis Beatitudinis dulcedo. 2095

Vnuſquiſque beatorum putat ſe accepiſſe, quod alter accepit. 1614

Corporis beatitudo quando danda. 1895

Beatorum conſortio priuari quàm graue ſit. 1797

Bellum.

Cur cum iuſtis, non cum peccatoribus bellum gerere dicatur diabolus. 1942

Benedictio.

Comedere Chriſto iubente, & eſcam benedicente Apoſtolorum mos. 1360

Efferri & benedici merentur, qui magna præſtant. 1874

Beneficium, Beneficus.

Beneficiorum magnitudine grauiora peccantis crimina redduntur. 1422

Beneficiorum ſuorum contemptum anteuertere Chriſtus ſtudet. 1183

Beneficia ſua, vera & ſolida Chriſtus credi vult 1286

Beneficia in Deum referenda. 1375

Iis benefaciendum, qui nos perſequuntur. 1434

Beneficia ſua vt Deus extenuet, contrà ac homines faciant. 1883

Reprobi ex beneficiis peiores fiunt. 1440

Beneficis indigentiam oſtendere ſatis eſt. 1272

Verus Dei cultor inter beneficia computat à malis malè tractari. 1805

Accepti beneficij vis. 1405

Diuinorum beneficiorum memoria. 1394

Iuſti inter Dei beneficia numerant impiorum ſupplicia. 1960

In beneficiorum cenſu locari debent, quæ minimè putantur beneficia. 1499

Nulli ſua beneficia Deus exprobrat, niſi ingratis. 2013

Blaſphemare.

Mali improbis moribus blaſphemare, vt alios faciant. 2036

Bona.

Terrena bona, vera bona non ſunt. 1787

Dei bona purè bona ſunt, noſtra non pura. 2023

Bonorum conſortium ſuis diabolus timet. 1604

Quærenda homini bona, quæ illi cum pecoribus non ſint communia. 1342

Viles bonis mali ſunt. 1508

Commendari iuſtorum bona debent, vt ad paria cæteri animentur. 1776

Bonorum eſt de aliorum lapſu contriſtari, & de erectione gaudere. 1711

Bona, quæ agimus, non facilè recenſenda. 1515

Mali aliorum bona conantur ſopprimere. 1654

a a Boni

Index Rerum

Boni eos bonis cumulant,à quibus afficiuntur malis. 1433
Bona non verè bona,quæ Chriſtum non tedolent, ad Chriſtum non ſpectant. 1262
Bene agit,qui bona agit. 1775
Spiritualia bona ſpernere quàm graue. 1635

C

Cadere.

DEi auxilio quiſque indiget, ne cadat. 1816
Mali cur bis cadere dicantur. 1954

Calamitas.

Hominum calamitates non obiter ſpectandæ, ſed ad Dei gloriam transferendæ. 1496

Calumnia & Calumniatores.

Inuidi calumniatores prætereunt, quæ ad laudem faciunt. 1663
Tuta ad Chriſtum via, calumnias & iniurias pro illo ferre. 1510
Ad calumnias vt mali feſtinent. 1557
Calumniatores audita verba in peiorem partem flectunt. 1492

Caput.

Cur inclinauerit Chriſtus caput. 1685

Caro.

Carnalibus amara Dei verba:ſpiritualibus ſuauia. 1923
Caro infirma per carnem Verbi reparata. 1230
Carnis laſciuia quàm noxia. 1745
Verbum cur caro factum dicatur. 1232
Diuina tractaturus omne ſubmoueat, quod carnis affectum ſpir. 1427
An à nuptiali conuiuio,vbi Chriſtus aderat,carnes abfuerint necne. 1278

Caſtificare,Caſtitas.

Animæ vt per obedientiam caſtificentur. 2092
Caſtitati cæteræ virtutes iungendæ. 1952

Caſus.

Impiorum caſus erigere bonos debet. 1647
Vnius caſus alios humiliores debet reddere. 1419

Cautus.

Cautos ſuos Chriſtus reddit. 1418

Cedron.

Torrentem Cedron tranſire cur voluerit Chriſtus. 1643

Cenſiones.

In Chriſti cultu hominum cenſiones ſpernendæ. 1549
A Dei ſenſu hominum cenſiones quantùm abeant. 1538

Certamina.

Certamina non defugiat, qui coronam cupit. 1833

Character.

Mercatores caueant,ne antichriſti characterem deferant. 1945

Charitas.

Timoris & charitatis nexus. 1765
Feruoris & lucis nexus, doctrinæ & charitatis. 1387
Charitas de aliis benè ſentit. 1415
Charitati inſiſtendum. 1752
Charitas, non miracula, veros Dei ſeruos probat. 1610
Nihil Deo acceptum,ſine charitate. 2019
Charitas erga proximum commendata. 1397
Vera charitas in omnes fertur. 2003
Magnus nexus operum,& charitatis. 1827
Proximi charitas non contemnenda. 1762
Deus charitatis nomine inſigniri voluit, non honoris. 1764
Charitatis commendatio. 1731
Charitas quædam participatio Diuinæ naturæ. 1763
Quàm grauis pœna charitate priuari. 1750
Charitas prædicationi ſuhſternatur. 1915

Chriſtiani.

Chriſtianorum in bonis operibus fœcunditas. 1450
Chtiſtianitatia character in operibus ſitus, non in verbis. 1743
Chriſtiani vita eſt ſeipſum ſanctificare. 1756
Chriſtiani nomen non prodeſt, vbi ſes non eſt. 1755

Chriſtus.

Spineâ coronâ redimi cur Chriſtus voluerit 1661
Cur mala Scribis & Phariſæis Chriſtus comminatus ſit ante paſſionem,non in ipſa. 1104
Obſcurè loquitur plerunque Chriſtus,vt attentiores auditores faciat. 1317
A ratione abit,qui abit à Chriſto. 1415
Cautos ſuos Chriſtus reddit. 1418
Homines inſipidos & frigidos in alios mutare facilè Chriſtus poteſt. 1290
Chriſtus totius cauſa ſolennitatis. 1427
Patienti Chriſto non compatitur qui vitiis onuſtus eſt. 2110
Ægrè à nobis Chriſtus recedit. 1862
Ad regnum, non ad ſeruitutem nos emit Chriſtus 1794
Regni conſortium nobis Chriſtus non inuidit. 1795
Chriſti modeſtia ab omni iactantiâ aliena. 1370
Chriſti humanitas. 1278
Cur ſæpiùs templi contemptores non punierit Chriſtus. 1310
Demiſit ſe Dei Filius, vt nos erigeret. 1212
Homines,Dei Filij fiunt; quia Deus, filius hominis eſt factus. 1230
Quanto patiendi amore Chriſtus teneretur. 1686
Chriſtum ſtultum reputat mercatorem, qui pro modica delectatione animam vendit. 2090
Plura poſt Chriſti aduentum data adminicula. 1870
Bonis operibus cur Chriſti aduentus dicatur accelerari. 2135
Chriſti vulnera quàm nobis ſalutaria. 1877
Cur inclinauit Chriſtus caput. 1685
Regnum fugit Chriſtus,non Crucem. 1400
Chriſti mors priùs profuit quàm fuit. 1943
Spontè vt mortem ſubierit Chriſtus. 1576
Quónam Chriſtus eat,& quò Chriſtum ſequantur virgines. 1950
Chriſti modeſtia quàm inſignis. 1320
Chriſti mors hominum vitæ oppignerata. 1686
Noſtrum bonum, ſuum Chriſtus putabat. 1392
Chriſti puritas. 1482
Quùm ad Chriſtum eundem,minimè conſulendi, qui,mundi tuentur partes. 1546
Vt pluries nos Chriſtus redemerit. 2089
Ad Chriſtum per Chriſti veſtigia eundum. 2103
Magni refert ſcire Chriſtum eſſe, qui nobis in tribulationibus opem fert. 1402
Animarum ſalus ad ſolennitates Chriſtum trahebant. 1325

Retrorſum

Retrorſum cur ceciderint, qui Chriſtum comprehendere volebant. 1647
Panem vt reſerat Chriſtus. 1406
Sediſſe cum diſcipulis cur Chriſtus ſit dictus. 1388
Vtilitati noſtræ ſemper conſuluit Chriſtus. 1254
Suorum ſalutem quàm ardenter Chriſtus quærat. 1255
Chriſtus potiùs ſecundùm ſpiritum quàm ſecundùm carnem quæri vult. 1555
Suâ ſe virtute Chriſtus ſuſcitauit. 1702
Chriſti ſermo quantæ virtutis. 1442
In Cruce vt Chriſtus omnia traxerit. 1586
Peccata ſoluere vt Chriſtus quærat. 1453
Chriſti amor erga animas, quæ in Purgatorio torquentur. 1589
Chriſti mititas & manſuetudo in pœnitentes. 1467
Iudæ diſceſſu cur Chriſtus clarificatus dicatur. 1607
Omnia traxiſſe Chriſtus dicitur quia traxit electos. 1586
Chriſtus cur ſimilis filio hominis dictus. 1811
Cur à paucis militibus Cruci affigi voluerit Chriſtus. 1669
Veſtimenta ſua cur ſuis non dederit Chriſtus, ſed crucifixoribus permiſerit. 1669
Qui Chriſtum colit, amat & ab aliis coli. 1560
Chriſti modeſtia & in loquendo moderatio. 1582
Chriſtum vidiſſe non videntur, qui inſultarunt Chriſto. 1796
Cur trahere nos Chriſtus dicatur. 1585
Quicquid fecit, quicquid fuit Chriſtus, vita fuit. 1616
In Chriſtum reſilit quicquid contra eius Eccleſiam & Dei ſeruos fit. 1969
Corripit nos Chriſtus, quia excipi à nobis vellet. 1858
A tumoris aurâ ſuos Chriſtus eximit. 1414
Plura poſt Chriſti aduentum data adminicula. 1870
Fidelium ſalutem quàm auidè Chriſtus quæreret. 1603
Chriſti labor & abſtinentia. 1492
Cur Chriſtus innocentiam ſuam coram pontifice defendiſſe legatur. 1655
Pœnitentia iniri non poteſt, niſi cordis fores pulſet Chriſtus.
Noctis tenebras habet qui à Chriſto diſcedit. 1605
Cum Chriſto quinam dicantur ambulare. 1841
Poſt epulas Chriſti plerique obliuiſcuntur. 1400
Chriſtus nullum damnari vellet: vellet omnes abſolui. 1458
Quanto ſalutis noſtræ deſiderio Chriſtus teneatur. 1337
Chriſtus cur tanquam occiſus dictus. 1883
Nulli Chriſtus denegat miſericordiam. 1514
Omnia quæ Chriſti fuerunt trahendi vim habent. 1585
Comprehendi diſcipulos cur Chriſtus noluerit, cùm ipſe comprehenderetur. 1648
Chriſti perfectio. 1814
Noſtræ conſcientiæ bonis quàm Chriſtus delectetur. 1861
Stans Chriſtus poſt reſurrectionem viſus. 1700
Hortulanus vt verè fuerit Chriſtus. 1701
Quanta crudelitate fuerit Chriſtus comprehenſus à Iudæis. 1649
Maiora Chriſtus exhibet quàm verbis ſignificet. 1462
Chriſti modeſtia & humilitas. 1511
Chriſti mors ad vitam & ad fructum. 1577
Teſtis fidelis electis præcipuè cur dicatur Chriſtus. 1789
Chriſtus noſtri cuſtos. 1486
Quanto affectu ad mortem iret Chriſtus. 1470
Per Chriſtum tantæ vires ſuppeditatæ, vt facilè vincere poſſimus. 1746
Ad morum emendationem vbique Chriſtus inuitat. 1435
Adultera mulier à Chriſto abſoluta cur maritum non timuerit. 1467
A lapideis cordibus fugit Chriſtus. 1494
Chriſtus in quo præcipuè imitandus. 1578
In Chriſto plura reperimus quàm verbis poſſit explicari. 1356
Sitire ſe cur in Cruce dixerit Chriſtus. 1684
Mariam vt demonſtrauerit Chriſtus Cruci affixus. 1676
Horam ſuam cur Chriſtus eam vocauerit, quâ ſuam vitam daturus erat pro nobis. 1588
Chriſti benignitas & humanitas. 1456
Regnum fugit Chriſtus, non Crucem. 1401
Cur turbari ſe coram diſcipulis Chriſtus permiſerit. 1580
Peccatorum ſalutem vt Chriſtus ſtudioſè quæreret. 1715
Captus à Chriſto, Chriſto alios capere ſtudeat. 1259
Chriſtus nobis non indiget: indigemus nos illo. 1413
Cur Chriſtus non baptizauerit. 1357
Chriſtus cur tandiu diſtulerit reuelationem ſuis ſeruis manifeſtare. 1779
In cordibus noſtris habitare Chriſtus amat. 1132
Chriſti veſtes cur militibus diuiſæ. 1670
Ardenter noſtram ſalutem ſitit Chriſtus. 1258
Chriſtus vt etiam in mundi exordio homines illuminauerit. 1514
Chriſtus etiam abiens ſuorum lux eſt. 1215
Non itur ad Chriſtum niſi per Chriſtum. 1616
Plures pauperes quàm diuites ſanauit Chriſtus, ne diuitias æſtimare videretur. 1503
Omnes homines cur illuminare dicatur Chriſtus. 1524
Cur ſuorum pedes lauerit Chriſtus non manus. 1595
Satis pœnarum dat, qui Chriſtum non recipit. 1226
Suauiſſima fercula ſecum Chriſtus defert. 1862
Etiam Chriſtus cupit ſatiari & refici de micis. 1858
Chriſti humanitas vnde collecta. 1185
Noſtram ſalutem quærit Chriſtus etiam per ea, quæ cum ſalute nexum non videntur habere. 1331
Studet Chriſtus, ne eius in nos amor ignoretur. 1532
Chriſti manſuetudo expenditur. 1517
Dies Chriſti dies paſſionis. 1490
Scripturarum arcana Chriſtus aperuit. 1880
Chriſti clementia in homines. 1385
Quicquid fecit, quicquid fuit Chriſtus, vita fuit. 1616

Per Chriſti mortem omnia obſequi Chriſto debent, omnia ſacrari. 1586
Mulieris opprobrium vt auferre ſtuduerit Chriſtus. 1542
Quanta crudelitate fuerit Chriſtus comprehenſus à Iudæis. 1649
Oſtium ouium non onilis cur ſe dixerit Chriſtus. 1513
Chriſtus ſuis adeſt etiam, quùm putatur non adeſſe. 1713
Chriſti in nos amor quàm magnus. 2090
Inclinauit ſe Chriſtus, vt nos erigeret. 1448
Commoda & vtilitatem noſtram vt ſpectauerit Chriſtus. 1633
Terrarum orbem non in veſte, vt Aaron ſed in corde Chriſtus circonferebat. 1812
Firmè adhærere Chriſto Chriſti diſcipulus debet. 1245
Chriſtus effert, à quibus effertur. 1246
Noſtræ conſcientiæ bonis quàm Chriſtus delectetur. 1861
Quotidie nòs à peccatis noſtris Chriſtus lauat. 1793
Eccleſiæ ſuæ curam præcipuam habere Chriſtum vnde colligatur. 1440
Homines Chriſtus attrahit vt magnes ferrum. 1585
Tota Chriſti vita & ſingulæ actiones peccato tollendo ordinatæ. 1248
Chriſti pietas vt collecta. 1248
Chriſti mores moribus exprimendi. 1742
Via cur prius dicatur Chriſtus quàm vita. 1615
Opus conſummaſſe cur dictus Chriſtus. 1639
Lauit nos Chriſtus, quia dilexit. 1792
In ſanctis ſuis vt mori Chriſtus ſit dictus. 1943
Nox in diem vertitur Chriſti ſermone. 1259
Librum vt Chriſtus referat. 1922
Princeps regum terræ cur dictus Chriſtus. 1792
Perſtricti, qui alios ad Chriſtum vrgent, ad quem ipſi ire nolunt. 1353
Peccatum non fouet Chriſtus, ſed damnat. 1462
Chriſtus expectauit, vt omnia, quæ de illo dicta complerentur. 1685
In cor admitti, quàm Chriſtus cupiat. 1860
Quantum in Chriſto eſt ad nos venit, vt in nobis maneat. 1225
Chriſtus iudex quàm timendus. 1460
Hominis formatorem & reformatorem vt ſe oſtenderit Chriſtus. 1708
Chriſti æternitas. 1493
Chriſti manſuetudo. 1447
Moriendi cupiditas in Chriſto. 2109
Cur duriùs reſpondiſſe Matri Chriſtus videatur in nuptiis. 1280. 1281
Chriſti fatigatio, cùm nos non inuenit, quùm quærit. 1327
Chriſti corpus quàm reuerenter adorandum. 1698
Modeſtas humiléſque preces contemnere non eſt Chriſti. 1276
Quem fructum attulerit Chriſtus in terram cadens. 1577
Chriſti modeſtia à faſtu aliena. 1536

Cibus.

Ciborum neglectus Chriſti exemplo. 1334
Iuſti ſuauiſſimus Dei cibus, dum feruentes. 1849
Ciborum deliciæ non quærendæ. 1332
Auidè in fercula ferri non debet, qui ſequitur Chriſtum. 1333
Cibi concupiſcentia quid poſſit. 1404

Circuitus.

Circuitus Diaboli qualis. 2111

Ciuitas & Ciuis.

Stabilitas ſupernæ ciuitatis. 1991
Ciuis huius mundi fidelis non ſit. 2099

Claues.

Claues inferni Chriſtus habet vt infernum obſtruat. 1819
Claui, quibus Cruci affixus Chriſtus diabolum fixere. 1665
Pœnitentia clauis eſt, quæ infernum claudit, aperit Paradiſum. 1819
In Apoſtolis vt fuerit clarificatus Chriſtus. 1606

Cœlum.

Nullibi tuta ſecuritas, niſi poſt cœli ingreſſum. 1842
Cœli aſpectus quàm vtilis. 1646
Ad Cœleſtis ciuitatis ædificationem concurrere vt quiſque poſſit. 1986
In Cœlum ire quanto ſtudio contendere quiſque debeat. 1613
Cœlum omnibus patet. 1990

Cogitatio.

Amoris vinculo noxiæ cogitationes coërcendæ. 1813
Mortis cogitatio quam vtilis. 1890
Cor ab immundis cogitationibus cohibendum. 1812
Cœli cogitatio firmos nos in tentationibus debet reddere. 2017

Cognati.

Dei negotiis tractandis cognatorum ratio non habenda. 1297

Cognitio.

Æternæ vitæ radix, & omnium bonorum pronuba, Dei cognitio. 1638
Cognitionis verbum etiam dilectionem claudit. 1521

Colere.

Qui Chriſtum colit, amat & ab aliis coli. 1260

Columba.

Columba qualis apparuerit ſuper Chriſtum. 2250

Columna.

Columnam quinam in Dei templo referant. 1843

Commendari.

Commendari iuſtorum bona debent, vt ad paria cæteri animentur. 1776

Comminari.

Cur mala ſcribis & Phariſæis Chriſtus comminatus ſit ante paſſionem, non in ipſa. 2104

Commoda.

Commoda propria quærenti facillima omnia videntur, alioquin difficilia. 1345
Sua commoda non quærat, qui animarum lucris inhiat Chriſti exemplo. 1443

Compati.

Patienti Chriſto non compatitur qui vitiis onuſtus eſt. 2110
Patienti Chriſto compati quanti ſit. 1578

Comprehendi.

Comprehendi diſcipulos cur Chriſtus noluerit, cùm ipſe comprehenderetur. 1648

Concionatores.

Sermones ad omnes porrigant ſacri concionatores. 1318

Concordia.

Concordiæ & humilitatis commendatio. 1323
Animorum concordia commendata. 1532

Concupiſcentia.

Tentatio cur à concupiſcentia eſſe dicatur, non etiam

etiam à Dæmone. 2070

Concupiſcentiæ conceptus qualis ſit & qualis partus. 2020

Concupiſcentia carnis & oculorum quæ. 1750

Confeſſio.

Peccatorum confeſſio, munimen contra accuſantem Dæmonem. 2074

Confiteri Dei filium debemus & amare. 1753

Coniugati.

Coniugatis neceſſaria curat Chriſtus, ſi illum aduocent. 1270

Conſcientia.

Potius à conſcientiæ puritate, quàm à vocis elatione defenſio accerſenda. 1663

Quantùm mala conſcientia in malos poſſit. 1459

Mala conſcientia interpretis vitium ſubit apud malos. 1587

Conſcientia bona loquendi fiduciam præbet. 2108

Conſortium.

Malorum conſortium bonis vitandum. 1640

Beatorum conſortio priuari quàm graue ſit. 1797

Bonorum conſortium ſuis diabolus timet. 1604

Bonorum conſortium quærendum. 1712

Conſuetudo.

Bonorum conſuetudo minimè deſerenda. 1652

Impiorum conſuetudo vitanda. 1602

Conſummari.

Opus conſummaſſe cur dictus Chriſtus. 1639

Contemplatio.

Din mens contemplationis ſilentio vix frui poteſt. 1907

Contemptus.

Suî contemptus quantas vires habeat. 1362

Plagis afficitur Diuinæ legis contemptor. 1962

A malis contemni honorificum. 1520

Contentio.

Detractio contentionibus affinis. 2063

De aliorum actibus minimè contentiosè loquendum. 1339

Continuatio.

Bonorum operum continuatio. 1755

Contumelia.

Contumeliis morosè non hærendum. 1487

Contumeliæ contumeliis non retundendæ. 1484

Chriſti exemplo contumeliæ ferendæ. 1485

Contumeliam reddere contumeliis nemo debet. 1485. 1486

Contumeliæ vitandæ. 1655

Conuerſatio.

Bonorum conuerſatio quàm vtilis. 1710

Qui ſpiritualiter à morte culpæ ſunt ſuſcitati, non paſſim ac promiſcuè cum peccatoribus conuerſari debent. 1706

Conuerſio.

Bonus Chriſti cibus, malorum conuerſio. 1361

Quam difficilis peccatorum conuerſio. 1769

Conuiuium.

An à nuptiali conuiuio, vbi Chriſtus aderat, carnes abfuerint necne. 1378

In conuiuiis quænam cogitanda. 1394

Cor.

Cor ab immundis cogitationibus cohibendum. 1812

Cor mundi amore euacuetur, vt repleatur Diuino. 1745

A lapideis cordibus fugit Chriſtus. 1494

In cor admitti quàm Chriſtus cupiat. 1860

Cordis templum vt viſitet Chriſtus. 1309

Cordis ablutio potior quàm corporis. 1511

Corona.

Spineâ coronâ redimi cur Chriſtus voluerit. 1661

Certamina non defugiat, qui coronam cupit. 1833

Malorum ſæuitia bonorum corona eſt. 2108

Corpus.

Corporis beatitudo quando danda. 1895

Correctio.

Correctionis amarities vt temperanda. 1829

Correctio æquo animo ferenda. 1347

Vix liberè delinquentes corrigit, qui aliquo lucri affectu ligatur. 1308

Correctionis vtilis forma. 1824

Correptio.

Opportunè peccatores corripiendi. 1382

Corripit nos Chriſtus, quia excipi à nobis vellet. 1858

Qui alios corripit, corripi opum alienarum deſideſio non debet. 1308

Creata.

Qui in ſpiritu eſt, omnia creata poſt ſe reiicit. 1809

Credere.

Poſt editum in Cana Galilææ miraculum cur credidiſſe dicantur diſcipuli, & non mater. 1396

Crux.

Titulus cur Chriſti Cruci affixus legatur, non latroni. 1668

Charos nos Chriſtus habuit, qui tàm carè nos in Cruce redemit. 1667

Crucis, & paſſionis Chriſti virtus vt perennet. 1739

Crux cœli firmitas & fundamentum. 1990

Crucis virtus vnde. 1470

In Cruce vt Chriſtus omnia traxerit. 1586

Chriſtus in Cruce politus extenditur. 1665

Qui Chriſti corpus eſt, ſuam Crucem ferat. 1664

Sub Cruce Chriſti ſtare quàm vtile ſit. 1677

Carnem ſuam Cruci affigere quiſque debet. 1666

Chriſtus in Cruce Patrem alloquens. ibid.

Cultus.

In Chriſti cultu hominum cenſiones ſpernendæ. 1549

In Dei cultu ſemper proficere quiſque debet. 1775

Cultûs Diuini cura non negligenda. 1428

Omnia vincenda, quæ nobis in Dei cultu aduerſantur. 1830

Cunctatio.

Cunctatio, quùm ad Chriſtum eundum, amolienda. 1545

Cura.

Sæpè ſua quærit, qui aliena tantùm curare videtur. 1833

Sui curam quiſque habeat. 2118

A curis temporalibus ſit vacuus, qui Diuina excipere debet. 2019

Noſtra tunc maximè Deus curat, quum homines putant non curare. 1536

Curia.

A Curia iuſtitiæ, ad Curiam miſericordiæ appellandum eſt. 2036

Curioſitas.

Nuda in voluendis libris curioſitas vitanda. 1955

Curioſitas ablegãda maximè quum de mulieribus agitur. 1350

Curioſitas, Virginis exemplo abſecanda. 1296

Obedientia curioſitate infici non debet. 1726

Curioſitas vitanda præſertim vbi de animæ ſalute agitur. 1347
Aliena curioſè haud exploranda. 1432
Curioſitas vitanda. 1574

Cuſtodia.

Malè cuſtoditur, qui Dei virtute non cuſtoditur. 2079
Dæmonum cuſtodia qualis. 1971

D

Diabolus, Dæmon.

CVr cum iuſtis, non cum peccatoribus bellum gerere dicatur diabolus. 1942
Dæmones plus nituntur nocere quàm poſſint. 1898
Pœnitentiam impedire diabolus ſtudet. 1604
A peccato qui ſe non reuocat, à Diabolo eſſe dicitur. 1758
In malo ſtabilire peccatores ſtudet diabolus. 1656
Diaboli malitia fidelium patientiam debet acuere. 1980
Dæmonis ſuperba mens nihil non tentat. 1876
Diabolus infeſtare nequit niſi quantum Deus voluerit ad illius confuſionem & vtilitatem noſtram. 1770
Per homines malos dæmon ſæuit in iuſtos. 1920
Occulta dæmonis fraudulentia. 1933
Mali in bonos ſæuiunt diabolo inſtigante. 1832
Ex patre diabolo eſſe quo ſenſu Iudæi dicti. 1480
Dæmonum cuſtodia qualis. 1971
Diabolus cur pœnas iuſtorum produci ſtudeat. 1833
Diabolus vulnerare non poteſt hominem niſi volentem. 1919
Dæmon cur tanquam princeps eiectus dicatur. 1583
Quicquid maſculæ fortitudinis eſt ſatanæ diſplicet. 1934
Diabolus ſecum gehennam defert. 1892
Hominum infirmitas diabolum mundi principem fecit. 1583
Diabolus per peccatum imperium in homines exercet. 1584
Diabolus poſt Chriſtum eſſe non videtur, quia ſæuire in homines non ſinitur vt antea. 1968
Dæmon draconem & ſerpentem vt referat. 1936
Conſentientes, non reſiſtentes diabolus vincit. 2061
Vitæ emendatione diabolo reſiſtendum. 2060
Et in proſperis & in aduerſis nobis diabolus inſidiatur. 1937
Hominem Dei opus delere, quàm ſtudeat diabolus. 2122
Diabolus non minus viribus, quàm timore nos ligat. 2110
Superbia iubet diabolum fugere. 2069
Homines ſibi incorporare per mortalem culpam diabolus ſtudet. 2122
Diabolus ſtudet ne Chriſti verba audiantur. 2120
Non leuiter nocere, ſtudet diabolus hominibus. 2123
Sæuus præcipuè in bonos ſatanicus hoſtis eſt. 2123
Diabolus gehenna cur dicatur. 2050
Quàm promptè mali diabolo obediant. 1480

Damnati.

Chriſtus nullum damnari vellet: vellet omnes abſolui. 1458
Impiorum damnatio cur cumcanti. 1908

Damnum ſpirituale potiùs timendum, quàm temporale. 1567
Pœna in damnatis vt dominetur. 1326

Dan.

Tribus Dan cur in tribuum recenſione non recenſita. 1899

Dare.

Dare cur ſuum Filium Deus ſit dictus, non reddere. 1320

Defenſio.

Veritas defendenda à calumniis. 1491
Potius à conſcientiæ puritate, quàm à vocis elatione defenſio accerſenda. 1663

Defuncti.

Defunctorum neglectus quantas vires diabolo reddat. 2142

Deliciæ & Delectatio.

In terrenis deliciis, deceptio latet. 2133
Delectationes terrenæ in fine cruciant. 1293
Chriſtum ſtultum reputat mercatorem, qui pro modica delectatione animam vendit. 2090
Deliciarum error. 2133
De ſpiritualibus deliciis non rectè iudicium ferre poteſt, terrenorum amore correptus. 1292

Deſcendere, Deſcenſus.

Deſcendit non cadit qui à Deo. 1986
Humilis deſcenſus, glorioſus. 1986

Deſertum.

In deſerto cur vixerit Ioannes teſtimonium de Chriſto daturus. 1250

Deſideria.

Deſideria carnalia quantas contra homines vires habeant. 1940

Deſperatio.

Nullius deſperanda ſalus. 1828
Nemo ad deſperationem adigendus. 1761

Detractio.

Detractio ab inuidia. 2093
Detractor neſcit ſiſtere, ab vno ad alium tranſit. 2055
Detractionis malum. 1405
Fœcundo fœnore detractio multiplicatur. 2094
Multi detraherent ſi auderent. 2064
Detractio contentionibus affinis. 2063
Detractores quàm noxij. 1998
Detractio à ſuperbia eſt. 2063
Detractoris lingua gladio comparata. 1888

Deuoranda.

Auidè Dei verba deuoranda. 1913
Deuorari cur liber dicatur. 1914

Deuotio.

Deuotionis feruor. 1852

Deus.

Pœnæ tanquam aliquid factum excipiendæ cùm à Deo ſint. 1964
Dei in nos amor quàm magnus. 2090
Dei miſericordia quàm magna. 2076
Quam diues in donis ſuis Deus. 1464
Sua quàm libenter Deus exhibeat. 1437
Suos, vt tegat, & obumbret Deus. 1904
Deus efferendus & in aduerſis & in proſperis. 1872
Quod laudabile in hominibus eſt, in Deum referatur. 2135
Prouidentia Dei circa electos quàm ſingularis. 2078
Ab operibus ſalutis Deus non quieſcit. 1385
Ad Deum vocare alios debemus. 1734
Dei pietas & patientia in ferendis peccatoribus. 1848

Dare cur ſuum Filium Deus ſit dictus non reddere. 1320
In Deo ſolo nullæ tenebræ: in creaturis ſemper aliquæ ſunt. 1735
Omnia Deo adſcribenda. 1639
In Dei comparatione ſe quiſque nihil eſſe videt. 1817
Homines ab hominibus amari, quanti Deus faciat. 1765
Semper facienda, quæ Deo placent. 1476
Dei voce vocatus alios ad Deum vocare debet. 1999
Deus charitatis nomine inſigniri voluit, non honoris. 1764
Deo tribuenda quæ agimus. 1723
Maximè noſtra Deus curat, ſi nos ea curamus, quæ ſunt illius. 1389
Dei miſericordia quàm magna. 2076
Beneficia ſua, vt Deus extenuet contra ac homines faciant. 1883
Ea præcipuè perficienda, quæ Dei honorem maximè ſpectant. 1547
Solus Deus implere mentis ſinum poteſt. 1620
Omnia ſummâ ſapientiâ à Deo facta. 1109
Apud Deum inſtar Verbi nos quoque eſſe debemus. 1210
Etiam per vilia vileſque homines magna præſtare Deus poteſt. 1500
Ad Deum aſcendat, qui homines videt. 1495
Dei ſolius, ſalutis Mundi negotium exequi. 1875
Quicquid boni habemus aut facimus in Deum referendum. 1874
Noſtra tunc maximè Deus curat, quùm homines putant non curare. 1536
Glorificari vt Deus poſſit. 1639
Ægrè inter homines Deus cognoſcitur. 1382
Deo adſcribendum quicquid proſperi vel aduerſi à creaturis experimur. 1212

Dicere.

Perſtricti qui mala de bonis dicunt. 2102

Dies.

Diei Dominici dignitas. 1807
Certum paſſionis ſuæ diem cur neſciri voluerit Chriſtus. 1687
Diuinis occupationibus dedicatus dies Dominicus. 1808
Dies Chriſti dies paſſionis. 1490

Dignitas.

Pauperes ab Eccleſiaſticis dignitatibus non repellendi, ſi alioquin digni. 2054
Dignitates Chriſti exemplo fugiendæ. 1398
Perſtricti qui dignitatibus terrenis inhiant. 1401
In extremo iudicio nulla culminum habenda ratio, nulla dignitatum. 1983
Amaritudinibus adſperſæ dignitates. 1915
Pauci à dignitatum affectu liberi. 1401

Diiudicare.

Subditi præſules non facilè diiudicent. 1304

Dilectio.

Dilectio ſi vera Mundi preſſuras & calumnias facilè fert. 1631
Dilectionis vis & virtus. 1628
Dilectionis præceptum cur nouum dicatur. 1618
Mutua dilectio quàm Chriſto chara. 1629
Dilectio omnis boni fons. 2019
Deum non diligere gehennâ ipsâ grauius. 1619
Proximi dilectionem vt exemplo commendauerit Chriſtus. 1608
Mutua dilectio, diſcipulorum Chriſti character. 1609
Dilectio, quinam veri Chriſti diſcipuli ſint, oſtendit. 1609
Vbi dilectio eſt, cæteræ etiam virtutes ſunt. 1610
Mundus ipſe clamat ne diligatur. 1747
Super omnia diligi debet, à Deo diligi. 1730
Nemo ſuis meritis adſcribat, quod ſit diligendus. 1763

Dimidium.

Non dimidia à Deo venia ſperanda ſed integra. 1708

Diſſenſio.

Spirituales vnitate animales diſſenſione gaudent. 2145

Diſſidia.

Diſſidia & diſcordias Deus tollit. 1866

Diuites & Diuitiæ.

Diuites indigent excitari. 2069
Diuitiis itinera, quæ. 2017
Diuitum opes alienæ ſunt, miſeriæ propriæ diuitum. 2069
Diuitiæ ſuperbiam nutriunt. 2067
Diuites ſteriles perſtricti. 1846
Diuitiarum cupiditas damnata. 2070
Chriſti diuitiæ experientia potiùs probantur quàm verbis explicentur. 1263
Solâ ſiti cœleſtes diuitiæ venduntur. 2000

Docere.

In imis non reſideat, qui alios docet. 1865
Auditorum infirmitati conſulat, qui docet. 1513
Quod quis docet debet & præſtare. 1763

Doctor.

Doctor priùs præſtet, quæ alios docturus eſt. 1999
Doctoris opera vt neceſſaria. 1754
Euangelicus doctor, aliorum ſalutem ſpectet, non ſuam laudem, nec ſuum commodum. 1221. 1222
Fortitudo doctorum, & eorum, qui latè imperium extendunt. 1911
Angelum doctor referre debet. 1914

Doctrina.

Doctrina aliis diſtributa creſcit. 1397
E cœlo, non à terrâ Chriſti doctrina fuit. 1431
Doctrinæ Diuinæ arcana myſteria quanti facienda. 1314
Chriſti doctrina vt excipienda. 1430
Euangelicæ doctrinæ augmenta. 1393
Doctrinæ diuitiæ etiam aliis impertiendæ. 1436

Dominus.

Cur frequentiùs à diſcipulis Domini nomine Chriſtus appellaretur quàm magiſtri. 1597

Dona.

Supera Dei dona non facilè vulganda. 1709
Dei dona etiam malis communicanda. 1438
Dei dona Dei donis ſunt grauida. 1392
Dei dona ſcire quanti referat. 1316
Sua dona quàm libenter Chriſtus exhibeat. 1336
Quàm ſublimia dona homines acceperint, quæ Angeli non acceperunt. 2083
Plerunque dona ſua dare Deus differt, vt maioribus nos oneret. 1533
Quàm diues in donis ſuis Deus. 1464
Bonorum eſt ex Dei donis maiorem vtilitatem elicere. 1396
Hominum diligentia in Dei donis excipiendis commendatur. 1366

Vera

Vera ſolidáque dat Deus bona. 1723
Dei dona animæ fœcundandæ. 2022
Dei dona ex illuſtratione Diuina. 2022
Homines contra ac Deos tunc maximè mutabiles, cùm dona conferunt. 2023
Dei in donis largiendis liberalitas. 1440
Dei dona, quædam animæ lumina. 2022

E

Eccleſia.

IN Chriſtum reſilit quicquid contra eius Eccleſiam & Dei ſeruos fit. 1969
Eccleſiæ ſuæ curam præcipuam habere Chriſtum vnde colligatur. 1440
Eccleſiæ ſubiecta ſynagoga. 1932

Electi, Electio.

Electi vt reges teferant. 1792
Electorum gloria. 1815
Certa vt Dei electio à nobis fiat. 2129
Certus electorum numerus. 1842

Electa.

Electam cur cbatiſſimam non vocauerit S.Ioannes. 1774

Eleemoſyna.

Diues vere fit, qui eleemoſynas largitur. 1854
Eleemoſynæ & beneficentiæ virtus. 1395

Elementum.

Poſt iudicij diem cur elementa decori ſuo reſtituenda. 1984

Emendatio.

Vitæ emendatione diabolo reſiſtendum. 2060
Ad motum emendationem vbique Chriſtus inuitat. 1431

Emptus.

Virgines cur ſignatè empti dicantur à Chriſto. 1947

Encania.

Spirituales encæniæ vt celebrandæ. 1523

Epiſcopus.

Epiſcopi occupationes. 2073
Epiſcopus de ſubditorum peccatis rationem reddere debet. 1821
Epiſcopi eſt animabus intendere, non poſſeſſionibus. 2104
Ob populi lapſus Epiſcopus reprehenditur. 1834

Errores.

Aliorum errata operit amor. 1744
Perſtricti qui errores ſeminant. 2044

Euagatio.

Euagationis diſcrimina vitanda. 1543
Nimia euagatio mulieri noxia. 1466

Euangelium.

Euangeliorum primitiæ, Ioannis Euangelium. 1205
Euangeliſtæ cur aduerſati ſibi aliquando videantur. 1207
Euangelium ſuum cur Chriſtus non ſcripſerit. 1451
Initium Euangelij S. Ioannis quanti olim factum. 1202

Euchariſtia.

Panis Euchariſticus, panis concordiæ. 1407
Iudæorum malitia & durities circa Euchariſticum panem. 1407
Euchariſtia ſemen immortalitatis imprimit excipientis corpori. 1408
Chriſti caro verè cibus alij, cibi vmbra. 1408
In Euchariſtiâ quid accipiatur. 1408
Euchariſticus panis dat vitã quia eſt cibus immortalis. 1409
Euchariſtici ſacramenti author Chriſtus. 1406
Ad Euchariſtiam qui accedit, omnia ei expuenda, reſpuenda omnia terrena. 1289
Euchariſticus panis comedendus. 1835
In amoris ſignum ſub Euchariſtiæ velamine Deus latet. 1494
Linguæ cuſtodia Euchariſtiæ præmittenda. 1223
In Euchariſticâ menſâ omnis terrenus affectus abſecandus. 1281
Nihil boni ab illo ſperes, qui Euchariſticæ menſæ contemptor eſt. 1413
Fortes animos Euchariſtia inhalat. 1632
Chriſtum ſub Euchariſtia latentem quàm libenter Angeli aſpiciant. 2082
Euchariſtiæ excellentia. 1591
Chriſtum in Euchariſtiâ habere præſentem quàm ingens donum. 1337
In Euchariſtià, quæ in aliis bona, optima ſunt. 1294
Vitæ æternæ verba præcipuè quæ Euchariſtiam tangunt. 1416
Euchariſtici panis inedia quàm noxia. 1892
Euchariſticus panis inertioris hominis quærit eſuriem. 1405
Per puritatem eundum ad Euchariſtiæ ſacramentum. 1590
Euchariſtiæ ſuauitas. 2094
Quanta puritate ad Euchariſticam menſam accedendum. 1592

Excuſatio.

Peccatorum excuſatio quàm noxia. 1461
Peccatà non facilè excuſanda. 1346
Excuſanda peccata non ſunt. 1463
Culpam qui tegit & excuſat, veniæ obicem ponit. 1348
Superiorum exemplum quantum poſſit in ſubditos. 1975
Vnius exemplum & præſertim ſuperioris quantùm poſſit. 1421
Bonorum exemplum quantas & in malos vires habeat. 1212
Exemplo alios informare quanti referat. 2003
Dura quæque Chriſti exemplo ferenda. 2103
Quàm graue malum, exemplo alios ad malum prouocare. 2021

Exigua.

Tanquam exigua habenda, quæ putantur ſumma. 1617

Exitium.

Sui exitij quiſque cauſa eſt. 1626

Exprobrare.

Plerunque malum in exprobantes recidit. 1434

F

Familiaritas.

DEi familiaritas honorem eius & cultum auget. 1341

Faſtus.

Beſtiales præfert mores, qui è terrâ cùm ſit tumore & faſtu aſcendit. 1944
Humanum faſtum vt Chriſtus arguat. 1390

Fercula.

Suauiſſima fercula ſecum Chriſtus defert. 1862

Feruor.

Feruoris & lucis nexus, doctrinæ & charitatis. 1387

Feſtiuitas.

Feſtiuitas.

Nulla vers feſtiuitas, vbi Chriſtus abeſt. 1426
Feſti cultus, qualis. 1444
Muodus nullum verè diem feſtom habet. 1426
Chriſti feſtus dies, dies paſſionis. 1428

Fictum.

In cœleſti patriâ nihil fictum, nihil occultom. 1992

Fides.

Homioi nullus fidat. 1599
Qui homini fidit, hominem noo habet. 1373
Fides cum Dei timore. 2039
Fideles membra ſua tanquam hoſtiam mactaot. 1725
Credentium fides per vitrum cur expreſſa. 1868
Fideles quò duriores alij in iofidelitate, eò firmiores ipſi in fide. 1416
Fidei & credentium prærogatiua. 1228
Fides amore animetur. 2039
Fides charitate informanda. 2042
Fidei effectus, operatio. 2041
Etiam opera ſine fide mortua ſoot. 2042
Ad fidem vt oos Chriſtus alliciat. 1527
Quiſnam plenam & veram fidem habeat. 1768
Fidei virtus quid poſſit. 1733
Sola fide nullus contentus ſit. 1767
Suorum fides quàm Chriſto grata. 2511
Victoria cur fides dicta. 1767
Sacerdotes & slrare vt referant fideles. 1794
Per fidem Chriſto homo adhæret. 1624

Filius.

Confiteri Dei Filium debemus & amare. 1753
Grande ſupplicium, poſſe aliquem Dei filium fieri & nolle. 1226
In Dei filjos plures adoptaodos Dei Filius quæſiuit. 1799
Cur potiùs Filius, quàm Spiritus ſanctus aut Pater, dicatur teſtis fidelis. 1789

Firmitas.

Firmitas in infirmitate. 1528
Firmitas io Dei obſequio. 1760

Flagellum.

Ab amoris radice vt prodeant Dei flagella. 1856
Flagella quibus funiculis nectenda. 1303

Fœmina.

Vsrium fœminæ iogenium. 1335
Fœminarum familiaritas vitanda. 1561

Foramen.

An foramina in Cruce formata. 1667

Forma.

Quancunque formam recipere debent Dei ſerui. 1815

Fornicatio.

Per fornicationis vitium plures perire dicuntur. 1929

Fortitudo.

Fortiores maioribus periculis exponi: imbecilliores minoribus. 1921
Fortitudo doctorum, & eorum, qui latè imperium extendunt. 1921
Quod imbecille videtur in Chriſto fortius omni fortitudine ſeculari eſt. 1970
Quicquid maſculæ fortitudinis eſt ſatanæ diſplicet. 1934
Manſuetudinis, & fortitudinis nexus. 1881

Fragilitas.

Suam quiſque fragilitatem conſideret. 1738

Fragmenta.

Fragmenta panis cur colligere Apoſtolis Chriſtus iniuoxerit, non turbis. 1393

Fratres.

Fratrum odium quàm ooxium. 1743
Fratris odium quàm graue. 1762

Fraudulentia.

Occulta dæmonis fraudolentia. 1933

Fructus.

Fructum ex verbis Deus expectat. 1454

Frugalitas.

Frugalitas commendata. 2118

Fumus.

Spooſæ aſcenſus vt fumi ex aromatibus. 1917

Funus.

Diabolici ſpiritus à funeris cusa alios deturbare. 2143

Funiculus.

Funiculus vnde Chriſtus ſumpſerit formando flagella. 1303

G

Gallus.

GAlli cantus cur negatioois Petri terminus. 1611

Gaudium.

Chriſtianæ Philoſophiæ eſt io malis gaudere. 2008
Sancti de Chriſti bonis quantum gaudeant. 1947
Mundi gaudiom inane: gaudium, quod Deus exhibet, pleoum. 1735
Gaudium, quod à oobis tolli poteſt, oon verum gaudium. 1637
Verum gaudium vnde. 1491
Bonorum eſt de aliorum lapſu contriſtari, & de erectione gaudere. 1718
Verum gaudium quale. 1627
Subditorum gaudiom præſulibus gaudij materism præbeat. 1725
Gaudio perfuodi debemus, ſi Dei gloria creſcat, licèt noſtra miouator. 1324
Vera gaudia quærenda. 1426
Cœleſte gaudium quàm magnum. 2081
Dei ſolius eſt gaudio vero mentes perfundere. 1906

Gehenna.

Linguæ & gehenoæ nexus. 2052
Gehennam timeat qui lioguam non cuſtodit. 2051

Generatio.

Spiritualis geoeratio, qualis. 1228

Gentiles.

Gentium ſaluandarum oumerus innumerus. 1898
Gentium ad fidem cooperſio quàm ingeos miraculum. 1617

Gloria.

Gloriæ æternæ gaudium ſemper idem. 2019
Gloriatio vana vitaoda. 1565
Gloria & beatitudo cœlitus homioibus obtingit. 1987
Terrenam gloriam calcat, qui Dioino igne ardet. 1356
Cœleſtis gloriæ maoſioniſque oobilitas & excellentia. 1613
Glorificari vt Deus poſſit. 1639
Electorum gloria. 1815
Chriſti gloria quærenda, noo propria. 1425
Humanæ gloriæ fames decrementum humanæ gloriæ putator. 1324
Gloriæ cœleſtis deliciæ inexplicabiles. 1975
Cœleſtis gloriæ gaudia firma & mancoria. 1614
Chriſti gloria pro dilectis pati. 1640

Curſus

Curſus & labor ad cœleſtem gloriam. 1991
Dei gloria non propria quærenda. 1977
Dei gloria Mundo manifeſtata per Chriſti incarnationem. 1978
Veritati potiùs conſulunt Dei ſerui quàm ſuæ gloriæ. 1782
Iuſti, vt Deum glorificent. 1873
Gloriæ tranſitoriæ magnitudinem admirari anguſti animi eſt. 1973
Gloria eſt peccatoris conſortio carere. 1605
Dei gloria etiam per propriam ignominiam quærenda. 1558
Inanis gloria vitanda. 1559

Grabatio.

Vtile ex grabati geſtatione monitum. 1377

Gratia.

Spiritus ſancti gratia cur aquæ comparata. 1340
Gratiæ eus Deo agendæ, quùm eius ira aduenit. 1928
Gratiarum actio ſanctorum noui teſtamenti propria. 1900
Gratia Dei humiles facit. 2060
Gratia paci ſubſternenda. 1788
Sedulitas in gratiis agendis quid poſſit. 1560
Gratiarum actio in Dei beneficiis. 1591
Diuina gratia aquam vt referat. 1344

Gratitudo.

Gratitudo quàm Chriſto placeat. 1364
Gratitudinem à nobis exigit Chriſtus. 1372
Ad noua beneficia viam ſternit, qui de præteritis gratias agit. 1560

Gratus.

Aditum ſibi ad noua beneficia facit, qui pro acceptis eſt gratus. 1382

Gula.

In imæ ſortis viris gula quantum poſſit. 1397
Obſequi gulæ neſciunt, qui ſequuntur Chriſtum. 1535

H

Hæretici.

PRoprium hæreticorum obliquis ſe viis inſinuare, vt alios fallant. 2141
Superbi Philoſophi, & impij hæretici nihil non temerant. 1872

Hieruſalem.

Securitas ſupernæ Hieruſalem. 1995

Holocauſtum.

Hoſtium & holocauſtum in ſe quiſque habeat, quod Deo offerat. 2098

Homicida.

Homicida cur dicatur, qui fratrem odit. 1761

Homo.

Abſconditus cordis homo quinam ſit. 2106
Ægrè ſe ſuper homines effert, qui inter homines eſt. 1805
Inter homines non viuens, maior quàm homo fieri debet. 1219
Homini non tribuendum, quod eſt Dei. 1772
Quicquid eſt in homine Dei obſequio mancipetur. 1587

Honor.

Soli Deo totus honor impendendus. 2106
Chriſti honor, patris honor eſt. 1638
Seruorum Dei honor inexplicabilis. 1579
Dei ſemper honos quærendus. 1487

Hora.

Hora expenditur, quâ Chriſtus Samaritanam eſt alloquutus. 1328
Horam ſuam, quam Chriſtus dixerit. 1282
Horam ſuam cur Chriſtus eam vocauerit, quâ ſuam vitam daturus erat pro nobis. 1588

Hortulanus.

Hortulanus vt verè fuerit Chriſtus. 1701

Hortus.

Ab horto cur paſſionem Chriſtus inchoauerit. 1644

Hoſpitalitas.

Hoſpitalitatis virtus quanti apud Deum fiat. 2041
Hoſpitalitatis laus. 1531

Humilitas.

Voius caſus alios humiliores debet reddere. 1419
Gratia Dei humiles facit. 2060
Ioannis humilitas vnde collecta. 1782
Humilitatis ſtudium Ioannis exemplo. 1243
Qui proficit, minor fit ſibi; minoremque ſe reputat. 1525
Humilitatis exemplum in Præſule. 2117
In Chriſti ſcholâ magnus eſt, qui ſe demittit. 1595
In iudice humilitas requiſita. 1449
Humilitas diaboli viribus frangendis apta. 1941
Humilitas, pœnitentium conſignatio. 1549
In humiles fontis gratiam Deus deriuat. 2059
Humilitas vt commendata. 1359
Humilitas ianuas rebus Diuinis excipiendis aperit. 1318
Humilitas commendata. 1759
Vbi humilitas exulat, exitium timendum eſt. 1518
Humilitatis virtus. 1594
Humilitas ſuſpectam habet omnem laudem. 1264
Humilitatis exemplum in Chriſto. 1542
Quò quis plus euehitur, eò humilior eſſe debet, & pluris alios æſtimare. 1705
Apud Deum in humilitatis deſcenſu noſtra ſtat claritatis celſitudo. 1989
Dignitate primus, humilitate ſit poſtremus. 1998

Hydria.

Hydrias cur aquâ impleri iuſſerit Chriſtus. 1287
Bona hydria, qui Dei timore repletur. 1287
Hydriæ cur ad conuiuium poſitæ apud Iudæos. 1286

Hypocritæ.

Hypocritæ perſtricti. 1946

I

Iacere.

NVllos geſta ſua debet facilè prædicare. 1291
Iacere non debet, qui ſpiritualiter reſurrexerit. 1700

Iactantia.

Nemo ſe iactet. 1343
Sua nemo iactet. 1537
Nemo ſua extollat aut ſe. 1850

Ieiunium.

Ieiunio caro premitur, euehitur mens. 1502

Ieſus.

Ieſus quî ſolus dicatus. 1763
Nomen Ieſu proferre non erant digni Iudæi. 1579
Ieſu nomen ſua ſuauitate tribulationes condit. 1668

Ignis.
Ignis & rotæ nexus. 2052
Ignis cur purgari poſt extremum iudicium non dicatur. 1985
Ignem tanquam peritus medicus in terram Angelus miſit. 1910
Ignorantia.
Ignorantia propria noſtra eſt. 2087
Ignoſcere.
Promptior ad ignoſcendum ſit, qui habet, vnde ipſi ignoſcatur. 1456
Facilè ignoſcat, qui facilè cadit. 2046
Pœnitenti facilè ignoſcendum. 1826
Illuminare.
Omnes homines cur illuminare dicatur Chriſtus. 1124
Illuminari cur malus renuat. 1311
Imbecillis.
Imbecillitatis propriæ puluerem conſpicere quàm cuique vtile ſit. 1452
Imbecillis quilibet, qui peccato obnoxius. 1937
Imitandus.
Chriſtus in quo præcipuè imitandus. 1578
Impatientia.
Sæpè impatientia abſtinentiam arietat. 2128
Impius.
Impij, infernus, in quo diabolus habitat. 1880
Impiorum conſuetudo vitanda. 1602
Impiorum caſus erigere bonos debet. 1647
Impij mala cumulant, dum ſtudent occultare. 1309
Impij bonorum numerum creſcere nollent. 1442
Impij bonos euehont cum opprimunt. 1475
Impiorum damnatio, cur cum cantu. 1908
Impiorum ſcelera Deo manifeſta. 1960
Implere.
Solus Deus implere mentis ſinum poteſt. 1610
Incarnatio.
Dei gloria mundo manifeſtata per Chriſti incarnationem. 1978
Incarnationis beneficium ne deleretur in hominum memoriâ, vt Deus ſtuduerit. 1127
Inclinatio.
Chriſti inclinatio Chriſti miſericordiam notat. 1449
Increpatio.
Aſperis lenia permiſcenda in increpationibus. 1853
Indigentia.
Chriſtus nobis non indiget: indigemus nos illo. 1413
Indigentia noſtra ſuperioribus modeſtè inſinuanda. 1276
Indignatio.
Hominum indignatio, Chriſti amore non timenda. 1539
Infantes.
Infantes ſub ſpeciali Dei curâ & prouidentiâ. 1746
Grauis ætas ſine Chriſti notitiâ infantia eſt. 1745
Infelicitas.
Eorum infelicitas, qui corde terræ ſuor affiai. 1916
Inferiores.
In inferiores reſilit, quod ſuperioribus dicitur. 1821

Infernus.
Claues inferni Chriſtus habet, vt infernum obſtruat. 1819
Impij infernus, in quo diabolus habitat. 1820
Inferni pœnas non cogitare, quam grauia afferat damna. 1891
Inferni nomine quinam ſignificati. 1893
Infirmus, Infirmitas.
Infirmi modeſtia, animúſque morbo ſuperior. 1374
Singula infirmitatis momenta in Dei rationariis notata. 1368
In adiutores quid præſtare debeant infirmi ſanitati reſtituti. 1376
Obedientia in infirmo commendatur. 1528
Sæpè ob peccata corporis infirmitate homines corripiuntur. 2073
Firmitas in infirmitate. 1528
Oratione infirmus adiuuandus. 2073
Nemo triſtetur ob amici infirmitatem. 1533
Infirmis vt compati debeamus. 2072
Vnius infirmitas ſæpè toti familiæ prodeſt. 1364
Informandi.
Imperitiores magis informandi. 1388
Ingratitudo.
Ingratitudini vt occurrerit Chriſtus. 1370
Iniuria.
Iniuriæ obliuioni tradendæ, & iniurias inferentis nomen. 1804
Iniuria qua Dei miniſtri afficiuntur, in Deum redundat. 2142
Proprias iniurias nemo vindicet. 1652
Iniuriæ beneficiis reſpondendum. 1653
Iniuriarum memoria facilè delenda. 1450
Boni, malorum iniuriis, ad bonum extimulantur. 1443
Iniuriæ, quæ nos tangunt, fortiter ferendæ. 1484
Iniuriarum obliuiſcatur qui ſpiritualiter reſurrexit. 1705
Iniuſtitia.
Iniuſtitiæ non patrocinatur Chriſtus. 1741
Innocentia.
Quam magnum inter malos innocentiæ litare.
Inobediens.
Increduli & inobedientis nexus. 1325
Inſpirationes.
Inſpirationes Diuinæ non negligendæ. 1859
Inſtabilitas.
Peccatoris inſtabilitas. 1973
Intentio.
Recta intentio à Chriſto quæſita. 1255
Inuidia & Inuidi.
Inuidiâ correptus feris ſimilis. 1315
Inuidia mentes obcæcat. 1316
Inuidiæ cæcitas. 1574
Inuidiæ virus quàm lethale. 1958
Ab omni inuidiâ exulare mens debet. 1217
Inuidi aliorum bona minuere ſtudent. 1526
Inuidia à Chriſti ſeruis exulet. 1545
Sedes ſatanæ, inuidi. 1834
Inuidi & gehennæ nexus. 1893
Inuidi ne aliorum gloria celebretur, impediunt. 1442
Inuidorum iudicium quàm parum ſibi conſtans. 1237
Specie vtilitatis publicæ inuidiam ſuam plerique velant. 1568

Nemo aliis inuideat, quæ aliis vtilia eſſe poſſunt. 1779
Inuidi calumniatores prætereunt, quæ ad laudem faciunt. 1665
Inuidorum mos per ſua damna ad aliena procedere. 1446
Inuidis maiora ſemper apparent aliorum lucra. 1575
Inuidia ſuos obcæcat. 1505
Inuidi quàm ſibi parum conſtent. 1106

Inuitus.

Nullus inuitus benè facit. 2038

Ioannes Baptiſta, & Euangeliſta.

Cur de Ioanne Baptiſtâ dicatur, quòd non eſſet lux. 1183
Ioannis Baptiſtæ ſanctitas. 1883
In deſerto cur vixerit Ioannes Baptiſta. 1223
Loci prærogatiuæ, in quo Ioannes ſcripſit ſuum Euangelium. 1205
Ex Ioannis fonte etiam Angeli bibere potuerunt. 1778
Ioannis Baptiſtæ laus. 1835
Ioannis Baptiſtæ humilitas. 1836
Ioannes & Maria iuxta Crucem Martyres fuere. 1674
A Ioanne cur Angelus adorari noluerit. 1976
Ioannes Mariæ ædituus & cuſtos. 1682
Euangelij Sol, Ioannes dictus. 1204
Ioannis humilitas. 1801
Ioannes Baptiſta, Angelus credi poterat, niſi homo diceretur. 1217
In Chriſtum vt immigrauerit Ioannes ſub Cruce. 1678
In deſerto cur vixerit Ioannes teſtimonium de Chriſto daturus. 1250
Velut ſpongia è Chriſti pectore traxit Ioannes, quæ omnibus protulit. 1203
Liber Ioanni cur ab Angelo non oblatus. 1922
Ioannis Baptiſtæ tituli. 1239
Ioannis initium cum Moyſis initio collatum. 1106
Ioannes logotheta Diuinitatis. 1104
Mariæ vt Ioannes comparatus. 1803
Virginitatis candor aptiorem diuinis rebus excipiendis Ioannem fecit. 1783
Ioannis humilitas vnde collecta. 1782
Cur Mariam accepiſſe Ioannes dictus ſit in ſua, non Maria Ioannem. 1683
Quî Chriſtum reſpexerit Ioannes Baptiſta. 1851
Cur Ioannes Baptiſta in aquâ baptizauerit. 1248
Angelorum cum Ioanne familiaritas ob virginitatem. 1781
Quantæ dignitatis Ioannes fuerit, quòd fuerit Mariæ cuſtos. 1997
Initium Euangelij S. Ioannis quanti olim factum. 1202
Ioannes vt alter IESVS conſtitutus. 1201
Se Chriſtum neſcire cur dixerit Ioannes Baptiſta. 1249

Ira.

Omnis ſordidat ira. 2029
Iram Dei hominum ira prouocat. 1928
Irâ percitis amareſcit, quod eſt dulce. 1419
Viri ira non facilè excuſationem recipit. 2027
Ira iuſtitiæ ſe tegmine ſæpè veſtit. 2037
Ira diſputantibus ſolet ſuboriri. 2016
Manere cur Dei ira ſuper malos dicatur. 1326
Difficile eſt ab ira nunquam corripi. 2026
Pharmacum contra ſurgentem iram. 2107

Iris.

Iris miſericordiæ ſignum, quæ in Deo. 1866

S. Iudas.

Iacobi fratrem cur ſe Iudas dixerit. 2540
Iudæ Apoſtoli modeſtia ab omni faſtu aliena. 2539

Iudas proditor.

Iudæ exemplum quàm timendum. 2419
Iudas in conuiuio perit, in quo alij ſaluati. 1601
Iudas cur diabolum præſidem inuenerit. 1590
Iudæ diſceſſu cur Chriſtus clarificatus dicatur. 1607
Marſupium cur habuiſſe legatur Iudas. 1572
Iudæ in egenos pietas ſimulata. 1572
Pecuniarum cuſtodia cur Iudæ commiſſa. 1573

Iudæi.

Iudæorum odium in Chriſtum quàm immane. 2313
Iudæi doctrinam neſciunt quærere ſed inuidere. 1240
Ex patre diabolo eſſe quo ſenſu Iudæi dicti. 2480
Occultarum rerum notitia Iudæis & philoſophia occultata. 1780
Iudæorum odium in Chriſtum & eius diſcipulos. 1538
Iudæorum ſuperbia & faſtus. 1471
Iudæorum cæcitas: gentium illuminatio. 1495
Iudæorum inuidia in Chriſtum. 1385
Iudæorum malignitas & inuidia. 1379
Iudæorum malitia. 1587
Iudæorum perfidia expenditur. 1660
Iudæorum malignitas. 1524

Iudicium, Iudex, Iudicare.

Peccatoris terror in extremo iudicio. 1981
In hominibus iudicandis humanum quàm facilè aberret iudicium. 1221
Proprium malorum ex ſuâ malitiâ alios iudicare. 1488
Non facilè de aliis iudicandum. 1455
Omni plagâ ſæuior ſupremi iudicis ſententia. 1817
Poſt iudicij diem cur elementa decori ſuo reſtituenda. 1984
Ignis cur purgari poſt extremum iudicium non dicatur. 1985
Iudex omnia diſcutiat. 1451
Iudicij extremi ſeueritas. 1897
Iudices auari facilè ſinunt flagellum in terram excidere. 1307
Quàm facilè in aliis iudicandis homines falluntur. 1549
De libris in extremi iudicij die aperiendis. 1982
Dei domeſtici cur ad iudicium vocentur primi. 2115
Quàm inconſtans hominum iudicium de hominibus. 1241
Malorum pœna cùm in iudicio Chriſtum viderint. 1796
Iudex æri effundendo paratior quàm colligendo. 1304
Dei omnipotentia in extremo iudicio apparebit. 1800
Nimius à iudice timor cauendus. 1659
Ægrè iudicum tribunalia ſubire veritas poteſt. 1659
Chriſti iudicis facies quàm malis terribilis. 1646

Semper

Semper parati ſimus vt à Deo iudicemur. 2152
De occultis non facilè iudicandum. 1498
Supremi iudicis terror quàm magnus. 1300
In extremo iudicio nulla culminum habenda ratio, nulla dignitatum. 1983
De bonorum laboribus mali malè iudicant. 1549

Iuramentum.

Iuramentum vt vitandum. 2072

Ius.

Alieni iuris ambitio, quàm grauis. 2114

Iuſti.

Iuſti, ſuauiſſimus Dei cibus, dum feruentes. 1849
Nihil adeò in iuſtis vile, quod vtile non ſit. 1956
Iuſti vt Deum glorificent. 1873
Iuſti inter Dei beneficia numerant impiorum ſupplicia. 1960

Iuſtificatio.

Gratuita iuſtificatio eſt. 2023

Iuſtitia.

Noſtræ iuſtitiæ opera, ſordes admixtas habent. 2118
Simulata iuſtitia quam noxia. 1888
A curia iuſtitiæ, ad curiam miſericordiæ appellandum eſt. 2016
Præſulis iuſtitia, & manſuetudo. 1878

Iuuenis.

Iuuenes ob carnis laſciuiam maximo indigent auxilio. 1745

L

Labor.

POſt laborem ita quieſcendum, vt nouo nos labori præparemus. 1327
Vitæ actiuæ nota, ſemper laborare, otio non torpere. 1570
Curſus & labor ad Cœleſtem gloriam. 2991
Noſtros labores & opera vt Angeli offerant Deo. 1909
Neceſſaria tribuere iis, qui pro veritate laborant, quanti ſit. 1776
Labor quàm vtilis. 1330
Laborum diuturnitas contrahitur, ſi conſolatorem Chriſtum habeamus. 1833
Laboris fuga quàm noxia. 1411
Chriſtus laborantes amat. 1715

Lachryma.

Lachrymæ quantas habeant vires. 1551
Lachrymæ vt coërcendæ in charorum morte. 1541
Felix lachrymarum fuſus. 1698
Lachrymarum felicitas. 1988
Lachrymarum & humilitatis nexus. 2062
Lachrymæ vt abſtergendæ. 1987
Lachrymarum vis & potentia. 1555

Lapis.

Lapides mortui qui mortuos lapides adorabant. 2096

Lapſus.

Vnius lapſus vigilantiores nos reddere debet. 1418
Qui cum malis ſtat lapſui vicinior eſt quàm ſtationi. 1653

Latus.

Lateris Chriſti diductio expenditur. 1688
A lateris contactu quantas vires ebiberit ſanctus Thomas. 1537

Latro.

Boni latronis prærogatiua. 1611
Per vulnus lateris latro introiuit. 1690
Sanguine Chriſti è latere exeunte bonus latro adſperſus. 1689

Laudes.

Quod laudabile in hominibus eſt, in Deum refeſratur. 2135
Vera requies à Dei laude non ceſſare. 1872
Laudis & plausûs fuga. 1565
Suas laudes nemo quærat. 1254
Laudes ab adulatione abeſſe debent. 1251
Laudis titulum iure ſuſtinet, qui laudibus non intumeſcit. 1265
A Dei laude nunquàm ceſſandum. 1869
Oblatis laudibus nemo intumeſcat. 1264
Aliorum laus minimè aucupanda. 1252
A ſuî laude Chriſti imitator abſtinet, quantùm poteſt. 1650
Hominum laudem venari nullus debet. 1284
Laudatus Petrus, Paulum laudans. 2136
Plerique tunc ab aliorum laudibus abſtinent, cum maximè eſſent alij efferendi. 1236

Lauare.

Lauit nos Chriſtus, quia dilexit. 1792

Lazarus.

Lazari nomen cur in eius ſuſcitatione Chriſtus expreſſerit. 1560

Lectio.

Lecti & luctûs cohærentia. 1839
Sacrarum litterarum lectio in quo ſita. 1785

Lex.

Nouæ legis dulcedo & mollities: veteris durities. 1453
Non diuitias, non gloriam quærat legis librum accepturus. 1884
Non diuitias non gloriam quærat legis librum accepturus. 1884

Lenitas.

Lenitas ſeueritati iungenda. 1963

Leo.

Satanicum leonem agnus vincit. 2122
Leo cur dictus Chriſtus. 1879
Prælati cur leoni comparati. 1870

Liber.

Liber Euangelicus quibus ſigillis obſignatus. 1875
Librum vt Chriſtus referat. 1922
Nuda in voluendis libris curioſitas vitanda. 1915
Liber vitæ cur reperiatur, non mortis. 1995
Liber Ioanni cur ab Angelo non oblatus. 1921
De libris in extremi iudicij die aperiendis. 1982

Liberalitas.

Quod à Dei liberalitate eſt in dubium verti non debet. 1339

Libertas.

Quænam vera libertas. 1479

Lingua.

Lingua omne genus peccati vt pariat. 2049
Facilius eſt feram domare quàm linguam. 2054
Linguæ cuſtodia vt commendata. 2057
Gehennam timeat qui linguam non cuſtodit. 2059
Linguæ cuſtodia Euchariſtiæ præmittenda. 1123
Dei auxilium quærendum, vt lingua coërceatur. 2054
Lingua plerunque iniquitatem ornat. 2048

Lingua vt equũm referat. 2048
Lingua quàm facilè peccet niſi coërceatur. 2047
Linguæ ſænitia etiam in Deum. 2059
Linguæ laſciuia compeſcenda. 2033
Sub lingua venenum habent mali homines. 2055
Linguæ ſæuities. 1888
Linguæ vitia homines beſtiis ſimiles reddunt. 2053
Detractoris lingua gladio comparata. 1888
Lingua cur totum corpus maculare dicatur. 2050
Linguæ & gehennæ nexus. 2052
Linguæ immoderatus vſus quam noxius. 2048
Praui hominis lingua aliorum peccata producit in medium. 2052

Lites.

Lites & diſſenſiones quàm noxiæ. 1911

Locus.

Locorum interſtitia charitati non officiunt. 2001
Benè locum Chriſto parat, qui mentem præparat. 1363
Mente in aliena ſparsâ locus Chriſto non paratur. 1242
Loci ſanctitas ſola non ſufficit. 1423
Dei locus, Dei ſeruus vt eſſe poſſit. 1618
Locus templum ſignificat. 1569
Loci prærogatiuæ, in quo Ioánnes ſcripſit ſuum Euangelium. 1205

Locuſta.

Locuſtas quinam referant. 1918

Loqui.

Nimia loquendi licentia damnanda. 2047
Cautio in loquendo. 1508
Chriſti modeſtia & in loquendo moderatio. 1582
Preſſiùs loquitur, qui ardentiùs diligit. 1551
Variis modis vt loquatur cum ſuis Chriſtus. 1622
Obſcurè loquitur plerunque Chriſtus, vt attentiores auditures faciat. 1317
Ad alterius gratiam minimè loquendum. 1359
Facilè, qui de ſe magna loquitur, impia loquitur. 1942

Loth.

Loth iuſtus dictus, qui aliorum nequitia cruciabatur, non delectabatur. 2132

Lucrum.

Dei ſeruus vbique lucra ſpiritualia captat. 1516
Lucri amor captiuos eos tenet, quos corripit. 2117
Lucri amor quantùm in auaros poſſit. 1421
Lucri amor ægrè cum Dei cultu hæret. 1305

Luctus.

Luctus coërcendus. 1556

Luxuria.

A luxuria ad Chriſti negationem facilè itur. 2141
Luxuriæ fœtor, pœna. 1955
Luxurioſi ad neces inferendas proni. 1968
In luxuriæ vitio alia plerunque latent. 1358
Luxuria ſiſti vix poteſt. 2134

Lux.

Lux hominum potiùs, quàm Angelorum cur Verbum dictum. 2214

M

Magiſter.

CVr frequentiùs à diſcipulis Domini nomine Chriſtus appellaretur quàm magiſtri. 1597
Magiſtri plures fieri cur non debeant. 2043
Magiſter præſtet quod docet. 2043
Plures Magiſtri quando vnus ſint. 2043

Magnes.

Homines Chriſtus attrahit vt magnes ferrum. 1585

Maledicere.

Nullus facilis ad maledicendum ſit. 2143

Mali.

Quàm magnum inter malos innocentiæ litare. 1840
Mali in patientiæ exercitium ferendi. 1600
Mali toti in exteriora feruntur, animâ neglectâ. 1644
Mali in bonos ſæuiunt diabolo inſtigante. 1832
Mali aliorum bona conantur ſupprimere. 1654
Maiori malo priùs occurrendum. 1388
Qui aliorum mala denunciant, vt ſe parare debeant. 1912
Mali ferendi, vt malitiam eiurent. 1718
Mali nihil habent in cœlo, nihil in mundo habere iuſti debent. 2006
Mali rei notitiâ vtuntur ad malum. 1318
Malum nec facto, nec voto alicui inferendum. 2107
Quod tollitur malis, bonis exhibetur. 1827
Malorum pœna cur coram Angelis & Agno eſſe dicatur. 1955
Obſequium mali bonis præſtant, dum in eis ſæuiunt. 1633
Mali verbis haud irritandi. 1474
Mali cur bis cadere dicantur. 1954
Proprium malorum ex ſuâ malitiâ alios iudicare. 1488
Qui cum malis ſtat lapſui vicinior eſt quàm ſtationi. 1651
Malorum conſortium bonis vitandum. 1640
A malis contemni honorificum. 1510
Mali prouidi in aliorum offenſam. 1437
Mali bonis proſunt dum nocere ſe putant. 1509
Pati malos homines quàm bonum bonis. 1641
Verus Dei cultor inter beneficia computat à malis malè tractari. 1805
Ad malum quàm prompti mali. 1430
Obſequium mali bonis præſtant, dum in eos ſæuiunt. 1633
Malorum malitia in pœnitentium commodum reſilit. 1465

Malitia.

Stare impiorum malitia neſcit. 1575
Quàm cæca malitia. 1483
Diaboli malitia fidelium patientiam debet acuere. 1980

Mandatum.

Diuinis mandatis nihil eſt detrahendum. 2000

Manere.

Manere cor Dei ita ſuper malos dicatur. 1326

Manſio.

Superæ manſiones cur multæ dicantur eſſe. 1612

Manſuetudo.
Seueritati manſuetudo miſcenda. 1301
Cum manſuetudine Chriſti exemplo peccatores puniendi. 1302
Manſuetudinis & fortitudinis nexos. 1881
Orationis vis. 1881
B. Marcus.
Beati Marci Euangeliſtæ laus. 1954
B. Maria V.
Mariæ auxilium habere quanti referat. 1267
Mariæ præſentia ſuos beat. 1267
Laboris amica Maria, non deliciarum. 1268
Quanta Mariæ dignitas Ioannem obtinuiſſe pro filio. 1679
Chriſti in Matrem cura Chriſti dolores minuebat. 1680
Parentum cura, Chriſti exemplo ſuadetur. 1680
Mariam in matrem accipere quanti honoris quanti gaudij Ioanni fuerit. 1681
An à loco ſuo Maria ſurrexerit in conuiuio. 1271
Mariæ miſericordia quàm eximia. 1272
Vini carentiam, cur ſtuduerit Maria ſuppleri. 1273
Vbi Chriſtus, vbi Maria adeſt, abſit omnis luxus. 1274
Neſcit Maria miſerias noſtras extenuare. 1274
Maria non gloriam ſuam quærebat, ſed Dei ſui voluntatem. 1275
Oculata Virgo in ſuorum neceſſitatibus. 1276
Qui Mariam ſalutat, eius mores æmuletur. 1773
Quantæ dignitatis Ioannes fuerit, quod fuerit Mariæ cuſtos. 1997
Modeſtia Mariæ & conſtantia iuxta Crucem, 1676
E Maria cur fulgura & voces & tonitrua procedere dicantur. 1867
Opprobriorum Chriſti præcipuè particeps Maria. 1672
Ad Chriſti pedes cur Maria Magdalena ceciderit. 1550
Mariæ mitiras & humilitas. 1285
Inobedientiæ lapſum impedire Maria ſtudet. 1283
Maria cur miniſtros alloquuta. 1284
Verba Chriſti, quibus Mariæ filius conſtituitus Ioannes quam vim habuerint. 1679
Ioannes Mariæ æditiuus & cuſtos. 1682
A Chriſti ſinu bibendum qui coli Maria poſſit. 1681
Mariæ placet, cui terrena diſplicent. 1682
Angeli in Mariæ obſequio quàm prompti. 1935
Cur mulierem, non Matrem, Mariam vocauerit Chriſtus. 1281
Mariæ Magdalenæ humilitas ad Lazari ſuſcitationem Chriſtum inuitauit. 1563
Quod Chriſtus in corpore patiebatur, patiebatur Maria in corde. 1672
Ad Caluariæ locum cur iuerit Maria. 1673
Mariæ conſtantia iuxta Crucem. 1674
Quod Mariæ fit, in Chriſtum tranſit. 1643
Mariam ſuæ paſſioni adeſſe voluit Chriſtus, vt plus ipſe pateretur. 1675
In Maria vt ſedem & thronum ſibi Chriſtus iudex fecerit. 1863
Mariam vt demonſtrauerit Chriſtus Cruci affixus. 1676
Mariæ in omnes pietas & clementia. 1910
Mariæ liberalitas. 2012
Mariæ modeſtia & verecundia. 1277
Mariæ dignitas vnde colle cta. 1948
Cur Mariam accepiſſe Ioannes dictus ſit in ſua, non Maria Ioannem. 1683
Mariæ ornatus. 1932
Mariæ venerationem hominibus ſuadere vt Chriſtus ſtuduerit. 1682
Maria Magdalena.
Mariæ Magdalenæ cur primò Chriſtus apparuerit. 1697
Marſupium.
Marſupium cur habuiſſe legatur Iudas. 1572
Martyrium.
Quoddam martyrium inter epulas eſuriie. 1128
Spiritale martyrium ſubit, qui Chriſto patienti morientique mente adeſt. 1730
Sanguine quo Martyres fædari videbantur fuerant abluti. 1902
Sanguis Martyrum, Sanguis Chriſti cur dicatur. 1903
Medium.
Media eligenda quæ ſunt à Deo. 1500
Medicus.
Peritus medicus morbi cauſam & originem ſtudet amouere. 1247
Memoria.
Mortis memoriam mali expuunt, vt liberius peccent. 1972
Mendacium.
Mendacium, diaboli filius 1481
Mendacij odium in Chriſti ſeruo. 1769
Menſa.
Menſa & fercula ſpiritualia exercitia non impediant. 1725
Maximè in menſa probare ſe hominem bonum debet. 1391
Mens.
Quod quis ore fundit, mentis molâ voluere debet. 1974
Mente in Deum migrant ſacri ſcriptores. 1784
Mente in aliena ſparsâ locus Chriſto non paratus. 1242
Quanti referat quâ mente quis Dei verba excipiat. 1645
Mentis domus Deo paranda. 1620
Mercatores.
Mercatores diuinæ prouidentiæ cogitationem facilè expuunt. 2064
Mercaturæ nexus & lucri. 2065
Mercatores caueant, ne Chriſti characterem deferant. 1945
Merces.
Etiam puſilli ſuâ mercede donantur. 1929
Periculoſum eſt benefactorum mercedem ab hominibus accipere. 1401
Mercenary.
Paſtoris & mercenarij diſcrimen. 1518
Meritum.
Quanti ſit meriti morbo affectis inſeruire. 1529
Nemo ſuis meritis adſcribat, quòd ſit diligendus. 1763
Firmum bonum propoſitum quanti meriti apud Deum ſit. 1957
Meriti.
Meriti Dei templum aptè nequit, qui non ſurgit. 1926
Michael.
Michaël draconem vt vicerit. 1935

Milites.
Militum auaritia & ad pauperes ſpoliandos procliuitas. 1671
Cur à paucis militibus Cruci affigi voluerit Chriſtus. 1669
Miniſteria.
Diuina Miniſteria ad Diuinum nutum exercenda. 1908
Ad omnia miniſteria promptus Dei ſeruus. 1579
Miraculum.
Chriſti miracula quàm eximia. 1396
Chriſtus cur vini miraculum non niſi requiſitus fecerit. 1289
Miſericordia.
Miſericordiæ Diuinæ magnitudo. 1371
Nulli Chriſtus denegat miſericordiam. 1514
In proximi morbis miſericordiæ ſenſu affici excelſæ mentis eſt. 1373
Iris miſericordiæ ſignum, quæ in Deo. 1866
Miſericordia in pauperes ſe Dei iudicio opponit. 2037
Iudicium vt miſericordia ſuperexaltet. 2037
Miſſa.
Miſſæ ſacrificium quàm excellens. 1907
Mititas.
Chriſti mititas & manſuetudo in pœnitentes. 1467
Modeſtia.
Modeſtiæ litet Dei ſeruus. 2002
Chriſti modeſtia à faſtu aliena. 1536
Mora.
Mora omnis amolienda, quùm de re agitur, quæ Dei gloriam tangit. 1306
Mora in re ſalutis amouenda. 1257
Moras amoliatur, acturus pœnitentiam. 1830
Moras in bono quiſque vitet. 1722
Morbus.
Grauiori morbo priùs occurrendum. 1364
Morbo correptus humiliter & patienter eum ferat. 1375
Quanti ſit meriti morbo affectis inſeruire. 1519
Non ægrè ferendum, ſi Dei amici aliquo morbo laborant. 1531
Mores.
Præſulum forma ſuorum mores inueſtigare. 1823
Beſtiales præfert mores, qui è terrâ cùm ſit tumore & faſtu aſcendit. 1944
Chriſti mores moribus exprimendi. 1742
Mortalitas.
Ad ſuam quiſque mortalitatem cogitet. 2066
Mors, Mori, Mortuus.
In Domino quis dicatur mori. 1956
Quæ in nobis mortua, ad vitam vt euocanda. 1840
Mortis memoriam mali expuunt, vt liberiùs peccent. 1978
Chriſti mors, eius in Patrem amorem indicat. 1521
Quò morti viciniores, eò illuſtriora virtutum exempla edenda. 1563
Mors poſt Chriſtum non timenda. 1535
Deſpicere ſe debet & ſua, qui cogitat ad ſepulcrum ſe ire & ad mortem. 1693
Per Chriſti mortem omnia obſequi Chriſto debent, omnia ſacrari. 1586
Mortis cogitatio quid poſſit. 1565
Mortis memoria quàm vtilis. 1564
Illis maximè prodeſt Chriſti mors & paſſio qui mortem propriam præueniunt, & ad illam ſe parant. 1687
Moriendi cupiditas in Chriſto. 2109
Mortis memoria quam vtilis. 1501
Veri paſtoris honor pro ouibus mori. 1517
Quanto affectu ad mortem iret Chriſtus. 1470
Nullus nimiùm ob futuram mortem turbetur. 1581
Mortis nexus & principatus. 1791
Prius ſeculo moriendum quàm carni. 1956
Mortem propinquam cogitare quàm ſit vtile. 1786
Chriſti mors ad vitam & ad fructum. 1577
Chriſti mors hominum vitæ oppignerata. 1686
Mors iuſtis mors non videtur. 1489
Mors ætatum diſcrimina neſcit. 1891
Quò morti quis proximior eò maiora humilitatis det exempla. 1594
Mortis cogitatio quàm vtilis. 1615
In diem mortis non differenda quæ præſtare poſſumus ante illam. 1588
Mortis velocitas. 1890
Grauis mortuorum odor ad vitam. 1559
Mortis cogitatio quàm vtilis. 1890
Mors, bonus magiſter: optima ſchola, ſepulcrum. 1562
Ætatum diſcrimina neſcit mors. 1694
In ſanctis ſuis vt mori Chriſtus ſit dictus. 1943
Chriſti mors priùs profuit quàm fuit. 1943
Mortuorum memoria in viuentibus quàm facilè deleatur. 1558
Mortificatio.
Mortificatio ex Dei amore quàm Deo grata. 1882
In mortificationis operibus ſumma dulcedo deliteſcit. 1836
Mulier.
Quantum noceat aures molliori ſexui præbere. 1719
Mulieres ferè religioſiores quàm viri. 1518
Mulieris opprobrium vt auferre ſtuduerit Chriſtus. 1542
Perſtrictæ mulieres diutius ſuam formam in ſpeculo ſpectantes. 2032
Mulier probra ſua celare cautè ſtudet. 1347
Quàm cautè cum mulieribus agendum. 1706
Mulier adultera cur ad Chriſtum adducta, non vir. 1444
Sexus mollior meliori nocentior quo blandior. 1650
Bona mulierum conuerſatio verbis efficacior. 2105
Mulieri cur alæ aquilæ datæ dicantur, non columbæ. 1939
Nimia euagatio mulieri noxia. 1466
Exuit ſexum mulier, ſi aduerſa viriliter ferat. 2018
Cur mulierem, non Matrem, Mariam vocauerit Chriſtus. 1281
Ornatus mulierum, eſt maritis ſuis ſubiici. 2105
Signum magnum, conſtantia & firmitas in muliere. 1930
Quantâ cautione cum mulieribus agendum, immò & de ipſis. 1468
Mundus.
Quàm ad Chriſtum euntium, minimè conſulendi, qui mundi tenentur partes. 1546
Quæ

Quæ mundus ſuis offert, phantaſmata videntur: quæ Deus, ſolida & vera. 1394
Vti mundo poſſumus, diligere mundum non debemus. 1747
Mundus nullum verè diem feſtum habet. 1426
Amicus Dei, inimicus huius mundi ſit. 2058
Mundi gaudium inane: gaudium, quod Deus exhibet, plenum. 1755
Sancti mundum vincunt patiendo potiùs quàm pugnando. 1766
Qui in Dei cultu florent, mundi cogitent ſenectutem. 2112
Mentis puerilis, mundum & mundana amare. 1748
Mundus quæ ſunt excelſa videt, Deus contra. 1405
Amarus mundus eſt, ne diligatur. 1748
Non corpore tantum, ſed & affectu mundus relinquendus. 1748
Ex hoc mundo non videtur eſſe, qui à mundanarum rerum affectu mundus eſt. 1472
Mundana non facilè quærat ſalutis ſuæ memor. 1145
Mundanorum hominum vita ſine regulâ ſine menſurâ. 1926
Mundi ſubſtantia cur vita dicatur. 1762
Mundanis rebus ſuſtentari quis poteſt, ſi eas non affectet. 1932
Mundus ipſe clamat ne diligatur. 1747

Munus.

Dei munera velociſſimè in humiles deſcendunt. 2021

N

Naſci.

EX diabolo naſci cur peccator dicatur. 1757

Neceſſaria.

Neceſſaria tribuere iis, qui pro veritate laborant, quanti ſit. 1776

Negotium.

Dei ſolius, ſalutis mundi negotium exequi. 1875
Salutis negotium Deo tribuendum. 1760
Tribulatio bonorum negotiatio. 1801
Dei negotiis tractandis cognatorum ratio non habenda. 1297
Domus negotiationis vt ſit Dei templum. 1318
Negotiorum quoque tractatione duci ad Chriſtum poſſumus. 1541
Qui Dei negotia agit, humanis affectibus nihil tribuat. 1677

Negare.

Ter negare Chriſtum Petrus permiſſus. 1655

Nobilitas.

Mundanorum ſenſus de verâ nobilitate quàm falſus. 1535
Carnalia nobilitas nihili facienda. 2097

Nocere.

Mali bonis proſunt dum nocere ſe putant. 1509
Qui nocere videntur, plerumque iuuant. 1509

Noë.

Iuſtitiæ præco cur Noë dictus. 2132

Nox.

Noctis tenebras habet qui à Chriſto diſcedit. 1605
Nox in diem vertitur Chriſti ſermone. 1259

Notitia.

Mali rei notitiâ vtuntur ad malum. 1315

Numerus.

Impij bonorum numerum creſcere nollent. 1442
Certus electorum numerus.

Nummus.

Mundi Dominus nummus dictus, homines excæcans. 1225

Nuptiæ.

Ad nuptias Chriſtum inuitari ſuggeſſit Maria. 1270
Nuptialia conuiuia minimè reprehendenda. 1571
Felices nuptiæ, quibus Chriſtus adeſt. 1269
Ad nuptias cur fuerit Chriſtus. 1169
Nuptiarum vera forma, ſi Chriſtus adſit. 1269

O

Obedientia.

BOnum eſt etiam malis obedire, ſi mala non præcipiant. 2101
Obedientiæ & caſtitatis nexus. 2092
Vera obedientia, cæca. 1502
Obedientiam à ſuis ouibus Chriſtus quærit. 1524
Obedientia commendata. 1376
Obedientia tum in credendo tum in operando. 2001
Ad paſtorea cura pertinet, ad oues obedientia. 1727
Plena obedientia ſit. 1288
Animæ vt per obedientiam caſtificentur. 2092
Malorum obedientia qualis. 1603
Perfectæ obedientiæ forma. 1380
Obedientia filialis eſſe debet, non ſeruilis. 2087
Obedientiæ pretium. 1851
Quàm promptè mali diabolo obediant. 1480
Obedientia prompta quàm vtilis. 1591
In omnibus obedire debemus. 2087
Obedientia in infirmo commendatur. 1528
Prompta obedientia quàm vtilis. 1720
Obedientia curioſitate infici non debet. 1716

Obliuiſci.

Poſt epulas Chriſti plerique obliuiſcuntur. 1400
Suî penè obliuiſcitur verus paſtor & ſuperior. 1389

Obſequium.

Firmitas in Dei obſequio. 1760
Quicquid eſt in homine Dei obſequio mancipetur. 1587
Spontanea vult Chriſtus eſſe noſtra obſequia. 1859
Chriſti obſequia quàm magnâ donata mercede. 1658
Noſtra in Chriſtum obſequia quantos fructus referant. 1571
Spontanea in Deum noſtra obſequia ſint. 1477
In proximis obſequia Chriſti amore præſtãda. 1598

Obſeruare.

Acriè obſeruat alios, qui ſceleribus eſt onuſtus. 1335

Obumbrare.

Suos vt tegat & obumbret Deus. 1904

Occiſus.

Chriſtus cur tanquam occiſus dictus. 1883

Occultare

Occultare ſua probra mulier ſtudet. 2347
Occultarum rerum notitia Iudæis & philoſophis occultata. 1780

Impij mala cumulant, dum ſtudent occultare. 1309

Oculi.

Quanti referat qualis ille ſit, qui oculis obiicitur. 1816
Totus circunſpectus & oculis plenus Euangelicus prædicator. 1869
Oculi feneſtram impuritatibus præbent, niſi cuſtodiantur. 2134

Odium.

Fratris odium quàm graue. 1761
Iudæorum odium in Chriſtum quàm immane. 1313
Iudæorum odium in Chriſtum & eius diſcipulos. 1538
Fratrum odium quàm noxium. 1743
Homicida cur dicatur, qui fratrem odit. 1761

Offenſa.

Mali prouidi in aliorum offenſam. 1457

Offerre.

Homo ſe totum offerre Deo debet. 2014
Quid offerre fidelis quilibet, Deo debeat. 2097
Ingentis beneficij loco habendum aliquid Chriſto poſſe offerre. 1338

Oliua.

Petrus & Paulus vt duas oliuas referant. 1715

Omnipotentia.

Dei omnipotentia in extremo iudicio apparebit. 1800

Operatio & Opera.

Operari homo non fugiat, ad opus ad laborem natus. 1386
Bonæ operationis vnguentum mentis oculis illinendis. 1855
Bonis operibus cur Chriſti aduentus dicatur accelerari. 2135
Operis & ſermonis nexus. 1475
Operibus præſentiam ſuam prodere quiſque debet. 1143
A bono opere ſancti non ceſſant. 1958
Externum opus ad Chriſtum nos inuitet. 1544
Chriſtianitatis character in operibus ſitus non in verbis. 1743
Chriſtianorum in bonis operibus fœcunditas. 1450
Iuſti bonis operibus diuites. 2040
Innocentis vitæ opera tanquam fundamentum ſignis ſubſternenda. 1295
Fideles operibus ditiores quàm verbis ſint. 1386
Bonorum operum continuatio. 1755
Fructus & vtilitas in bonis operibus manifeſtandis. 1296
Bonorum operum fructus ſemper ferendi. 1625
Doctoris opera vt neceſſaria. 1754
Magnus nexus operum & charitatis. 1817
Bona opera ſanctos ſequi cur dicantur. 1959
Citò aliquid facit, qui ſtatim operi manum admouet, licèt non totum opus ſimul abſoluat. 1781
Gratum Deo in bonis operibus ſacrificium, quod quotidie offertur. 1247

Opprobrium.

Opprobriorum Chriſti præcipuè particeps Maria. 1672
Opprobria vt ferenda. 2104

Oratio.

Orationis & fugæ nexus. 1399
Orationis odor quàm ſuauis. 1885
Orationis vtilitas. 1265
Orantis dignitas. 2012
Qui aliorum orationes poſtulant, ſalutem ſuam non negligant. 1279
Orationis & operum nexus. 1910
Quænam orationes Deo gratæ. 1909
Attentio in oratione adhibenda. 1638
Oratio ſuauis, & ab humili corde fundatur. 1886

Ordo.

Etiam in pœnis inferendis ſeruatus ordo. 1913

Os.

Quod quis ore fundit, mentis molâ voluere debet. 1974

Ornatus.

Aſperior ornatus Chriſto placet: diabolo qui molliter. 1967
Ornatus mulierum, eſt maritis ſuis ſubiici. 2105

Oſculum.

Chriſtus Apoſtolorum pedes abluens oſculum adiecit. 1593

Oſtendere.

Oſtendendi verbo quæ notio ſubſit. 1515

Oſtium.

Oſtium ouium non nullis cur ſe dixerit Chriſtus. 1513

Otium.

Vitæ actiuæ nota, ſemper laborare, otio non torpere. 1570
Otio nullus torpeat. 1737
Otium vitandum. 1715

Oues.

Oues referant qui morbo aliquo tanguntur. 1365

P

Pax.

Gratia paci ſubſternenda. 1788
Prima poſt reſurrectionem Chriſti verba pacem ſonore. 1707
Magnum pacis donum. 1611
Diſcrimen pacis, quam mundus dat ſuis, & ſuis Chriſtus. 1611

Palma.

Palmæ cur in manibus ſanctorum eſſe dicantur. 1899

Panis.

Panem vt referat Chriſtus. 1406

Parentes.

Parentum aut nulla aut exigua habenda ratio. 1414
Diuina tractantibus parentes carnales poſthabendi. 1279
Euangelici ſpiritûs eſt ſuorum parentum obliuiſci. 1207
Clam parentibus ad Chriſtum eundum, quàm impedire itionem noſtram poſſunt. 1540

Paſſio.

Mariam ſuæ paſſioni adeſſe voluit Chriſtus, vt plus ipſe pateretur. 1675
Membrorum compago in Chriſti paſſione ſoluta. 1313
Poſt Chriſti paſſionem nullus otio torpeat. 1578
Ab horto cur paſſionem Chriſtus inchoauerit. 1644

Crucis

Crucis & paſſionis Chriſti virtus vt perennet. 1739
Vt ſpontè ad paſſionem ſe obtulerit Chriſtus. 1254
Paſſionis Dominicæ cogitatio quàm ſalutaris. 1937
In Chriſtianorum moribus legatur Chriſti paſſio. 2111
Ex Chriſti paſſione, multiplex gloria Chriſti. 1082
Dominicæ paſſionis cogitatio, vitiis hoſtibúſque vincendis apta. 2110
Cogitatio Dominicæ paſſionis, ſcutum contra peccatum. 2111
Chriſti feſtus dies, dies paſſionis. 1428
Qui Chriſti paſſionem cogitat, dura quæque fortiter fert. 1852
Chriſti paſſio, noſtra fortitudo. 1649
Certum paſſionis ſuæ diem cur neſciri voluerit Chriſtus. 1687
Illis maximè prodeſt Chriſti mors & paſſio, qui mortem propriam præueniunt, & ad illam ſe parant. 1687
Paſſionis Chriſti acerbitas vnde collecta. 1519

Pater.

Paſtor & præſul eandem mentem in proſperis & in aduerſis circunferat. 1521
Veri paſtoris honor pro ouibus mori. 1517
Paſtori quando liceat fugere. 1519
Malus paſtor qui commoda ſua tantùm quærit. 1520
Paſtor ſe potiùs exhibeat quàm aliena quærat. 1517
Paſtoris & mercenarij diſcrimen. 1518
Ad paſtores cura pertinet, ad oues obedientia. 1727
Paſtor oues paſcat tanquàm Chriſti, non ſuas. 1728
Ouium commoda quærat paſtor, non ſua. 1729

Paterfamilias.

Perſtricti Patresfamilias qui ad mala vigent ſuos non ad bona. 1440

Patientia, Pati.

Pati malos homines quàm bonum bonis. 1641
Virtutes patientiâ ſuam virtutem exerunt. 2011
Mala qui patienter ſuſtinet Diuinæ gloriæ euehendæ aptior. 1569
Ob æterna, non ob temporalia pati debemus. 1071
Veræ patientiæ verus character etiam exigua æquo animo ferre. 1271
Patientiæ magiſter conſtitutus paralyticus. 1372
Patientia cur opus perfectum habere dicatur. 2010
Patienti Chriſto compati quanti ſit. 1571
Patientia in aduerſis priuati amoris eſt extirpatio. 2010
Sancti mundum vincunt patiendo potiùs quàm pugnando. 1766
Patientia in tribulatione neceſſaria. 1802
Quàm libenter pro ſuis pateretur Chriſtus. 1589
Spiritale martyrium ſubit, qui Chriſto patienti morientíque mente adeſt. 1730
Chriſti gloria pro dilectis pati. 1640
Patientiam inter inſultantes vt docuerit Chriſtus. 1691
Patienter aduerſa quæque ferenda. 1716
Patientia ſingulare Dei munus. 1823
Pro Chriſti nomine pati quàm ſuaue. 1631
Patientia æternæ gloriæ pignus. 2018
Pluſquàm homo videtur, qui ob Dei gloriam mala ſuſtinet. 1369
Patientiæ priuilegium. 1370
Quàm libenter pro ſuis pateretur Chriſtus. 1589
Quanto patiendi amore Chriſtus teneretur. 1686
Patientia in infirmis maximè neceſſaria. 1367

Patria.

Puritas ſupernæ patriæ. 1953
In Cœleſti patria nihil fictum nihil occultum. 1992

Pauimentum.

In pauimento quî ſcribere potuerit Chriſtus. 1452

S. Paulus.

S. Pauli ſapientia quàm inſignis. 2137

Paupertas.

Quàm magnam pauperum curam Deus habeat. 1365
Paupertas quàm vtilis. 1329
Pauperes non contemnendi. 2035
Pauperes, Chriſti clementiam maximè experti. 1504
Pauperum electio vt excipienda. 2084
Pietas apud pauperes frequentiùs quàm apud potentes. 1970
In pauperum humilitate, ingens celſitudo latet. 2015
Pauperum cura qualis. 1573
Plures pauperes quàm diuites ſanauit Chriſtus, ne diuitias æſtimare videretur. 1503
Pauperibus quàm eximiè delectentur ſancti. 1959
Pauperes ab Eccleſiaſticis dignitatibus non repellendi, ſi alioquin digni. 2034
Pauperum damna vitanda. 1310

Peccator, Peccatum.

Peccaſſe non videtur, qui pœnitentiam init. 1719
Ferè conclamata illorum ſalus qui nullo ſuorum peccatorum ſenſu tangitur. 1475
Peccati proprij cognitio quam neceſſaria. 1345
Peccandi aſſiduitas & frequentia. 2046
Peccata operire quis dicatur. 2075
Suorum peccatorum ſit memor, qui de peccatis alios iudicat. 1454
Seruile omne peccatum: libera, innocentia eſt. 1478
Per minora peccata itur ad maxima. 2111
Peccatum ſolùm mali nomen mereri videtur. 1642
Facilè in peccato morietur, qui ſertenis immoritur. 1471
Peccata ad peccata grauiora ducunt. 1736
Ob peccata gloriari extremæ impietatis nota. 1979
Carnalia peccata celari ægrè poſſunt. 2100
Peccatorum multitudo etiam in aliis velanda. 2114
Peccati occaſio fugienda. 2118
Peccata omnibus diuulgari quàm grauis pœna. 1465
Qui peccat, in peccato non perſeueret. 1756
Timorem ſuis peccatum afficat. 1694
Peccata ſoluere vt Chriſtus quærat. 1451
Peccatis mortui præſtare quid debeant. 1556

Imbecillis

Imbecillis quilibet,qui peccato obnoxius. 1937
Peccatum ad aliud trahit. 1477
In mundo peccatori nullus obuiat : ſi reſipiſcere velit,multi reſiſtunt. 1378
Chriſti viſione indignus , qui in aliena peccata ſeueriùs inuehitur. 1458
Se quiſque inter peccatores numeret , ne inter damnandos ſuperbos inueniatur. 1740
Peccatoris terror in extremo iudicio. 1981
Mala ſecuritas ob promptam medicinam peccare. 1738
Gloria eſt peccatoris conſortio carere. 1605
E conſcientiæ ſuæ latebris euocandus peccator. 1561
A peccato qui ſe non reuocat , à diabolo eſſe dicitur. 1758
Cum manſuetudine Chriſti exemplo peccatores puniendi. 1302
Qui alienas maculas curioſiùs inquirit & damnat, ægrè ſuorum peccatorum pœnitentiam init. 1459
In malo malos ſtabilire peccatores ſtudet diabolus. 1656
Excuſanda peccata non ſunt. 1463
Peccatorum excuſatio quàm noxia. 1461
In puniendis peccatoribus paulatim eundum. 1964
Qui diu in peccato vixit, ægrè illud deſeruiſſe creditur,etiam quùm deſeruit. 1375
Peccata non facilè excuſanda. 1346
Cauendum,ne in peccatum quis labatur. 1612
Peccatorum dementia, qui peccatis onuſti liberos à peccatis ſe putant. 1635
Peccatorum ſalutem vt Chriſtus ſtudioſè quæreret. 1712
Aliena peccata non facilè reuelanda. 1457
Peccatoris inſtabilitas. 1973
Peccatorum ferax peccatum eſt. 1473
Ex diabolo naſci cur peccator dicatur. 1757
Omni pœna grauior peccati permiſſio. 1997
Peccatores vt ſoluendi. 1564
Leuia omnia mala peccato comparata. 1249
Perſtricti qui alios ad peccandum alliciunt. 1971
Superborum peccata vt obſcurare iuſtos dicantur. 1917
Peccatorum memoria. 1550
Quàm difficilis peccatorum conuerſio. 1769
Dei pietas , & patientia in ferendis peccatoribus. 1848
Propria peccata narrari ab aliis ægrè homines ferunt. 1348
Peccatum non fouet Chriſtus , ſed damnat. 1462
Quotidie nos à peccatis noſtris Chriſtus lauat. 1793
In peccato mori gehennâ grauius. 1470
Peccati occaſio auferenda. 1306
Peccatorum hoſtilitas omni aliâ maior. 1464

Pecunia.

Pecuniarum amor quantum poſſit in mortales. 1307
Pecuniarum cuſtodia cur Iudæ commiſſa. 1573

Pedes.

Cur ſuorum pedes lauerit Chriſtus non manus. 1592
Alter alterius pedes qua ratione abluat. 1598
Cur pedes tantùm diſcipulorum Chriſtus abluerit. 1596
Ad Chriſti pedes cur Maria Magdalena ceciderit. 1550

Peluet.

In Apoſtolorum ablutione plures pelues adhibitæ. 1592

Perfectio, Perfectus.

Perfectionem ſitire vt debeamus. 1343
Ea præcipuè perficienda,quæ Dei honorem maximè ſpectant. 1547
Perfecti & exteriora & interiora ſua vigilanter attendunt. 1871
Virilis perfectio in iis , qui ad tentationes vocantur. 2006

Periculum.

Fortiores maioribus periculis exponi : imbecilliores minoribus. 1921

Peritia.

Humana peritia cæca,vbi res Diuinæ ad humanam regulam trahuntur. 1389

Perſequutio.

Perſequutiones aduersùs Eccleſiam à Chriſto ordinatæ.
Iis benefaciendum,qui nos perſequuntur. 1434
Perſecutiones non debent ſeruiliter ſuſtineri. 2127
Bonorum perſecutio,malorum malitia. 2133
Hominum perſequutio Diuinarum rerum contemplationi officere non debet. 1804

Perſona.

Diuinarum Perſonarum vna ſedes , vna poteſtas. 1905

Perturbatio.

In perturbatione non accipitur doctrina. 2029

S.Petrus.

Petri humilitas,Pauli Epiſtolas efferens in quibus ſcriptum ſe ab illo reprehenſum. 2138
Petrus & Paulus vt duas oliuas referant. 1927
Petri humilitas & modeſtia poſt lapſum. 1720
Laudatus Petrus,Paulum laudans. 2136
Ter negare Chriſtum cur Petrus permiſſus. 1655
Galli cantus cur negationis Petri terminus. 1611
Petri modeſtia. 2076
Petri lapſus expenditur. 1651

Phariſæi.

Phariſæorum inuidia. 1552
Phariſæorum impudentia. 1441

Phiala.

Phiala aurea ex lebete vt quis fieri poſſit. 1885

Pietas.

Pietas apud pauperes frequentiùs quàm apud potentes. 1970
Dei pietas ad timorem nos debet allicere. 1961

Placere.

Semper facienda,quæ Deo placent. 1476

Plagæ.

Ordinatè & opportunè plagæ inferuntur à Deo. 1965
Plagis afficitur Diuinæ legis contemptor. 1962
Ordinatè & opportunæ plagæ inferuntur à Deo 1663
Serui Dei plagis non franguntur ſed firmantur. 1803

Pœna.

Malorum pœna cur coram Angelis & Agno eſſe dicatur. 1915

Ad

Ad menſuram pœnæ ſunt quæ ſunt à Deo. 1964
Pœnæ & ſupplicia viſum acuunt. 1915
Omni pœnâ grauior peccati permiſſio. 1997
Pœnarum amor. 1753
Etiam in pœnis inferendis ſeruatur ordo. 1913
Pœna in damnatis vt dominetur. 1326
Chriſti pœnæ contra diabolum arma. 1625
Pœnæ tanquam aliquid ſacrum excipiendæ cùm à Deo ſint. 1964
Malorum pœna cùm in iudicio Chriſtum viderint. 1796

Pœnitentia.

Verus pœnitens de præteritis caueat etiam futura. 1869
Pœnitenda malorum pœnitentia, ſi nimis ſera. 1797
Ad pœnitentiam vt inuitemur. 1865
Pœnitentia clauis eſt, quæ infernum claudit, aperit Paradiſum. 1819
Pœnitentiam impedire diabolus ſtudet. 1604
Verus pœnitens nihil aliud in ſe videt quàm culpas. 1357
Pœnitentia vt commendata. 1321
Peccaſſe non videtur, qui pœnitentiam init. 1759
Pœnitentis verecundia & modeſtia quantùm poſſit. 1460
Pœnitentiæ virtus. 1736
Malorum malitia in pœnitentium commodum reſilit. 1465
Cita pœnitentia & conuerſio commendatur. 1898
Pœnitentiam differre quàm noxium. 1965
Quàm malè de illis agatur, qui pœnitentiam ſpernunt. 1839
Peccatoribus pœnitentiæ tempus dandum. 1913
Pœnitenti facilè ignoſcendum. 1826
Pœnitentia iniri non poteſt, niſi cordis fores pulſet Chriſtus. 1858
Ad pœnitentiam quid moueat. 1826
Pœnitentia ante mortem obeunda. 1798

Populus.

Ob populi lapſus Epiſcopus reprehenditur. 1834

Porticus.

In porticu Salomonis cur dicatur ambulaſſe, Chriſtus. 1523

Potentia.

Potentia ſecularis mortifera. 1966

Præceptum.

Dilectionis præceptum cur nouum dicatur. 1608
Vnius præcepti violator, ad cætera violanda pronus fit. 2036
Dei præcepta quibuſnam grauia, & quibuſnam leuia ſint. 1766

Præcurſor.

Domini præcurſor ab omnibus terrenis rebus liber. 1216

Prædicator, Prædicatio.

Prædicatoris vox clamantis, non blandientis. 1137
Prædicator totus ſit vox. 1238
Suorum debet obliuiſci, qui alios ad pœnitentiam vocat. 1239
Totus circumſpectus, & oculis plenus euangelicus Prædicator. 1869
Prædicator gloriæ, famæ, diuitiis minimè inhiet. 1218
Prædicator quid præmittere ſuo muneri debeat. 1912
Prædicator qualis eſſe debeat. 1946
Prædicator commodorum ſuorum obliuiſcatur. 1338
Prædicatio malorum peruerſitate haud frangatur. 1482
Totus virtutibus ſplendeat prædicator. 1979
Charitas prædicationi ſubſternatur. 1914
Ad ſublimem ſanctitatis montem aſcendat prædicator. 1443
Prædicatoris vox aquæ comparata; quia abluit, dum loquitur. 1815
Ex corde effluere debet, quod ſuis auditoribus loquitur prædicator. 1439
Præcipua de templi cultu prædicatoris cura. 1297
Mali prædicatores perſtricti. 1919
Prædicationis fructus Deo totus tribui debet. 1263
A liuore, & inuidia abſit Prædicator. 1296

Præeſſe.

Facilè offendit qui aliis præeſt. 2045

Prælatus.

Etiam Prælati ſubditis ſe debent ſubiicere mente. 2100
Prælati cur leoni comparati. 1870
Prælatus primus ad laborem nouiſſimus ad requiem. 1818
Redarguendi, qui temerè Prælatos arguunt. 1822
Propter ſubditorum peccata Prælati puniuntur. 1815

Præmium.

Mala ſpe præmij libenter ferenda. 1790

Præſentia.

Nuda Chriſti præſentia quàm ingens bonum. 1363
Chriſti præſentia carere vix ferebat Maria. 1296
Anima Dei ſui præſentia ſaginatur. 1861
Chriſti præſentia vocatio quædam eſt. 1346
Chriſti præſentia quàm magna ſecum bona vehat. 1355

Præſul.

Præſulum forma, ſuorum mores inueſtigare. 1823
Præſules corrigant, quos amant, immò quia amant. 1857
Sacri præſules honorandi, etiamſi aliqua committant reprehenſione digna. 1820
Suorum ſalutis quàm ſtudioſus præſul eſſe debet. 1360
Præſules diſcurrant, vt quærant quos ſaluent. 2122
Subditi præsules non facilè diiudicent. 1304
Præſulis iuſtitia & manſuetudo. 1878
Paſtor & præſul quid exhibere ouibus debeat. 1728
Humilitatis exemplum in Præſule. 2117
Malus præſul aſſenſum cogitat, non curam ouium. 1512

Preces.

Modeſtas humiléſque preces contemnere non eſt Chriſti. 1276

Pretium.

Qui pretium ſuum cogitat, ad vitium non reuertatur. 2089

Princeps.

Index Rerum

Princeps.

Princeps regum terræ cur dictus Chriſtus. 1792

Principes.

In malorum principum præſulúmque aulis fœdè Chriſto illuditur. 1662

Principatus.

Mortis neaus & principatus. 1791

Probare.

Et proſpera, & aduerſa hominem probant. 2088

Profectus.

Quotidianis virtutum profectibus ad Chriſtum magis ſemper accedendum. 2095

Omnia noſtro profectui ſeruire poſſunt. 1501

Etiam aliorum profectus quærendus. 1704

Paulatim ad ſumma eundum. 1558

Propheticus.

Propheticus ſermo cur certior dicatur voce delapſa de cœlo. 2130

Proficere.

Ambulate in luce debemus, & in bono proficere. 1736

In bono proficere ſemper Dei ſeruus debet. 1617

In Dei cultu ſemper proficere quiſque debet 1775

Propoſitum.

Firmum bonum propoſitum quanti meriti apud Deum ſit. 1957

Proſpera.

Et in proſperis & in aduerſis nobis diabolus inſidiatur. 1917

Proſpera contemnenda. 1742

Prouidentia.

Ita in Dei prouidentiâ fidendum,vt operam,quam poſſumus,adhibeamus. 1722

Diuinæ prouidentiæ omnia tribuenda. 1261

Prouidentia Dei circa electos quàm ſingularis. 2078

Proximus.

Proximum non contemnat,qui pretium eius cogitat. 2091

In proximis obſequia Chriſti amore præſtâda. 1598

Prudentia.

Prudentia virtutum auriga. 2112

Prudentiam vicini iudicij cogitatio ſuadet. 2113

Pudicitia.

Candor pudicitiæ in ſapientiæ pictura. 2057

Pudor.

Pauor & pudor damnandorum. 1897

Pugna.

Per verba Apocalypſis ad pugnam fideles prouocantur. 1810

Puluis.

Puluis nemo ſit,qui vel leui verbi vento in aërem diſpergatur. 2096

Imbecillitatis propriæ puluerem conſpicere quam cuique vtile ſit. 1452

Puniendus.

In puniendis peccatoribus paulatim eundum. 1964

Purgatorium.

Etiam ad animas quæ ſunt in purgatorio amor extendi debet. 2092

Chriſti amor erga animas,quæ in Purgatorio torquentur. 1589

Puritas.

Animi ſimplicitas & puritas. 1711

Purus ſit,qui alios punit. 1963

Sacerdotis nota,mentis puritas. 1813

Mentis puritas. 2086

Puritas quàm fœcunda. 1625

In hac vitâ mundus quiſque mundior fieri debet. 1626

Puritas ſupernæ patriæ. 1993

Purpura.

Purpuræ ornatus cum damnatione vt cognationem habeat. 1966

Q

Quærere.

EA non quærenda, quæ mundus concupiſcit. 2099

Quieſcere.

Ab operibus ſalutis Deus non quieſcit. 1385

Poſt laborem ita quieſcendum vt nouo nos labori præparemus. 1317

R

Radix.

ÆTernæ vitæ radix,& omnium bonorum pronuba,Dei cognitio. 1638

Radix Dauid cur vocatus Chriſtus. 1880

Vnio & charitas, bonorum omnium radix. 1641

Radix Dauid,cur vocatus Chriſtus. 1879

Redarguere.

Redarguendi, qui temerè prælatos arguunt. 1822

Redemptio.

Redemptionis beneficium quàm eximium. 1212

Vt pluries nos Chriſtus redemerit. 2089

Redemptori quantum quiſque debeat. 2091

Ne amorem diuideremus idem nobis factus eſt Redemptor & Creator. 1212

Regenerare.

Regeneraſſe cur nos Deus dicatur. 2077

Reges.

Reges honorandi ita tamen vt in eorum gratiam quod Dei legibus aduerſatur fiat nihil 2102

Electi vt reges referant. 1791

Regnum.

Quàm ſtabile Chriſti regnum. 1668

Regni appetitu Chriſtus alienus. 1398

In Chriſti obſequio terrena culmina timenda non ſunt. 1399

Maior omni regno,qui terrenum ſcit contemnere. 1657

Regni terreni infirmitas, firmitas Cœleſtis. 1658

Ad regnum,non ad ſeruitutem nos emit Chriſtus. 1794

Regni conſortium nobis Chriſtus non inuidit. 1795

Cœleſtis Regni fores omnibus patent. 1864

Regnum ſacerdotale cur dictum. 1886

Regnum verè non accipit, qui vitiis ſeruit, 1969

Tribulationis & regni nexus. 1802

Religioſus.

Noxius religioſorum tepor. 1847

Perſtricti, qui religioſum habitum habent pietate vacui. 1695

Renunciare.

Renunciare.
Perfectè vitiis renunciandum. 2093
Reprehenſio.
Etiam laudandi qui nos reprehendunt. 2138
Reprehenſio vt mitiganda. 1737
Requies.
Vera requies, à Dei laude non ceſſare. 1872
Reſpondere.
Cur durius reſpondiſſe Matri Chriſtus videatur in nuptiis. 1280, 1281
Reſurrectio.
Prima poſt reſurrectionem Chriſti verba pacem ſonuere. 1707
Reſurrectionis memoria mentem à terrenis auocat. 1404
Qui à peccati morte verè reſurrexit veterem vitam cum ſuis actibus prorſus deſiderat. 1695
Stans Chriſtus poſt reſurrectionem viſus. 1700
Iacere non debet, qui ſpiritualiter reſurrexit. 1700
Spiritualis reſurrectio qualis. 1565
Rete.
In dexteram partem mitti retia cur Chriſtus iuſſerit. 1717
Retrorſum.
Retrorſum cur ceciderint, qui Chriſtum comprehendere volebant. 1647
Reuelatio.
Chriſtus cur tamdiu diſtulerit reuelationem ſuis ſeruis manifeſtare. 1779
Reuelationis magnitudo Ioanni facta. 1778
Rota.
Vitæ noſtræ rota vt à lingua inficiatur. 2050

S

Saccus.
SACCVS cilicinus vt in Solem vertatur. 1896
Sacerdos.
Sacerdos vt formam gregis referat. 2119
Sacerdos gregis formâ factitiâ ſit, non fictitiâ. 2119
Sacerdotes etiam mali honorandi. 1654
Sacerdotis nota, mentis puritas. 1813
Sacerdotes & altare vt referant fideles. 1794
Sæuitia.
Malorum ſæuitia, bonorum corona eſt. 2108
Salus.
Salutis negotium ſtudioſè tractandum. 1256
Noſtram ſalutem quærit Chriſtus etiam per ea, quæ cum ſalute nexum non videntur habere. 1331
Nullius deſperanda ſalus. 1828
Salus propriis meritis haud adſcribenda. 1384
Se non negligat, qui proximorum ſaluti proſpicit. 1871
Qui Mariam ſalutat, eius mores æmuletur. 1773
Salus hominum Chriſto omni cibo ſuauior. 1361
Qui aliorum ſalutem quærit, ſuorum commodorum obliuiſcatur. 1350
Salus propria quærenda, & etiam aliena. 1437
Salus & conſolatio animæ potius quærenda quàm corporis. 2004
Animæ ſalus præcipuè paratur. 2030
Salutem ſuam quærere qui differt, videtur eam nolle. 1374
Fidelium ſalutem quàm auidè Chriſtus quæreret. 1603
Salutis negotium Deo tribuendum. 1760
Dei ſolius eſt in æternum ſaluare, vel perdere. 2064
Apoſtolica ſalutatio quò ſpectet. 2004
Alienæ ſalutis memoria, in iuſtis non moritur, etiam cùm moriuntur. 2129
Aliorum ſalus quàm ſtudioſè curanda. 1352
Samaritanus.
Samaritanus, cur dictus Chriſtus. 1483
Samaritanæ mulieris modeſtia. 1339
Samaritanæ mulieris laus. 1354
Sanare, Sanitas.
Sanauit Chriſtus, quos nemo curaret. 1373
Sanitati reſtitutus melior fiat. 1383
Non omnibus expedit ſanitati reſtitui. 1375
Sanctus, Sanctitas.
Sanctitas in omni conuerſatione ſit. 2088
Etiam ab iniquitatis metropoli exire poſſunt ſanctitatis duces. 1261
Chriſtiani vita eſt ſeipſum ſanctificare. 1756
Sancti de Chriſti bonis quantum gaudeant. 1947
Pauperibus quàm eximiè delectentur ſancti. 1959
A bono opere ſancti non ceſſant. 1958
Aduentum noſtrum, vt auidè deſiderent ſancti. 1895
Sanguis.
Sanguis Martyrum, ſanguis Chriſti cur dicatur. 1903
Sanguine Chriſti è latere exeunte bonus latro adſperſus. 1689
Sapientia.
Sapientia quæ ex Deo qualia ſit. 2057
Plus ſapientiæ indigent, qui minus indigere ſe credunt. 2012
Pauli ſapientia quàm inſignis. 2137
Malorũ Doctorum ſapientia animalis cur dicatur, diabolica, terrena. 2056
Sapientia Dei pudica cur dicatur, cur pacifica. 2057
Candor pudicitiæ in ſapientiæ pictura. 2057
Scandalum.
Qui verbis aliis ſcandalo fuit, verbis illos ædificet. 1714
Scelus.
Acutè obſeruat alios, qui ſceleribus eſt onuſtus. 1315
Impiorum ſcelera Deo manifeſta. 1960
Scire.
Scienti bonum, & non facienti quàm graue eſt peccatum. 2008
Scribere.
In pauimento quid ſcribere potuerit Chriſtus. 1452
Scriptura.
Scripturæ ſacræ ventilatio & excuſſio quam proficua. 1365
Scripturarum ſacrarum interpretatio à proprio ſenſu non ſit. 2130
Sacræ Scripturæ lectio Petri exemplo probata. 2137
Maximè ſalutaris Sacræ Scripturæ aqua. 1366
Scripturarum arcana Chriſtus aperuit. 1880
Mente in Deum migrant ſacri ſcriptores. 1784
Sacrarum Scripturarum author Spiritus ſanctus. 1731
Sacra Scriptura ſaccum cilicinum vt referat. 1896

Index Rerum

Senes.

Qui ſenem ſe cogitat, ſuæ ſaluti conſulit. 1316

Secreta.

Secreta Cœleſtia faciliùs manifeſtantur iis, qui hîc affliguntur. 1806

Seculum.

Lubrica ſeculi via. 1867

Qui inter ſeculi latas vias ambulant perfecti euadere poſſint. 1595

Priùs ſeculo moriendum quàm carni. 1956

Securitas.

Nulla hîc ſecuritas. 2062

Nullibi tuta ſecuritas, niſi poſt Cœli ingreſſum. 1842

Malorum timor, bonorum ſecuritas. 1914

Mala ſecuritas ob promptam medicinam peccare. 1738

Nemo in hac vitâ ſe exiſtimet ſecurum. 1955

Intuta peccatoris ſecuritas. 1838

Sedes.

Sedes ſatanæ, inuidi. 1834

Sediſſe cum diſcipulis cur Chriſtus ſit dictus. 1388

Sedulitas.

Sedulitas in gratiis agendis quid poſſit. 1560

Senſus.

Quæ iucunda ſenſibus videntur, contra animam ſe armant. 2100

Senſibus malè vti quàm noxium ſit. 1715

Senſuum illecebræ & voluptates cauendæ. 1934

Sepulchrum.

Deſpicere ſe debet & ſua, qui cogitat ad ſepulcrum ſe ire & ad mortem. 1693

Sepulchrum Chriſti quàm ſanctum quàm deſiderabile. 1691

Mundani ad terrenarum voluptatum ſepulchra facilè eunt. 1548

A ſepulchro quis diſcere poteſt, quàm cautè inter homines viuat. 1566

Altos ſpiritus ponat qui ad ſepulchrum it. 1694

Sepultura.

In alienâ ſepulturâ cur Chriſtus poſitus. 1692

Sequi.

Virgines vt ſequi Chriſtum debeant. 1951

Bona opera ſanctos ſequi cur dicantur. 1958

Sermo.

Chriſti ſermo quantæ virtutis. 1442

Chriſti ſermones Chriſtum indicabant. 1509

Sermo Diuinus bis acutus cur dicatur. 1978

Seruus, Seruitus.

Seruile, omne peccatum: libera, innocentia eſt. 1478

Ad omnia miniſteria promptus Dei ſeruus. 1579

Maiora, quàm Chriſtus, Chriſti ſeruus qui præſtare dicatur. 1617

Chriſti ſeruitus quanti facienda. 2008

Dei ſeruus vbique lucra ſpiritualia captat. 1516

Dei locus, Dei ſeruus vt eſſe poſſit. 1618

Serui Dei plagis non franguntur ſed firmantur. 1803

Seruorum Dei honor inexplicabilis. 1579

Quamcumque formam recipere debent Dei ſerui. 1815

Seruus Chriſti quiſnam verè ſit. 2127

Seueritas.

Lenitas ſeueritati iungenda. 1963

Seuerius in relapſos agendum. 1301

Seuerior ſermo ſit quo ſexus alloquendus eſt molior. 2124

Seueritas nimia emollienda. 1448

Sigillum.

Liber Euangelicus, quibus ſigillis obſignatus. 1875

Signum.

Signum magnum, conſtantia & firmitas in muliere. 1930

Silentium.

Silentij vtilitas. 1544

Simulare.

Simulata iuſtitia quàm noxia. 1888

Sitis.

Perfectionem ſitire vt debeamus. 1343

Terrena ſitire homo cœlo natus non debet. 1988

Ardenter noſtram ſalutem ſitit Chriſtus. 1258

Solâ ſiti Cœleſtes diuitiæ venduntur. 2000

Sitire ſe cur in Cruce dixerit Chriſtus. 1684

Sobrietas.

Sobrietas caſtitatem nutrit. 2086

Sobrietatis & vigilantiæ nexus. 2115

Societas.

Societas cum hominibus qualis eſſe debeat. 1734

Societatem cum Deo non habet, qui non habet cum Dei Eccleſiâ. 1735

Sol.

Anima ſole vt amicta dicatur. 1931

Solemnitas.

Chriſtus totius cauſa ſolemnitatis. 1427

Solui.

IESVS qui ſolui dicatur. 1765

Spes.

Spes viua quæ operibus bonis coniuncta. 2076

Spes mortua quænam dicatur. 2077

Spes viua, qua vera vita ſperatur. 2077

Spe iuſtus hîc poſſidet, quod æternum poſſeſſurus eſt. 1325

Speculum.

Perſtrictæ mulieres diutius ſuam formam in ſpeculo ſpectantes. 2032

Spiritualia.

Spiritualia bona maximè ſitienda. 1436

Spiritus ſanctus.

Spiritus ſancti cur non meminerit S. Iacobus. 2003

Spiritus ſanctus cur à Chriſto mitti dicatur. 1634

Sacrarum Scripturarum author Spiritus ſanctus. 1731

Spiritus ſanctus vt ſollicitos nos reddere debet & humiles. 1318

Diuinæ naturæ particeps per Spiritum ſanctum homo fit. 2127

Spiritus ſanctus copioſè poſt Chriſti aduentum datus. 1440

Spiritualis.

Qui in ſpiritu eſt, omnia creata poſt ſe reiicit. 1809

Malorum extremum, quòm quis, ſpiritualibus bonis viduus, id non cognoſcit. 1851

Tempus ſpiritualibus operibus præcipuè impendendum. 1786

Spiritualia quærit, qui familiariter cum Chriſto agit. 1349

Spiritualia bona ſpernere quàm graue. 1635

Spongia.

Velut ſpongia è Chriſti pectore traxit Ioannes, quæ omnibus protulit. 1203

Spontanea.

Spontanea.

Spontanea in Deum noſtra obſequia ſint. 1477
Spontanea vult Chriſtus eſſe noſtra obſequia. 1859
Spontè vt mortem ſubierit Chriſtus. 1576

Stabilitas.

Stabilitas ſupernæ ciuitatis. 1991

Subditus.

Subditorum pœna, negligentium ſuperiorum ſupplicium. 1835
Subditorum gaudium præſulibus gaudij materiam præbeat. 1735
Subditi facilè faciunt, quod vident à ſuperiore fieri. 1715

Sudarium.

Sudarium & linteamina cur ſeparata inuenta in Chriſti ſepulcro. 1696

Suus.

Suorum viribus ſe aptet, qui alios regit, & ad perfectiora ſequenda prouocet. 1390

Superbia.

Quàm noxia ſuperbia. 1434
Superbiæ radix euellenda. 1432
Iudæorum ſuperbia & faſtus. 1472
Superbi Philoſophi & impij hæretici nihil non temerant. 1877
Superbus ſemper ſe eleuat contra Deum. 2059
Perſtricti ſuperbi. 2131
Superbi inuaſores gloriæ diuinæ. 2059
Superbis Deus reſiſtit, tanquam hoſtis ſuperbiæ. 1058
Ex ſuperbia cætera vitia. 2058

Superfluitas.

A ſuperfluarum rerum cupiditate quàm alieni Apoſtoli. 1390
Superfluitati qui ſtudent, timere quid debeant. 1972

Supprimere.

Opportunè nobis commiſſa ſupprimenda. 1101

Superior.

Quæ ſuperiores præſtant, aliorum exempla ſunt. 2040
Superior inter ſubditos ſit tanquam vnus ex illis. 2117
Superiores ſigillum, ſubditi ceram referant. 2119
Homo ſe ſuper hominem non efferat. 2024
Subditorum pœna, negligentium ſuperiorum ſupplicium. 1855
In inferiores reſilit quod ſuperior præſtiterit. 1772
Perſtricti Patresfamilias qui ad mala ſuos vrgent, non ad bona. 1440
Sanctitatis damnum in ſuperioribus reſilit in ſubditos. 1915
Superioris vita quantas vires in inferiores habeat. 1843
In inferiores reſilit, quod Superioribus dicitur. 1821
Superior medici, Chriſti exemplo, exerceat munus. 1413
Superior qualis in ſuos eſſe debeat Chriſti exemplo. 1414
Seipſo fit minor, qui ſe maiorem facit quàm ſit. 1237
Subditi facilè faciũt, quod vident à ſuperiore fieri. 1715
Sui penè obliuiſcitur verus paſtor & ſuperior. 1389
Superiorum exemplum quantum poſſit in ſubditos. 1925

Quæ ſuperior præſtat, præſtant cæteri. 1415

Suſcitatio.

Qui ſpiritualiter à morte culpæ ſunt ſuſcitati, non paſſim ac promiſcuè cum peccatoribus conuerſari debent. 1706
Sua ſe virtute Chriſtus ſuſcitauit. 1702

Synagoga.

Eccleſiæ ſubiecta ſynagoga. 1935

T

Temperantia.

TEmperantiam & deliciarum fugam vt ſuis Chriſtus commendet. 1714

Templum.

In Cœleſti patriâ cur templum Ioannes non viderit. 1994
Perſtricti, qui ex templo ſumunt, quod Deum lædant. 1494
Tumultus & ſtrepitus in templo impediendus. 1311
Eiicere vendentes è templo & à lucris auocare quanti facinoris res ſit. 1305
In templo deuotè verſari quanti referat. 1381
Templi & rerum ſacrarum contemptores brutis pares. 1302
Meriti Dei templum aptè nequit, qui non ſurgit. 1926
Qui templa frequentat, lucri amore non tangatur. 1308
Templum cur in ſupernâ Hieruſalem non eſſe dicatur. 1903
Præcipua de templi cultu prædicatoris cura. 1297
Templi reuerentia & cultus quàm vtilis. 1365
Perſtricti, qui templo vicini in Deum peccant. 1414
In templi contemptores cur acriter ſæuierit Chriſtus. 1298
Domus negotiationis vt ſit Dei templum. 1312
A templo eiici quàm grauis pœna. 1306
Cur ſæpiùs templi contemptores non punierit Chriſtus. 1310

Tempus.

Temporalia licet magna videantur verè non ſunt. 2014
Breue omne tempus æternitati comparatum. 2081
Vitæ hominis tempus quàm breue. 2016
Magna à Deo conſequitur, qui parua & temporalia negligit. 1351
Tempus ſpiritualibus operibus præcipuè impendendum. 1786

Tenebræ.

In Deo ſolo nullæ tenebræ: in creaturis ſemper aliquæ ſunt. 1735

Tentatio.

Tentatio cur à concupiſcentia eſſe dicatur, non etiam à Dæmone. 2010
Tentationes nemo facilè accerſat. 2009
Vnus in tentationibus animus eſſerendus. 2005
Tentationis & gaudij nexus. 2007
Virilis perfectio in iis, qui ad tentationes vocantur. 2006
Tentationum variarum nexus. 2005
Tentationes qui ſuſtinet vincit. 2008
Tentationum vtilitas. 1624

Tepiditas, Tepor.

Noxius religioſorum tepor. 1847

Index Rerum

Difficilè quis tepiditatis ſuæ infelicitatem cognoſcit. 1844
Tepidi quàm Deo diſpliceant. 1849
Tepidos cur euomere Chriſtus dicatur. 1846
Tepor cauendus in Dei obſequio. 1825
Quiſnam tepor maximè noxius. 1843

Terra, Terrena.

Terrarum Orbem non in veſte, vt Aaron ſed in corde Chriſtus circumferebat. 1812
Terrenorum amore haud implicetur, qui ad cœleſtia aſpirat. 2078
Ad terrena non facilè flectendus animus. 2014
Eorum infelicitas, qui corde terræ ſunt affixi. 1916
Perſtricti qui ad terram ſpectant, Cœli Deique obliti. 1568
Rebus terrenis præferenda aliorum ſalus. 1353
Terrena bona, vera bona non ſunt. 1787
Terrena ſitire homo Cœlo natus non debet. 1988
Facilè in peccato moritur, qui terrenis immoritur. 1471
Terrenis nullus ſit addictus. 1799
Quàm diues terrenorum contemptus. 1584

Teſtis, Teſtimonium.

Teſtis fidelis electis præcipuè cur dicatur Chriſtus. 1789
Malorum teſtimonium contemnendum. 1777
Teſtimonium, quod vitâ & moribus fit, quàm firmum. 1218
Cur potiùs Filius, quàm Spiritus ſanctus aut Pater, dicatur teſtis fidelis. 1789

S. Thomas.

A lateris contactu quantas vires ebiberit S. Thomas. 1537

Thronus.

In conſpectu throni cur eſſe dicantur Angeli. 1788

Timor.

Perſtricti qui in Deum credunt, nec Deum timent. 2038
Timorem ſuis peccatum afficiat. 1694
Fides cum Dei timore. 2039
Dei pietas ad timorem nos debet allicere. 1961
In Chriſti obſequio terrena culmina timenda non ſunt. 1399
Superfluitati qui ſtudent, timere quid debeant. 1972
Timoris & charitatis nexus. 1765
Malorum timor, bonorum ſecuritas. 1914

Titulus.

Titulus cur Chriſti Cruci affixus legatur, non latroni. 1668
Titulos ſuos Apoſtoli cur non reticuerint. 2127

Torpor.

Multorum torpor & negligentia in Dei verbis excipiendis perſtricta. 1327
Aliorum torpor alteri non officit. 1830
Torpor & deſidia Chriſto diſplicet. 1534
A torpore & negligentiâ ſuos Deus auocat. 1817

Trahere.

Omnia, quæ in Chriſto trahendi vim habent. 1585
Perſtricti, qui, vix ad Deum conuerſi, ad tranſitoria tranſeunt. 1658
Cur trahere nos Chriſtus dicatur. 1585
Omnia traxiſſe Chriſtus dicitur quia traxit electos. 1586

Tribus.

Tribus Dan cur in tribuum recenſione non recenſita. 1899

Tribulatio.

Ægrè vna tribulatio ſolitaria incedit. 1831
Tribulationis & regni nexus. 1802
Tribulationis nexus & ſapientiæ. 2013
Tribulationes & aduerſitates malæ non ſunt, niſi malè accipiantur. 1642
Talis quiſque cenſendus, qualis in tribulationibus fuerit. 1902
Tribulationes ſtudiosè quærendæ. 1854
Tribulatio bonorum negotiatio. 1802
Tribulationes ferendæ ac ſi vni omnes ineſſent. 2018
Tribulatio alas addere debet. 1908
Patientia in tribulatione neceſſaria. 1802
Eſſe non videntur, qui à tribulatione non veniunt. 1901
Deus nos tribulationibus afficit vt ſanet. 1614

Tribuere.

Homini non tribuendum, quod eſt Dei. 1772
Deo tribuenda quæ agimus. 1723

Triſtari.

Nemo triſtetur ob amici infirmitatem. 1533

Tuba.

Tubæ clangor in nouo teſtamento non inuenitur. 1913

Tumor.

A tumoris aurâ ſuos Chriſtus eximit. 1414

Tumultus.

Tumultus & ſtrepitus in templo impediendus. 1315

Turbatio.

Chriſti turbatio quò ſpectat. 1552
Cur turbari ſe coram diſcipulis Chriſtus permiſerit. 1580

V

Vanitas.

NOn vanitas, ſed veritas liberet. 1477

Vendens.

Eiicere vendentes è templo & à lucris auocare quanti facinoris res ſit. 1305

Venia.

Non dimidia à Deo venia ſperanda ſed integra. 1708

Venter.

Ventri cur amara Dei verba, ori ſuauia. 1915
De ventre cur exire aquæ dicantur. 1438

Verba.

Præter Dei verba, & ea, quæ ad animæ ſalutem ſpectant, vix aliud noſtræ auditionis obiectum eſſe debet. 1025
Dei verba excipienda, ac ſi plura vnum eſſent. 2031
In verbis facilè eſt labi. 1047
Brutum animal refert, qui erroribus plena verba euomit. 2105
Puluis omnino fit, qui vel leui verbi vento in aërem diſpergatur. 2096
Animal brutum refert, qui erroribus plena verba euomit. 2105
Dei verba omnibus diuitiis præferenda. 1469
Verba Chriſti, quibus Mariæ filius conſtitutus Ioannes quam vim habuerint. 1679
Quanta lux à Chriſti verbis. 1499
Fructum ex verbis Deus expectat. 1454

Qui

Qui verbis aliis ſcandalo fuit, verbis illos ædificet. 1714
Quanti referat quo animo quis aliqua verba proferat, & quo fine. 1508
Dei verba non ſolâ memoriâ ſeruanda. 1619
Carnalibus amara Dei verba: ſpiritualibus ſuauia. 1953.
Verbum cur Verbum potiùs, quàm Filius, Dei Filius dictus. 1211
Qui Chriſtum amant Chriſti verba memoriæ exſculpunt. 1703
Verbi nomine cur Filius ſignificatus. 1208
Arentè ſua verba excipi cupit Chriſtus. 1653
Dei verba altè cordibus imprimenda. 1435
Verba extra nos omninò ferri non debent. 1209
Dei verba qui audit, ſtat: cadit qui non audit. 1322
Noſtra verba à Diuino vt differant. 1208
Qualis eſſe debeat, qui Dei excipit verba. 1403
Ventri cur amara Dei verba, ori ſuauia. 1925
Dei verba talia quiſque iudicat eſſe, qualis ipſe eſt. 1410
Verba aſperiora vitanda. 1488
Auidè Dei verba deuoranda. 1923
Chriſti verbis quanta vis ineſſet. 1469
Mali verbis haud irritandi. 1474
Apud Deum eſſe noſtra verba debent. 5510
Verborum acerbitas in reprehenſione vitanda. 5346
Quanti referat quâ mente quis Dei verba excipiat. 1645
Chriſti verba quibus ſuauia. 1417
Quanti referat qualis ille ſit, qui Dei verba excipit. 1582
Dei verba quam ardenter audienda. 1256
Cur priùs Verbi mentio quàm Patris. 5508
Res ſuas nemo verbis extollat. 5536

Verbera.

Verberibus ſuos Deus exercet & erudit. 1857

Verecundia.

Verecundia peccati frænum. 2021
Verecundiæ commendatio. 5445
Pœnitentis verecundia & modeſtia quantum poſſit. 1460

Veritas.

Veritas defendenda à calumniis. 1491
Non vanitas, ſed veritas liberet. 1477
Turius audiatur veritas, quàm prædicatur. 2015
Veritati potiùs conſulant Dei ſerui quàm ſuæ gloriæ. 1782
Veritas impugnata clarior. 1507

Veſtes.

Chriſti veſtes cur militibus diuiſæ. 1670
Veſtimenta ſua cur ſuis non dederit Chriſtus, ſed crucifixoribus permiſerit. 1669

Via.

Lubrica ſeculi via. 1867
Via cur priùs dicatur Chriſtus quàm vita. 1615

Victoria.

Chriſti victoria. 1879
Victoria Deo tribuenda. 1873
Victoria Deo tribuenda. 1961
Victoria cur fides dicta. 1767
Iuſtus ab vnâ victoriâ ad aliam tranſit. 1887

Victus.

Quæ victum reſpiciunt, non multi facienda. 1539

Videre.

Ad Deum aſcendat, qui homines videt. 1495
Chriſtum vidiſſe non videntur, qui inſultarunt Chriſto. 1796

Vidua.

Viduæ à tribulationibus ægrè immunes. 2013

Vilia.

Etiam per vilia vileſque homines magna præſtare Deus poteſt. 1500
Plerunque vilia apud homines theſauris cœleſtibus ditantur. 1263

Vincere.

Viuere, & vincere eoſdem terminos habeant. 1836
Omnia vincenda, quæ nobis in Dei cultu aduerſantur. 1830
Omnia vincenda, quæ nobis obſiſtunt. 1837

Vindicta.

Vltio, & vindicta non quærenda. 1894
Proprias iniurias nemo vindicet. 1652
Lento gradu Dei vindicta procedit. 1914
Ab iniuriæ vindictâ abeſſe debemus. 1384

Vinum.

In vinum nigrum mutata Diuinitus aqua ad nuptias. 1290

Vir.

Mulier adultera cur ad Chriſtum adducta, non vir. 1444

Vires.

Per Chriſtum tantæ vires ſuppeditatæ, vt facilè vincere poſſimus. 1740
Quæ humanis viribus fieri poſſunt, non temerè à Diuinâ omnipotentiâ expectanda. 1566

Virgines, Virginitas.

Virgines cur ſignatè empti dicantur à Chriſto. 1947
Virginum puritas quàm eximia eſſe debeat. 1953
Quónam Chriſtus eat, & quò Chriſtum ſequantur virgines. 1950
Virgines viduis & coniugatis præferendæ. 1952
Virginitatis priuilegium. 1721
Virgines agnum ſequi, quocunque ierit, cur dicantur. 1949
Virginitatis candor aptiorem Diuinis rebus excipiendis Ioannem fecit. 1783
Virgines vt ſequi Chriſtum debeant. 1951

Virtus.

Virtutis progreſſus. 1412
Virtutes eſſe non videntur, ſi actu careant. 1757
Quotidianis virtutum profectibus ad Chriſtum magis ſemper accedendum. 2095
Proficere & creſcere cum ætate virtus debet. 1730
Totus virtutibus ſplendeat prædicator. 1979
Summo ſtudio virtutibus incumbendum. 2128

Viſio.

Chriſti viſione indignus, qui in aliena peccata ſeuerius inuehitur. 1458
A cœleſti viſione vt ſatietas abſit. 2084

Vita.

Naturæ vita imbecillis. 2066
Præſens vita, locus lachrymarum. 5906
Vita, quæ extra Chriſtum, non eſt vita. 1732
Vitæ huius miſeria quàm magna. 1554
Chriſtianorum eſt præſentem vitam contemnere, æternæ inhiare. 1368

Index Rerum in Ioannem.

Mundanorum hominum vita ſine regulâ ſine menſurâ. 1916
Vita non eſt vita,ſi extra Deum. 1213
Vita æterna verè vita eſt,non temporalis. 1325
Vita,quæ ſecundùm Deum,vera vita. 1215
Vita immortalis ſola vitæ nomen meretur. 1790
Vera vita,quæ ſecundum Deum eſt. 1516
Mundi ſubſtantia cur vita dicatur. 1762
Vita gratiæ,vera vita eſt. 1764
Liber vitæ cur reperiatur,non mortis. 1995
Vitæ præſentis breuitas. 2071
Vita manifeſtata cur dicta. 1732
Sola vita,quæ æterna,eſt. 1468

Vitium.

Vitia inſtar malarum herbarum. 2018
Vitia non palpanda,ſed ſecanda. 1856
Perfectè vitiis renunciandum. 2093
Qui pretium ſuum cogitat, ad vitium non receptatur. 2089

Vitrum.

Credentium fides per vitrum cur expreſſa. 1868

Viuere.

Supra alios eſſe videtur, qui extra alios viuit. 1234
Viuere & vincere eoſdem terminos habeant. 1836

Vltio.

Vltio & vindicta non quærenda. 1894

Vnio.

Vnio & charitas, bonorum omnium radix. 1641
Spiritales vnitate, animales diſſenſione gaudent. 2145

Vocare.

Ad Deum vocare alios debemus. 1734
Dei voce vocatus alios ad Deum vocare debet. 1999

Voluntas.

Bona voluntas & affectus quanti à Deo fiant. 1852
Dei voluntas in quo ſita. 1751
Ex Dei voluntate aliquid facere glorioſum & clarum reddit etiamſi alioquin non ſit. 1606

Voluptas.

Voluptates,dæmonia arma. 1940
Voluptates iræ incentiua offerunt. 2028
Voluptatum carnalium inanitas. 1918
Voluptates triſtitiæ auertendæ ineptæ. 1612
Mundani ad terrenarum voluptatum ſepulchra facilè eunt. 1548
Senſuum illecebræ & voluptates cauendæ. 1934

Vti.

Vti mundo poſſumus, diligere mundum non debemus. 1747

Vtilitas.

Nihil adeò in iuſtis vile, quod vtile non ſit. 1996
Bonorum eſt ex Dei donis maiorem vtilitatem elicere. 1396

Vulnus.

Vulnerum cicatrices cur ſeruare Chriſtus voluerit. 1707
Chriſti vulnera quàm ſalutaria. 1714
Per vulnus lateris latro introiuit. 1690
Vulnus in latere accepit Chriſtus,vt noſtra vulnera ſanaret. 1690

Vxor.

Non facilè aliquid vxor accipiat ſine mariti conſenſu. 1345

F I N I S.

[illegible] Google

1-6-1

Digitized by Google

IHS